DE NVMERO TESTIVM IN TESTAMENTIS REQVISITO,

Tàm in foro fori Ciuili, & Canonico, quàm in foro poli, & conſcientiæ,

PETRO DOMINICO MAGDALENO CAPIFERREO, I. C. PATRICIO ROMANO AVTHORE,

Tractatus,

Varijs quæſtionibus non inutilibus ad materiam ipſam accommodatis, ac duplici locupletiſſimo Indice exornatus.

Omnibus tàm iuris Cæſarei, & Pontificij, quàm ſacræ paginæ profeſſoribus apprimè vtilis.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, apud Guerræos fratres, *ſumptibus Bartholomæi Graſſi, bibliopolæ Romani.* M D LXXXVI.

PETRVS DOMINICVS MAGDALENVS CAPIFERREVS, PATRICIVS ROMANVS, I. C.

Sanctissimo ac Beatissimo

D. N. D. XYSTO V. PONT. OPT. MAX.

Felicitatem summam precatur.

NATVRAE humanæ præstantia (Pater Sanctissime iuris, & legis Diuinæ moderator & interpres) unumquemq; tacitis stimulis ad decus, & gloriam excitat, ne abiecisse magis quàm excoluisse ingenium videatur. Sed alius aliò curas, & cogitationes intendit, cum nostræ voluntates non sint vniusmodi, quia ex animo, quasi ex typo

effinguntur. Hic uero cum varie afficiatur, fit vt multiformes & uariæ in diuersis insint uoluntates, quoniam non omnes unum probant, non idem primum habent. uerum cum ex ijs, quæ appetuntur, excellat aliquid, & præstet, sit necesse, ut inter multa expetenda, unum sit cum maxime expetendum, de multis optabilibus unum optabilius existat; quid tamen illud sit, apud uarios uarie iactatur; Ego sic iudico, illud & laudabile maxime, & optabile, & expetendum, quod cum excellentia naturæ nostræ congruat, ingenij Diuinitati consonum sit, ac consentaneum. Hoc sane doctrinæ nomine continetur, quæ tantum habet in se dignitatis & splendoris, ut infra res aliæ omnes constituantur. At quoniam is locus, in quo laus insistit, maximis difficultatibus est circumseptus, perueniendi facultas multis eripitur, uolun tas quamplurimis inest; qui quo intendit, accessit, est ue re fortunatus. Huc aspirarunt maiores nostri uiri omni laude dignissimi, ut inter eos, & illos, qui voluptates, & inania fortunæ ludibria sequebantur, tantum intersit, ut illos sapere, hos insanire iure possimus affirmare. Et quoniam ab hac Vrbe plures fortasse sunt egressi, quàm ex multis, & amplis prouincijs, quorum contentio ad unam uirtutem spectarit, illorum exempla me ciuem Rom. per se incitassent, nisi mea sponte in doctrinæ studium incubuissem. Nec longe aut extra domesticos limites mihi pe tenda erant incitamenta, cũ præter Prosperum de Sancta Cruce, & Io. Baptistam Castaneum ob eorum spectatæ uitæ præclara merita ad Cardinalatus apicem euectos, eiusq; Sac. Sancti Sena-

tus

tus ſplendor & decus, cognatos meos, præterea Cardd. eo gradu digniſſimos Dominicum & Christophorum Iacobatios duces habuerim, quorum alter matris patruus, alter mihi eſſet auunculus, addo etiã fratrem amitinum Marcellum Creſcentium in omni doctrinæ genere eximium, Hieronymum Verallum in eodem gradu matri coniunctum, quorum ueſtigijs inhærentem, facile erat ad decus peruenire, cum ſcirem illos ideo tãtum laboris & induſtriæ in uita ſuſcepiſſe, quia longius, quã uitæ termini præſcribant, ſpe, atque animo in poſterum præſenſiſſe, ut nihil niſi ſempiternum cogitaſſe uideantur, quorum induſtria in Rep. Christiana optata cum laude floruit, & hodie uiget cum eorum magnorum patrum nominibus ſit inſertum, animus cœleſti contubernio, ut ſperamus perfruitur. Nam alia quæ nos bona numeramus, animum non explent, uitam beatam non complent, & quantæcumque fiant acceſſiones bonorum, paruæ tamen ſunt, & exiguæ, ut quemadmodum ſtellæ radijs Solis, ſic uirtutis ſplendore iſta non cernantur. Ad hæc cum animum retuliſſem, nihil non effeci ut utriuſque iuris cognitione animum excolerem & exornarem. Et quia non ſolum nobis nati ſumus, ad ciuium meorum utilitatem, & omnis generis hominum conferrem. Nec ſolum præſtandum officium conſulentibus iudicaui, ſed etiam ultro omnibus proferendum quo limites æquitatis ſint producendi, & intra repagula utriuſque iuris coercendi. Et quia non decet, quæ commoda aliis putes & utilia futura, illa abdita & incluſa retinere, tenebrarum & parietum cuſtodijs tegere,

re, diuulgandas lucubrationes hasce meas cum statuissem, in tuo sanctissimo nomine exire, & apparere uolui Pater Beatissime, ut quoniam tu iuris es rector, moderator, interpres, te auctore publice proponantur, quæ recte sentiri, & probari possint. Cuius enim patrocinio foueantur commodius de iure præscripta, quam illius cuius auctoritas ius amplectitur, leges præscribit, modum ęquitatis statuit, uitam placitis sanctissimis informat? Ad tua igitur genua prouolutus supplex, & demissus ad pedes, lucubrationes hasce meas offero, precorq; auctoritatem istam tuam amplissimam, infra quam omnes sunt potestates, ut animum offerentis, non munus per se expendas; excipias studij, & laboris mei perexiguum indicium, ut fructum vberrimum me consecutum putem, si tuo comprobentur iudicio summo, ut uoluntas egregia tua laudabilis contentionis firmum afferat testimonium. Te interea diu, & multum Deus nobis, & toti Reip. Christianæ saluum, & incolumem conseruet, ut quasi aurea sæcula iterum mundus sentiat, Vrbs hæc tua, instar Orbis, benignitate tua, æquitate, prudentia, perfruatur.

PETRI DOMINICI MAGDALENI CAPIFERREI,

PATRICII ROMANI, I.C.

De Numero Testium in Testamentis requisito, tam in foro fori Ciuili, & Canonico, quàm in foro Conscientiæ, opus tripartitum.

Cuius prima pars versatur circa Numerum Testium in Testamentis requisitum ex Iur. Ciuilis dispositione. Secunda continet quid in hoc concludendum sit attenta Iur. Canonici dispositione. Tertia quid in foro Conscientiæ sit definiendum.

In qualibet autem ipsarum parte quæstiones materiam ipsam respicientes non inutiliter accommodantur.

Prima vero pars in xxxj. Cap. hoc ordine distinguitur. Primo quidem in princ. Tract. generaliter discutitur quid in alterando numerum duorum testium de Iure Naturali, & Diuino requisitum Ius Ciuile statuere potuerit. Secundo firmatur regula Iur. Ciuilis circa numerum septem Testium in Testamentis requisitum, vbi particulariter de ratione & validitate huius dispositionis Iur. Ciuilis tam in foro iudiciario, quàm conscientiæ. Tertio regula prædicta duodecim ampliationibus, ac sexdecim limita-

mitationibus exornatur.

In Secunda circa Iur. Canonici dispositionem examinatur quid in testamentis ad pias causas, quid item in testamentis ad causas prophanas statutum reperiatur, ubi Deo fauente verus intellectus. c. Relatum. 1. & c. cum esses. de testam. cum quæstionibus ad materiam pertinentibus explanabitur.

In Tertia autem parte, quæ versatur circa forum conscientiæ, An & quid in hoc differat à foro Iudiciario, Cæsareo, & Pontificio, latissime discutitur; cuius forte prolixitas non iniucundis, & perutilibus certe articulis, & quæstionibus recompensabitur, prout ex Indice Capitum, præter alium materiarum locupletissimum, in seq. pag. facile apparet:

INDEX OMNIVM CAPITVM,

quæ in Prima huius Tractatus parte continentur.

b Quod

Index Capitum Secundæ Partis.

Testa-

Index Capitum Tertiæ Partis.

Finis Capitum Tertiæ, & vltimæ Partis.

Errores verborum magis notabiles.

p. 7.col.2.li.35.	plurali.	principali.
p. 8 col.1.li.21.	colligere.	colligitur.
p. 14 c 2.li.11.	pluraliter.	pricipaliter.
p. 15 c 1.li.33.	plurali.	principali.
p. 15.c.2.li. 2.	p uraliter	principaliter
p. 22 c.2 li. 2.	ciui.	ciuile &
p. 24.c.1 li.24.	179.	170.
p. 24 c.2.li.11.	549.	149.
p. 34 c.1.li.40.	817.	887.
p. 35.c.2.li.36.	præcipimus	suscepimus.
p. 36.c.1.li. 1.	pluraliter	pricipaliter.
p. 37 c.1.li. 31.	an	art.
p. 41.c.1.li.18.	in	sit.
p. 44.c.2 li. 8.	10.	16.
p. 48.c.2 li.24.	is qui	si cui.
p. 58.c.2.li. 8.	non	nam
p. 59.c.1 li.37.	testam.	testib.
p. 74.c.1.li. 4.	presumptio.	præscriptio.
p. 78 c.2.li 42.	ad	non
p. 80.c.1.li.18.	Bar.	Bal.
p. 80.c.2.li.39.	uerb.	arb.
p. 81.c.2.li.41.	college	collaterali
p. 82.c.1.li.17.	maxime	minime
p. 94 c.1.li. 3.	.52.	.32.
p. 95.c.1.li.15.	.c. de pœniten.6.	c j.de penit. dist.6.
p.115 c.2.li.31.	nemo	non.
p.117 c.2 li.10.	traordinario	aduerso
p.118.c.1.li.40.	nominatus	notarius.
p.119 c.1 li.15.	purecto	quo puncto
p.120 c.2.li 37.	probatione	prolatione
p.124 c.1.li 24.	procedere	prouidere
p 138 c.1.li. 4.	numerus	nummis
p.145.c.1.li 33.	dico	duo
p.187.c.1 li 36.	Libeucian.	Vrbeuetan.
p.197.c.2.li 21.	gi.93.	gi.98.
p.215.c.1.li.26.	723.	72.
p.217.c.1.li. 8.	nume.5.	nume.7.
p.225.c.2.li.20.	3.	30
p 227.c.1.li.26.	regulam	regulari
p.228.c.1.li. 9.	centu.18.	centu.3.
p.229.c 2.li. 2.	enim	erit
p.236 c.1.li.15.	Bar.	Bal.
p.239.c 2.li. 4.	huius	lucius
p.256 c.1.li. 5.	12	18
p.266 c.1.li 17.	Lux	quæ
p.207.c.8 li.24.	606	106
p.267.c.2.li. 2.	ubi doc.oēs.	ut doc. oēs declarant
p.275.c 1.li. 7.	26.	36.
p 285.c.1.li 17.	20	70
p 301.c 2.li.36.	227	277.
p 303 c.8.li 28.	101.	105.
p.320.c.1.li.15.	lib.3.	lib.5.
p.324.c.1.li.43.	tit.13.	tit.9.
p.337.c.1.li 38.	secundo.	dummodo.
p.346.c 1.li.22.	131.	121.
p 346.c.1 li 24.	ibi	161.
p 347.c.2. li 35.	primo	prin.
p 359.c.1.li.26.	nume.8.	nume.81.
p 363.c.1.li.29.	Bal.	Bar.
p.358.c.2.li.13.	nume.2.	nume.4.
p.375.c 1.li 13.	uol 1.	uol.7
p.381.c.1.li.fin.	nume.17.	nume.57.
p.404.e 1.li 40.	Bart.	Bal.
p.405.c.2.li.22.	78.	77.
p.424.c.1.li.34.	58.	52.
p.425 c.1.li.19.	199.	190.
p.427 c.1.li. 6.	.8.	.18.
p 428.c.1.li.25.	22.	12.
p.452.c.2.li. 9.	erit.	fuerit
p.460.c.1.li.42.	refert	infertur
p.461.c.3.li.12.	consuetu.	constitu.
p.465.c.3.li.18.	hoc	hos
p.473.c.2.li. 6.	probatus	probatam
p 488.c.1.li.28.	noluit	uoluit
p.502.c.1 li. 9.	adimi in	adimi nisi in
p.511 c.2.li.17.	lib.	.l.
p.524 c 1.li.19.	est	ex
p.525 c.2.li. 5.	sexto	septimo
p.525.c.2.li.37.	.51.	.15.
p.538.c.2.li.18.	.d.l.	.d.lib.
p.553.c.1.li. 1.	.16.q.4.	.14.q.6.
p.573.c.1.li.38.	& 33.	&.363.
p.575.c.1.li.12.	.q.10.	.q.19.

Defectus supplendi.

p. 12.c.2.li.23.	trarij.	Adde.	in rub.
p. 61.c.2.li.28.	appell.	Adde.	in l.uni.in fi.
& ibidē, dele,	ubi repugnantia		& de reg. iu. cū
p. 64 c 2.li.16.	& in l.	Adde.	2.
p. 84 c.2 li 22.	factum	Adde.	non
p. 97.c.2.li.18.	penitet.	Adde.	nu.4 de penitē
p.142.c 1.li.11.	iuncta	Adde.	contra
p.145.c.2.li.25.	sit	Adde.	semissa.
p.186 c.2.li. 2.	codicillis.	Adde.	non potest.
p.197 c.1.li.44.	uerti.	Adde.	sed
p.201.c.1.li. 7.	nume.3.	Adde.	uol.5.
p 239.c.1.li 42.	rex.	Adde.	inst.
p.241.c.1.li. 9.	las.	Adde.	7.
p.261 c.1.li.34.	fin.	Adde.	de appella.
p.319.c.2.li.43.	censi.	Adde.	lib 6.
p.348 c.1.li. 9.	rapiat.	Adde.	uirum.
p.351.c.1.li. 4.	Cast.	Adde.	in prin.
p.357.c.2.li.20.	firmat.	Adde.	Abb.
p.379.c.1.li. 6.	in	Adde.	tertia

Errores Indicis, qui ſunt emendandi, ſunt infraſcripti videlicet.

car.2.col.2.li.37.	79. & 80.	179. & 180.			
car 3. c. 4.li. 5.	50.	51.	Et	li.13. q.	9.
car. 4. c. 1.li.38.	8.	9.	Et c.2.	li. 37.364.	363.
car.5. c.4. li. 12.	220.	200			
car.8. c.2. li.ult.	566.	556.			
car 9. c.2. li. 2.	104.	194.			
ca. car.9. c.1. li 37.	19.	119.			
car. 12. c. 2 li 8.	156.	153.	Et col.4.	lib.39. 100.	110.
car.14.c.1.li.21.	99.	299.	Et col. 4.	li. 47. 77.	177.
car.14. c. 4. li.26.	ſeq. &	adde pag.			
car.17. c.2. li. 37.	nu.28.	nume.8.	Et.c. 3.	li.43.quomodo	quæſtio
car. 18. c.3. li 47.	cap 19.	cap.10.	Et. c.4.	li. 4 c 19.	c. 10.
car.20. c.1.li.30.	28.	78.	Et	li. 31. 8.	80.
car. 3 uc.1. li. 1.	46.	45.	Et	li.30. 365.	375.
ca. car.21.c.4 li.23.	& 11.	pag.11,	Et	li. 32. utrum	uerum,
car.22. c.2.li.44.	391.	301.			
cap.24.c.3 li.13.	136.	236.	Et col.4.	li.38. debito	delicto.
ca. car.24.c.1.li.47.	contractus	adde ſecus			
car.31 c.3. li 26.	ſuperioris	adde cap.2.			
car. 33.c 3.li.30.	339.	136.			
car.32. c 4.li.25.	211	311			
car.35.c.4. li 27.	nu.22.	nu. 72.			
car.39.c.3. l. 48.	ſeq.	adde.p.125			
car 41. c 4. li. 9.	339.	359.			
car.43. c.1. li.13.	nu.36.	nu. 136.			
car. 46.c.3.li.25.	cap.	adde.3. nu.			

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM AC VERBORVM OMNIVM,

quæ hoc in opere continentur, serie alphabetica optimè digestus.

A

Bal.

B

Con-

Con-

Con-

Con-

D

Debita

Dispositio-

E

F

Filius

Forma

G

Gene-

H

Hæres

Humana

I

Iudi-

 sen-

L

Legiti-

L. fin.

MAIOR

M

N

Notarius

cau-

&

Opi.

Ora-

Papa

Pecca-

f 2 Princeps

Et

Qua-

Q

Ratio

aduersæ

S

T

Testa-

Testa-

V

Verba

Verbum

Vnus

Et

X

Z

F I N I S.

PETRI DOMINICI MAGDALENI CAPIFERREI,

I. C. PRAECLARISSIMI,

Patricii, & Aduocati Romani,

DE NVMERO TESTIVM IN TESTAMENTIS REQVISITO.

Tractatus Pars Prima.

Quod Ius Ciuile potest ex iusta causa ultra duos, uel tres testes de Iure Diuino, & naturali requisitos, maiorem numerum exigere. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo regulariter sufficiunt ad rei probationem.*

2 *Regula duorum testium comprobatur iure humano. & Diuino.*

3 *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.*

4 *Christus argumentatur contra Iudaeos duorum hominum inquiens testimonium verum esse.*

5 *Quod est de Iure Diuino, est de Iure naturali.*

6 *Regula praefata procedit de Iure Diuino, naturali. & gentium primaeuo.*

7 *Et fundatur in lumine rationis naturalis.*

8 *Et regula ista in primo membro designat necessitatem in secundo abundantius complementum.*

9 *In numero trium persona agentis comprehenditur.*

10 *Multoties ab hac regula receditur ob aliquam particularem rationem*

11 *In tantum quod aliquando etiam vsque ad numerum septuaginta duo requiruntur.*

12 *Ius humanum mutabile est. Diuinum vero. & naturale, sempiternum, & immutabile.*

13 *Ius Diuinum ita probauit numerum duorũ, vt velut iniquum iudicaret quempiam vnius testimonio damnari.*

14 *Illud verbum duorum exponitur, idest non pauciorum.*

15 *Certitudo non est in omni materia similiter exquirenda.*

16 *Lex Ciuilis iuste potuit recedere à regula duorum testium in materia testamentorum propter maiora pericula falsitatum*

A qua

quæ in illis magis, quàm in viuentium dispositionibus versantur.

17 *Lex humana exigens ex aliqua causa maiorem numerum duorum, vel trium testium non est contra Ius Diuinum, vel naturale.*

18 *Fide, & iustitia mortalium deprauata Ius naturale suadet, vt testimonium firmiora requirantur.*

19 *Non est dubitandum de validitate legis requirentis ex aliqua causa particulari pro bono publico ampliorem numerum, quàm duorum testium.*

20 *Ius naturale & Diuinum, potest ex rationabili causa per Ius positiuum suppleri, distingui, limitari & declarari non tamen contra illud statui & dispensari.*

21 *Maior numerus quàm duorum testium non solum in testamentis sed etiam in aliis casibus ex causa statui, & requiri potest.*

22 *Ius Ciuile requirens plures testes duobus non est irrationabile sed potius approbatum per Ius Canonicum.*

23 *Consuetudo dicitur Ius non scriptum, & est pars Iuris Ciuilis.*

24 *Regula Iuris Diuini quod in ore duorũ &c. non est præceptum morale, sed iudiciale pertinens ad iustitiam hominibus exhibendam.*

25 *Differentia inter præcepta iudicialia legis veteris & moralia.*

26 *Præcepta iudicialia ex iusta causa mutari possunt, moralia vero sunt immutabilia, & prorsus indispensabilia.*

27 *Lex vetus adueniente noua Christi lege euanuit.*

28 *Regula ista quod in ore duorũ &c. licet euanuerit quatenus erat præceptum legis veteris Testamenti, tamen quatenus de nouo emanauit, & fuit approbata per legem Euangelicam, Canonicam, & Ciuilem, est obseruanda.*

29 *Differentia inter præcepta cerimonialia, & iudicialia legis veteris.*

30 *Lex Mosaica inter ipsos Iudæos, vsque huc etiam obseruatur.*

31 *Negatiua fortius negat, quàm affirmatiua affirmet.*

32 *Præcepta affirmatiua licet obligent semper, non tamen ad semper, prout obligant negatiua.*

33 *Ius Diuinum, vel naturale non potest nisi iusta causa subsistente per Ius humanum alterari.*

34 *Testimonium vnius in nullo casu regulariter sufficit, nec de Iure Diuino naturali, nec humano.*

35 *Vox vnius, vox nullius.*

36 *Sed vnicus testis, quandoque etiam sufficit.*

37 *Ex qua causa Ius positiuum potuit augere numerum duorum testium, ex eadem potuit illum minuere.*

38 *Regula duorum testium in totum tolli non potest, sed ex iusta causa in casibus particularibus limitari potest.*

39 *Valet statutum, vel consuetudo inualidans probationem, quæ alias de iure communi esset valida.*

CAP. I.

1 QVANQVAM secundum communem iuris, & regularem traditionem in quocunque negocio duo testes ad rei probationem sufficiant uulg. l. ubi numerus. & ibi glo. & doct. ff. de testib. cap. in omni negocio. & c. licet uniuersis. extra eo. Spec. eod. tit. §. restat. in princ. Abb. consi. 16. in uers. sed nunquid per di-
2 cta illorum testium. uol. 1. quæ quidem regula confirmatur, & probatur non solum iure humano, sed etiam Diuino ueteris & noui Testamenti iuxta illud Deutero. c. 19. in ore duorum, uel trium testium stabit omne uerbum, relatum in c. fin. 35. q. 6. quod Christus
3 D. N. Matthæi. 18. c. approbando citauit, ut dicit Dom. Soto. de iust. & iu. lib. 5. q. 7. art. 2. circa princ. & habetur in c. nouit. de iud. & in d. c. i omni negocio. & d. c. licet uniuersis. de test. & in c. cũ esses. ubi glo. in uer. scriptum. & c. seq. in fi. de testam. & in Euangelio Ioannis. 8. c. ita legitur, Christum argumẽtatum esse contra Iudæos. dum ait; In

lege

4 lege ueſtra ſcriptũ eſt, quoniam duorum hominũ teſtimoniũ uerũ eſt &c. & Paulus ad Corinthios, idemq; ad Hebræos, quis præuaricans legem Moyſi, duobus aut tribus teſtibus conuictus, ſine miſeratione lapidabitur, ut habetur in c. 1. 2. q 4. & trad. Bald. in conſi. 284. in princ. lib. 3. & conſequenter cũ illud quod eſt de iure Diuino, ſit etiam
5 de iure naturali, ut in c. 1. diſtin. 1. ubi glo. exponit naturali. i. Diuino, & ibi not. declarant Archid. nu. 6. cum ſeq. & Præpo. col. 2. in uer. not. ulterius. & col. ſeq. in uerſ. glo. 3. ubi latiſſime Gemin. in expo. tex. & in 1. & 2. oppo. & col. pen. in uer. glo. ſuper uer. naturali. cui concordat tex. in c. fi. uerſ. cum ergo. ubi etiam not. Archid. diſtin. 9. & lex naturalis ſit legis æternæ participatio, & lex Diuina reputetur, ut declarat Summa Aſten. lib. 1. titu. 3. art. 5. q. 1. in princ. & q. 2. & authoritate Apoſtoli late probat Alfonſ. à Caſtro de l. pena. lib. 1. c. 4. pag. 46. litera D. & duabus ſeqq. quamuis lex naturalis à Diuina ſpecifice diſtinguatur, ut habetur per doct. in d. c. 1. & late Card. à Turre Cremata. in c. ſeq. diſtin. 1. & bene declarat Dom. Soto de iuſt. & iure lib. 1. q. 3. ar. 1. idcirco regula iſta, quæ procedit de iure Diuino, procedit etiam de
6 iure naturali, & iure gentium primæuo, ut probat Bar. in l. admonendi. ſub nu. 57. ff. de iureiu. & in l. 1. nu. 9. ff. de cond. ind. & in l. 1. ad fi. ff. de mili. teſta. in l. cum quis. num. 9. C. de iu. & fact. igno. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. in fi. C. de teſta. & in l. milites. in fi. ibiq; etiam Iaſ. nu. 1. C. de teſta. mili. idemq; Bar. in l. filiusfam. parum ſub nu. 4. ff. de dona.
7 Stabilita † & fundata in lumine rationis naturalis, ut docte & eleganter probat Dom. Soto. ſupra alleg. d. lib. 5. q. 7. art. 2. col. 1. quo in loco exponit regulam hanc, quæ ſub diſtinctione pro-
8 cedit [in ore duorum uel trium] in primo membro neceſſitatem & ſufficientiam deſignare, in poſteriori uero abundantius complementum; & declaratur ut per Bar. in d. l. admonendi. ſub d. nu. 57. ff. de iureiu. Ex cuius di-
9 ctis apparet, in numero trium etiam perſonam agentis comprehendi, prout ſatis clare colligitur ex uerbis D. N. Matth. 18. cap. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum &c. & ſubdit: Si aũt nõ te audiuerit, adhibe tecum unum, uel duos, ut in ore duorum, uel trium teſtium ſtet omne uerbum, ut habetur in d. c. nouit. de iud. & in d. c. in omni negocio. & ibi late Abb. nu. 4. & Felie. eo. nu. 4. cum ſeq. de teſtibus.

Quamuis igitur ſecundum regulã hanc iure naturali Diuino, & humano probatã, duo teſtes in quocunq; negocio ad rei probationẽ requiruntur, ta-
10 men multoties attenta aliqua particulari ratione, ab huiuſmodi regulari obſeruantia recedendum eſſe legumlatoribus uiſum fuit, ita quidem ut in quãpluribus caſibus pluresq; duo neceſſa-
11 rios eſſe diſpoſuerint: nam quandoque tres, quandoque quinque, quandoq; ſeptem, quandoq; octo. iux. glo. ord. in d. l. ubi numerus. ff. de teſtibus. & in d. c. licet uniuerſis. eod. tit. quandoq; etiam duodecim, quandoq; uiginti ſeptem, quandoque ſexagintatres, quandoq; etiam uſque ad ſeptuaginta duo, ut habetur in c. præſul. & c. fi. 2. q. 4. & plene trad. Specu. de teſtib. d. §. teſtat. nu. 1. & ſeq Iacob. Butriga. inter tract. Bar. circa materiam teſtium in c. de nu. teſtium. & in terminis noſtris trad. Fortu. de ult. fi. nu. 172. & ſeq. Paris. alios cumulans in conſi. 68. nu. 152. cum ſeq. uol. 4.

Nec mirum hoc uideri debet, cum etſi regula de duobus, uel tribus teſtibus non ſolum iure humano, quod

12 mutabile est, sed etiam iure Diuino, & naturali, quod sempiternum est & immutabile, (ut in §. sed naturalia. inst. de iu. natu. gen. & ciui. & c. 1. in princ. 5. dist. & c. fi. §. his itaque respondetur. & ibi Alexand. 6. dist. cum simi. infra late adductis par. 3. cap. 3. nu. 216.) stabilita probetur; tamen non uetat quin plures ex aliqua iusta causa adhiberi possint, ut declarat Abb. in d. c. in omni negocio. col. fin. in uer. ult. oppo. Soto. d. lib. 5. q. 7. art. 2. col. 2. Fortu. ubi sup. nu. 176. & Couar. in c. cum esses. nu. 3. de testa. nam ut ibi inquit Couar. per illa uerba, In ore duorū uel trium &c. lex
13 Diuina ita probauit duorum numerum, ut uelut iniquum iudicaret regulariter unius testimonio quempiam dānari, non tamen uetat quin ex causa plures adhiberi possint, ut probatur in d. c. licet uniuersis. per Couar. allegatum, & est tex. expressus, in d. c. fi. 35. q. 6. & probatur aperte intellectus iste Deutero. cap. 17. dicente Domino, In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur, nemo occidatur uno contra se dicente testimonium. & rursus cap. 19. non stabit testis unus contra aliquem quicquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne uerbū.
14 sicq; illud uerbū [duorum] exponitur .i. non pauciorum, & sic affirmatiua exponitur per negatiuam, ut est glo. communiter approbata in d. c. licet uniuersis. & in d. c. in omni negocio. de testi. licet Abb. aliter interpretetur mentem illius authoritatis ibi col. fin. ante nu. 6. sed & expositionem glo. ultra alios sequitur Henr. Boic. in cap. 1. nu. 5. de constitu. approbando ergo numerum, duorum uidetur reprobare minorem, non tamen improbauit maiorem, ut ex prædictis authoritatibus manifeste liquet.

Et ratio huius conclusionis euidentius inde fit manifesta, quod ut ex Ari- 15
sto. j. Ethico. trad. Soto de iusti. & iu. lib. 5. q. 7. ar. 2. certitudo non est in omni materia similiter exquirenda, ob idque in actibus humanis, qui in caducis & contingentibus uersantur, non requiritur illa infallibilis certitudo, quæ in scientijs demonstrabilibus; sed ea sufficit, quæ ut plurimum ueritatem continet: raro autem deficit, quæ consistit (ut idem prosequitur) in duobus uel tribus testibus, quæ omnia sumpsit ex Diuo Tho. 2. 2. q. 70. ar. 2. quamuis igitur naturali ratione attenta per duos uel tres testes uideatur haberi sufficiens certitudo in actibus humanis; tamen, cum (prout dictum est) ista non sit necessaria & infallibilis certitudo, propterea ex uarijs circunstantijs, & qualitate causæ inspecta, poterit ab ista communi regula recedi quoties legislatoribus id uisum fuerit expedire pro communi totius Reipublicæ status quiete & tranquillitate, prout in hac materia Testamentorum, de qua agit noster hic peculiaris Tractatus, po- 16
tuit quidem lex ciuilis propter maiora pericula falsitatum, quæ in morientium dispositionibus potius quàm uiuentium cōmitti possunt, ut not. Pau. de Cast. in l. hac cōsultissima. §. at cum humana fragilitas. nu. 5. C. qui testa. face. pos. iuste ab hac regulari certitudine recedere, & maiorem certitudinē exigere per ampliorem numerum testium quam aliàs fuisset necessarium. iux. tex. in l. fin. C. de fideicom. ut bene trad. Bald. in c. 1. §. si quis. sub nu. 1. in uer. sed quærò. si de inuest. inter do. & uasal. lis oria. & late idem Bal. in consi. 285. col. 1. lib. 3. & latius infra cap. seq. nu. 3. cum seq. ubi enim maius periculum uertitur, ibi cautius est agendum. lib. 1. ad fin. prin. ibi, nam & magis consulendum est ijs, quibus maius periculum intenditur. ff. de Carb. edic. c. quic stamus.

scamus. distin. 42. c. ubi periculum. de elect. lib. 6. cum sim.

17 Ex quibus fit manifestum legem humanam quatenus plures duobus uel tribus ex aliqua causa sibi bene uisa exigit testes, non esse contra ius Diuinum, aut contra ius naturale Abb. in c. 2. nu. 6. in fi. de probatio. quãuis enim (ut dicit Dom. Soto prox. allegatus) nisi hominum malitia excresceret, satis abundaret duorum, aut trium testi-

18 monium, Mortalium tamen fide & iustitia deprauata idem ius naturale persuadet, ut testimonia firmiora requirantur, præsertim ut ipse ait in testamentis, prout etiam in proposito multum bene trad. Bal. in d. consi. 285. lib. 3. & latius infra ostendetur.

19 Et per consequens non uidetur ambigendum esse de legis ualiditate requiren. ampliorem numerum duorum testium ubicunque ex aliqua causa particulari id uisum fuerit pro bono publico expedire, prout in pluribus casibus id statutum fuisse uideri potest supra nu. 11. & seq. & præsertim in hac materia testamentorũ, de qua particulariter infra cap. proximo tractandum

20 est; quamuis enim iura humana contra ius Diuinum, & naturale statuere non possint. c. quo iure. in fi. & c. seq. 8. dist. nec contra illud dispensare. c. literas. ubi glo. ord. Abb. & cæteri cano. de restit. spolia. cum aliis latissime adductis infra par. 3. cap. 3. nume. 224. cum quinque seqq. potest tamen Ius Diuinum & pariter ius naturale (prout ibi latius declarauimus) per ius positiuum suppleri, distingui, & limitari, ad trad. in terminis per Inno. & cæteros. in c. fin. ubi late Abb. sub nu. 3. de consuetu. & in cap. quæ in ecclesiarũ. ubi late quoque Abb. nu. 8. cum seqq. Feli. 2. & Dec. 13. de constitut. & ita quoque late Bero. nume. 131. & 133. cum seq. ubi declarat, & in terminis quoque Innoc. in cap. post translationem. in fi. de renuncia. Henr. Boic. in d. c. 1. nu. 5. de constitu. Abb. in repet. cap. cum esses. num. 14. ubi post alios Couar. num. 3. de testam. latissime Anchar. in regula possessor. col. 4. de reg. iur. lib. 6. & legit. omnes. in l. fin. ubi præcise quoq; Bal. nu. 2. cũ seqq. C. si cõtra ius. & præcise quoq; bo. glo. in l. 1. in gl. fin. ubi etiam late Bar. ff. de constit. princ. Bart. in j. constitu. fforum. nu. 6. in fi. & latius in l. omnes populi. in 3. q. principali. sub nume. 22. ibi, aut de iure Diuino. ff. de iust. & iu. & celeberrimus omni laude dignus doctor Nauar. in relec. rub. cap. nouit. de iudic. nu. 89. trad. Alexand. in consi. 1. num. 3. uol. 2. Gozad. in consi. 51. nu. 17. & 18. & latissime pluribus exemplis comprobat Paris. consi. 68. nu. 120. cum seqq. iuncto num. 134. cum alijs usque 159. uolu. 4. Sozi. consi. 28. nu. 10. cum seq. uol. 1. ubi doc. præcise concludunt regulam istam Iuris Diuini & naturalis de numero duorum aut trium testium potuisse per ius positiuum ex causa suppleri, & limitari, idem quoque latissime trad. Abba. in cap. 2. col. 2. de probat. ubi not. concludit non solum in testamentis, sed

21 etiam in alijs casibus statui posse ut amplior numerus quàm duorum aut trium testium requiratur, cum & ipse Deus hoc faceret casu adueniente, & in terminis idem quoque Abb. in d. c. in omni negocio. in fi. de testib. Dom. Soto. de iustit. & iu. lib. 3. q. 7. artic. 2. colum. 2. in uers. emergit. & latissime M. Ant. Nata in repet. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 150. C. de testam. Fernan. Vasq. de success. crea. §. 2. nume. 7. & omnium latius Fortu. de ult. fi. nume. 170. cum sexdecim seqq. & bene Abb. in d. cap. licet uniuersis. nume. 3. de testibus. subdens per illum

22 tex. quod iura ciuilia requirentia plu-

res testes duobus non sunt irrationabilia, sed potius approbata per ius Canonicum,& post Bald. Fely.ibidem ad fi.ubi ex hoc infert secũdum Imo. ibi, non esse correctas leges ciuiles loquẽtes de septem testibus in testamento adhibendis per. c. cum esses, & seq. de testam.& latissime comprobat Fortu. ubi supra num. 171. & 172. cum seqq. de quo particulariter infra par.2. cap. 9. loco suo proprio latius est di-
23 scutiendum. Et cum consuetudo dicatur ius non scriptum, & sit pars iuris ciuilis, ut in. §. constat. & §.ex non scripto. inst. de iu.natu.gen.& ciui. & eiusdem uigoris, & potestatis prout lex scripta. c. consuetudo. distinct.1. cum latissime adductis infra loco suo quoque proprio cap. 22. num.47. pari ratione idem concludendum est respectu consuetudinis inducentis maiorem numerum testium quàm duorum in actibus humanis, quod ex causa id facere, & inducere possit, & ualeat, prout de lege scripta conclusum fuit, ut in terminis late tradd. cano. in. c.2. ubi late Abb. nu.5. cum seqq.& cæteri de probatio. Bar. in l.de quibus. lec.2. nu.18. ff.de leg.& infra. d. c.22. latissime demonstrabitur.
24 Confirmantur præmissa eo quod huiusmodi regula iuris diuini, qua cautum est in ore duorum uel trium testium stare omne uerbum, non est præceptum morale, sed iudiciale, pertinẽs ad iudicia, & iustitiam hominibus exhibendam, ad quod tendunt præcepta iudicialia, ut per Couar. uaria. resolu. lib.j. cap. 17. in prin. & latissime Dom. Soto. de iust. & iu. lib.2. quæst.2. art.2. in 3. conclu.& q.6. artic.j. per totum, & Summa Asten. lib. 1. titul.2.& præcise in his terminis Abb. in. d. c. 2. col.2. ad fi. de proba. quicquid alibi dixerit idem Abb. in. c. cum esses. lec.2. col.3. de testam. nam. & ut in d. c.2. de proba. dicit Abb. proxime allegatus, hoc præceptum est fundatum certa ratione, qua deficiente, puta propter malitiam quæ creuit inter homines, ueritas nũc in duobus non reperitur; satis mutari potuit hæc iuris dispositio, ut ibi latius per eum, & Fely. ubi latius comprobat ibidem. nu.5. Præcepta enim iudi-
25 cialia non sunt ex sui natura simpliciter bona uel mala, prout sunt præcepta moralia, præsertim Decalogi, sed ideo bona, quia præcepta, & mala quia prohibita, ut bene explicat Dom. Soto. de inst. & iu. lib. 2. q. 2. artic.2. in d.3. conclu. ideoque huiusmodi præ-
26 cepta iudicialia legitima causa subsistente mutari possunt, quamuis præcepta moralia Decalogi sint immutabilia prorsus, & indispensabilia, ut habetur in. c. fi. §.his itaq; respondetur. dist. 6. Summa Asten. lib.1 ti.3. art.5. & latissime Dom. Soto. de iust.& iu. lib. 2. q.3. ar.8. per totum, ubi quod nec ipse Deus in illis dispensare potest, ut ex mẽte S.Thomæ ipse latius ibi declarat.
27 Quinimo cum præcepta huiusmodi iudicialia, prout & ceremonialia, quæ in lege ueteri continebantur, adueniente noua Christi lege euanuerint, quia translato sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat inquit Paulus ad Hebræos. cap.7. relatus. in cap. translato. de constitut.& habetur in c.1. distin.5. in cap.2. in fi.35. q.1. & in. c.1. ubi omnes de purifica. post par. glo.& doct. in cap. ad audientiam. de sponsa. in. c.fi. de diuor. & in c.fi. præsertim Abb. nu.3.& Imo. nu.7.& 8. de consuetu. Goza. consi.51. nu.18. Paris. consi.68. nu.92.& pluribus seqq. & nume.313. uol.4. Couar. d.c.17. in princ. uaria. resolu. lib.1. Dom. Soto. de iust. & iu. in d. lib.2. q.5. artic.4. Thom. 1.2. q.103. artic.3.& 4.& q.104. art.3. Alexan. de Hales. in 3. par. sum. q.59. membro.1. & 3. Scot. in 4. senten. distin. 15. q.ult.

q.ult.in fi.Anto. 1.par. ſum. tit.14.c.5. in prin.& cap.6.in prin. in uerſ. Tertio differunt. Scot. Pet. de Palu. aliјque Theologi relati per Pariſ. proxime alleg.quin,& totius legis Moſaycę obligatio in uniuerſum euanuerit, dicente nouo legiſlatore in Ara Crucis oblato, conſumatum eſt, ut præ cæteros explicat Dom. Soto. d.art.4. in 1. & 2.

28 conclu. Hinc fit quod huiuſmodi præceptum, in ore duorum,&c.quatenus erat præceptum legis ueteris, quo ad uim obligandi euanuerit, ſed quatenus de nouo approbatum fuit tam per legem Euangelicam quàm canonicã, & ciuilem, ut ſupra in princ.oſtenſum fuit, idcirco obſeruandũ, cũ & ſi præcepta ceremonialia legis ueteris ſic ex

29 tincta fuerint,ut nullatenus iterato uiuificari, & reſurgere poſſint, non ſic iudicialia, quæ, & ſi euanuerint, iterato tamen ſtatui, & noua conſtitutione approbari, & uiuificari poſſunt, ut ex noſtris tradd. Imo. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ſub nu.5. ff. de uerb. oblig.& in l.3.nu.6. ibique Aret.col.2. in uerſic. 1.ratio. ff. de teſtam. idemq; Aret.in l.fi. col.pen. uerſi.3. quod non ualet. C. de pact.Imo.quoque in c.fi.d. nu.7.& 8.de conſuetu. & in conſi.1. in fi.Alex.conſi.13. nu.10. uol.7.Bellam. conſi.28.col.1.uerſi.ad partem contrariam. Pariſ. d.conſi.68. nu.105.cũ ſeq. uol.4.Iaſ.in. l.qui ſe patris.nu.25.C.unde lib.Couar. d.c.17.in uerſi. Hinc nõ immerito.Tur.Crema.in.c.coniunctiones. col.1. 35.q.2. cum latiſſime more ſuo cumulatis per Tiraq. in præfa. retrac. lignia. nu.8.& 9. & Theologi oẽs Thom.1.2 q.104.art.3.Alex.de Hales. Scot.Ant.proxime allegati,& Bonauẽ. Rich.Gabriel. Biel. Ang.Claua.Io.maior.& cæteri in locis à Tiraq & Couar. ſpecifice deſignatis, & præter eos Aſten.in ſumma lib.1. tit.2. in uerſic. ad hoc nota. & Soto. d.art.4.in.3.conclu. prout, & ceremonialia quoque quæ magis ad deuotionem quãdam,& pietatem ad ornatum cultus Diuini, & his ſimilia quàm ad futuri Meſſiæ præfigurationem pertinebant iterato ſtatui poſſe,& ſtatuta fuiſſe ſatis clare cõſtat ex.c.1.de conſecr.diſtin 1. & tradd. per Io.Driedo.de liber.Chriſtiana pag. mihi. 81. & poſt Tho. & alios per eum relatos declarat Couar. d.cap. 17. loco proxime allegatos.

30 Quamuis inter ipſos iudæos,ut hoc etiam obiter tangam,lex Moſayca quo ad ritus ceremonias, & iudicia adhuc quoque obſeruetur.c.qui ſincera.uerſ. iudæi. ubi Archi. Gemi. & Tur.Crema. diſtin.45.c.iudei. el 1.& c.ſicut iudæis. uerſic.nullus. de iudæ.Fely.in.c.iudæi. el 2.eo. tit. Præpo. in c. de infidelibus. nu.4. de conſang.& affi. Cald.conſi.10. tit.de conſtitu. conſi.2. de conſuetu.& conſi.30.de teſta. Alex.conſi.6.num.2. cum ſeqq.uol.6.& conſi.233. nu.7. eo. uol.6.Corn. conſi.150.nu.7.170.nu.4. & 180.nu.12.& 13.uol.2.& conſi.123. uol.3. Goza. conſil.24.nu.10.latiſſime Barba.conſi.13.per totũ uol.4.& Ruy. conſi.4.uol.2.Iaſ.in d.l.qui ſe patris. nume.24. C.unde lib.& in l.1. nu.35. ff.ſi cer.pet. Cou.in epito.de ſponta. par.2. c.6.§.10.parum ſub nu.3. Campeg. de ſtatu.exclu.fœmi.q.60.Lau.de Pala.eo. trac.nu.253.& multis ſeqq.& latiſſime Brun.eo.quoque trac.art.6.in 1.memb. plurali.q.3.per totam,ubi latiſſime hãc quęſtionem tractat,licet ipſe contrariã opin. defendere nitatur nempe, quod lex ciuilis non Moſayca inter eos ſeruanda ſit,prout etiam facit Bero.in c.j. nu.164. ubi pro prima noſtra opi.atteſtatur de communi, & nu.165. cũ pluribus ſeqq. de cõſtit. tametſi Iudæi ſub Rom. Imperio degentes in pluribus iura Ciuium Romanorum retineant, ac proinde Romanis legibus, ac canonicis etiã conſtitutionibus eorũ non ad-

uersantibus ligantur, & cōprehendun tur.iux.l.iudæi.1.& 2.& l.nemo iudæorum.& l.die Sabbato.cum sim. C.de iudę.c.postulasti.ubi no.Abb.& c.seq.extra eo. c.post miserabilem. ibiq; etiam Abb.de usu.c.constituit.17.q.4.c.sæpe. & ubiq; gl.& doct.28.q.1.glo.ord.in.c. ius quiritum. dist.1.& bene Bal.in.l.spadonem.§.iam autē.ff.de excu.tut. Abb. in c.2.nu.3.de conuer.infide.trad.Alexan.in consi.71.nu.2.uol.2.& consi.75. nu.6.& 8.uol.5. in consi.99.nu.3.cum cæteris seqq.uol.6.& in consi.13.nu.3. & pluribus seqq.uol.7. Paris.consi.2.nume.9.uol.4.& cano.omnes in. c.1. ubi Felyn.nu.38.& latissime Bero.ubi sup. de constit. & præter Bero.& Fely.Capeg.Bru.Lau. de Palli.& alios quoque supra allegatos bene declarat Dec. in c.consuluit.el 3.de appell.ex his tandē colligere præceptum hoc in ore duorum,&c. per tempora mutari ac proinde ex causa ab eo recedi posse, prout in pluribus casibus recessum fuisse supra demonstrauimus,& infra suis locis proprijs latissime ostendemus.

Accedit quod huiusmodi regula siue præceptum est affirmatiuum, quod non ita arctat sicut negatiuum,quia,ut dici solet,negatiua fortius negat quàm
31 affirmatiua affirmet,iux.glo.in.c.cū dilectus.uer.á su penfis.de consuetu.& in l.hoc genus. quá ad hoc nō.ibi Pau. de Cast.nu.n.3.ff.de cond.& dem.trad. Bar.in.l.tutor.in prin.ff.de suspec.tuto. bene Bald.in c.imperialem.in prin.sub nu.19.in uersic.nota,quod plus operatur. ubi assignat rationem de proh.feu. alie.per Fede.Bald.in l.si Rufinus. nu.2. ibiq; Alex.nu.6. cum late in proposito adductis per Ias. nu.1.& 2.& Dec.nume.7.& tribus seqq. C. de testa.mili.& idem Dec.in. c.nam concupiscentiam. lect.1. in 3.notab. de constit. Cagno.in l.1.sub nu.8.ff de regu.Dec.in cōsi 3. nu.4.& 5.& consi.490.nu.6.567.nu.3. cum seq.& 617.nu.4.& idē in.c.ex parte.ad fi.in uers.& ad prædicta facit. de cōstit.Aym.in cons.146.nu.4.enimuero,ut dicūt doct.præcepta affirmatiua, licet obligent semper,nō tamē ad sem
32 per,prout obligant negatiua,Asten.d. lib.1.tit.2.uers.circa uero secundum.& lib.2.tit.67.art.4. in uers. utrum frater. docet S.Thom.2.2.q.33.art.2.& eo tacito Archid.in c. si peccauerit.& post eum Præpo.& Tur.Crem.nu.13.2.q.1. idemq; Archid.in summa de pœniten. dist.5.& post eum ibidem Nauar.in 3. par.glo 6.idemq; Nauar.in Manua.con fess.c.8.sub nu.7.uers.6.& c.11.sub nume.6.in uers.10.& in relec.c.nouit.de iud.notab.6.nu.77.Ant.de But.& cæteri in eo. c.nouit. ubi Abb sub nu.34.& idem in.c.omnis utriusq; sexus. nu.20. de pœniten.& Rota de consue.in ant. decis.10.nu.3.Dec.in d.l.si Rufinus.nume.10.& in d.c.nam concupiscentiam. & alij.in locis supra citatis, & per nos infra. c.10.nu.82.in fi.& nu.83. Itaque pro tempore tantū obligant usquequo aliud ex aliqua causa legislatori bene uisa statutum reperiatur, sicq; præceptum hoc pro tempore loco, & causa mutari potest.

33 Nam quia ea, quæ sunt iuris Diuini aut naturalis non possunt nisi ex iusta causa bonum commune, & utilitatem publicam concernen. per ius humanū alterari ad tradd.per Inno.& cano.oēs in c.quæ in ecclesiarum. ubi late Fely. col.8. in 3.concl. & post alios latissime Bero.nu.133.& 134.de cōstit.& legitur in d.l.fi.ubi in his præcisis terminis Bal. nu.2.& seqq.C.si cōtra ius.trad.Bart.in l.quæcūq; in fi. C. de fi.instru.& iu.hast. fi c.lib.10. Pau.de Cast.in consi.178.in fi.& 229.nu.3.& 287.col.2.in uers.nec obst.allegata.par.1.Alex.in consil.101. nu.8.& 136.nu.12.uol.1.& consi.190. nu.13.uol.2.& consi.94.num.18.uol.3. Iasin consi.227.col.10.in fi.in 23. fundamen-

damento.& consi.233.col.7.in fi in 11. fundamento.& consi.236.col.1.uol.2. idemq; Ias.in l.Barbarius.nu.24.& alijs etiam seqq.ff.de offi.prætо. & in l.quominus. num.9. ff.de flumi.Dec.in consil 361.col.pen.nu.7. ad fin.cum seq.& consi.576.nu.9. Goza.consi.5.num.8. Aym.consi.264.nu.10.Cepha.cōs.40. nu.48.declaran lo, ut infra c.7.nu.19. cum seqq. idcirco lex positiua absq; iusta,& rationabili causa ampliorem numerum testiū exigens non subsisteret, sed tantum ex rationabili causa boni cōmunis, ut in terminis declarat Abb. in d.cap. 2. col. 1.ad fi. & late post alios Dec.nu.6.& seq.de proba.

Ergo, ut ad institutum redeamus quemadmodum iure Diuino,naturali, & humano in ore duorum, uel trium stat omne uerbum, quo ad necessariā
34 sufficientiam,ita quoque eodem triplici iure infertur in nullo casu unius testimonium sufficere,ut expresse habetur in allegata autho.Deutero.c.17.& 19. supra sub nu.13.& in c.fi.35.q.6. & in c.admonere.ibi, quoniam nec Euangelium,nec ulla Diuina humanaq; lex unius testimonio etiam idoneo quempiam condemnat uel iustificat.33.q.2. eo quia lex Diuina approban. duorum testimonium minorem numerū reprobasse uidetur,ut sup.d.nu.13.& seq.de iure quoque humano canonico, & ciuili expresse habetur in c.licet uniuersis. in fi.de testib.cap.ueniens.in fi.el j. eo.tit.l.iusiuran.in fi. C.eo.ubi Bal.no.
35 illud uulgatū, uox unius, uox nullius, quod & ante ipsum adnotauit Specul. eo.tit.de testi.§. restat. nu. 7. & passim per doct. allegari solet,quos ad hoc cōgerit Zun.in respon. pro uxo. nu.531.

Sed, & ab hac quoque regulari traditione plures casus excipiūtur, in qui-
36 bus iura unicum tantum testem sufficere statuerunt,ut in l.Theopompus.ubi glo.& Bar.ff.de do.præle.quos ad longum prosequitur Spec. d.§. restat. nume.8. usq; 12.ubi 30.casus enumerat, in quibus unicus tantum testis sufficit, Summa Asten. lib.1. tit.37.art.8.Abb. in c.2.nu.6.de proba.Fely.in c.ueniēs. el 1.col.fi.de testib.Ias.in repet.l.admonendi.nu.193.usq; 201.ff.de iureiu. & latissime Ant.Gab.com.concl.lib.1.tit. de testib.conclu. 1.per totam.

Etenim cum prout ex causa potuit lex positiua duorum testium numerū
37 augere,ita & eadem ratione iusta causa subsistente minuere potuit, ut per Abb.in d.c.2.nu.6. in fi.de prob. quia, ut ipse inquit,hoc nō est prorsus cōtra ius Diuinum,ex quo regula illa,in ore duorū,&c.procedit,nisi ex causa aliud inducatur; pōt igitur ex causa induci,
38 ut uni tantum testi credatur, ut etiam trad.Fely.in d.c.ueniens.el 1.nu.20.in fi.de testib. quāuis enim in uniuersum hoc statui non posset,tamen in aliquibus causis hoc ex causa rationabili admittitur,ut per eundem Abb. in c.nuper nobis.nu.1.de test.Ias.in repet.d.l. admonendi. sub nu.191.& late Gabr. d.concl.1.de test.nu.7.usq; 12. nam in proposito uidemus, quod quemadmodum ualet statutum,& consuetudo in-
39 ualidans probationē,quæ alias de iure cōi esset ualida,exigens maiorem probationē quàm ius cōe requirat,ad tradi.per oēs.in d. c.2. ubi post alios Dec. nu.6.de probat.ita & è conuerso ualet statutum,& consuetudo ualidans probationem de iure cōi, alias inualidam, Fely.ibi nu.4.& num.6. & seq.& Dec. ibid.nu.9.& seq.& consequēter quod ualida sit probatio ex uno tātum teste, quæ alias esset inualida, ut late Gabr. proxime allegatus, & infra loco suo particulariter discutietur.c.22.nu.74. & pluribus seqq.

Verum quia noster hic particularis tractatus de numero testium nō in uniuersum circa oēs casus,sed tantum circa te-

ca testamenta uersatur; idcirco alijs omissis, de quibus ad plenum per Spec. in d. §. restat. per totũ. cum alijs supra nu. 10. & seq. allegatis, descendendum est ad peculiarem huius tractatus materiam de numero testium in testamẽtis requisito, & quia circa hoc reperitur maxima diuersitas inter iuris ciuilis, & iuris Canonici dispositionẽ, idcirco in hac prima parte tractandum erit de numero testium secundum iuris ciuilis dispositionẽ in testamentis requisito. in secũda uero uidebimus quid circa hoc statutum reperiatur de iure Canonico. Tertio, & ultimo, disputabitur quid circa materiam hanc diffiniendum sit in foro conscientiæ.

R E G V L A.

Quod de iure ciuili regulariter in testamentis septem testes requiruntur. & de eius ratione. C. II.

S V M M A R I V M.

1 *Ius ciuile statuit septem testes adhibendos esse in testamentis.*

2 *Quod procedit tam in testamento in scriptis, quàm in testa mento nuncupatiuo.*

In testamentorum confectione agitur de re maxima importantia, quia agitur de toto, & uniuersali cuiusque patrimonio.

4 *Ius ciuile attẽta causæ grauitate in testamẽtis ampliorem numerũ testium requisiuit.*

5 *De iure gentium primæuo, antequam leges scriptæ emanarent, testamenta cum duobus tantum testibus subsistebant.*

6 *Testamenti factio dicitur iuris ciuilis, & iuris publici.*

7 *Testamentum quo ad substantiam, & originem recipit efficaciam de iure naturali, nam etiam ante ius ciuile, quis disponebat de bonis suis in ultima uoluntate.*

8 *An de iure quis disponere possit de bonis suis post mortem, quo tempore non est amplius illorum dominus remissiue.*

9 *Antequam ius ciuile emanaret, ualebant testamenta absque solennitate coram duobus tantum testibus. secundum ius naturale condita.*

10 *Vbicunque in testamento sunt remissæ solennitates iuris ciuilis, & reducitur ad terminos iuris naturalis, & gentium, duo tantum testes sufficiunt.*

11 *Succrescente hominum malitia, superuenerunt Leges scriptæ authoritate Diuina per ora Principum promulgatæ.*

12 *Testamentum ipso iure nullum corrueret si unus ex septem testibus deficeret.*

13 *Ratio uitandæ fraudis fuit causa iuris ciuilis inductiua numeri septem testium in testamentis adhibendi.*

14 *Lex facta ad obuiandum fraudibus dicitur iusta. & rationabilis.*

15 *Ob fraudem uitandam plurima statuta reperiuntur ultra communem iuris obseruantiam.*

16 *Prouisio facta ad fraudes uitandas uidetur respicere publicam utilitatem.*

17 *Et talis prouisio dicitur fauorabilis, & ampliãda etiam in materia pœnali.*

18 *Ita punitur, qui facit fraudem legi, prout qui facit contra uerba expressa legis.*

19 *Quot modis dicitur fieri fraus legi.*

20 *Ratio uitandæ fraudis propter quam lex introduxit numerum septem testium in testamentis adhibendum est impulsiua potiusquam finalis.*

21 *Dictio, forte. denotat causam impulsiuam.*

22 *Natura causæ impulsiuæ est, ut ea cessante, non cesset legis dispositio. & nu. 27.*

23 *Ratio, & causa licet inter se differant, tamen ut plurimum confunduntur, & pro eodem ponuntur.*

24 *Ad essentiam testamenti non sufficit ueritas sine solennitate.*

25 *Confessio partis tollit præsumptionem fraudis.*

26 *Ad ualiditatem testamenti ueritas, & solemnitas insimul requiruntur.*

27 *Cessante causa impulsiua non cessat dispositio.*

28 *Ratio uitandæ fraudis non solum mouit legislatorem ex parte ante, sed etiam ex parte post.*

29 *Solennitas in testamentis requisita, est de forma substantiali.*

30 *Lex procedit annullando testamentum, in quo deficit solennitas numeri septem testium.*

31 *Cessante causa finali non cessat dispositio, quando lex ultra procedit annullando a-*

ctu m

stum aliter factum.

32 *Cessante ratione legis in casu particulari, nō cessat legis dispositio.*

33 *Dispensatio non est necessaria in casu, in quo cessat legis dispositio.*

34 *Cessante causa finali in casu particulari, an cesset legis dispositio.*

35 *Testamentum minus solenne ex defectu numeri testium non præsumitur à iure fraudulentum.*

36 *Licet numerus iste fuerit introductus ad vitandas fraudes.*

37 *Donatio non præsumitur ex hoc fraudulenta, quia in ea non fuerit adhibita insinuatio, quæ tamen introducta fuit ad fraudes vitandas.*

38 *Donatio non insinuata confirmatur iuramento.*

39 *Ex testamento minus solenni ex defectu numeri testium oritur naturalis obligatio.*

40 *Lex præsumit subtractionem rerum hæreditariarum ex inuentarii omissione.*

41 *Ad hoc vt dispositio legis de numero testium locum sibi vendicet sufficit quod fraus interuenire possit licet non interuenerit.*

42 *Tex. in l. iubemus. in fi. C. de testamen. explanatur.*

43 *Notarius prætermittens in testamentorum confectione solennitates de iure requisitas punitur pro pœna falsi.*

44 *Testamentum falsum & minus solenne æquiparantur quo ad vim probationis.*

45 *Instrumentum carens debitis solennitatibus non est sine suspicione falsi.*

CAP. II.

1 INTER cæteros igitur casus, per l. ciuilis dispositionem ab illa communi, & regulari duorum testium traditione exceptuatos, primum locum obtinere uidetur casus testamenti, ut habetur in glo. d. l. ubi numerus. ff. de testib. & in d. c. licet uniuersis. extra eo. in quo ius ciuile, ex edicto Prætoris statuit septem testes adhibendos esse iux. tex. inst. de testa. in prin. §. fi. & & in l. hac consultissima. in princ. & §. per nuncupationem. C. eo. & habetur in l. fi. eo. tit. & per Specu. tit. de test. §. restat. uers. in testamentis. Bald. de feu. titu. si de inuestitu. inter dom. & uassallis oria. §. si quis. nu. 1. & in consil. 285. uolu. 3. Boer. decisi. 228. nu. 1. Marsi. singu. 156. in prin. ubi dicit, quod non est prudens, qui hoc nesciat, & hoc de iure ciuili nullam habet difficultatem, ut attestatur Iul. Cla. lib. 3. sent. quæst. 57. in princip.

Firmatur igitur principalis nostra conclusio, quod de iure ciuili regulari
2 ter in testamento septem testes requiruntur, quæ quidem indistincte procedit tam in testamēto in scriptis, quàm in testamento nuncupatiuo, nam de utroque loquitur tex. inst. & C. de test. proxime allegatus, & firmat Boer. d. decisi. 228. in prin. & Guliel. de Benedi. in c. raynutius. uer. testamentum. 1. num. 9. & 10. de testam.

3 Nam cum in testamentorum confectione agatur de re maximæ importātiæ, tum quia agitur de toto, & uniuersali cuiusque patrimonio. l. propter litem. ff. de excu. tuto. & in §. item propter litem. & ibi Ang. Aret. num. 2. inst. eo. tit. tum etiam quia agitur de suprema hominis uoluntate, postquam iam aliud uelle non possunt, ut liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, ut est text. not. in l. 1. ubi omnes. C. de sacr. Eccle. Tum quia agitur de probandum ueritate post mortem eius, qui ueritatem sciebat; propterea ius ciuile attenta causæ gra
4 uitate, ne aliqua falsitas in eorum confectione interuenire possit, amplorē numerum testium requisiuit, ut per plures testes perfectissima ueritas reueletur, ut no. inquit Imperator in l. fi. C. de fideicom. & trad. Bal. in d. consi. 285. lib. 3. & in d. tit. si de inuest. inter do. & uass. lis oria. §. si quis. nu. 1. Natta. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 150. C. de testam. & bene com

pre-

probat Fernan.Vasq. de successſ. crea. lib. 1.§.2.nu.7.ad fin.& Fort. de ult.fi. nu.. 70.Dom.Soto de iuſ. & iu.lib.5. q.7.ar.2.col.2.in uer. Emergit.& ſup. c.proximo.nu.16.& pluribus ſequen. oſtenſum fuit.

5 Etenim,ut no.declarat Bal.antequã leges ſcriptæ emanarẽt,quãdo ſola ueritas mortalib.iuſtitiã ſanciebat,& ſic de iure gentiũ primæuo, teſtamenta cum duobus tantum teſtibus ſecundũ regulam iuris naturalis ſuſtinebãtur, paulatim tamen hominum malitia ſuccreſcẽte neceſſariæ fuerunt leges ſcriptæ, quibus propter ſinceritatẽ teſtamentorũ ne ulla fraus in eis committeretur pro bono publico, ut dixit Bald. introductæ fuerunt ſolennitates plurimæ in illis adhibendæ, de quibus inſt. de teſta.per totum.& in d.l.hac conſultiſſima. per totum. C.eo.& per glo.& doct.in l.3.& 4.ff.eo.eſt enim hic obiter animaduertendum,quod teſtamen

6 ti factio dicitur iuris ciuilis,& iuris publici quo ad ſolennitates per ius ciuile introductas,& quo ad formam teſtandi.d.l.3.ff.de teſt.& habetur in l.1. ubi glo. & doct. eo.tit. & latiſſime probat Ang.conſi.88.& conſ.126. per totum: Alex.conſi.209.nu.6.lib.2.& 119.nume.15.lib.6.& Dec. conſ.488.nu.13.& conſi.494.nu.1.idemq; Dec.conſ.557. nu.5.403.nu.14.455.n.3. & ſeqq.557. nu.5.& 6c8.nu.5.cũ ſeqq. Pariſ.conſi. 46.nu.32.uol.3.& ita procedit Bart.in l.ex hoc iure. col.2. in uerſic.ulterius. ſub nu.5.ff.de iuſt.& iu.ſed, ut dicunt

7 Alex.Dec & Pariſ. quo ad ſubſtantiã, & originem recipit efficaciam de iure naturali,quia ẽt ante leges poſitiuas,& ante ius ciuile quis diſponebat de bonis ſuis in ultima uoluntate, ut tradit Bar.in l.interdũ. nu.7. & ibid. Iaſ. ſub nu.4.ff.de cond.ind. idem Iaſ.in d.l.ex hoc iure.nu.46.& ſeq.& in l.admonẽdi.2.lec.ſub nu.184.ff.de iureiu.& in l. ſi teſtamentũ.nu.6.C.de teſta.& idem late poſt Bart.& cæteros. in rubr.ff.de acq.hær.n.14.& ſeqq.& in l.nemo põt. lect.j.nu.76.ff.de leg.j.Alex.conſ.2.nume.7. uol.j. Couar.uaria.reſol.lib.3.c. 6.nu.7. Iul. Clar.lib.3.ſent.q.2. ubi atteſtãtur de cõi latiſſime Gul.de Bened. c.Raynutius. uerſ. teſtamentũ 1. nu.2. & ſeqq.de teſtam.& latiſſime Natta in l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.nu. 16.& 17.C.de teſtam.ubi not.declarat,

8 an,& qũo quis poſſit diſponere de bonis ſuis poſt mortẽ, quo tẽpore nõ eſt amplius dominus,ſicq; diſpoſitio uidetur cõferri in tẽpus inhabile cõtra late no.p nos infra c.19.nu.14.& 15. de quo habetur per gl.& doc. in l.illa.inſtit.ff. de hær.inſt. & not.Pau.de Caſt. in l.3. nu.5.ff.de teſta.& in l.j.in prin. ff. ad l. Falc.& bene Abb.in rub.de teſta. n. 2. & Chriſt.Por.& Iaſ. ad eũ inſt.eo. §.j. & latius idẽ Iaſ.& Dec.ad inuicẽ contrarij. C.qui teſt.fac.poſ.& idem Dec. in l.eũ qui.nu.4.ff.de iuriſd.om.iud.& Tiraq.de conſt. par.3.limit.2.nu.5. cũ alijs late cõgeſtis à Fernã.Vaſq. de ſucceſ.crea.§.j.ſub nu.1.in uerſ.3.fuit opi. ubi aperte fatetur hanc eſſe opinionẽ cõem,cõtra quam ipſe ſubtiliter inſurgit,tenendo quod ẽt inuẽtione, & origine ſit de iure poſitiuo, declarãdo ut latius per eum à d.nu.1.uſque 6. ſuper quo nunc latius non inſiſto, cum iſte non ſit locus ſuus.

9 Et per cõſequẽs antequã ius ciuile emanaret,ualebãt teſtamẽta abſq; aliqua ſolennitate corã duobus tantũ teſtibus iuxta regulã iuris naturalis condita, u t trd. Bal.per nos ſupra allegatus.nu.5.& Bar.in l.j.nu.9. ff.de cond. ind.& in l.cũ quis. nu.etiã 9. C. de iu.& fac.igno.in l.j. ff.de mili.teſt.& in l. milites.ubi poſt alios Iaſ.C.eo.ti.& idẽ Iaſ.in aut.nouiſſima.nu.17. C.de inof. teſt.& per oẽs.in d.l.hac cõſultiſſima. §.ex iperfecto.ubi Bar. n.3.Pa.de Caſ. & Iaſ.

& Ias. 6. & ceteri. C. de testa. & late Abb. cons. 98. per totũ. lib. 2. ubi doc. 10 prædicti cócludunt, quod ubicunq; in testamento sunt remissæ solénitates iuris ciuilis, & redactũ ad terminos iuris naturalis & gentiũ, prout in testaméto inter liberos, & in testamento militis, duo tantum testes sufficiunt, prout ẽt Iul. Clar. d. lib. 3. senten. q. 8. & nouissime Ludo. Zun. in suo respon. pro uxo. nu. 46. & infra latius suis proprijs & particularibus locis ostendetur.

11 Sed succrescente hominum malitia (ut dixi) superuenerunt leges scriptæ authoritate Diuina per ora Principum promulgatæ, ut habetur in c. fi. 16. q. 3. l. fi. in uerf. ideo. iuncta glo. in uerf. Diuino, quæ allegat concordan. C. de præscript. long. temp. iux. illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. & habetur in epistola inter claros. C. de sum. Trini. & Augustinus super Ioan. relatus in c. quo iure. distin. 8. inquit, quod ipsa iura humana per Imperatores & rectores seculi Deus distribuit humano generi, & alia plura in proposito cumulata reperies infra par. 3. cap. 3. nu. 41. & 42. cum seqq. per quas ne ulla falsitas committeretur in testamentorum confectione plures solennitates intro ductæ fuerunt, inter quas præcipue uoluerunt septem testes, & non minus interuenire debere per supra late ad-

12 ducta. nu. 1. iuncto nu. 3. cum seq. in tantum quod si unus ex septem deficeret, testamentum ipso iure corrueret. l. si unus. ubi doc. omnes. C. de testam. & infra c. 4. & c. 8. nu. 4. cum alijs seqq. latius ostendetur & comprobabitur.

13 Ergo ratio uitandæ fraudis fuit causa iuris ciuilis inductiua numeri septẽ testium in testamentis adhibendis, ut est tex. ad literã (ut aiunt) in d. l. fi. uerf. lex etenim. C. de fideicom. & probat tex. in l. iubemus. in princ. & fi. C. de testam. & in l. hac consultissima. etiam in fi. C. qui testa. fac. pos. trad. optime Bal. in d. cons. 285. col. 1. lib. 3. Ias. in l. 1. lec. 1. nu. 34. & lec. 2. nu. 72. C. de sum. Trinit. Et sic ex iusta causa lex mota fuit ad statuendum quod in testamentorum confectione duo testes non sufficiant iuxta communem regulam, sed requirantur septem, lex etenim facta

14 ad obuiandum fraudibus dicitur iusta & rationabilis Bar. in d. l. 1. nu. 31. C. de sum. Trinit. late Dec. in c. 2. sub nu. 6. de probatio. & in terminis Couar. in c. cum esses. nu. 6. de testam. semper enim lex excogitauit quantum fieri potest fraudibus obuiare. cap. quanto. de priui. c. si ciuitas. de sent. excom. lib. 6. c. quanto. in fi. de diuor. l. fi. §. imperator. ibi, existimo te huic fraudi recte occursurum. ff. de suspect. tuto. l. 1. in princ. ff. si quis omis. cau. testa. l. 1. ad fi. prin. ibi, nam si aliter obseruetur. ff. de Carbo. edic. l. ordinata. in uerf. sed si cũ alijs. ff. de lib. cau. l. 1. §. 1. ibi, & quia potest fieri. ff. de litigio. l. qui sub prætextu. C. de sac. eccl. l. cum ij. §. transactiones. in fi. alias. §. si cum lis. ff. de transac. l. illud. §. 1. in fi. ff. de tributo. act. l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced. l. 1. §. editiones. ff. de eden. & probatur toto tit. ff. si quid in fraud. patro. & de his quæ in fraud. cred. præsertim in testamentorum confectione, ut est tex. in l. iubemus. in princ. C. de testa. & in d. l. fi. C. de fideic. Sozi. in l. si ita scripsero. col. 2. ibi aduerte. ff. de cond. & demon. post Aret. per eum ibi relatum. in l. hæredes palam. ff. de testam. & Paris. in consi. 19. nu. 28. uol. 3. Et in quibus cautius est agendum propter maiorem fraudis suspitionem, iux. glo. in l. qui testamentum. ff. de probatio. de cuius glo. conclu. ueritate uide per Bar. & reliquos in l. si is qui. ff. de uulg. & pup. & facit tex. in l. hac consultissima. §. at cũ humana fragilitas. & ibi Paul. de Cast. nu. 5.

nu.5.C.qui testam.face.poss.& idem in d.l.iubemus.nu.2.in fi.C.de testam.& latissime probat Fernan. Vasq. de successi.crea.d.§.2.nu.7. ob quam uitandā
15 plurima statuta reperiuntur ultra communem iuris obseruantiam, ut habetur in l. data.C.de dona.& per Abb.in c.cum contingat.nu.17.de iureiu.Pau. de Cast. consi.345.nu.9. & seqq. par.1. & Dec.d.cap.2.nu.6.de probatio. pro-
16 uisio enim facta ad fraudes uitandas ut detur respicere utilitatem publicam, ut per Pau. de Cast. & alios nunc allegatos, & bene Bal. in proposito nostro in sæpius allegato cōsi.285. circa prin. uol.3.& Fort.de ult.fi.nu.170.quod plenius declaratur infra cap.7.nu.11.cum undecim seqq.usque nu.22. & dicitur
17 fauorabilis & amplianda etiam in materia correctoria, odiosa, & pœnali.l. sed Iulianus. §.mutui dationem.ff. ad Macedo.l.1.in fin. cum duabus seqq.ff. de calumnia. opt. tex. in l.hoc modo. in fi.ff.de cond.& demon. d. c.quanto. ad fi.de priui.& c. si ciuitas. de senten. excom.lib.6.glo.fi. in c. fi. & ubiq; no. Gemi.& alij de usu.eo.lib.6.& bo. glo. in Clem.1. uer. sepelire.in fi. de sepul. tradd.omnes in l.non dubium.ubi Bal. num.10. cum alijs ibi adductis per Ias. sub nu.45.uers. inter alia. & nu.46. C. de legib. Bal. in l.quod non ratione.ff. eo.Ias.in princ. l.1.sub nu.14. uers. secundo.& Ripa nu.58.in fi.ff.de uerbo. oblig. idem Ias.in auth. quas actiones. nu.26. C.de sac.eccl.& Ripa in l.si constante nu.75.ff.sol.mat.Abb.in c. fi.sub nu.8.de præbend. Dec.in regula factū. §.in pœnalibus.nu.14.ff. de reg.iur.& idem in consi.5.in fi.& consi.196 nu.2. & consi.301.nu.7.& 398.in fi.& 561. num.5.& alibi sæpe Cepha.consi.243. nume.33.& seq.Aym.de antiq.temp.4. par.sectio.1.nume.136.idem Aym.in consi.118.nu.11.& consi.122.nu.itid. 11. prout & generaliter ubicunque agitur de fauore Reipublicæ, fidei salutis animarum piæ causæ, & sim.iurx. late adducta infra par.2.cap.1.nu.19.&
18 iccirco ita punitur qui facit fraudem legi, prout qui facit contra uerba expressa legis.l.non dubium.in princ.ubi docto. omnes præsertim Ias. post alios nu.4.ubi allegat concordan C. de leg. quamuis.n.facere contra uerba expressa, & facere in fraudem, sint diuersa in facti qualitate, tamen quantum ad pœnæ commissionem sunt æqualia, ut no. dicit Bal.in d.l. non dubium. nu.9.in fi. & ratio est secundum eundē Bald. ibi nu.1.quia uirtus legis pluraliter consistit in mente, quod late comprobat ibi Ias.proxime allegatus cū alijs latissime adductis infra par.3.c.3.nu.63.quot ue
19 ro modis dicatur fieri fraus legi declarat Bal.ibi nu.20. & late Ias. nu.45.& seqq. post glo.in l.contra.ff.eo. titu. de leg.& in c. plerique. 14. q. 3. & in d.c. quanto.uer.in fraudem.ubi Abb.nu.4. & alij de priui.late Host. in Summa de empt.& uend.§.fi.uer. illud autem no. cum pluribus seqq.& Dyn. in c.fin. de reg.iu.lib.6.ad quos lectorem remittimus, cum iste sit articulus à nostro instituto alienus.

20 Hæc autē ratio uitandæ fraudis, propter quā Ius ciuile statuit septē testes in testamentis esse adhibēdos, fuit quædam ratio impulsiua, & occasio quędā ad id statuendum, non tamen est simpliciter, & absolute ratio finalis dispositionis, ut uoluit Aym. in consil.192. sub nu.11.in uers.Quinto. Couar.in c. cum esses.sub nu.9.de testam. Mantica de coniect. ult. uolun. lib.2.tit.14.sub nume.15.in uers. secundo. quod probat tex.in d.l.fi.in prin. C.de fideicom.
21 ubi in assignatione istius causæ utitur uerbo, forte, cuius natura est importare causam impulsiuam, ut declarat Ias. in l.si pecuniā.nu.19.ff.si cer.pet.in l.in substitutione.nu.6.ff.de uul.& pup. in

l.si ex falsis.nu.5.C.de transac.& in.l.1. §.si is qui.& ibidem Ripa.nu.7.ff.ad trebel.Feli.in.c.accedens.1.col.fi.uers.primo quod ubi lex.ut lit.non contes.not. Alex.in.l.in ratione,la.2.§. quod uulgo. nu.13.ff.ad l.fal.Dec.in.l.si quis Imperatorem.nu.13.C.qui testa.face.pos. Couar.in.c.1.sub nu.14.uers.nec ratio ultima & pluralis.de testa.cum aliis adductis per Tiraq. in tract.cessan.cau.limit. 10.num.1.iux.glo.ab omnibus alleg.in clem.1.de appel.in gl.1.quae uult quod
22 etiam si in aliquo casu cesset illa ratio, non tamen cesset legis dispositio propter dictionem,forte,ibi apposita, prout est de natura causae impulsiuae, iux.l. primam.§.sexum.iuncta glo.& ibi Bart. & alij.ff.de postul.l.sed si mors.§.fi.ff.de dona.inter ui.& uxo.l.2.§.fin.cum glo. quoque fi.ubi Bar.& caeteri.ff.de dona. c.ex parte.el 2. iuncta glo. in uer. falsa sit causa.ubi Abb.sub nu.8.de conuer. coniug.c.magnae.ubi id not.Abb.in ulti.notab. de uoto.glo.in l.1. in glo.magna in 5.oppo.ubi Ripa num.30. C.de pact.& in l. si mulier. in glo. 1.ad med. ubi Bald.& alij not.C.de iu. dot.Bar.in l.demonstratio. §.quod autem.sub nu. 18.ff. de cond. & demonst.& in extrauag. ad reprim. in uers. ne ex eorum absentia.num.12.& 13.Bal.in repet.l. iusiurandum.col.27.in fi. sub uers. de tertia igitur plurali quaestione.ff.de iureiu.ubi dicit,quod ista est quinta causa, à qua non dependet effectus, quia non est substantialis,& nihil operatur, nisi ad bene esse. Fed.de Sen.in cōsi.4. nu.7.Ang.in cons.124.ante nu.3.Abb. in c.postulasti.ubi ponit sing. falle. per illum tex.sub nu. 1. de qua ibi etiam Dec.nu.4.de rescrip.idemq; Abb.in c. cum infirmitas.in pen. notabili. de poeniten.& remiss. Fel.in cap. nonnulli.§. sunt & alij.col.13. in princ.sub nu.50. in uers. pro ista opi.de rescrip. Ripa in l.ex facto.sub nu.14. uers. uel aliter.ff. de uulga. & pup. late Ias. in consi. 63. col.5.in uer.tertio pluraliter.uol.3.Cepha.consi.81.nu.8.glo.passim.& communiter doc.qui distinguunt inter causam finalem, & cesset effectus & impulsiuam,& non cesset à nobis,late cumulati infra par.3.c.3. nu. 77. ubi melius cadit, cum latissime congestis per Tiraq.cessan.cau.limi.1.per totum,ubi ex professo materiam tractat.

Hinc est, quod licet in aliquo casu, in quo non fuissent in confectione testamenti adhibiti septem testes,sed forte duo,tres, aut quattuor tantum,cessaret ratio ista aut causa falsitatis uitandae per legem considerata. haec enim
23 duo,causa & rō,licet inter se proprie sumpta differant,tamen ut plurimum confunduntur,& pro eodē ponuntur, ut latissime post alios. Tiraq. d. tract. prox. alleg. par.1.in prin.nu.1. 2. cum seqq.usque 11. eo quia nulla falsitas interuenisset, & hoc constaret per confessionem partium, quia cōfiterentur testatorem uere & absque ulla fraude testamentum illud confecisse, non per hoc cessaret legis dispositio, & consequenter non magis ualeret testamentum postquam in eo non fuit adhibitus solennis numerus testium; non enim ad essentiam rei sufficit isto
24 casu ueritas sine solennitate, ut probat tex.in l.si ueritas. in prin. C. de fideicom.& uoluit Bal. in consi.3 27.uolum.1.& expresse trad.Bal.in l.alia.num.4. C. de his quib.ut ind. prout etiā quādo confiteor me nudo pacto promisisse, ut ibi per eum, & sequuntur Fely. in c.cum uenissent.col.7.uersi. intellige dupliciter, & Dec. sub nume.26. ad fi.de except. Afflic.qui attestatur ita fuisse iudicatū per Dominos de consilio.decis.25. in 3. dub. num. 4. ad fi.& seq. & praesupponunt communiter Doct. in l.2. C. de bo.pos.secundum tabu. in quaestione disputata ibi per

per glo. in uer. doceri potest, secundum opin. Mar. communiter approbatã, ut per Bar. & Alex. ibid. nu. 4. & seq. Ias. nu. 6. & Dec. sub eo. nu. 6. ad med. uers. & retenta cõm. opin. & latissime Aym. de antiq. temp. par. 1 sectio. uiso de uerbis. nu. 39. & seq. & latissime loco suo proprio c. 9. num. 4. 5. & cæteris seqq. usque ad fi. ostendimus, & declarauimus.

Et ex præfatis redditur dubitabile id quod Ripa trad. in l. 1 §. si is qui quadringenta. sub nu. 8. ff. ad Treb ubi declarando tradita per doct. in d. l. 2. C. de bo. pos. secundum tabu. dixit, quod si uenientes ab intestato confiteantur testamentum minus solenne fuisse factum à testatore absque dolo, & fraude, quod hæres scriptus in eo, debet
25 obtinere eo, quia isto casu propter cõfessionem partis tollitur præsumptio fraudis, quam secundum ipsum ius præsumit in minus solenni testamẽto, ad trad. in simili per Bal. in l. filium quẽ habentem. col. pen. uers. ego breuiter. C. fam. her. idemq; uult Ripa in l. nemo potest, sub nu. 18. ibi, ex quo infero. ff. de leg. j. & in l. admonendi. sub nu me. 186. in uers. 2. obst. ff. de iureiur. ad quod faciunt trad. multum in proposito per Abb. in c. cum contingat. nu. 12. in fi. & nu. 13. cum seqq. de iureiur. & Paris. cons. 33. nu. 41. uol. 2. & quod testamentum minus solenne ex defectu numeri testiũ præsumatur à iure fraude, & dolo confectum, uoluit idem Ripa in d. l. nemo potest. num. 101. ff. de leg. j. & ante ipsum id quoque expresse uoluit Bart. in l. omnes populi. sub nu. 21. uer. aut de iure diuino. ff. de inst. & iu. & Bal. in l. cum quis. col 3. in uersic. 7. C. de iur. & fac. igno. & nouissime Franc. Mantica, qui eos non allegat, de coniect. ult. uolun. lib. 2. tit. 14. nume. 13. in fi. & nu. 14. & 15. pro quo Bar. & cæteri allegãt opt. tex. i. l. iubemus. in fi. C. de testa. per quem ita generaliter determinauit Rich. Malum. quem refert Bart. in l. si post diuisionem. in j. oppos. & Bal. in 2. C. de iu. & fact. igno. quæ uidetur præsumptio iuris, & de iure Cyn. & Ang. in d. l. iubemus, & late Fely. ubi alios citat in c. ex literis. nu. 4. de fide instru. ut nouissime per Franc. Manticam de coniect. ult. uolun. lib. 2. tit. 13. nu. 1. nam instrumentum carens solennitate debita, nõ est fine suspicione falsi, ut not. Bar. in l. nulli. nu. 2. C. de numera. & actua. lib. 12. cum alijs ibi in apostil. per Alexan. adductis; quinimo præsumitur in eo dolus, & mala fides, ex quo solennitas fuit omissa, & ordo debitus non fuit seruatus. Bar. in l. j. in fi. C. de fide instru. lib. 10. & late Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. nume. 12. ubi quod notarius omittens debitas solẽnitates, præsumitur in dolo, & punitur pœna falsi. Aym. consil. 75. nu. 6. ut infra late nu. 43. de quo tamen infra latius num. 35. cum cæteris seqq. usque ad fi.

Sed ad conclusionem Ripæ redeundo, illa est dubitabilis, quin, & aperte falsa, nec enim uidetur posse de iure subsistere, postquam, ut ex prædictis patet, non sufficit in testamento ueritas sine solennitate, & per consequens quod uenientes ab intestato confiteantur nullam fraudem subesse in testamento, in quo deficit iuris solennitas, ex quo ad illius ualiditatem ueritas, & solennitas insimul requiruntur, ut pro
26 bat clare text. in d. l. si ueritas. C. de fideicom. ut sup. nu. 23. & seq. ubi etiam clare cõstat communem opin. & meo quidem iudicio ueriorem stare contra Ripã, prout etiam infra. c. 9. nu. 4. & 5. cum cæteris seqq. latius ostendemus, & declarabimus, ubi in specie conclusionem Ripæ uti falsam, late reprobauimus, nume. 30. 31. cum seqq. usque ad finem.

Nec

Nec obstat isto casu cessare præsum
ptionem fraudis ubi pars ipsa cõfitetur
nullam subesse fraudẽ in testõ, ad infra
trad.c.9.nu.23.Tum quia,ut supra ostẽ
sum fuit,nu.20.&seqq. ista non fuit cã
finalis iuris ciuilis introducentis solen-
27 nitatem numeri testium, sed impulsiua
tantum, qua cessante non cessat disposi
tio,ut sup.nu. 22. Tum etiam quia, & si
hæc fuisset,& dici posset ratio, & causa
28 finalis iuris ciuilis. Ex quo non solũ mo-
uit legislatorem ex parte ante,sed ẽt ex
parte post.i.non solum impulsit occasio
naliter ad ita statuendum, sed ẽt ad nul
lum aliũ finem, & effectũ id statutũ fuit
quàm ad fraudes uitandas,& sic ista fuit
principalis,& finalis cã ad trad.per Pau.
de Cast.in cons.314. nu.2.&seqq.par.1.
& Tiraq. d.trac.cessan.cau.lim.1.nu.45.
eo ẽt, qđ ista solẽnitas introducta in te-
stamẽtis ad fraudes uitandas est de for-
29 ma substantiali,ut infra late c.4. ostẽde
tur, ex quo denotatur causa finalis,ut la
te Tiraq.d.limi.j.nu.61.nihilominus ces-
sante fraude,& sic causa finali pp quam
ius ciuile introduxit istam solennitatem
numeri septem testiũ, non tamen cessa-
ret legis dispositio annullans testamen-
tum aliter conditum, tum quia ista solẽ
nitas est introducta pro forma substãtia
li,ut dixi,ad trad. per Bar. post Iaco.de
But.in l.cum ij. §. eam transactionẽ.ubi
oẽs.& in §.si prætor.ff.de transac.& per
Tiraq. in prædicto tract. limit.37.Tum
30 quia lex ultra processit annullando testa
menta absque præfinito numero testiũ
condita in d.l.si unus.& l.hac consultis-
sima.§.ex imperfecto.& §. per nuncupa
tionẽ.C.de testa. quo casu cessante etiã
31 cã finali non cessat legis dispositio.ut in
terminis respondet Dec.in l.2. col.pen.
in fi.uer. unde secundo generaliter,C.
de bo.pos. secundũ tab. Tum ẽt quia cũ
lex in cõi constituatur non in particula
ri.l.iura non in singulas.ff.de leg.idcirco
32 licet cessat ratio legis in certo casu par
ticulari, non tamen cessare dẽt legis di-
spositio,ut uoluit clare Bal.in l.non du-
bium.sub nu.7.ad med. C. de leg.in l.j.
lect.j.col.j.uers.in ea gl.ibi, sed impulsi-
ua.ubi nuncupatus loquitur ẽt in ratio-
ne finali.ff.de ser.Alex.cons. 32.num.6.
ad med.uol.7. Aret.l.2.col. 5.in uers. tu
autem aduerte. ff.de uulg.& pup.quem
refert, & sequitur Tiraq. cessan. cau. li-
mit.32.idem Tiraq. ibidem in 7. & 9.li-
mita.& fuit opi.antiquorum, quos ulti-
mo loco refert, & sequitur Inno. in c.
quia plerique,in fi.de immu.eccl.ubi la-
te per Abb.& alios quos ad longum re-
fert Tiraq. d.tract.cessan. cau. par.j. nu.
169.& pluribus seqq.idẽq; sup.nu.160.
& late probat Sarmien. Select.interpre
ta.lib.3.c.12.nu.81.& uoluit Caieta.re-
latus à Nauar.in relec.c.nouit.de iud.in
rub.sub nu.70. uer. decimumoctauum.
in proprijs terminis nostris Couar. in
c.cum esses.nu.8.in fi.& seq. de testa.&
Aym.d.cons.192.nu.21.ad fi.Fran.Man
tica de coniect. ult.uolunt. lib.2.tit.14.
sub nu. 15. uers.2. Dom. Soto de iust.&
iur.lib.4.q.5.arti. 3.in 2. arg.suæ concl.
ubi pluribus exemplis nititur hoc de-
monstrare,& uidetur opt.tex.in l.j.in fi.
ff.de min.quo fit,ut in illo casu particu-
lari licet cesset ratio legis,opus tamẽ est
33 dispensatione,qua nõ opus esset si cessa
ret legis dispositio, ut idem probat Co-
uar.in epit.de spons.par.2.c.6.§.9.nu.8.
& Dom.Sot.de iust.& iu.lib.j.q.7.art.3.
& Sarmien. proxime allegatus in uersi.
& hoc manifeste apparet.licet aliter di-
cendũ uideatur in foro cõscientiæ quic
quid uoluerint etiã in hoc foro Couar.
& Soto præallegati, ut inf.par.3.princi-
pali huius tract.c.3.nu.78.& 79.cũ cæ-
teris seqq. usque 104. late ostendemus;
nec etiã in foro fori hoc uidetur posse
procedere ubi ratio esset finalis,quia il-
la etiam in certo casu particulari ces-
sante cessaret quoque legis dispositio
34 iux. naturam ipsius causæ finalis.l.ita au

tem.ff.de admi.tuto.l. Titia Seio. §.usuras.de leg. 2.l.adigere. §. quamuis.ff.de
34 iu.patro.l.quod dictum. ff. de pact.l.generaliter.la 2.C.de epi.& cle.l.2.§.fina. cum ubiq; no.per glo. & doct.ff.de dona.c. post translationem. de renunciat. c.& si Christus. in uersicu.quemadmodum,de iureiur.ad fi.c. magne. in fi. de uoto. c.cum cessante.cum ubiq; etiam no.per glo.& can. & hic post alios Dec. de appell.Nico Euerar.in locis lega.cētu.85.per totam.plura adducit Iason l.j. nu. 61.ff. de offic.eius.cum infinitis sim. congestis per facundissimum Tiraquel. cessan. cau. in uer. legis causa.per totū, iuncta ibi 1. limi. etiam per totam.quibus adde infra trad.c.10.nu 31.& c.21. nu.12.cum seqq.& in terminis par.3.c. 3.nume. 70. & pluribus seqq.ubi latius hæc declarauimus, quicquid uoluerit Bal.in d.l.j.ff.de ser. de qua tamen materia extranea quidem à nostro principali instituto, an &quando causa dicatur finalis uel impulsiua, & ex quibus id cognosci possit,& an.& quando ea cessante cesset dispositio, remitto me ad latissime tradd. per Tiraq.d.tract. limit. j.num.1.cum seqq. & nu. 21.usque ad fi: et per omnes seqq. limita.sed quantum attinet ad propositum, hæc obiter adnotauimus, quia siue causa ista uitandæ fraudis sit finalis,siue impulsiua, ea cessante non tamen cessabit, ut dixi legis dispositio annullans testamentum absq; solenni numero testium condita.

Et ad argumentum Ripæ de præsumptione fraudis respondetur,quod quicquid ipse, & cæteri uoluerint supra allegati nu. 25.non uidetur uerum quod lex præsumat testamentum minus solenne ex defectu numeri testium fraudulentum, quia lex in hoc non procedit præsumptiue, sed firmiter statuendo, & annullando testamenta absque dicta solennitate condita, quia etsi in aliquo testamento minus solenni contingat nullam fraudem subesse, possibile tamen fuit, & facile quod potuerit interuenire, & hoc modo lex mota
35 (margin)
36 fuit ad introducendam istam solennitatem numeri testium ad uitandas fraudes in testamentis, quia scilicet facile posset contingere, ut cum minori numero fraus interueniret,idcirco ad occuren. huic periculo fraudis, & hominum malitiis, & materiæ delinquendi, introduxit numerum septem testium, sed ex hoc non sequitur, quod aliter conditum præsumat fraudulētum,prout in proposito uidemus,quod insinuatio in donatione est introducta ad frau-
37 des uitandas. l.data.C.de donatio.Abb. in d.c.cum contingat.sub nu. 17. de iureiur. & tamen si non adhibeatur insinuatio, non per hoc præsumitur à iure fraudulenta, & quod in ea fraus interuenerit, ut ibi bene declarat Abb.& latius Imo. ibidem col. 89.in uersi. Item non ob.quarta rō.ubi dicunt,quod insinuatio licet sit inducta ad fraudes uitandas, tamen si non fuerit insinuata, donatio non præsumitur à iure firmiter de fraude suspecta, nisi aliter constet de fraude, quia talis solennitas fuit solum inducta occasionaliter, ut uitaretur fraus, & sequitur Alexan. consi. 21. col.4. uersic. & respondet ad l.data. & col.pen. uersic. istam opinionem. lib.3. & Dec. consi.432.num.23.qui uideantur. Unde concludunt, quod talis donatio absque insinuatione confirmatur
38 iuramento iux.communem, cuius Auriga fuit Io. And.ad Specu.de instr.edi. §.porro.in ult. addi. cum quo concordat. Fed. de Sen. in consi. 281. & Cald. in consi. 1.ad fi.in titu.de dona.& Ang. in consi.94.col.fi.in prin.& Abb. in consi.95.nu.3.uol. 2. & consi.107. sub nume.2.eo.uol. 2. & probāt cano. omnes in c. cum contingat. ubi latissime Imo. respondens omnibus contrariis. sub nume.90.de iureiur. & legistæ communiter

ter in.l.nemo potest. præsertim Alex.
nu.12. qui de communi attestatur alia
adducens.ff.de leg.j.& in cõsi.4. nu.10.
cum lata apostil. uol.1. in consi.12.nu-
me.4.& consi.53. & 157. in fi.uol.2. &
consil.32.nu.6. & consi.123.nu.11.eo.
uol.2. in consil.20. nu.4. idemq; latius
in consi.21. num.11.cum cæteris seqq.
uol. 3. & à qua dicit non esse receden-
dum in consi.26.nu.3.cum seq.uol.7.&
alibi sæpe, & de qua magis communi
late etiam attestatur Ias.in consi.51.nu
me.3.uol.1.& in consil.118. nu.2. & in
consi.169. nu.9.uol.4. & Dec.in consi.
239. col.1.ad fi.uersi. præterea in casu
isto.& consi.432.nu.17.& 18. in consi.
488.nu.6.& in consi.536.nu.14. & ali-
bi passim. Paris.in consil.26.nu.60. &
in consi.33.nu.45.uol.3.Ruy.cõsi.107.
nu.2.uol.1.in consi.51.nu.18.125.nu-
me.8.126.nu.9.172.in fi.180.nu.14.&
182.sub nu.13. uersi.3. eo.uol.1.& in
consi.132. nu.5. uol.4. & in consil.159.
nu.15.eo.uol.4.dicens ab ea in iudican
do non esse recedendum post Soz. per
eum relatum in consil. 77. uol.1. Cur.
Iun.in consi.34.col.j.& consi.47. nu.8.
& 9.& consi.81.nu.6.& 141.nu.22. &
Aret.consi.47.in fi.Aym.consi.118.nu-
me.1. Ripa lib.3. respon.c.11.in fi.Ca-
gno.in.l.si quis obligatione. nu.6. ff. de
reg.iu.Cepha.consi.194.nu.4. & idem
Cephal.consi.61.nu.18.& Gual.de te-
stam.ord.caute.10.nu.3.cum alijs latis-
sime congestis per Iul. Clar.in §.dona-
tio.q.18.in prin.& Ant.Gabr.com con
clu.lib.3.tit.de dona.concl.1.nu.66. &
Tiraq.in præfa.l.si unquã.nu.143.C.de
reuo.don.& moder. cõsulẽtes passim,
quos referre non curo.quod non esset
si in ea præsumeretur fraus, iux.no.per
eundem Abb.latissime in d.c.cum con
tingat. à nu.10.cum seqq.de iureiur.&
per eund. Abb. multũ in proposito. d.
consi.95.num 2.ad fi.cum seq.uol.2.&
per Ias. in auth. sacramenta puberum.

num.84.& seq.C.si aduer.uendi.& ita
quoq; dicendũ est in proposito nostro.
quod licet solennitas numeri testium
in testamentis sit introducta, ut uiten-
tur fraudes, non tamen præsumitur à
iure fraudem interuenisse, licet talis so
lennitas non interuenerit, alias non di
ceret lex quod ex testamento non so-
léni etiam ex defectu numeri testium
probatur uoluntas testatoris, iux.l.si.ff.
de reb.eo.de quo late infra c.5.nu.9.&
pluribus seqq.ubi latius explicauimus,
& declarauimus; nec etiam ex tali te-
stamento oriretur naturalis obligatio
si fraus præsumeretur interuenisse, cũ
39 tamen ex eo oriatur naturalis obliga-
tio, ut de communi attestatur Couar.
in c.cum esses. nu.5.de testa.& infra in
3.par. c.2. latissime uidebimus, prout
in terminis quoque nouissime Francis.
Mantica de coniect. ult. uolunt. lib.2.
tit.13.nu 2.cum seq.

Nec obst. simile quod Ripa adducit
ex Bald. in d.l.filium quem habentem.
supra alleg.nu.25. Tum quia contra eũ
inclinat Alex.in d.l.1.§.si is qui quadrin
genta.col 1.ff.ad Trebel. ut & ibid.ad-
uertit Ripa.sub nu.6. & seq. & Couar.
in c.1.sub nu.14.uers. nec ratio ultima
& principalis. de testa. Tum quia licet
in terminis quæstionis Bald.lex præsu-
mat ex inuẽtarij omissione subtractio-
40 nem rerum hæreditariarũ adeo quod
obliget hæredem etiam ultra uires hæ
reditarias.§.hinc nobis. uers.sancimus.
iuncto uersi.si uero nõ fecerit. in auth.
de hær.& Fal.Bar.in l.in ratione. la 1.§.
quod uulgo. sub nu.2.Pau.de Cast.col.
fi.& cæteri. ff. ad l.Falc.Bald.in l.filium
quem habentem. nu.37.C.fam.hæred.
tradd.doc. in auth. sed cũ testator. ubi
Bar.sub nu.8.& cæteri.C.ad l.Falc.Bal.
in prin.l.fi.nu.9. C.de iu.delib.& Ias.in
ea.l.fi.§.& si præfatam. nu.2.post Alex.
ibidem nu.3. idemque Ias. in l.j. §.si is
qui.cccc.num.11. & 12.cum seqq.ff.ad

Trebell.& in l.j.lect.2.nu.9. C. de sacr. eccle. Imo Alex.& late Ias.in rub. ff.de acq.hær.nu.23. Io.And.Ancha.nu.9.& cæteri in c.quanquã. de usu.lib.6.Abb. in c.1.nu.4.de solu.& in cons.73.nu.9. uol.2.quod tamen non procedit in foro consciẽtiæ, in quo leg s præsumptio non attend.tur, sed ueritas iux.late adducta infra.c.2.in 3.par.nu.73.prout in terminis concludit Host.in Summa de testam.in.§.ad quid hæres teneatur.uer sic.quid si non sufficit. & Ioan.And.ad Spec.de instru.edi.§.nunc uero aliqua. uers.sed an tenetur nu.44. in addi. Iac. de Are.& idem Ioan.And.& post eum Anchar.in c.quanquam.nu.9. & alij de usu.lib.6.idemq; Ancha.in regula possessor. col.7.& 8. ubi latissime disputat de reg.iu.eo.lib.6.Bart.in l.1.lect.2.nume.45.C.de sacr.eccle. & in rubr.ff.de acq.hær.nu.3. quem cæteri communiter sequuntur, ut ibi latissime per Alexan.nu.5.6.7.& 8. & Ias.nu.23. cũ cæteris seqq. quicquid ibi in contrarium attentauerit Pau.de Cast.post Fede. de Sen.qui latissime hunc articulum discu tit cõsi.cons.21.per totum,sed & priorem opi. ueriorem, & magis communem firmauit Bal.in d.l. filium quẽ habentem.col.pen.uers. ego breuiter. C. fam.hær.& in.l.fi.in prin.nu.9. C.de iu. delib. Alex.in l.in ratione. la j. §. quod uulgo.nu.14.ff.ad l.Falc.Abb.proxime allegatus in.d.c.1.nu.4.de solu. & in d. consi.73.nu.9.uol.2.& in c. Raynaldus nu.14. de testam. & Abb.in c. tua nos. nu.11.de usu.& Ruyn. consi.20.nu.6. uol.4. & late Couar. qui alios allegat, in c.1.nu.16.de testam. ergo, ut repetamus licet ex inuentarij omissione lex præsumat subtractionem rerum hæreditariarum, non sic præsumitur fraus ex omissione numeri septem testium in testamentis per supra deducta. Verũ quia possibile est, & satis facile contingere potuisset, quod ubi pauciores testes interueniunt, aliqua fraus committi possit propter humanam fragilitatẽ mortis præcipuæ cogitatione turbatã iux.tex.no.in d.l.hac consultissima.§.at cum humana fragilitas. C. qui testa.face.pos. idcirco lex ciuilis ad occurren. fraudibus, & malitijs hominum statuit non ualere testamenta, nisi septem testes adhibiti fuerint, ut per eos ueritas perfectissime reueletur, iux.d.l.fi.C.de fideicom. cũ alijs supra allegatis; sufficit ergo ad hoc, ut legis huiusmodi dispositio sibi locum uendicet, quod ubi

41 non fuit seruata istius legis solennitas fraus interuenire potuerit licet nõ interuenerit, & hoc modo consideranda, & ponderanda uidetur ratio uitandæ fraudis in materia de qua loquimur per ius ciuile considerata.

42 Neque obst.text.in d.l.iubemus. in fi.C.de test.ubi punitur Tabellio pœna falsi, qui non adhibuit solennitates requisitas in testamentorum confectione, inter quas præcipua est solennitas numeri septem testium quasi dolose (ut ibi inquit Imp.) in tam necessariæ causæ uersatus, quem & alia ad hoc supra adduximus sub nu.25. quia tex. ille iux.communem doct. sententiã procedit solũ quo ad puniendũ notarium,

43 qui solennia in testamento prætermisit, non quo ad alia, ut tradd.Bar.in l.si post diuisionem. nu.3.& Bal.nu.2.in fi. cum seqq.& cæteri. C.de in.& fac.ign. & doct. communiter in d. l. iubemus. ubi late declarat Bal.nu.5.9.& 10. Saly. Fulgo.& bene Pau.de Cast.nu.8. & latius Alex. nu.5.6.7.& 8. & Ias.nu.8. ad fi.cum seq. de quo etiam Bart.in l. si librarius. num.7.ad fi. ff.de reg.iu. Ang. Aret.inst.de testa.in prin.nu.8. & bene etiam Fely.in c.ex literis. col.2.in prin. nu.4.de fi.instr.Ant.Gabriel.com.con-clu.lib.6.tit 44. de consuetu.conclu.3. nu.7.cum alijs late in proposito nostro adductis per Manticam de coniect.ult.

uolun.lib.2.tit.13.sub.nu.5.in uer.sed hoc sane intelligitur, & nu.4.ubi declarat, & declarat etiam Iul.Cla.lib.5. senten. in §.falsum.uer. pariter etiam not. quamuis etiam uerum sit, quod testamẽtum minus solenne, & falsum æquiparantur quo ad uim, & effectum probationis, ut dicit Bal.in l.super chirographari.s.nu.3.C.si cer.pet. nec caret suspicione falsi instrumẽtũ, quod caret solennitatibus requisitis, ut not. Bar.in d.l.nulli.C.de numer.& actua. lib.12. & ita procedunt supra allegata nu.25. & infra cap.9.nu.29.& 30.

De ualiditate dispositionis iuris ciuilis circa numerum septenarium testium in testamentis adhibendum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ex causa respiciente bonum commune, & vtilitatem publicam lex Diuina & naturalis potest distingui, limitari, & declarari.*

2 *Ius Diuinum & naturale persuadet vt firmiora testimonia requirantur ad hoc, vt fraudibus occurratur, & veritati consulatur.*

3 *Ius ciuile exigens pluresquàm duos testes, nõ contrariatur iuri diuino & naturali.*

4 *Exigens tamen septem testes videtur nimis excedere regulam iuris diuini & sic contrariari.*

5 *Sanguinem elicit qui nimis emungit.*

6 *Pontifex approbauit causam motiuam iuris ciuilis, reprobauit tamen rigorositatem de numero septem testium.*

7 *Humana fragilitas innumeris repentinis casibus est subiecta.*

8 *Peccatum mortale est non exequi voluntatem rationabilem defuncti.*

9 *Hæres scriptus in minus solenni testamento potest tuta conscientia retinere bona hæreditaria, & venientes ab intestato mortaliter peccant occupando bona hæreditaria vbicunque sunt certi de voluntate testatoris, etiam minus solenni.*

10 *Pontifex sub pœna excommunicationis prohibet, ne quis audeat rescindere testamenta confecta coram duobus vel tribus testibus, & parocho.*

11 *Pœna excommunicationis supponit peccatum mortale, & nu. 29.*

12 *Lex præbens occasionem peccandi, etiam uenialiter tantum, tanquam & nulla reiici debet.*

13 *Ius ciuile requirens in testamentis septem testes videtur contrarium iuri diuino, & generalissimæ Ecclesiæ consuetudini.*

14 *Lex requirens superfluas probationes, uidetur irrationabilis.*

15 *Non est uerisimile, quod coram presbytero parochiali committatur aliqua fraus.*

16 *Ius naturale, & ciuile licet sint iura distincta, tamen una & eadem est eorum rectitudo.*

17 *Ius legale non addit aliam rectitudinem super ius naturale sed est quædam specificatio expressiua rectitudinis iuris naturalis.*

18 *In speculabilibus veritas confusa & indeterminata est in generalibus principiis, sed postea in specialibus conclusionibus specificatur & declaratur.*

19 *In testamentorum confectione agitur de re maxima importantia in qua cautius est agendum propter maiora pericula falsitatum, quæ in illis facile committi possunt.*

20 *In causis grauibus, & maximi momenti septem testes requiri solent.*

21 *In doctorando scholari septem Doctores illum approbantes requiruntur.*

22 *Attẽdi debet id quod principaliter agitur. Ea quæ conueniunt in eodem fine qui semper est principalis in intentione agentis, non possunt dici aduersa & contraria.*

23 *Ius ciuile potuit iusta causa inducere quem uoluit numerum testium in testamentorum confectione, cum in iure diuino, vel naturali non reperiatur præfinitus numerus certus testium, qui transgredi non possit.*

24 *Sufficit pro ratione voluntas in arbitrariis.*

25 *Sed secus est in his, quæ consistunt in iustitia naturali, in quibus & ratio reddi potest.*

26 *Sufficiens ratio reddi non potest, cur potius septem quàm sex, uel octo testes in testamentis adhibendis lex statuerit.*

27 *In arbitrariis, ubi agitur de iustitia positiua non est quærenda à legislatore ratio, sed voluntas.*

28 *Lex quamuis dura seruanda est.*

29 *Maxima vis, & efficacia numeri septennarii.*

30 *Pro legis validitate sufficit quodcunque motiuum.*

31 *Statutum licet durum & irrationabile, ualet, dummodo non sit contra fidem nec contra ius Diuinum, aut naturale, nec præbeat occasionem peccandi, nec alias sit contra bonos mores.*

32 *Ius Canonicum nihil disponit cum peccato.*

33 *Attenta causarum qualitate quædam probatio in vna causa erit superflua quæ in alia erit necessaria.*

34 *Statutum aut consuetudo exigens ultra plenam probationem, & legitimam probationem iuramentum partis, aut alios testes non valet.*

35 *Numerus septennarius testium in testamentis requisitus non est reputandus superfluus excessiuus & rigorosus cum agatur de maximo præiudicio.*

36 *Et talis numerus ob nihil aliud inductus fuit nisi ut clare, & uere constet de voluntate testatoris.*

37 *Iura nihil tam instanter procurant, quàm vt voluntates defunctorum seruentur & executioni demandentur.*

38 *In vltimis voluntatibus, voluntas testatoris ante omnia est attendenda.*

39 *In dubio pro testamento est iudicandum, pro quo plura specialia statuta fuerunt.*

40 *Publica vtilitas vertitur in sustinendis testamentis & vltimis voluntatibus.*

41 *Impie agere lex iudicat eos, qui recusant adimplere voluntatem testatoris de iure minus ualidam sub prætextu omissæ solennitatis.*

42 *Voluntas testatoris probari non potest, vnico tantum teste deficiente.*

43 *Sæpe dispositio testatoris non potest sortiri effectum ex defectu probationis, licet non ex defectu voluntatis.*

44 *Finis & principale intentum iuris ciuilis, est conseruatio ciuilis societatis inter homines pro bono publico mundano.*

45 *Differentia est circa finem inter ius ciuile, & ius canonicum.*

46 *Finis iuris canonici est conseruatio boni publici æterni, & salutis animarum.*

47 *Ciuilis concordia fit procurando quietũ & pacificum statum Reipublicæ, obuiando litibus & discordiis.*

48 *Ex litibus rixa oriri, & quietus Reip. status perturbari solet.*

49 *Litibus obuiare dicitur pertinere ad publicam vtilitatem.*

50 *Ius ciuile non potuit habere respectum ad bonum particulare in singulas personas, & cur.*

51 *Solennia testamentorum dicuntur pertinere ad publicam utilitatem.*

52 *Dispositio iuris ciuilis circa solemnitatem testamentorum fuit iusta & salubris, nullum continens peccatum.*

53 *Non est recedendum à forma iuris propter casum particularem.*

54 *Ex duobus malis minimum est eligendum.*

55 *Vtilitas publica præferenda est priuatæ.*

56 *Sufficit pro iustitia, & ualiditate legis, quod eius ratio in communi considerata sit iusta, & utilis Reip. licet in aliquo casu particulari illa ratio cessaret. et nu. 64*

57 *Lex adaptari debet ad ea, quæ frequenter, & ut in pluribus, non quæ raro accidunt.*

58 *Actus siue bonus siue malus iudicari debet à fine & principali intentione.*

59 *Legis dispositio facta ad euiandum fraudibus non potest dici peccati nutritiua, licet postea accidant aliqui casus particulares in contrarium, præter legis intentionem.*

60 *Lex facta causa uitandi fraudes & minuendarum litium non est contra ius naturale, in aliquo casu particulari per eã contraueniatur uoluntati testatoris.*

61 *Quamuis in aliquo casu particulari cesset ratio motiua legis, non tamen cessat legis uinculum.*

62 *Lex cum sit tradita uniuersaliter, non sufficit causam in particulari cessare.*

63 *Qui certus est de uoluntate testatoris, peccat si recusat illam adimplere ob defectum numeri testium.*

64 *Lex sufficit, quod sit iusta uniuersaliter, & in com-*

in communi, nec respicit casus accidentarios.

65 *Lex ciuilis disponens super numero testium in testamentis adhibendo, non procedit per modum prohibitionis, seu reprobationis, sed per modum non assistentia & non approbationis.*

66 *Testamentum minus solenne ex defectu testium, dicitur nuda uoluntas legis auxilio destituta.*

67 *Lex enim non resistit sed uerius non assistit testamento minus solenni.*

68 *Testamentum in quo non est seruata solemnitas iuris, potest dici hoc respectu contra legem.*

69 *Testamentum minus solenne, ex defectu numeri testium est ipso iure nullum.*

70 *Testamentum in quo deficit iuris solennitas, non dicitur testamentum, quia non est iusta uoluntas.*

71 *Testamentum minus solenne remanet in primaeua naturali dispositione antequam leges scripta emanarent.*

72 *Nuda uoluntas de iure naturali & in foro conscientia seruari debet.*

73 *Lex ciuilis hortatur & laudat adimplentes nudam uoluntatem defuncti tanquam pie agentes.*

74 *Contra non obseruantes uoluntates defunctorum, etiam minus solennes procedi potest per uiam denuntiationis euāgelica.*

75 *Pactum nudum licet de iure naturali in foro conscientia seruari debeat, tamen de iure ciuili non meretur executionem.*

76 *Voluntas minus solennis, non habet uestimentum iuris.*

77 *Lex denegans auxilium testamento minus solenni, est facta principaliter ad conseruationem boni communis.*

78 *Ad ius ciuile non pertinet omnia uitia, & peccata cohibere, sed magis ad ius canonicum.*

79 *Pœna excommunicationis supponit peccatum mortale.*

80 *Excommunicatio tam iuris, quàm hominis, non afficit neque ligat, nisi subditos ipsi statuenti & excōicationē proferenti.*

81 *Dispositio iuris ciuilis circa numerum septem testium in testamentis adhibēdum seruanda est in terris imperii, & in foro ciuili ubique ubi ius ciuile seruatur.*

82 *Vrbs Roma est pracipua sub utroque gladio Pontificis.*

83 *Et in ea D.N. Iesus Christus suam sanctam Sedem collocauit.*

84 *Vrbis Roma excellentia & prarogatiua.*

85 *R.P. frater Angelus à Corsiniano ordinis Sancti Dominici laudatur.*

86 *Cardinales de Iacobatiis Sen. & Ium. Authoris cognati celebrantur.*

87 *Sedes Pontificis non potest à Roma alio transferri.*

88 *Primatus, Pralatio, & superioritas Sancta Romana Ecclesia.*

89 *Qui negat Superioritatem Rom. Pont. & Sancta Romana Ecclesia, hereticus est censendus.*

90 *In Vrbe Roma Iura ciuilia orta auctaque sunt, & ex ea ad alios populos defluxerūt.*

91 *Ius ciuile inter ciues, incolas, & districtuales Vrbis praualet iuri canonico, ex statutorum dispositione.*

CAP. III.

IVSTA igitur, & salubris fuit causa uitandi fraudes propter quam ius ciuile non contentum numero regulari duorum, uel triū testium statuit plures in testamētis ad-
1 hibendos esse, cum causa hæc respiciat bonum commune, & utilitatem publicam, propter quam lex Diuina, & naturalis distingui, limitari, & declarari potest, ut per Cano. in c. quæ in Ecclesiarum, ubi Abb. num. 8. & seqq. & Feli. num. 26. cum seq. de constit. & in terminis opt. Bal. in l. fi. nu. 2. C. si contra ius uel uti. pub. & in sæpe allegato consil. 285. col. 1. lib. 3. cum alijs latius adductis supra in prin. num. 20. iuncto num. 33. nec alia iustior causa considerari potuit, ut ab illa communi regula iuris Diuini, & naturalis recedi opor-
2 tuerit, quam ut fraudibus occurratur, & ueritati consulatur, propter quam idem ius naturale, & Diuinum persuadet, ut testimonia firmiora requirātur, præsertim in defunctorum testamen-

tis, qui suas uoluntates post mortem asseuerare nequeunt, ut in proposito dicit Dom. Soto de iust. & iu.lib.5.q. 7.art.2.col.2.in uers.emergit, & bene Bal.in c j §.si quis. sub num.j. uer. sed quæro. si de inuestir.inter domi.&uasallus oria. & late etiam Natta in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.sub nu. 150.C.de testamen. & Fernan. Vasqu. de success.crea.§.2.nu.7. idcirco ualida est legis dispositio, & de illius ualiditate non est cur dubitetur, ut latissime ibi per Fernand.Vasq.ubi alios cumulat, & Fortu.de ult. fine.nu.170. & pluribus seqq.usque.186.quapro-
3 pter non est contraria huius legis dispositio iuri naturali, aut Diuino, imo maxime consona, cũ & ipse Deus hoc idem faceret casu adueniente. Abb.in c.2.col.2. de probat. & late supra ostẽsum fuit in princ.num.16. & pluribus seqq nimirum ergo si de ualiditate iuris ciuilis in hoc minime sit dubitandum per latius adducta in principio, ubi uidendum.

Verum & si in dubium uenire non debet, an plures quàm duos testes lex ciuilis ex causa uitandi fraudes exigẽs & requirens ualida sit, tamen hoc non
4 ita simpliciter & absolute uidetur admittendum, nam inquantum exigit septem testes in testamẽtis, in hoc uidetur nimis excessisse regulam illam iuris Diuini, quod in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum, absurdum enim uidetur tot testes requirere,& nimis alienum à iure Diuino, & naturali, ut habetur in c.cum esses. de testam.ubi not.dicit Abb. quod ius ciuile in tantum deuiando à iure Diuino, & naturali uidetur potius illud cõfundere,& destruere, quòd distingue-
5 re,limitare & adiunare:nam sanguinẽ elicit, qui nimis emungit,Prouerbiorum cap.30.in fi.& habetur in c.denique.4. distin. ut per eum ibi in prima lect.num.4.ad fi. & in secunda nu.13. & idcirco subdit postea Abb. quod licet Pontifex ibi approbauerit causam motiuam iuris ciuilis,quæ fuit,ut fraudes uitentur, & propterea ultra duos, uel tres testes requirit præsentiam pre
6 sbyteri parochialis coram quo non est præsumendum fraudem committi debere, nihilominus reprobauit rigorẽ illum de septem testibus adhibendis, cum in hoc dispositio iuris ciuilis uideatur nimis rigorosa,prout etiam uidemus in materia præscriptionis, ut ibi latius per eum tam in prima,quàm in secunda lec. prout etiam sequitur Roma. in authen. similiter.C.ad l.fal. relat. per Nattam in l.hac consultissima.§. ex imperfecto. sub num.49. C. de testamen.

Præterea,ut in eo.c.in 2.lec. prosequitur Abb.nume. 10. ex dispositione iuris ciuilis requirentes septem testes faciliter.potest contingere,quod contraueniatur uoluntati testatori, qui
7 forte propter temporis breuitatem aliquo repentino casu adueniente(quibus innumeris humana fragilitas est subiecta)l.inter antiquam.in prin. & l. seq.ad med.ibi,cum multæ innumerabiles causæ rebus incidant mortalium. C.de usufruc.& l.fi.ibi,cum sortes humanæ multæ sint, quæ nec dici,nec numerari possunt.C.de præ script.30.uel 40.anno. non potuit tot testes conuocare, & adhibere facere, sed, ut potuit, uoluntatem suam coram paucioribus explanauit;nam si talis uoluntas, ut inualida à iure reijcitur uoluntati testatoris contrauenietur, & uenientes ab intestato retinebunt bona contra dispositionem defuncti,&cum peccato,quia ut dicit Ant.de Butr. & post eum Abb.in repe.d.c.cum esses.col.2. peccatum mortale est non exequi uolũtatem rationabilem defuncti, quem
8 refert,& sequitur Ripa.in l.nemo potest.

test.nu.101.ff.de leg.j.unde dicit Beatus Gregorius, quod ultima uoluntas defuncti modis omnibus seruari debet.c.ultima uoluntas.13.q.2 nec illa omitti potest citra læsam conscientiā, ut est text.melior de toto corpore iuris.in l.militis. cum glo.uer.conscientiam.ubi no.Bal. C. de religio.

Et hinc est quod in foro conscientiæ ubicunque constat de libera uoluntate defuncti,illa est omnino seruanda etiam quod in testamento nō adsit nu
9 merus septem testium, & hæres in eo scriptus potest tota cōsciētia,& absq; peccato retinere bona hæreditaria,& ē contra uenientes ab intestato mortaliter peccarent si sub tali prætextu huiusmodi solennitatis omissæ contra uoluntatem testatoris occuparent bona hæreditaria ubicunq; essent,alias certi de uoluntate testatoris, ut per Ripā in d.l.nemo potest.nu.99.& 101.& attestatur de cōi Couar. d. c. cum esses. nu.4.& seq.& Dom.Soto de iust.& iu. lib.4.q.5.ar.3.col.1.licet ipsi contrariā sequātur (n)iam,sed & cō em sequitur Siluest.in sua Sūma.in uer.testamentū. el 1.q.5.ad fi.uersi. quartum. & plures alios refert,& sequitur Lud.Zun. in respō.pro uxo.n.41.& seq.& nos infra 3. par.c.3.nu.18.19.iuncto num.47.cum multis seqq. latissime cōprobauimus. Qđ præter alia uř aperte probare tex. in d.c. cum esses.quatenus ibi Potifex sub pœnā excommunicationis prohi-
10 bet ne quis sub prætextu non seruatæ solemnitatis numeri septem testium audeat rescindere testamenta confecta cum duobus uel tribus testibus, & cū
11 interuentu Parrochi,quæ quidem pœna supponit peccatum mortale. c. nemo Episcoporum. 11.q. 3. Summa Asten.lib.7.tit.etiam 7.late Couar.in c. alma mater.par.j.§.9.nu. 1. de senten. excom.lib.6.post Thom.& alios Theologos,in 4.senten.distin.18.quæ quidē est regula consolationis plenissima, ut dicit Summa Nauar.cap.27.nu.9.& in proprijs terminis trad.Abb.i d.c.cu m esses.lect.2. num. 7. cum enim hæc sit maxima pœna in ecclesia Dei non debet imponi pro leuibus delictis.c.corripiantur.cum gl.in uer.maior.24.q.3. probat Alfon.a Castro de l.pęna.lib.j. c.6.in uersic.quod hactenus.pag.113. sed tantum pro peccato mortali,ut dictum est,& latissime comprobauimus infra par.2.cap.9.nu.67.68.& 69.ubi uidendum.& per consequens huius legis dispositio tanquam peccati nutritiua, & occasionem peccandi præbens
12 ut nulla reiici, & sperni debet etiam ratione solius peccati uenialis. Dec. post alios in.c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu.25.de consti.Sarnen.in.c.2.in prin. nu.18.eo.tit.lib.6.& i terminis per Fely.in c.2.num.8.& post alios Dec. nume 10.de prob.& infra per nos par.2. c.9.nu.14.& seq.& latissime hac par.j. cap.22.nu.32.& nu.76.quamuis contra id quod dictum est de peccato ueniali teneat Alciat.ut adnotauimus. d. cap.9 num.15.

13 Accedit quod ius ciuile requirens in testamentis septem testes ita deuiando,& se alienando à iure diuino, & à sanctorum Patrum institutis ac totius Ecclesiæ generali consuetudine, ut habetur in d.c.cum esses. ex hoc illis contrariari uidetur, ac propterea tanquam iuri diuino ac sanctorum Patrū institutis, & generali potius Ecclesiæ consuetudini aduersum non ualere,ut latissime deducit ibi Abb.in 2.lect.sub nu.8.& seq.cuius dicta hic transcribere superfluum uideretur.

14 Confirmantur præmissa, quia lex exigens superfluas probationes prout uidetur ista quæ requirit septem testes uidetur irrationabilis, cū Deus, & natura nihil operentur frustra,iux.gl.no. in clem.uni. uer. unigenitum.de Sum. Trini.

Trini.& ideò nulla,& reiicienda ad tra
di.in proposito per doc.in c.2.ubi Ab-
bas.nu.2.&seq.& Fely.col.j.in uers.no.
2.& uers.1.cóclusio,& uersi.limi.2.&
Dec.nu.7.de prob. & in terminis pro-
priis Abb.in 2.lec.d.c.cum esses.nu.3.
Ias.in l.qui bis idem.num.9.ff.de uerb.
oblig.lex etenim quæ naturam imita-
tur, ut infra c.16.nu.7. nó debet esse
superuacua.l.postliminij iùs in fin. uer
bis.ff. de capt. & postlim.reuer. nihil
quoq; frustra superfluũ aut ociosum ad
mittit.l.hęc stipulatio.§.diuus.ff.ut leg.
seu fideicom.nom.cauea.l. non cogen
dũ.§.fi.& ubiq; gl.& doct.qui duo tex.
semper ad hoc allegari solent, ut etiã
no.ibi Pau.de Cast.ff.de procu.& simi
lis huic. l.non distinguemus.§. itidem
fin. in uersi. an & satisdare.ff. de arb.l.
qui bis idem.ubi post alios Ias.in 2.no
tabili nu.7.cum seqq.ff.de uerb.obli.
glo.fi.quæ allegat concordan.in c.3.de
maio. & obed.& facit opt.text. in l. si
quando.ibi alioquin frustra.ff.de leg.1.
per quem omnes no. quod uerba non
debet cẽseri superfluo apposita. Imo
nec sillaba quidem,ut no.glo.& Bal.in
l.1.in glo.1.per illum tex.ff.quod met.
cau.cum mille sim.quæ (ne quoque à
nobis supetfluo hic transcribatur)cu-
mulata reperies à Mantica de coniect.
ult.uolunt.lib.3.tit.6.ubi agit de uitio
superfluitatis fugiẽdo. Ergo superflua
in iure nostro sunt resecanda. ut in §.
quib.in princ.de nouo C.facien. quia
frustra fit per plura, quæ possunt fieri
per pauciora, iux.philosophum.j.phy
sic.rela.à glo.in d. clem. 1. de Summa
Trini.& bo.tex.ubi hoc no.Bal. in l.fi.
C.de adop.& est regula logicorum,ut
dicit Ias. in d.l. qui bis idem. nu.8.un-
de dici solet,gaudẽt breuitate moder-
ni gl. Bar.& Bal.in d.l. 1. ff. quod met.
cau.& alibi inquit Paulus. I. C. quod
non mutat substantiam rerum non ne
cessaria uerborum multiplicatio. in l.
pediculis.§.labeo.ff. de an. & arg. leg.
nõ ergo ratio uitandæ fraudis propter
quam lex mota fuit ad introducendã
solẽnitatem hanc numeri septẽ testiũ
uidetur sufficiens pro illius ualidita-
te,cũ huic fraudis suspicioni pet pau-
ciores testes occurri potuisset, puta
ꝑ duos testes adiũcto presbytero par-
15 rochiali,ut statuit Pont.in d.c.cum es
ses.coram quo nõ est uerisimile quod
cõmittatur aliqua fraus,& sic per eius
interuentum prouidetur huic timori
falsitatis,ut per Spec. de instru. edi. §.
compendiose.nu.2.Host.& cæteros in
d.c.cũ esses.ubi Abb.in 2. lect.nu. 12.
Gemi.consi.49.nu.7.Soz. quem refert
Dec.in consi.284.parum post nu.6.seu
loco presbyteri cum duobus alijs testi
bus, & sic in totum quatuor, ut per
Spec.Gem.& Abb.proxime allegatos
Cald.consi. 8. tit. de testa.& latissime
Dec.d.consi.284.col.3. in uers. sed tñ
prædictis non obstan.cum aliis addu-
ctis per Couar.in d.c. cũ esses. nu. 13.
& infra latius in 2.par. Tract. nostri.c.
8.nu.1.& plurib. seqq. ostẽdimus. Ita
que licet ratio uitãdæ fraudis fuerit iu
sta causa ad statuẽdũ quod amplior nu
merus q̃ duorũ testium in testamento
rum confectione requiratur, & sic ad
limitandum seu supplendum ius diui
nũ,& ius naturale,quod duorum testi
monio tm̃ contentantur,& prout anti
quitus ante iuris ciuilis dispositionẽ
testamẽta cõdebantur,ut per Bal.not.
d.sæpius allegato cõsil.285.lib.3.& su
pra late ostensum fuit;non tamen uide
tur fuisse iusta causa ad requirendum
numerum septẽ testium, cum (prout
proxime dictũ fuit) potuerit per pau-
ciores testes absque tanto excessu oc
curri, & prouideri huic fraudis suspi-
cioni prout iuste, & sancte arbitratus
fuit Pontifex in d.c.cum esses. Et hæc
in summa sunt,quæ multum uidentur
oppugnare dispositionẽ iuris ciuilis.

Pro

Pro uera igitur huius difficultatis resolutione, circũscripto tamen pro nũc intellectu d.c.cum esses. de quo particulariter loco suo infra in 8. & 9. cap. par.2. latius differendum est; animaduertendum est, quod prout doctissime
16 & no.trad.Io.And.in regula possessor. in 2.dubio de reg.iu.lib.6.in merc. & sequitur ibidem Ancha.nu. 7. & seqq. omne ius siue naturale, siue legale cõsistit in rectitudine quadã, quæ iura licet sint distincta, tamẽ eorũ rectitudo una,& eadem est, aliter tñ, & aliter sũpta; quinimo inquantũ lex humana habet rectitudinis,& iustitiæ, quæ nihil aliud est quàm rectitudo quædã, ut dicit Io.And.in tantum deriuatur à lege naturali, quæ semper est iusta,& recta, ut late trad.Dom.Soto, de iust. & iu.li. 1.q.5.ar.2.& Fortu.de ult.fi.nu.7. & 8. & post alios Neuiza.in Silua nupt.li.5. sub nu.69.in uersi.dicit tñ burgos.& nos infra par.3.c.3. nu. 87.& 88. cum
17 seqq.nam ius legale nõ addit super ius naturale aliam rectitudinẽ, sed est quædam specificatio expressiua rectitudinis iuris naturalis, quia illa rectitudo naturalis, quæ uersatur circa uniuersalia, confuse & indeterminate specificatur postea per ius legale applicando illam ad particularia per congruos modos, uel illam declarando iuxta uarias circunstantias casuum determinabiliũ sicut aiunt in speculabilibus, in quib. ueritas confusa & indeterminata in generalibus principiis, in specialibus
18 conclusionibus postea specificatur, & declaratur, ut per plura exempla prosequitur, & declarat Io.And.in d.regula possessor.& ibi quoq; latissime probat Anch.colum.4.per totam.idem in effectu uidetur concludere Dom. Soto.d.lib.1.q6.5.art.1.& 2. ubi late post Thom.quodlibet.2.q.4.art. 8. & alibi; late etiam tradit Sarmien. olim Rotæ Auditor præstantissimus Selec, interpre.lib.2.c.14.nu.1.2.& 3. cum seqq. & lib.1.cap.8.sub num.17.

In proposito igitur nostro, quãuis ius naturale ꝓ ueritate assequẽda in actib. humanis gñali confuso quodam mõ duorum testimoniũ recte stabilierit, ius tñ legale per applicationem ad particularia magis specifice procedendo iuxta uarias circunstantias declarauit ampliorem numerũ in hoc uel in illo casu exquirendũ esse; unus tñ est finis utriusq; iuris & eadem rectitudo (ut ueritas consequatur) quia, ut supra proximo capite late ostensum fuit, in
19 testamentorum confectione agitur de re maximæ importantiæ,& in qua propter maiora pericula falsitatũ, quæ in illis facile cõmitti possunt, cautius est agendum.c.ubi periculum. de electio. lib.6.idcirco statuit nõ duos, aut tres, uel quattuor, sed septem testes adhi-
20 bendos esse, prout & in aliis causis maximi momenti fieri solet, ut in cõdemnatione subdiaconi, & aliorum in minoribus ordinibus constitutorum habetur in c.præsul.in fi.2.q. 4.& in purgatione rustici accusati de pace uiolata in tit.de pace tenen.§. si rusticus. in uers.si miles.el 1.in usi.feu.& in sñia di uortij ob impotentiam coeũdi in c.fi. in fi.de frigi.& maleficia.& in pace inita inter Abrahã,& Abimelech.septem agnos in testimonium federis statutos
21 fuisse uidemus Gen.21.Et in doctorando Scholarem (quia res est magni momenti) requiruntur septem doctores, qui illum approbent tãquàm testes de eius doctrina, & sufficientia, iux.l.si quis.C.de profess.& med.lib.10.&no. glo.Bart.Ang. & cæteri in l.magistros. eo.tit.Abb.in c.prudentiam.num.9.de offic.deleg.& in c.proposuisti.nu.8.cũ seqq.de proba.& comprobat Ant.Maria Cora.de communi opi. lib.1.tit.3. nu.24.& seq. ita quod iuris ciuilis dispositio requirens septem testes in materia

teria tam graui, & importanti testamentorum non debet iudicari nimis excessiua, & aliena à iure diuino, & naturali aut illi aduersa, ut dicebat Abb.sup.allegatus nu.4.& seqq.& nu. 13. Tū quia cum unus sit finis, & intētio principalis utriusque iuris, uidelicet assecutio, (ut ita dicam) ueritatis, non dicitur unū ab alio deuiare, quia semper attendi debet, quod principaliter agitur.l.nauis aduersa.ff.ad l.Rho.

22 de iac.l. quamuis.ff.de aur.& arg. lega. bo.tex.in l.1.in princ.ff.de autho. tuto. l.si quis nec causam.quæ passim ad hoc allegari solet,& ibi Bar.& cæteri præsertim Ias.hanc regulam latissime exornans.ff.si cert.pet.& l.rogasti.ubi bene Bal.in uers.nota distinctionem.eod. tit. l.si quis donationis. in fi. iuncta glos. ff. de contrah. empt. l. si sponsus.§. circa. ff.de don.inter ui.& uxo.no.Bar.& cæteri post eum in l.qui exceptionem. ff. de cond.indeb. & bo. glo.in c. quāuis. in glos.fin. quam ibi not.Gemi.de pac. lib.6.optima glo.in l.non uero dicitur. & ibi bene Bal.in utraque lect.ff.quib. ex cau.maio.qua in proposito not.Ias. in consi.147.col.5.in uersi.6.principaliter.uol.2.& in consi.74.col.2.uers.2. principaliter.& uersi. confirmo. uol.3. latissime Alex. plura cumulans in consil.1.num.26.& pluribus seq. uol.3. & Tiraq.in l.si unquam.in uersi. donatione largitus.nu.4. C.de reuocan. dona. & idē latius de retrac.lignia.§. 30.gl.1. nu.4.5.& 6. actus enim agentium à fine,& à principali proposito, & intentione dijudicare debent.Tiraq.d.nu.4. cum aliis per nos infra late adductis. nu.58.ita quod ea quæ conueniunt in uno,& eodē fine, qui semper est principalis in intentione agentis,licet sit ultimus in executione. ut dicit Bald. in l.auia.ad fin.C.de iur. dot. & bene,& no.declarat Bar. in l.ambitiosa. nu.19. ff.de decre.ab ord.facien.& in 1.cōsi, C.nu.5. & post eum Ripa in l.1.n.114. ff.sol.mat.non possunt dici aduersa, & contraria, & licet respectu illius regulæ (quod in ore duorum,uel trium stat omne uerbum) uideatur deuiare à iure naturali, tamen quia lex ciuilis mota fuit ad adiuuandum aliam regulam iuris naturalis,quæ est,ut fraus, & dolus ab actibus hominum remoueatur, & tollatur,& ueritas propter quam testes adhibētur semper locum habeat, idcirco inspecto hoc ultimo fine non debet dici contra ius naturale, sed illi maxime concors, ut post Ioā. Andr.& Ancha.in d.regula possessor. in terminis quoq; deducit, & declarat Natta in d.l.hac consultissima.§ ex imperfecto. nu.150.C.de testam.& Fortu. de ultimo fine.nu.171.in fi. & pluribus seqq.

. Tum etiam quia postquām ius ciuile (ut sæpius dictum est) potuit ex iusta causa uitandi fraudes in testamen-

23 tis plures,quām duos, aut tres testes exigere,& nullo iure diuino,aut naturali reperiatur præfinitus numerus certus qui transgredi nō possit, certe hoc totum positum est in arbitrio legislatoris, qui ex uariis circunstantiis arbitrari debet, quot in uno potius quām in alio casu testes adhiberi debeāt. iuxta.l.1.in fi.cum concordan.ibi per glo. allegatis.ubi omnes. ff.de iu. deliberā. prout factum esse comperimus, nam uidemus quod quandoque tres, aut quattuor,quandoque quinque, quandoque septem,quandoque plures,etiā usque ad septuaginta duo per uaria iura requiruntur,ut supra in prin.nu.10. & seq.ostensum fuit; non ergo potest iudicari legis definitio in numero septenario rigorosa postquām in his ar-

24 bitrarijs sufficit pro ratione uoluntas, & opinio legislatoris, qui opinatus est id esse bonum,& expediens pro quiete,& pacifico statu Reipublicæ Bald. in l.non omnium.in prin. ff. de leg. iuxta

tex.

tex.in l.j.§.initium. iuncta gl.no.in uer. ratus. ubi quoque no.Bald.in 2.notab. ff.de postu. & Pau.de Cast. nu.12. ubi cum glo.dicit hæc procedere in omnibus, quæ sunt de iustitia positiua, prout dicit no. ibi glo. de usuc. & præscriptione, quare tanto tẽpore, & non maiori uel minori fuerint inductę, prout etiam dicit gl.no.in d.l.omnium.circa med.ff.de leg. & optima glo. in c.2. in uer.uel quattuor.de rescrip.lib.6.& in c.1.in uer.octo dierum. ad med.ibi, sed quæres de except.lib.6.in his enim omnibus sufficit pro ratione uoluntas. iuxta.l.quia poterat.ff.ad Treb.& sufficit sic statutum esse. iuxta .l. prospexit. ff.qui,& à quib.ut dicit Inno.in.c.irrefragabili.in fi.de offi.ord.idemq; Inno. in c.cum ad monasterium. sub nu.2.de sta.monacho.Specul.tit.de dispensat.§. nunc breuiter. col.fi.uers. & no.quod nisi Papa.Bar.in l.relegati.num.4.ff.de pœn.Bal.in.l.impetrata. sub num.5. in uers.sed contra. C. senten.rescind.non poss.ut etiam optime tradd. cano. in c. si quando. ubi Abb.sub num.6.& late Fely.col.8.uersi. ubi uero agitur de iustitia positiua. & seqq.& post alios Ripa nu. 16.de rescrip.Innoc.& cæteri in c. quæ in Ecclesiarum. ubi bene Abb. & late Dec.nu.19.de constitu.Anch.in clem.1. in prin.de elect.late quoque,& bene Fely.in c.ad audientiam. el 2.colum.4.in uers.nihilominus attende bene.nu.4.de rescrip.& in c.1. nu.23. ad med.in quarta fallen.de constitu.Ias.in l.si testamentum. num.4.C.de testam. Goza.consi.51.nu.15.Cur.Iun.cons.1. num.18.cum seq.Paris.consi.46.nu.32. cum seqq.uol.3.Aym.cons.135.nu.41. & cons.166.col.1.& idem latius de antiquit.tempo. par.1. sectio.1. nu.38.cũ pluribus seqq.& late Alcia.de præsumptio. reg.3. præsumpt.8.per totum cũ alijs late congestis per Tiraquel.in præfa.retrac.lignia.num.76.& in terminis per nos infra.cap.22.num.4.& nu.48. cum pluribus seqq. quamuis aliud sit
25 in his quæ consistunt in iustitia naturali, in quibus quidẽ ratio reddi potest, ut per Abb.& Ripam. in d. c. si quando. nu.28. de rescrip.ubi multum no. in simili de præscriptionibus.Abb. cõcludit, quod si quæratur quare fuerit inducta usucapio, quæ uidetur contra ius naturale,redditur ratione dominia rerum sint in incerto, & ut sit litium finis propter bonum publicum; quare autem sit præfixũ in usucapione triennium potius quàm biẽnium, aut aliud tempus, non potest reddi ratio sufficiens, sed quia sic uisum fuit Principi, prout etiã trad. Siluest.inst. de usucap. in princ.in figuratione casus.

Sic quoq; in proposito quamuis lex ciuilis ad effectum recedendi à regula iuris diuini, & naturalis de duobus testibus ex iusta & rationabili causa uitandi fraudes propter bonum publicũ mota fuerit ad statuendum duos uel tres testes non satis esse, sed plures esse exhibendos, ut per ampliores homines perfectissima ueritas reueletur. ut inquit text.in l.fi.C.de fideicom. & supra proximo cap.late ostensum fuit; tamen quod septem potius quàm sex
26 uel octo adhibendos esse statuerit, sufficiens ratio reddi non potest, nisi quia sic uisum fuit legislatoribus expedire, cum enim ista numeri præfinitio sit de iustitia positiua sufficit legislatorem ita ratum fuisse.

Ex quibus sequitur quod lex ciuilis requirens septem testes in testamentis
27 ualida est, quia in his arbitrarijs, ubi agitur de iustitia positiua non est à legislatore quęrẽda ratio, sed uoluntas, nec ratio est de substantia, sed sola authoritas, ut infra late d. cap.22. nu.52. & seqq.nec lex potest tanquàm nimis rigorosa impugnari eo, quia in his casi
28 bus lex quamuis dura seruanda est, & suffi-

per glo. in uer. doceri potest, secundum opin. Mar. communiter approbatã, ut per Bar. & Alex. ibid. nu. 4. & seq. Ias. nu. 6. & Dec. sub eo. nu. 6. ad med. uers. & retenta cõm. opin. & latissime Aym. de antiq. temp. par. 1. sectio. uiso de uerbis. nu. 39. & seq. & latissime loco suo proprio c. 9. num. 4. 5. & cæteris seqq. usque ad fi. ostendimus, & declarauimus.

Et ex præfatis redditur dubitabile id quod Ripa trad. in l. 1 §. si is qui quadringenta. sub nu. 8. ff. ad Treb. ubi declarando tradita per doct. in d. l. 2. C. de bo. pos. secundum tabu. dixit, quod si uenientes ab intestato confiteantur testamentum minus solenne fuisse factum à testatore absque dolo, & fraude, quod hæres scriptus in eo, debet
25 obtinere eo, quia isto casu propter cõfessionem partis tollitur præsumptio fraudis, quam secundum ipsum ius præsumit in minus solenni testamẽto, ad trad. in simili per Bal. in l. filium quẽ habentem. col. pen. uers. ego breuiter. C. fam. her. idemq; uult Ripa in l. nemo potest, sub nu. 28. ibi, ex quo infero. ff. de leg. j. & in l. admonendi. sub nu me. 186 in uers. 2. obst. ff. de iureiur. ad quod faciunt trad. multum in proposito per Abb. in c. cum contingat. nu. 12. in fi. & nu. 13. cum seqq. de iureiur. & Paris. cons. 33. nu. 41. uol. 2. & quod testamentum minus solenne ex defectu numeri testiũ præsumatur à iure fraude, & dolo confectum, uoluit idem Ripa in d. l. nemo potest. num. 101. ff. de leg. j. & ante ipsum id quoque expresse uoluit Bart. in l. omnes populi. sub nu. 21. uer. aut de iure diuino. ff. de iust. & iu. & Bal. in l. cum quis. col 3. in uersic. 7. C. de iur. & fac. igno. & nouissime Franc. Mantica, qui eos non allegat, de coniect. ult. uolun. lib. 2. tit. 14. nume. 13. in fi. & nu. 14. & 15. pro quo Bar. & cæteri allegãt opt. tex. i l. iubemus, in fi. C. de testa. per quem ita generaliter determinauit Rich. Malum. quem refert Bart. in l. si post diuisionem. in j. oppos. & Bal. in 2. C. de iu. & fact. igno. quæ uidetur præsumptio iuris, & de iure Cyn. & Ang. in d. l. iubemus, & late Fely. ubi alios citat in c. ex literis. nu. 4. de fide instru. ut nouissime per Franc. Manticam de coniect. ult. uolun. lib. 2. tit. 13. nu. 1. nam instrumentum carens solennitate debita, nõ est sine suspicione falsi, ut not. Bar. in l. nulli. nu. 2. C. de numera. & actua. lib. 12. cum alijs ibi in apostil. per Alexan. adductis; quinimo præsumitur in eo dolus, & mala fides, ex quo solennitas fuit omissa, & ordo debitus non fuit seruatus. Bar. in l. j. in fi. C. de fide instru. lib. 10. & late Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. nume. 12. ubi quod notarius omittens debitas solẽnitates, præsumitur in dolo, & punitur pœna falsi. Aym. consil. 75. nu. 6. ut infra late nu. 43. de quo tamen infra latius num. 35. cum cæteris seqq. usque ad fi.

Sed ad conclusionem Ripæ redeundo, illa est dubitabilis, quin, & aperte falsa, nec enim uidetur posse de iure subsistere, postquam, ut ex prædictis patet, non sufficit in testamento ueritas sine solennitate, & per consequens quod uenientes ab intestato confiteantur nullam fraudem subesse in testamento, in quo deficit iuris solennitas, ex quo ad illius ualiditatem ueritas, & solennitas insimul requiruntur, ut pro
26 bat clare text. in d. l. si ueritas. C. de fideicom. ut sup. nu. 23. & seq. ubi etiam clare cõstat communem opin. & meo quidem iudicio ueriorem stare contra Ripã, prout etiam infra. c. 9. nu. 4. & 5. cum cæteris seqq. latius ostendemus, & declarabimus, ubi in specie conclusionem Ripæ uti falsam, late reprobauimus, nume. 30. 31. cum seqq. usque ad finem.

Nec

Nec obstat isto casu cessare præsumptionem fraudis ubi pars ipsa cõfitetur nullam subesse fraudẽ in testõ, ad infra trad.c.9.nu.23.Tum quia,ut supra ostẽsum fuit,nu.20.& seqq. ista non fuit cã finalis iuris ciuilis introducentis solen-
27 nitatem numeri testium, sed impulsiua tantum, qua cessante non cessat dispositio,ut sup.nu. 22. Tum etiam quia, & si hæc fuisset,& dici posset ratio, & causa
28 finalis iuris ciuilis. Ex quo non solũ mouit legislatorem ex parte ante,sed ẽt ex parte post.i.non solum impulsit occasionaliter ad ita statuendum, sed ẽt ad nullum aliũ finem, & effectũ id statutũ fuit quàm ad fraudes uitandas,& sic ista fuit principalis,& finalis cã ad trad.per Pau. de Cast.in cons.314. nu.2.& seqq.par.1. & Tiraq. d.trac.cessan.cau.lim.1.nu.45. eo ẽt, qđ ista solẽnitas introducta in testamẽtis ad fraudes uitandas est de for-
29 ma substantiali,ut infra late c.4. ostẽdetur, ex quo denotatur causa finalis,ut late Tiraq.d.limi.j.nu.61.nihilominus cessante fraude,& sic causa finali p̄p quam ius ciuile introduxit istam solennitatem numeri septem testiũ, non tamen cessaret legis dispositio annullans testamentum aliter conditum, tum quia ista solẽnitas est introducta pro forma substãtiali,ut dixi,ad trad. per Bar. post Iaco.de But.in l.cum ij. §. eam transactionẽ.ubi oẽs.& in §.si prætor.ff.de transac.& per Tiraq. in prædicto tract. limit.37.Tum
30 quia lex ultra processit annullando testamenta absque præfinito numero testiũ condita in d.l.si unus.& l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& §. per nuncupationẽ.C.de testa. quo casu cessante etiã
31 cã finali non cessat legis dispositio.ut in terminis respondet Dec.in l.2. col.pen. in fi.uer. unde secundo generaliter, C. de bo.pos. secundũ tab. Tum ẽt quia cũ lex in cõi constituatur non in particulari.l.iura non in singulas.ff.de leg.idcirco
32 licet cessat ratio legis in certo casu particulari, non tamen cessare dẽt legis dispositio,ut uoluit clare Bal.in l.non dubium.sub nu.7.ad med. C. de leg.in l.j. lect.j.col.j.uers.in ea gl.ibi, sed impulsiua.ubi nuncupatus loquitur ẽt in ratione finali.ff.de ser.Alex.cons.32.num.6. ad med.uol.7. Aret.l.2.col. 5.in uers. tu autem aduerte. ff.de uulg.& pup.quem refert, & sequitur Tiraq. cessan. cau. limit.32.idem Tiraq. ibidem in 7. & 9.limita.& fuit opi.antiquorum, quos ultimo loco refert, & sequitur Inno.in c. quia plerique,in fi.de immu.eccl.ubi late per Abb.& alios quos ad longum refert Tiraq. d.tract.cessan. cau. par.j. nu. 169.& pluribus seqq.idẽq; sup.nu.160. & late probat Sarmien. Select.interpreta.lib.3.c.12.nu.81.& uoluit Caieta.relatus à Nauar.in relec.c.nouit.de iud.in rub.sub nu.70. uer. decimumoctauum. in proprijs terminis nostris Couar. in c.cum esses.nu.8.in fi.& seq. de testa.& Aym.d.cons.192.nu.21.ad fi.Fran.Mantica de coniect. ult.uolunt. lib.2.tit.14. sub nu. 15. uers.2. Dom. Soto de iust.& iur.lib.4.q.5.arti.3.in 2. arg.suæ concl. ubi pluribus exemplis nititur hoc demonstrare,& uidetur opt.tex.in l.j.in fi. ff.de min.quo fit,ut in illo casu particulari licet cesset ratio legis,opus tamẽ est
33 dispensatione,qua nõ opus esset si cessaret legis dispositio, ut idem probat Couar.in epit.de spons.par.2.c.6.§.9.nu.8. & Dom.Sot.de iust.& iu.lib.j.q.7.art.3. & Sarmien. proxime allegatus in uersi. & hoc manifeste apparet.licet aliter dicendũ uideatur in foro cõscientiæ quicquid uoluerint etiã in hoc foro Couar. & Soto præallegati, ut inf.par.3.principali huius tract.c.3.nu.78.& 79.cũ cæteris seqq. usque 104. late ostendemus; nec etiã in foro fori hoc uidetur posse procedere ubi ratio esset finalis,quia illa etiam in certo casu particulari cessante cessaret quoque legis dispositio
34 iux. naturam ipsius causæ finalis.l.ita autem,

tem.ff.de admi.tuto.l. Titia Seio. §.usuras.de leg. 2.l.adigere. §. quamuis.ff.de
34 iu.patro.l.quod dictum. ff.de pact.l.generaliter.la 2.C.de epi.& cle.l.2.§.fina. cum ubiq; no.per glo. & doct.ff.de dona.c. post translationem. de renunciat. c.& si Christus. in uersicu.quemadmodum,de iureiur.ad fi.c. magne.in fi. de uoto. c.cum cessante. cum ubiq; etiam no.per glo.& can. & hic post alios Dec. de appell.Nico Euerar.in locis lega.cētu.85.per totam.plura adducit Ia.in l.j. nu. 61.ff. de offic.eius.cum infinitis sim. congestis per facundissimum Tiraquel. cessan. cau. in uer. legis causa.per totū, iuncta ibi 1. limi. etiam per totam.quibus adde infra trad.c.10.nu 31.& c.21. nu.12.cum seqq.& in terminis par.3.c. 3.nume. 70. & pluribus seqq.ubi latius hæc declarauimus, quicquid uoluerit Bal.in d.l.j.ff.de fer. de qua tamen materia extranea quidem à nostro principali instituto, an &quando causa dicatur finalis uel impulsiua, & ex quibus id cognosci possit,& an.& quando ea cessante cesset dispositio, remitto me ad latissime tradd. per Tiraq.d.tract. limit. j.num.1.cum seqq. & nu. 21.usque ad fi. et per omnes seqq. limita.sed quantum attinet ad propositum, hæc obiter adnotauimus, quia siue causa ista uitandæ fraudis sit finalis,siue impulsiua, ea cessante non tamen cessabit, ut dixi legis dispositio annullans testamentum absq; solenni numero testium condita.

Et ad argumentum Ripæ de præsumptione fraudis respondetur,quod quicquid ipse, & cæteri uoluerint supra allegati nu. 25.non uidetur uerum quod lex præsumat testamentum minus solenne ex defectu numeri testium frau-
35 dulentum, quia lex in hoc non procedit præsumptiue, sed firmiter statuendo, & annullando testamenta absque dicta solennitate condita, quia etsi in aliquo testamento minus solenni contingat nullam fraudem subesse, possibile tamen fuit, & facile quod potuerit interuenire, & hoc modo lex mota
36 fuit ad introducendam istam solennitatem numeri testium ad uitandas fraudes in testamentis, quia scilicet facile posset contingere, ut cum minori numero fraus interueniret,idcirco ad occuren. huic periculo fraudis, & hominum malitiis, & materiæ delinquendi, introduxit numerum septem testium, sed ex hoc non sequitur, quod aliter conditum præsumat fraudulētum,prout in proposito uidemus,quod insinuatio in donatione est introducta ad frau-
37 des uitandas. l.data.C.de donatio.Abb. in d.c.cum contingat.sub nu. 17. de iureiur. & tamen si non adhibeatur insinuatio, non per hoc præsumitur à iure fraudulenta, & quod in ea fraus interuenerit, ut ibi bene declarat Abb.& latius Imo. ibidem col. 89.in uersi. Item non ob.quarta rō.ubi dicunt,quod insinuatio licet sit inducta ad fraudes uitandas, tamen si non fuerit insinuata, donatio non præsumitur à iure firmiter de fraude suspecta, nisi aliter constet de fraude, quia talis solennitas fuit solum inducta occasionaliter, ut uitaretur fraus, & sequitur Alexan. consi. 21. col.4. uersic. & respondet ad l.data. & col.pen. uersic. istam opinionem. lib.3. & Dec. consi.432.num.23.qui uideantur. Vnde concludunt, quod talis donatio absque insinuatione confirmatur
38 iuramento iux.communem, cuius Auriga fuit Io. And.ad Specu.de instr.edi. §.porro.in ult. addi. cum quo concordat. Fed. de Sen. in consi. 281. & Cald. in consi. 1.ad fi.in titu.de dona.& Ang. in consi.94.col.fi.in prin.& Abb. in con si.95.nu.3.uol. 2. & consi.107. sub nume.2.eo.uol. 2. & probāt cano. omnes in c. cum,contingat. ubi latissime Imo. respondens omnibus contrariis. sub nume.90.de iureiur. & legistæ communiter

ter in.l.nemo potest. præsertim Alex. nu.12. qui de communi attestatur alia adducens.ff.de leg.j.& in cõsi.4. nu.10. cum lata apostil. uol.1. in consi.12.nume.4.& consi.53. & 157. in fi.uol.2. & consil.32.nu.6. & consi.125.nu.11.eo. uol.2. in consil.20. nu.4. idemq; latius in consi.21. num.11.cum cæteris seqq. uol. 3. & à qua dicit non esse recedendum in consi.26.nu.3.cum seq.uol.7.& alibi sæpe, & de qua magis communi late etiam attestatur Ias.in consi.51.nume.3.uol.1.& in consil.118. nu.2. & in consi.169. nu.9.uol.4. & Dec.in consi. 239. col.1.ad fi.uersi. præterea in casu isto.& consi.432.nu.17.& 18. in consi. 488.nu.6.& in consi.536.nu.14. & alibi passim. Paris.in consil.26.nu.60. & in consi.33.nu.45.uol.3.Ruy.cõsi.107. nu.2.uol.1.in consi.51.nu.18.125.nume.8.126.nu.9.172.in fi.180.nu.14.& 182.sub nu.13. uersi.3. eo.uol.1.& in consi.132. nu.5. uol.4. & in consil.159. nu.15.eo.uol.4.dicens ab ea in iudicando non esse recedendum post Soz. per eum relatum in consil. 77. uol.1. Cur. Iun.in consi.34.col.j.& consi.47. nu.8. & 9.& consi.81.nu.6.& 141.nu.22. & Aret.consi.47.in fi.Aym.consi.118.nume.1. Ripa lib.3. respon.c.11.in fi.Cagno.in.l.si quis obligatione. nu.6. ff. de reg.iu.Cepha.consi.194.nu.4. & idem Cephal.consi.61.nu.18.& Gual.de testam.ord.caute.10.nu.3.cum alijs latissime congestis per Iul. Clar.in §.donatio.q.18.in prin.& Ant.Gabr.com conclu.lib.3.tit.de dona.concl.1.nu.66. & Tiraq.in præfa.l.si unquã.nu.143.C.de reuo.don.& moder. cõsulẽtes passim, quos referre non curo.quod non esset si in ea præsumeretur fraus, iux.no.per eundem Abb.latissime in d.c.cum contingat.à nu.10.cum seqq.de iureiur.& per eund. Abb. multũ in proposito. d. consi.95.num. 2.ad fi.cum seq.uol.2.& per Ias. in auth. sacramenta puberum. num.84. & seq.C.si aduer.uendi.& ita quoq; dicendũ est in proposito nostro, quod licet solennitas numeri testium in testamentis sit introducta, ut uitentur fraudes, non tamen præsumitur à iure fraudem interuenisse, licet talis solennitas non interuenerit, alias non diceret lex quod ex testamento non solẽni etiam ex defectu numeri testium probatur uoluntas testatoris, iux.l.fi.ff. de reb.eo.de quo late infra c.5.nu.9.& pluribus seqq.ubi latius explicauimus, & declarauimus; nec etiam ex tali testamento oriretur naturalis obligatio si fraus præsumeretur interuenisse, cũ

39 tamen ex eo oriatur naturalis obligatio, ut de communi attestatur Couar. in c.cum esses. nu.5.de testa.& infra in 3.par. c.2. latissime uidebimus, prout in terminis quoque nouissime Francis. Mantica de coniect. ult. uolunt. lib.2. tit.13.nu 2.cum seq.

Nec obst. simile quod Ripa adducit ex Bald. in d.l.filium quem habentem, supra alleg.nu.25. Tum quia contra eũ inclinat Alex.in d.l.1.§.si is qui quadringenta.col 1.ff.ad Trebel. ut & ibid.aduertit Ripa.sub nu.6. & seq. & Couar. in c.1.sub nu.14.uers. nec ratio ultima & principalis. de testa. Tum quia licet in terminis quæstionis Bald.lex præsumat ex inuẽtarij omissione subtractionem

40 rerum hæreditariarũ adeo quod obliget hæredem etiam ultra uires hæreditarias.§.hinc nobis. uers.sancimus. iuncto uersi.si uero nõ fecerit. in auth. de hær.& Fal.Bar.in l.in ratione.la 1.§. quod uulgo. sub nu.2.Pau.de Cast.col. fi.& cæteri. ff. ad l.Falc.Bald.in l.filium quem habentem.nu.37.C.fam.hæred. tradd.doc. in auth. sed cũ testator.ubi Bar.sub nu.8.& cæteri.C.ad l.Falc.Bal. in prin.l.fi.nu.9. C.de iu.delib.& Ias.in ea.l.fi.§.& si præfatam. nu.2.post Alex. ibidem nu.3. idemque Ias. in l.j. §.si is qui.cccc.num.11. & 12.cum seqq.ff.ad

Trebell.& in l.j.lect.2.nu.9. C. de sacr. eccle. Imo.Alex.& late Ias.in rub. ff.de acq.hær.nu.23. Io.And.Ancha.nu.9.& cæteri in c.quanquã. de usu.lib.6.Abb. in c.1.nu.4.de solu.& in cons.73.nu.9. uol.2.quod tamen non procedit in foro consciẽtiæ in, quo leg s præsumptio non attenditur, sed ueritas iux.late adducti infra.c.2.in 3.par.nu.73.prout in terminis concludit Host.in Summa de testam.in.§.ad quid hęres teneatur.uers.sic.quid si non sufficit. & Ioan.And.ad Spec.de instru.edi.§.nunc uero aliqua. uers.sed an tenetur nu.44. in addi. Iac. de Are.& idem Ioan. And.& post eum Anchar.in c.quanquam.nu.9. & alij de usu.lib.6.idemq; Ancha.in regula possessor. col.7.& 8. ubi latissime disputat de reg.iu.eo.lib.6.Bart.in l.1.lect.2.nume.45.C.de sacr.eccle. & in rubr.ff.de acq.hær.nu.3.quem cæteri communiter sequuntur, ut ibi latissime per Alexan.nu.5.6.7.& 8. & Ias.nu.23.cũ cæteris seqq. quicquid ibi in contrarium attentauerit Pau.de Cast.post Fede. de Sen.qui latissime hunc articulum discutit cõsi.cons.21.per totum, sed & priorem opi. ueriorem, & magis communem firmauit Bal.in d.l. filium quẽ habentem.col.pen.uers. ego breuiter. C. fam.hær.& in l.fi.in prin.nu.9. C.de iu. delib. Alex.in l.in ratione. la j. §. quod uulgo.nu.14.ff.ad l.Falc.Abb.proxime allegatus in.d.c.1.nu.4.de solu. & in d. consi.73.nu.9.uol.2.& in c. Raynaldus nu.14. de testam. & Abb.in c. tua nos. nu.51.de usu.& Ruyn. consi.20. nu.6. uol.4. & late Couar. qui alios allegat, in c.1.nu.16.de testam. ergo, ut repetamus licet ex inuentarij omissione lex præsumat subtractionem rerum hæreditariarum, non sic præsumitur fraus ex omissione numeri septem testium in testamentis per supra deducta. Verũ quia possibile est, & satis facile contingere potuisset, quod ubi pauciores testes interueniunt, aliqua fraus committi possit propter humanam fragilitatẽ mortis præcipuæ cogitatione turbatã iux.tex.no.in d.l.hac consultissima.§.at cum humana fragilitas. C. qui testa.face.pos. idcirco lex ciuilis ad occurren. fraudibus, & malitijs hominum statuit non ualere testamenta, nisi septem testes adhibiti fuerint, ut per eos ueritas perfectissime reueletur, iux.d.l.fi.C.de fideicom. cũ alijs supra allegatis; sufficit ergo ad hoc, ut legis huiusmodi dispositio sibi locum uendicet; quod ubi

41 non fuit seruata istius legis solennitas fraus interuenire potuerit licet nõ interuenerit, & hoc modo consideranda, & ponderanda uidetur ratio uitandę fraudis in materia de qua loquimur per ius ciuile considerata.

42 Neque obst.text.in d.l.iubemus. in fi.C.de test.ubi punitur Tabellio pœna falsi, qui non adhibuit solennitates requisitas in testamentorum confectione, inter quas præcipua est solennitas numeri septem testium quasi dolose (ut ibi inquit Imp.) in tam necessaria causa uersatus, quem & alia ad hoc supra adduximus sub nu.25. quia tex.ille iux.communem doct. sententiã procedit solũ quo ad puniendũ notarium,

43 qui solennia in testamento prætermisit, non quo ad alia, ut tradd.Bar.in l.si post diuisionem. nu.3.& Bal.nu.2.in fi. cum seqq.& cæteri. C.de iu.& fac.ign. & doct. communiter in d. l. iubemus. ubi late declarat Bal.nu.5.9.& 10. Saly. Fulgo.& bene Pau.de Cast.nu.8. & latius Alex. nu.5.6.7.& 8. & Ias.nu.8.ad fi.cum seq. de quo etiam Bart.in l. si librarius. num.7.ad fi. ff.de reg.iu. Ang. Aret.inst.de testa.in prin.nu.8. & bene etiam Fely.in c.ex literis. col.2.in prin. nu.4.de fi.instr.Ant.Gabriel.com.conclu.lib.6.tit 44. de consuetu.conclu.3. nu.7.cum alijs late in proposito nostro adductis per Manticam de coniect.ult.

uolun.lib.2.tit.13.sub.nu.5.in uer.sed hoc sane intelligitur, & nu.4.ubi declarat, & declarat etiam Iul.Cla.lib.5. senten. in §.falsum.uer. pariter etiam not. quamuis etiam uerum sit, quod testamẽtum minus solenne, & falsum æquiparantur quo ad uim,& effectum probationis,ut dicit Bal.in l.super chirographariis.nu.3.C.si cer.pet. nec ca teat suspicione falsi instrumẽtũ, quod caret solennitatibus requisitis, ut not. Bar.in d.l.nulli.C.de numer.& actua. lib.12. & ita procedunt supra allegata nu.25. & infra cap.9.nu.29.& 30.

De ualiditate dispositionis iuris ciuilis circa numerum septenarium testium in testamentis adhibendum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ex causa respiciente bonum commune, & vtilitatem publicam lex Diuina & naturalis potest distingui, limitari,& declarari.*

2 *Ius Diuinum & naturale persuadet vt firmiora testimonia requirantur ad hoc, vt fraudibus occurratur, & veritati consulatur.*

3 *Ius ciuile exigens pluresquàm duos testes, nõ contrariatur iuri diuino & naturali.*

4 *Exigens tamen septem testes videtur nimis excedere regulam iuris diuini & sic contrariari.*

5 *Sanguinem elicit qui nimis emungit.*

6 *Pontifex approbauit causam motiuam iuris ciuilis, reprobauit tamen rigorositatem de numero septem testium.*

7 *Humana fragilitas innumeris repentinis casibus est subiecta.*

8 *Peccatum mortale est non exequi voluntatem rationabilem defuncti.*

9 *Heres scriptus in minus solenni testamento potest tuta conscientia retinere bona hereditaria,& venientes ab intestato mortaliter peccant occupando bona hereditaria vbicunque sunt certi de voluntate testatoris, etiam minus solenni.*

10 *Pontifex sub pœna excommunicationis prohibet, ne quis audeat rescindere testamenta confecta coram duobus vel tribus testibus, & parocho.*

11 *Pœna excommunicationis supponit peccatum mortale, & nu. 29.*

12 *Lex prabens occasionem peccandi, etiam uenialiter tantum, tanquam iniqua & nulla reiici debet.*

13 *Ius ciuile requirens in testamentis septem testes videtur contrarium iuri diuino, & generalis statius Ecclesiæ consuetudini.*

14 *Lex requirens superfluas probationes, uidetur irrationabilis.*

15 *Non est uerisimile, quod coram presbytero parochiali committatur aliqua fraus.*

16 *Ius naturale, & ciuile licet sint iura distincta, tamen una & eadem est eorum rectitudo.*

17 *Ius legale non addit aliam rectitudinem super ius naturale sed est quædam specificatio e pressiua rectitudinis iuris naturalis.*

18 *In speculabilibus veritas confusa & indeterminata est in generalibus principiis, sed postea in specialibus conclusionibus specificatur & declaratur.*

19 *In testamentorum confectione agitur de re maxima importantia in qua cautius est agendum propter maiora pericula falsitatum, quæ in illis facile committi possunt.*

20 *In causis grauibus, & maximi momenti septem testes requiri solent.*

21 *In doctorando scholari septem Doctores illum approbantes requiruntur.*

22 *Attẽdi debet id quod principaliter agitur. Ea qua conueniunt in eodem fine qui semper est principatus in intentione agentis, non possunt dici aduersa & contraria.*

23 *Ius ciuile potuit iusta causa inducere quem uoluit numerum testium in testamentorum confectione, cum in iure diuino, vel naturali non reperiatur præfinitus numerus certus testium, qui transgredi non possit.*

24 *Sufficit pro ratione voluntas in arbitrariis.*

25 *Sed secus est in his, quæ consistunt in iustitia naturali, in quibus & ratio reddi potest.*

26 *Sufficiens ratio reddi non potest, cur potius septem quàm sex, uel octo testes in testamentis adhibendis lex statuerit.*

27 *In arbitrariis, ubi agitur de iustitia positiua non est quærenda à legislatore ratio, sed voluntas.*

28 *Lex quamuis dura seruanda est.*

29 *Maxima vis, & efficacia numeri septennarii.*

30 *Pro legis validitate sufficit quodcunque motiuum.*

31 *Statutum licet durum & irrationabile, ualet, dummodo non sit contra fidem nec contra ius Diuinum, aut naturale, nec prabeat occasionem peccandi, nec alias sit contra bonos mores.*

32 *Ius Canonicum nihil disponit cum peccato.*

33 *Attenta causarum qualitate quadam probatio in vna causa erit superflua quæ in alia erit necessaria.*

34 *Statutum aut consuetudo exigens ultra plenam probationem, & legitimam probationem iuramentum partis, aut alios testes non valet.*

35 *Numerus septennarius testium in testamentis requisitus non est reputandus superfluus excessiuus & rigorosus cum agatur de maximo praiudicio.*

36 *Et talis numerus ob nihil aliud inductus fuit nisi ut clare, & uere constet de voluntate testatoris.*

37 *Iura nihil tam instanter procurant, quàm vt voluntates defunctorum seruentur & executioni demandentur.*

38 *In vltimis voluntatibus, voluntas testatoris ante omnia est attendenda.*

39 *In dubio pro testamento est iudicandum, pro quo plura specialia statuta fuerunt.*

40 *Publica vtilitas vertitur in substinendis testamentis & vltimis voluntatibus.*

41 *Impie agere lex iudicat eos, qui recusant adimplere voluntatem testatoris de iure minus ualidam sub prætextu omissæ solennitatis.*

42 *Voluntas testatoris probari non potest, vnico tantum teste deficiente.*

43 *Sæpe dispositio testatoris non potest sortiri effectum ex defectu probationis, licet non ex defectu voluntatis.*

44 *Finis & principale intentum iuris ciuilis, est conseruatio ciuilis societatis inter homines pro bono publico mundano.*

45 *Differentia est circa finem inter ius ciuile, & ius canonicum.*

46 *Finis iuris canonici est conseruatio boni publici æterni, & salutis animarum.*

47 *Ciuilis concordia fit procurando quietũ & pacificum statum Reipublicæ, obuiando litibus & discordiis.*

48 *Ex litibus rixa oriri, & quietus Reip. status perturbari solet.*

49 *Litibus obuiare dicitur pertinere ad publicam vtilitatem.*

50 *Ius ciuile non potuit habere respectum ad bonum particulare in singulas personas, & cur.*

51 *Solennia testamentorum dicuntur pertinere ad publicam utilitatem.*

52 *Dispositio iuris ciuilis circa solennitatem testamentorum fuit iusta & salubris, nullum continens peccatum.*

53 *Non est recedendum à forma iuris propter casum particularem.*

54 *Ex duobus malis minimum est eligendum.*

55 *Vtilitas publica præferenda est priuatæ.*

56 *Sufficit pro iustitia, & ualiditate legis, quod eius ratio in communi considerata sit iusta, & utilis Reip. licet in aliquo casu particulari illa ratio cessaret. et nu. 64*

57 *Lex adaptari debet ad ea, quæ frequenter, & ut in pluribus, non quæ raro accidunt.*

58 *Actus siue bonus siue malus iudicari debet à fine & principali intentione.*

59 *Legis dispositio facta ad obuiandum fraudibus non potest dici peccati nutritiua, licet postea accidant aliqui casus particulares in contrarium, præter legis intentionem.*

60 *Lex facta causa uitandi fraudes & minuendarum litium non est contra ius naturale, in aliquo casu particulari per eã contraueniatur uoluntati testatoris.*

61 *Quamuis in aliquo casu particulari cesset ratio motiua legis, non tamen cessat legis uinculum.*

62 *Lex cum sit tradita uniuersaliter, non sufficit causam in particulari cessare.*

63 *Qui certus est de uoluntate testatoris, peccat si recusat illam adimplere ob defectum numeri testium.*

64 *Lex sufficit, quod sit iusta uniuersaliter, & in com-*

in communi, nec reſpicit caſus accidentarios.

65 *Lex ciuilis diſpenens ſuper numero teſtium in teſtamentis adhibendo, non procedit per modum prohibitionis, ſeu reprobationis. ſed per modum non aſſiſtentiæ & non approbationis.*

66 *Teſtamentum minus ſolenne ex defectu teſtium, dicitur nuda uoluntas legis auxilio deſtituta.*

67 *Lex enim non reſiſtit ſed uerius non aſſiſtit teſtamento minus ſolenni.*

68 *Teſtamentum in quo non eſt ſeruata ſolennitas iuris, poteſt dici hoc reſpectu contra legem.*

69 *Teſtamentum minus ſolenne, ex defectu numeri teſtium eſt ipſo iure nullum.*

70 *Teſtamentum in quo deficit iuris ſolennitas, non dicitur teſtamentum, quia non eſt iuſta uoluntas.*

71 *Teſtamentum minus ſolenne remanet in primæua naturali diſpoſitione antequam leges ſcriptæ emanarent.*

72 *Nuda uoluntas de iure naturali & in foro conſcientiæ ſeruari debet.*

73 *Lex ciuilis hortatur & laudat adimplentes nudam uoluntatem defuncti tanquam pie agentes.*

74 *Contra non obſeruantes uoluntates defunctorum, etiam minus ſolennes procedi poteſt per uiam denuntiationis euãgelicæ.*

75 *Pactum nudum licet de iure naturali in foro conſcientiæ ſeruari debeat, tamen de iure ciuili non meretur executionem.*

76 *Voluntas minus ſolennis, non habet ueſtimentum iuris.*

77 *Lex denegans auxilium teſtamento minus ſolenni, eſt facta principaliter ad conſeruationem beni communis.*

78 *Ad ius ciuile non pertinet omnia uitia, & peccata cohibere, ſed magis ad ius canonicum.*

79 *Pœna excommunicationis ſupponit peccatum mortale.*

80 *Excommunicatio tam iuris, quàm hominis, non afficit neque ligat, niſi ſubditos ipſi ſtatuenti, & excõicationẽ proferenti.*

81 *Diſpoſitio iuris ciuilis circa numerum ſeptem teſtium in teſtamentis adhibẽdum ſeruanda eſt in terris imperii, & in foro ciuili ubique ubi ius ciuile ſeruatur.*

82 *Vrbs Roma eſt præcipua ſub utroque gladio Pontificis.*

83 *Et in ea D.N.Ieſus Chriſtus ſuam ſanctam Sedem collocauit.*

84 *Vrbis Romæ excellentia & prærogatiua.*

85 *R.P. frater Angelus à Corſiniano ordinis Sancti Dominici laudatur.*

86 *Cardinales de Iacobatiis Sen. & Iun. Authoris cognati celebrantur.*

87 *Sedes Pontificis non poteſt à Roma alio transferri.*

88 *Primatus, Prælatio, & ſuperioritas Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.*

89 *Qui negat Superioritatem Rom. Pont. & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, hereticus eſt cenſendus.*

90 *In Vrbe Roma Iura ciuilia orta auctaque ſunt, & ex ea ad alios populos defluxerũt.*

91 *Ius ciuile inter ciues, incolas, & diſtrictuales Vrbis præualet iuri canonico, ex ſtatutorum diſpoſitione.*

CAP. III.

IVSTA igitur, & ſalubris fuit cauſa uitandi fraudes propter quam ius ciuile non contentum numero regulari duorum, uel triũ teſtium ſtatuit plures in teſtamẽtis ad-
1 hibendos eſſe, cum cauſa hæc reſpiciat bonum commune, & utilitatem publicam, propter quam lex Diuina, & naturalis diſtingui, limitari, & declarari poteſt, ut per Cano. in c. quæ in Eccleſiarum. ubi Abb. num. 8. & ſeqq. & Feli. num. 26. cum ſeq. de conſtit. & in terminis opt. Bal. in l. fi. nu. 2. C. ſi contra ius uel uti. pub. & in ſæpe allegato conſil. 285. col. 1. lib. 3. cum alijs latius adductis ſupra in prin. num. 20. iuncto num. 33. nec alia iuſtior cauſa conſiderari potuit, ut ab illa communi regula iuris Diuini, & naturalis recedi opor-
2 tuerit, quam ut fraudibus occurratur, & ueritati conſulatur, propter quam idem ius naturale, & Diuinum perſuadet, ut teſtimonia firmiora requirãtur, præſertim in defunctorum teſtamen-

 tis

tis, qui suas uoluntates post mortem asseuerare nequeunt, ut in proposito dicit Dom. Soto de iust. & iu.lib.5.q. 7.art.2.col.2.in uers.emergit, & bene Bal.in c j §.si quis. sub num.j. uer.sed quæro. si de inuestit.inter domi.& uasallus oria. & late etiam Natta in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.sub nu. 150.C.de testamen. & Fernan. Vasqu. de success.crea.§.2.nu.7.idcirco ualida est legis dispositio, & de illius ualiditate non est cur dubitetur, ut latissime ibi per Fernand.Vasq.ubi alios cumulat, & Fortu.de ult. fine.nu.170. & pluribus seqq.usque.186.qua pro-
3 pter non est contraria huius legis dispositio iuri naturali, aut Diuino, imo maxime consona, cũ & ipse Deus hoc idem faceret casu adueniente. Abb.in c.2.col.2. de probat. & late supra ostẽsum fuit in princ.num.16. & pluribus seqq nimirum ergo si de ualiditate iuris ciuilis in hoc minime sit dubitandum per latius adducta in principio, ubi uidendum.

Verum & si in dubium uenire non debet, an plures quàm duos testes lex ciuilis ex causa uitandi fraudes exigẽs & requirens ualida sit, tamen hoc non
4 ita simpliciter & absolute uidetur admittendum, nam inquantum exigit septem testes in testamẽtis, in hoc uidetur nimis excessisse regulam illam iuris Diuini, quod in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum, absurdum enim uidetur tot testes requirere, & nimis alienum à iure Diuino, & naturali, ut habetur in c.cum esses. de testam.ubi not.dicit Abb. quod ius ciuile in tantum deuiando à iure Diuino, & naturali uidetur potius illud cõfundere, & destruere, quòd distingue-
5 re, limitare & adiuuare: nam sanguinẽ elicit, qui nimis emungit, Prouerbiorum cap.30.in fi.& habetur in c.denique.4. distin. ut per eum ibi in prima lect.num.4.ad fi. & in secunda nu.13. & idcirco subdit postea Abb. quod licet Pontifex ibi approbauerit causam motiuam iuris ciuilis, quæ fuit, ut fraudes uitentur, & propterea ultra duos, uel tres testes requirit præsentiam pre-
6 sbyteri parochialis coram quo non est præsumendum fraudem committi debere, nihilominus reprobauit rigorẽ illum de septem testibus adhibendis, cum in hoc dispositio iuris ciuilis uideatur nimis rigorosa, prout etiam uidemus in materia præscriptionis, ut ibi latius per eum tam in prima, quàm in secunda lec. prout etiam sequitur Roma. in authen. similiter.C.ad l.fal. relat. per Nattam in l.hac consultissima.§. ex imperfecto. sub num.49. C. de testamen.

Præterea, ut in eo.c.in 2.lec. prosequitur Abb.nume. 10. ex dispositione iuris ciuilis requirentes septem testes faciliter potest contingere, quod contraueniatur uoluntati testatori, qui
7 forte propter temporis breuitatem aliquo repentino casu adueniente (quibus innumeris humana fragilitas est subiecta) l.inter antiquam.in prin. & l. seq.ad med.ibi, cum multæ innumerabiles causæ rebus incidant mortalium. C.de usufruc.& l.fi.ibi, cum sortes humanæ multæ sint, quæ nec dici, nec numerari possunt. C.de præscript.30.uel 40.anno. non potuit tot testes conuocare, & adhibere facere, sed, ut potuit, uoluntatem suam coram paucioribus explanauit; nam si talis uoluntas, ut inualida à iure reijcitur uoluntati testatoris contrauenietur, & uenientes ab intestato retinebunt bona contra dispositionem defuncti, & cum peccato, quia ut dicit Ant.de Butr. & post eum Abb.in repe.d.c.cum esses.col.2. peccatum mortale est non exequi uolũtatem rationabilem defuncti, quem
8 refert, & sequitur Ripa.in l.nemo potest.

test.nu.101.ff.de leg.j.unde dicit Beatus Gregorius, quod ultima uoluntas defuncti modis omnibus seruari debet.c.ultima uoluntas.13.q.2 nec illa omitti potest citra læsam conscientiã, ut est text.melior de toto corpore iuris.in l.militis. cum glo.uer.conscientiam.ubi no.Bal. C. de religio.

Et hinc est quod in foro conscientiæ ubicunque constat de libera uoluntate defuncti,illa est omnino seruanda etiam quod in testamento nõ adsit nu-
9 merus septem testium, & hæres in eo scriptus potest tota cõsciẽtia,& absq; peccato retinere bona hæreditaria,& e contra uenientes ab intestato mortaliter peccarent si sub tali prætextu huiusmodi solennitatis omissæ contra uoluntatem testatoris occuparent bona hæreditaria ubicunq; essent,alias certi de uoluntate testatoris, ut per Ripã in d.l.nemo potest.nu.99.& 101.& attestatur de cõi Couar. d. c. cum esses. nu.4.& seq.& Dom.Soto de iust.& iu. lib.4.q.5.ar.3.col.1.licet ipsi contrariã sequatur suam,sed & cõem sequitur Siluest.in sua Sũma.in uer.testamentũ. el 1.q.5.ad fi.uersi. quartum. & plures alios refert,& sequitur Lud.Zun. in respõ.pro uxo.n.41.& seq.& nos infra 3. par.c.3.nu.18.19.iuncto num.47.cum multis seqq. latissime cõprobauimus. Qđ præter alia uĩ aperte probare tex. in d.c. cum esses.quatenus ibi Potifex sub pœnã excommunicationis prohi-
10 bet ne quis sub prætextu non seruatæ solennitatis numeri septem testium audeat rescindere testamenta confecta cũm duobus uel tribus testibus, & cũ
11 interuentu Parrochi,quæ quidem pœna supponit peccatum mortale. c. nemo Episcoporum. 11.q. 3. Summa Asten.lib.7.tit.etiam 7.late Couar.in c. alma mater.par.j.§.9.nu. 1. de senten. excom.lib.6.post Thom.& alios Theologos,in 4.senten.distin.18.quæ quidẽ est regula consolationis plenissima, ut dicit Summa Nauar.cap.27.nu.9.& in proprijs terminis trad.Abb.i d.c.cu m esses.lect.2. num. 7.cum enim hæc sit maxima pœna in ecclesia Dei non debet imponi pro leuibus delictis.c.corripiantur.cum gl.in uer.maior.24.q.3. probat Alfon.a Castro de l.pęna.lib.j. c.6.in uersic.quod hactenus.pag.113. sed tantum pro peccato mortali,ut dictum est,& latissime comprobauimus infra par.2.cap.9.nu.67.68.& 69.ubi uidendum.& per consequẽns huius legis dispositio tanquam peccati nutritiua, & occasionem peccandi præbens
12 ut nulla reiici,& sperni debet etiam ratione solius peccati uenialis. Dec. post alios in.c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu.25.de consti.Sarnen.in.c.2.in prin. nu.18.eo.tit.lib.6.& i terminis per Fely.in c.2.num.8.& post alios Dec. nume 10.de prob.& infra per nos par.2. c.9.nu.14.& seq.& latissime hac par.j. cap.22.nu.32.& nu.76.quamuis contra id quod dictum est de peccato ueniali teneat Alciat.ut adnotauimus. d. cap.9 num.15.

13 Accedit quod ius ciuile requirens in testamentis septem testes ita deuiando,& se alienando à iure diuino, & à sanctorum Patrum institutis ac totius Ecclesiæ generali consuetudine, ut habetur in d.c.cum esses. ex hoc illis contrariari uidetur, ac propterea tanquam iuri diuino ac sanctorum Patrũ institutis, & generali potius Ecclesiæ consuetudini aduersum non ualere,ut latissime deducit ibi Abb.in 2.lect.sub nu.8.& seq.cuius dicta hic transcribere superfluum uideretur.

14 Confirmantur præmissa, quia lex exigens superfluas probationes prout uidetur ista quæ requirit septem testes uidetur irrationabilis, cũ Deus, & natura nihil operentur frustra, iux.gl.no. in clem.uni. uer. unigenitum.de Sum. Trini.

Trini.& ideò nulla,& reiicienda ad tradi.in proposito per doc.in c.2.ubi Abbas.nu.2.&seq.& Fely.col.j.in uers.no.2.& uers.1.cóclusio,& uersi.limi.2.& Dec.nu.7.de prob.& in terminis propriis Abb.in 2.lec.d.c.cum esses.nu.3. Ias.in l.qui bis idem.num.9.ff.de uerb.oblig.lex etenim quæ naturam imitatur, ut infra c.16.nu.7.nō debet esse superuacua.l.postliminij iūs in fin. uerbis.ff. de capt.& postlim.reuer. nihil quoq;frustra superfluū aut ociosum admittit.l.hęc stipulatio.§.diuus.ff.ut leg.seu fideicom.nom.cauea.l. non cogendū.§.fi.& ubiq; gl.& doct.qui duo tex. semper ad hoc allegari solent, ut etiā no.ibi Pau.de Cast.ff.de procu.& similis huic. l.non distinguemus.§. itidem fin. in uersi. an & satisdare.ff. de arb.l. qui bis idem.ubi post alios Ias.in 2.notabili nu.7.cum seqq.ff.de uerb.obli. glo.fi.quæ allegat concordan.in c.3.de maio.& obed.& facit opt.text.in l. si quando.ibi alioquin frustra.ff.de leg.1. per quem omnes no. quod uerba non debēt cēseri superfluo apposita. Imo nec sillaba quidem,ut no.glo.& Bal.in l.1.in glo.1.per illum tex.ff.quod met. cau.cum mille sim.quæ (ne quoque à nobis superfluo hic transcribatur)cumulata reperies à Mantica de coniect. ult.uolunt.lib.3.tit.6.ubi agit de uitio superfluitatis fugiēdo. Ergo superflua in iure nostro sunt resecanda. ut in §. quib.in princ.de nouo C.facien. quia frustra fit per plura, quæ possunt fieri per pauciora, iux.philosophum.j.physic.rela.à glo.in d.clem.1.de Summa Trini.& bo.tex.ubi hoc no.Bal. in l.fi. C.de adop.& est regula logicorum,ut dicit Ias. in d.l. qui bis idem. nu.8.unde dici solet,gaudēt breuitate moderni gl.Bar.& Bal.in d.l.1.ff. quod met. cau.& alibi inquit Paulus.I. C.quod non mutat substantiam rerum non necessaria uerborum multiplicatio.in l.

pediculis.§.labeo.ff. de au.& arg.leg. nō ergo ratio uitandæ fraudis propter quam lex mota fuit ad introducendā solēnitatem hanc numeri septē testiū, uidetur sufficiens pro illius ualiditate,cū huic fraudis suspicioni per pauciores testes occurri potuisset, puta ꝑ duos testes adiūcto presbytero par-

15 rochiali,ut statuit Pont.in d.c.cum esses.coram quo nō est uerisimile quod cōmittatur aliqua fraus,& sic per eius interuentum prouidetur huic timori falsitatis,ut per Spec. de instru. edi. §. compendiose.nu.2.Host.& cæteros in d.c.cū esses.ubi Abb.in 2.lect.nu.12. Gemi.cons.49.nu.7.Soz. quem refert Dec.in cons.284.parum post nu.6.seu loco presbyteri cum duobus alijs testibus, & sic in totum quatuor, ut per Spec.Gem.& Abb.proxime allegatos Cald.consi.8.tit.de testa.& latissime Dec.d.consi.284.col.3.in uers.sed tñ prædictis non obstan.cum aliis adductis per Couar.in d.c.cū esses.nu.13. & infra latius in 2.par.Tract.nostri.c. 8.nu.1.& plurib.seqq.ostēdimus. Itaque licet ratio uitādæ fraudis fuerit iusta causa ad statuēdū quod amplior numerus q̄ duorū testium in testamentorum confectione requiratur, & sic ad limitandum seu supplendum ius diuinū,& ius naturale,quod duorum testimonio tm̄ contentantur,& prout antiquitus ante iuris ciuilis dispositionē testamēta cōdebantur,ut per Bal.not. d.sæpius allegato cōsil.285.lib.3.& supra late ostensum fuit;non tamen uidetur fuisse iusta causa ad requirendum numerum septē testium, cum (prout proxime dictū fuit) potuerit per pauciores testes absque tanto excessu occurri, & prouideri huic fraudis suspicioni prout iuste, & sancte arbitratus fuit Pontifex in d.c.cum esses. Et hæc in summa sunt,quæ multum uidentur oppugnare dispositionē iuris ciuilis.

Pro

Pro uera igitur huius difficultatis resolutione, circūscripto tamen pro nūc intellectu d.c.cum esses. de quo particulariter loco suo infra in 8. & 9. cap. par.2.latius differendum est; animaduertendum est, quod prout doctissime
16 & no.trad.Io.And.in regula possessor. in 2.dubio de reg.iu.lib.6.in merc. & sequitur ibidem Ancha.nu. 7. & seqq. omne ius siue naturale, siue legale cōsistit in rectitudine quadā, quæ iura licet sint distincta, tamē eorū rectitudo una, & eadem est, aliter tñ, & aliter sūpta; quinimo inquantū lex humana habet rectitudinis, & iustitiæ, quæ nihil aliud est quàm rectitudo quædā, ut dicit Io.And.in tantum deriuatur à lege naturali, quæ semper est iusta, & recta, ut late trad.Dom.Soto, de iust. & iu.li. 1.q.5.ar.2.& Fortu.de ult.fi.nu.7. & 8. & post alios Neuiza.in Silua nupt.li.5. sub nu.69.in uersi.dicit tñ burgos.& nos infra par.3.c.3. nu. 87.& 88. cum
17 seqq.nam ius legale nō addit super ius naturale aliam rectitudinē, sed est quædam specificatio expressiua rectitudinis iuris naturalis, quia illa rectitudo naturalis, quæ uersatur circa uniuersalia, confuse & indeterminate specificatur postea per ius legale applicando illam ad particularia per congruos modos, uel illam declarando iuxta uarias circunstantias casuum determinabiliū sicut aiunt in speculabilibus, in quib. ueritas confusa & indeterminata in generalibus principiis, in specialibus
18 conclusionibus postea specificatur, & declaratur, ut per plura exempla prosequitur, & declarat Io.And.in d.regula possessor.& ibi quoq; latissime probat Anch.colum.4.per totam.idem in effectu uidetur concludere Dom. Soto.d.lib.1.q6.5.art.1.& 2. ubi late post Thom.quodlibet.2.q.4.art. 8.& alibi; late etiam tradit Sarmien. olim Rotæ Auditor præstantissimus Selec, interpre.lib.2.c.14.nu.1.2.& 3. cum seqq. & lib.1.cap.8.sub num.17.

In proposito igitur nostro, quãuis ius naturale ꝑ ueritate assequēda in actib. humanis gñali confuso quodam mō duorum testimoniū recte stabilierit, ius tñ legale per applicationem ad particularia magis specifice procedendo iuxta uarias circunstantias declarauit ampliorem numerū in hoc uel in illo casu exquirendū esse; unus tñ est finis utriusq; iuris & eadem rectitudo (ut ueritas consequatur) quia, ut supra proximo capite late ostensum fuit, in
19 testamentorum confectione agitur de re maximæ importantiæ, & in qua propter maiora pericula falsitatū, quæ in illis facile cōmitti possunt, cautius est agendum.c.ubi periculum. de electio. lib.6.idcirco statuit nō duos, aut tres, uel quattuor, sed septem testes adhi-
20 bendos esse, prout & in aliis causis maximi momenti fieri solet, ut in cōdem natione subdiaconi, & aliorum in minoribus ordinibus constitutorum habetur in c.præsul.in fi.2.q. 4.& in purgatione rustici accusati de pace uiolata in tit.de pace tenen.§. si rusticus. in uers.si miles.el 1.in usi.feu.& in sñia diuortij ob impotentiam coeūdi in c.fi. infi.de frigi.& maleficia.& in pace inita inter Abrahā, & Abimelech.septem agnos in testimonium federis statutos
21 fuisse uidemus Gen.21.Et in doctorando Scholarem (quia res est magni momenti) requiruntur septem doctores, qui illum approbent tãquàm testes de eius doctrina, & sufficientia, iux.l.si quis.C.de profess.& med.lib.10.&no. glo.Bart.Ang. & cæteri in l.magistros. eo.tit.Abb.in c.prudentiam.num.9.de offic.deleg.& in c.proposuisti.nu.8.cū seqq.de proba.& comprobat Ant.Maria Cora.de communi opi. lib.1.tit.3. nu.24.& seq. ita quod iuris ciuilis dispositio requirens septem testes in materia

teria tam graui, & importanti testamentorum non debet iudicari nimis excessiua, & aliena à iure diuino, & naturali aut illi aduersa, ut dicebat Abb.sup.allegatus nu.4.& seqq.& nu. 13. Tū quia cum unus sit finis, & intētio principalis utriusque iuris, uidelicet assecutio, (ut ita dicam) ueritatis, non dicitur unū ab alio deuiare, quia semper attendi debet, quod principa-
22 liter agitur.l.nauis aduersa.ff.ad l.Rho. de iac.l. quamuis.ff.de aur.& arg. lega. bo.tex.in l.1.in princ.ff.de autho. tuto. l.si quis nec causam.quæ passim ad hoc allegari solet,& ibi Bar. & cæteri præsertim Ias.hanc regulam latissime exornans.ff.si cert.pet.& l.rogasti.ubi bene Bal.in uers.nota distinctionem.eod. tit. l.si quis donationis. in fi. iuncta glo. ff. de contrah. empt. l. si sponsus. §. circa. ff.de don.inter ui.& uxo.no.Bar.& cæteri post eum in l.qui exceptionem. ff. de cond.indeb. & bo.glo.in c. quāuis. in glo.fin. quam ibi not.Gemi.de pac. lib.6.optima glo.in l.non uero dicitur. & ibi bene Bal.in utraque lect.ff.quib. ex cau.maio.qua in proposito not.Ias. in consi.147.col.5.in uers.6.principaliter.uol.2.& in consi.74.col.2.uers.2. principaliter.& uers. confirmo. uol.3. latissime Alex. plura cumulans in consil.1.num.26.& pluribus seq. uol.3. & Tiraq.in l.si unquam.in uers. donatione largitus.nu.4. C.de reuocan. dona. & idē latius de retrac.lignia.§. 30.gl.1. nu.4.5.& 6. actus enim agentium à fine,& à principali proposito, & intentione dijudicare debent.Tiraq.d.nu.4. cum aliis per nos infra late adductis. nu.58.ita quod ea quæ conueniunt in uno,& eodē fine, qui semper est principalis in intentione agentis,licet sit ultimus in executione. ut dicit Bald. in l.auia.ad fin.C.de iur. do. & bene, & no.declarat Bar. in l.ambitiosa. nu.19. ff.de decre.ab ord.facien.& in 1.cōsi,

C.nu.5. & post eum Ripa in l.1.n.114. ff.sol.mat.non possunt dici aduersa, & contraria, & licet respectu illius regulæ (quod in ore duorum, uel trium stat omne uerbum) uideatur deuiare à iure naturali, tamen quia lex ciuilis mota fuit ad adiuuandum aliam regulam iuris naturalis, quæ est, ut fraus, & dolus ab actibus hominum remoueatur, & tollatur, & ueritas propter quam testes adhibētur semper locum habeat, idcirco inspecto hoc ultimo fine non debet dici contra ius naturale, sed illi maxime concors, ut post Ioā. Andr.& Ancha.in d.regula possessor. in terminis quoq; deducit, & declarat Natta in d.l.hac consultissima.§ ex imperfecto. nu.150.C.de testam.& Fortu. de ultimo fine.nu.171.in fi. & pluribus seqq.

Tum etiam quia postquàm ius ciuile (ut sæpius dictum est) potuit ex iusta causa uitandi fraudes in testamen-
23 tis plures, quàm duos, aut tres testes exigere, & nullo iure diuino, aut naturali reperiatur præfinitus numerus certus qui transgredi nō possit, certe hoc totum positum est in arbitrio legislatoris, qui ex uariis circunstantiis arbitrari debet, quot in uno potius quàm in alio casu testes adhiberi debeat. iuxta.l.1.in fi.cum concordan.ibi per glo. allegatis.ubi omnes. ff.de iu. deliberā. prout factum esse comperimus, nam uidemus quod quandoque tres, aut quattuor, quandoque quinque, quandoque septem, quandoque plures, etiā usque ad septuaginta duo per uaria iura requiruntur, ut supra in prin.nu.10. & seq.ostensum fuit; non ergo potest iudicari legis definitio in numero septenario rigorosa postquàm in his ar-
24 bitrariis sufficit pro ratione uoluntas, & opinio legislatoris, qui opinatus est id esse bonum, & expediens pro quiete, & pacifico statu Reipublicæ Bald. in l.non omnium.in prin. ff. de leg. iuxta tex.

tex.in l.j.§.initium. iuncta gl.no.in uer. ratus. ubi quoque no.Bald.in 2.notab. ff. de postu. & Pau.de Cast. nu.12. ubi cum glo.dicit hæc procedere in omnibus, quæ sunt de iustitia positiua, prout dicit no. ibi glo. de usuc.& præscriptione, quare tanto tẽpore, & non maiori uel minori fuerint inductę, prout etiam dicit gl.no.in d.l.omnium.circa med.ff.de leg. & optima glo. in c.2. in uer.uel quattuor.de rescrip.lib.6.& in c.1.in uer.octo dierum. ad med.ibi, sed quæres de except.lib.6.in his enim omnibus sufficit pro ratione uoluntas. iuxta.l.quia poterat ff.ad Treb.& sufficit sic statutum esse. iuxta .l. prospexit. ff.qui, & à quib.ut dicit Inno.in.c.irrefragabili.in fi.de offi.ord.idemq; Inno. in c.cum ad monasterium. sub nu.2.de sta.monacho.Specul.tit.de dispensat.§. nunc breuiter. col.fi.uers. & no.quod nisi Papa.Bar.in l.relegati.num.4.ff.de pœn.Bal.in.l.impetrata. sub num.5. in uers.sed contra. C.senten.rescind.non poss.ut etiam optime tradd. cano. in c. si quando. ubi Abb.sub num.6.& late Fely.col.8.uers. ubi uero agitur de iustitia positiua. & seqq.& post alios Ripa nu.16.de rescrip.Innoc.& cæteri in c. quæ in Ecclesiarum. ubi bene Abb. & late Dec.nu.29.de constitu.Anch.in clem.1. in prin.de elect.late quoque,& bene Fely.in c.ad audientiam. el 2.colum.4.in uers.nihilominus attende bene.nu.4.de rescrip.& in c.1. nu.23. ad med.in quarta fallen.de constitu.Ias.in l.si testamentum. num.4.C.de testam. Goza.consi.51.nu.15.Cur.Iun.consi.1. num.18.cum seq.Paris.consi.46.nu.32. cum seqq.uol.3.Aym.consi.135.nu.41. & consi.266.col.1.& idem latius de antiquit.tempo. par.1. sectio.1. nu.38.cũ pluribus seqq.& late Alcia.de præsumptio. reg.3. præsumpt.8.per totum cũ alijs late congestis per Tiraquel.in præfa.retrac.lignia.num.76.& in terminis per nos infra.cap.22.num.4.& nu.48. cum pluribus seqq. quamuis aliud sit

25 in his quæ consistunt in iustitia naturali, in quibus quidẽ ratio reddi potest, ut per Abb.& Ripam. in d. c. si quando. nu.28. de rescrip.ubi multum no. in simili de præscriptionibus.Abb. cõcludit, quod si quæratur quare fuerit inducta usucapio, quæ uidetur contra ius naturale, redditur ratione dominia rerum sint in incerto, & ut sit litium finis propter bonum publicum; quare autem sit præfixũ in usucapione triennium potius quàm biẽnium, aut aliud tempus, non potest reddi ratio sufficiens, sed quia sic uisum fuit Principi, prout etiã trad. Siluest.inst. de usucap. in princ.in figuratione casus.

Sic quoq; in proposito quamuis lex ciuilis ad effectum recedendi à regula iuris diuini, & naturalis de duobus testibus ex iusta & rationabili causa uitandi fraudes propter bonum publicũ mota fuerit ad statuendum duos uel tres testes non satis esse, sed plures esse exhibendos, ut per ampliores homines perfectissima ueritas reueletur. ut inquit text.in l.fi.C.de fideicom. & supra proximo cap.late ostensum fuit; tamen quod septem potius quàm sex

26 uel octo adhibendos esse statuerit, sufficiens ratio reddi non potest, nisi quia sic uisum fuit legislatoribus expedire, cum enim ista numeri præfinitio sit de iustitia positiua sufficit legislatorem ita ratum fuisse.

Ex quibus sequitur quod lex ciuilis requirens septem testes in testamentis

27 ualida est, quia in his arbitrarijs, ubi agitur de iustitia positiua non est à legislatore quęrẽda ratio, sed uoluntas, nec ratio est de substantia, sed sola authoritas, ut infra late d. cap.22. nu.52. & seqq.nec lex potest tanquàm nimis rigorosa impugnari eo, quia in his casi

28 bus lex quamuis dura seruanda est, &

sussi-

sufficit ita statutum fuisse, iux. l. prospexit. ff. qui, & à quib. ut bene declarat Bal. in d. l. non omnium. in princ. ff. de leg. de cuius legis intellectu plura ponit Fely. in d. c. si quando, col. 7. in uers. Sed uidetur mirabilis. de rescrip. quamuis etiam dici possit, quod non sine misterio, & absque consideratione penitus lex ciuilis in hac materia testamentorum tam importanti præfixerit numerum septenarium potius quàm senarium aut alium, iux. late trad. in simili per Sarnen. in regula de trienna. q. 1. propter maiorem scilicet uim, & efficaciam quæ in hoc numero septenario
29 caciam quæ in hoc numero septenario ab omnibus mirifice celebrato potius quàm in quouis alio numero reperitur, prout subtiliter & erudite latissime probat Macrob. de Somni. Scipi. lib. 1. cap. 6. per totum, de cuius numeri laudibus cum non pertineat ad legalem, sed ad naturalem potius Philosophiam, idcirco ad ipsum qui latissime id pertractat, aliosq; naturales philosophos me remitto. & ex nostris Tiraquel. in l. si unquam. uer. susceperit liberos. sub nu. 210. C. de reuoc. don. & Ant. Mariam Cora. de cõmuni opin. d. lib. 1. tit. 3. nu. 20. ubi pluribus diuinis naturalibus, & humanis exemplis uim huius numeri septenarij ostendere nititur; sed hoc tantum hic attigisse uolui, ut ostenderem legem ciuilem non penitus absque ulla rationis consideratione in statuendo numero septenario potius quàm alio in hac importanti materia testamẽtorum processisse, nam & sufficit quodcunque motiuum pro legis ualiditate, ut latius per Sarnen. proxime allegatum, licet non contineat aliam rationem, sed solũ statuentium uoluntatem, & auctoritatẽ, iux. Bald. in l. lege. ante nu. 2. C. de leg. hær. & plura in hoc congerit Tiraquel. in d. præfa. retrac. ligna. nu. 76. ubi demum subdit post Io. à. Fab. & alios per eum relatos ualere statutum irrationabile, & durum, dummodo non sit con-
31 tra fidem, nec contra ius diuinum, aut naturale, nec præbeat occasionem peccandi, aut alias contra bonos mores, cũ alijs ad hoc infra late adductis cap. 22. nu. 36. præsertim in istis arbitrarijs, in quibus, ut uisum est, sufficit pro ratione uoluntas, & lex per quam dura seruanda est, iux. d. l. prospexit. & alia per Ripam allegata in d. c. si quãdo. nu. 26. & seq. de rescrip. & per nos supra nume. 24. cum seq. & infra d. c. 22. nu. 52. & 53. cum seq.

Et nihilominus attenta causæ grauitate, & maximo fraudum ac doli, & metus periculo quod in ultimis defunctorum dispositionibus uersari contingit, iux. latius supra adducta cap. proximo, non potest lex ciuilis argui de excessiuo numero testium, cum & alias in causis etiam minus grauibus, & minoris præiudicij, nec ita periculosis,
32 pluresq; septem testes ab ipso iure canonico (quod nihil tamen disponit cũ peccato) c. fi. de præscript. c. cum contingat. de iureiur. c. quamuis. & c. licet. de pac. lib. 6. & no. in cap. 1. præsertim Fely. col. 3. in uersi. probatur ista communis opin. extra eo. late Cagn. in l. 2. nu. 24. ad fi. C. de rescind. uend. & Sarnen. in c. 2. in princ. nu. 16. cum seqq. de constitu. lib. 6. cum alijs infra adductis par. 3. cap. 3. nu. 128. & 149. etiam usq; ad numerum septuagintaduo requiruntur. ut in c. præsul. & seq. & 2. q. 4. cum simil. & hinc tollitur motiuum de superflua probatione, de quo supra nume. 14. & seq. quoniam attentis uarijs circunstantijs, & causarum qualitate
33 inspecta, quædam probatio in una causa erit superflua, quæ in alia erit necessaria. Vnde uidemus quod in causis summarijs, & leuioris præiudicij leuiores probationes requiruntur, quàm alias sit necessarium, iux. l. Thesaurus.

quæ lex ad hoc semper allegari solet, ubi hoc no. doc. omnes præsertim Bal. ff. ad exhib. & late trad. Specu. in tit. de offi. om. iud. §. fi. uersi. 6. nu. 16. & seq. & Bar. in l. 2. § fi. C. ubi in rem actio. & in l. 1. nu. 10. C. quo. bono & in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nume. 3. ff. de lib. agno. & idem latius in repet. l. si cōstante. num. 8. & 9. cum seqq. ff. solu. mat. in l. j. §. fin. ff. de præto. stipu. & in tract. super constitu. ad reprim. in uersi. summa rie. nu. 7. cum seqq. & in l. admonendi. nu. 52. & seqq. ubi Ias. in 2. lect. sub nume. 187. ff. de iureiur. tradd. cano. oēs in c. ueniens. el 2. præsertim Abb. nu. 9. & 10. & Fely. nu. 13. de testibus. Dec. in l. fin. nu. 2. C. de carbo. edic. & in consil. 252. col. 1. uersi. restat. & in consi. 663. col. 1. Aym. consi. 158. num. 12. & idem plura congerit in consi. 182. nu. 15 per totum. & Cagno. in l. in pari. nu. 7. & 8. ff. de regu. iur. & latissime Beninten. decis. 62. à nu. 3. cum cæteris seqq. & cum mille sim. quæ allegari possent.

Ad tradd. ergo per cano. in cap. 2. de probatio. respondetur quod procedūt prout loquuntur, quando in aliquo casu esset plene probatum per legitimas
34 probationes, quod isto casu non ualeret statutum aut consuetudo, exigens ultra plenam & legitimam probationem iuramentum partis, aut alios testes, quia hoc bene esset superfluum, aut quando nulla legitima causa subsistente uellet inualidare legitimam probationem duorum testium, iux. l. ubi numerus. cum sim. ff. de testib. sed subsistente causa legitima non negant doc. quin id fieri possit, ut post Io. And. late trad. Abb. in d. c. 2. in 1. & 2. col. & post Fely. & alios Dec. nu. 6. & seqq. de proba. & infra in 7. fallen. cap. 22. particulariter loco suo latius ostendetur. Et per
35 consequens cum in materia ultimarū uoluntatum agatur de maximo præiudicio, numerus septenarius testium nō est reputandus superfluus, nec ita excessiuus, & rigorosus, ut Abb. in d. cap. cum esses. existimauit, prout, & considerat, & respondet Fortu. de ultimo fine sub num. 181. in uersi. hinc etiam infertur. & uersi. primum dubito.

Ex præmissis quoque colligi potest responsio ad ea, quæ supra adducebantur ad probandum, quod lex ciuilis uideatur peccati nutritiua, & præbere occasionem ad infringendum uolūtatem defuncti, quod est peccatum mortale, & ideo nulla, & reijcienda, ut late sūpra sub nume. 6. in uersic. præterea, & num. 8. cum seqq. quia postquàm, ut supra latissime ostensum fuit, lex ciuilis ex iusta causa in hac materia testamentorum recessit ab illa communi regula duorum testium, per quos alias regulariter solet haberi certitudo rerum in actibus humanis, ut in princ. Tract. nume. 15. & seqq. latius ostensum fuit, & ad ipsam certitudinem uere habendam de uoluntate testatoris statuerit, prout facere potuit septem testes adhibendos esse, prout etiam supra ibidem nume. 16. & pluribus seqq. late ostensum fuit, utique dici non potest quod lex ciuilis in hoc tendat, uel præstet occasionem ad infringendum uoluntatem de-
36 functi, cum talis solennitas numeri septem testium ob nihil aliud introducta fuerit, nisi ad effectum (ut dixi) quod de uoluntate testatoris clare, & uere constet, iuxta d. l. fi. in uersi. lex etenim. C. de fideicom. ad hoc, ut debi-
37 tum suum sortiatur effectum, cum iura nihil aliud quærant, nihil tam instanter procurent, quàm ut illa seruetur, & executioni demandetur, ut in auth. de iureiu. à morien. præsti. in prin. & nihil magis hominibus deberi (dicat Imperator) quàm supremæ uoluntatis postquàm iam aliud uelle non possunt liber sit stilus, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium in l. j. ubi omnes. C. de

fac.

sacr. eccle. in tantum, ut illam pro lege seruari uelit, disponat itaque unusquisque in suis, ut dignum est, & sit lex eius uoluntas, inquit Imperator in §. disponat. in auth. de nup. quinimo publice id expedire, ut suprema hominũ iudicia exitum habeant, dicit Pau. Iurisconsul. in l. uel negare. ff. quemadmod. testa. ape. cum aliis parũ infra adductis. nume. 40. & hinc est quod in ul-
58 timis uoluntatibus iura clamant semper ante omnia inquirendam, & attendendam esse uoluntatem defuncti, etiam cõtra significationem uerborum. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 3. §. conditio. ibi, sed melius est sensum magis quàm uerba amplecti. ff. de adim. leg. l. publius. §. Titia. ad fin. ibi, & uerba quidẽ uidentur repræsentare fideicõmissum. ff. de cond. & demonst. & l. pater seuerinam. in prin. ibi, cum in cõditionibus testatorum uoluntatem potius quàm uerba considerari oporteat. eod. titu. l. ubi pure. §. j. ubi bene Ripa. num. 4. & 5. & l. hæredes mei. §. cum ita. ibi, neptis quidem prima facie propter cõditionis uerba admitti non uidebatur. & quæ sequuntur. ff. ad Treb. ubi quoque bene Ripa num. 31. & alijs seqq. & latissime Zanch. in j. editio. plura cumulans in j. notabili. num. 133. & pluribus seqq. opt. text. in l. cum delanionis, in uers. optimum ergo esse pedius ait non propriam uerborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare uoluerit. ff. de fun. instruc. l. Pamphilo. in princ. ibi, non uideri quidem quantum ad uerba testatoris pertinet. & quæ sequuntur. ff. de lega. 3. l. cum proponebatur. in fi. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. §. item si quis. ff. de leg. 3. & solam uoluntatem testatoris spectandam esse inquit Paulus in l. pœn. ff. de leg. 1. l. quisquis ibi, uoluntatem præterea defuncti &c. ff. de lega. 3. l. si peculium. §. uicario. ibi, nisi aduersetur uoluntas testatoris. & rursus, Verba secundum uoluntatem testatoris exaudienda sunt. ff. de pecu. lega. optime quoque, Iabolenus in l. quisquis. ff. de uerbo. signific. inquiens, mihi Labeo uidetur uerborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. respondi non dubito quin Labeonis sententia uera non sit. l. pen. in princ. ibi, quia semper uestigia uoluntatis sequimur testatorum. C. de necess. ser. hær. inst. ubi Bald. not. quod lex uadit post mentem testatoris, sicut uenator post lepotem. l. quoniam indignum. ubi etiam Bald. C. de testam. l. 3. C. de lib. præte. ubi post alios Ias. nu. 1. post Bal. inquit, quod illam lex pedetentim sequitur, sicut uenator leporem, & uti Regina semper primum locum obtinet. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & dem. l. cum quæstio. in fi. C. de leg. l. cum uirum. C. de fideicom. in uersic. sane, quoniam in fideicommissis uoluntas magis quàm uerba plerumque intuenda est. ubi bene Bal. num. 19. cum seq. l. cum antiquitas. in fi. ibi, tunc etenim uoluntati testatoris per omnia obediendum est. C. de usufruc. totum ergo facit uoluntas defuncti inquit Vlpianus in l. ex facto proponebatur. in uersicu. rerum autem Italicarum. ff. de hære. instit. & late per Ias. in consi. r32. col. penul. uol. 1. & consi. 140. col. 4. uersicu. in primis. & rursus consi. seq. col. 7. in uersic. 3. & iterum consi. subsequen. nu. 2. uol. 2. consi. 228. col. 1. uers. 4. eo. uol. 2. & consi. 154. col. pen. uol. 4. So7i. Iun. in consi. 176. nu. 5. & seqq. uol. 2. & consi. 110. nu. 10. & pluribus seqq. uolu. 3. & alibi passim. & est communis, & uerissima conclusio, ut attestatur Paris. consi. 41. nu. 15. uol. 2. & alia cumulans Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 76. Silua nuptia. lib. 6. num. 18. & seq. & nouissime Francis. Mantica de coniec. ult. uolunt. l. 3. tit. 3. nu. 1. cum seqq. usque 12. & usque ad nauseam (ut dici solet)

solet) Tiraquel. in l.si unquam. uer.libertis. nu.52.cum seq. C.de reuocan. don.& Zanch.sup.alleg.in d.l.hæredes mei.§.cum ita.num.133.cum pluribus seqq.usque 147. in l.editio.ff.ad Treb.
39 quibus demum accedant quæ de mente legis attendenda in proposito late cumulauimus infra par.3.c.3.num.63. adeo quod in dubio pro ipso testamento sit iudicandum, pro quo, & pro defuncti uoluntate tuenda, plura & specialia statuta fuerũt tanquàm pro causa pia, & fauorabili, ut probatur in l. si pars.ff.de inoffi.testa.in c.fi.de re iud. Rom.in consi.179.col.fi.in uers.ultimo nõ potest negari.Ias.in l.Gallus.§.quid si is.sub nu.14.ff. de lib.& post.& in l. hac consultissima.nu.3. C. qui testa.face.poss.Cephal.consil.138.nu.14.cum seq.uol.1.latissime comprobans Franc. Mantica de coniec.ult.uolun.lib.2 tit. ult. nu.6. cum pluribus seqq.& quæ in proposito latissime cumulat Antonius Mariã Cora.de cõmuni opinione lib.2. tit.9.nu.109. & hoc propter publicam
40 utilitatem, quæ in sustinendis testamentis,& ultimis uolũtatibus uertitur iuxta.l. uel negare. ff. quemadmodum testa ape.& glo.not.in l.2.in prin.in uer. publicum. ubi id quoque notat Bald. num.1.eo.tit.& alia glo.not. communiter approbata in.l. Gallus.§. quid si is. in uer.utilitatem. ubi Bald. & Pau. de Cast.& Alex. nu.6 & late Ias.in 1.lect. nu.14.& seq.ff.de lib.& posthu.Bal.in auth.ad hæc.nu.14.C.de usu.in.l.emancipata. in fin. C. qui adm.Sozi.in.l.qui duos.§. cum in bello. sub num.3.ff.de reb.dub. Dec.in.l.in testamentis. nu.1. & seq.ff.de reg.iu.Cephal.proxime allegatus, & Francis.Mantica d.lib.2.tit. ultimo, nu.5.& nu.7. quod declara, ut infra latius cap.7.num.11. cum decem seqq.& ne diutius in re clarissima,& in dubia immoremur, uidendum est post alios latissime Lud. Zun.in respon. pro uxo.à num.1065.usque 1078. & Fran-cis.Mantica de coniect.ult.uolun.lib.3. tit.3.nu.1.cum seqq.usq; ad finem. ubi late id declarat.

Tantum ergo abest, quod lex statuendo solennia testamentorum, & præsertim numerum septem testium sit peccandi, & contraueniendi uoluntati testatoris occasio, ut nihil minus, ut in terminis trad. Imper. in auth. ut factæ nouæ constitu.§. sancimus. uersi. non enim uolumus deficiẽtium infringi uoluntates,&c. & ita quoque declarat,& respondet, licet non ita clare,& plene Natta in repet. l. hac consultissima.§.ex imperfecto. sub nu.150.C.de testa.adeo quidem, ut impie agere lex
41 iudicet eos qui recusant adimplere uoluntatem testatoris licet minus de iure ualidam.l.pœn.§.illo.ubi Pau. de Cast. & omnes no.C.de necess.ser.hær.institu.& è contra pie agere, qui illã adimplent.l.in testamẽto.ff.de fideicom.lib. & trad.Anch.in regula possessor.nu.15. de reg.iu.lib.6.& comprobauimus infra par.3.c.2 num.25.cum seq.uerum, quia pro maiori certitudine ueræ uoluntatis testatoris, ut dixi, assequenda lex statuit numerum septem testium necessarium esse ad hanc uoluntatem probandam, adeo quidem, ut uno deficiente probari non possit.l. si unus. &
42 l.hac consultissima.§. per nuncupationẽ. C.de testa.trad.doc.in l.2. C. de bo.pos.secundũ tab.saltem quo ad uim & efficaciam obtinendam, & quo ad probandam uoluntatem respectu uniuersalis hæreditatis,& institutionis hæredis, de quo est noster principalis sermo, licet quo ad cætera in testamento contenta duo testes tantum sufficiant ad probandam nudam, & inefficacem defuncti uoluntatem, ut infra c.5. præsertim.nu.21.& nu.27.cum septẽ seqq. latius declaratur, ubi uidendum est, idcirco ubicunque in foro fori, ut aiunt,

C &iu-

& iudiciario tractandum est, nõ potest dici quod de uoluntate testatoris clare, &, ut dicam, certitudinaliter cõstet saltē quo ad iuris effectum, nisi iustificetur ex legitimo numero septem testium quicquid procedat in foro poli, & in iudicio animæ interiori, de quo Fernan. Vasqu. de success. crea. §. 2. nume. 7 13. & 14. & per nos infra in 3. par te c. 3. nu. 19. cum cæteris seqq. usque 47. latissime uidēdum est. Quapropter ubicunque septēnarius iste numerus defuerit, non potest dici, quod lex con traueniat uoluntati testatoris, postquàm de ea sibi clare, ut par est, non liquet, etiā quod uere illa esset uoluntas defuncti; sæpe enim uidemus, quod
43 dispositio testatoris non potest sortiri effectum ex defectu probationis, & si non ex defectu uoluntatis .l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. quæ ad id allegari passim solet, nempe quod eo casu non deficit ius, sed probatio .i. non deficit ueritas, sed ius iudiciorum bene deficit ex quo ueritas probari non potest, ut exponit Bald. in l. hac consultissima. nu. 4. C. qui testa. face. poss.

Præterea & principaliter tollitur obiectio uerissima responsione; est enim aduertendum, quod finis, & principale intentum iuris ciuilis est conserua-
44 tio ciuilis societatis inter homines pro bono publico mundano; omnis enim lex quo iusta, & ualida sit, debet habere respectum ad bonum commune, & non ad actus particulares. C. erit autē lex. 4. dist. n. & l. iura non in singulas. ff. de leg. cum si n. Cagno. in rub. ff. de ori gi. iur. nu. .6 Fortu. de ultimo fine. nume. 8 17. docet S. Thom. 1. 2. q. 96 art. 1. Io. Driedo de liber. Christia. lib. 1. pag. 79. in 3. sententia. & late pariter ac do cte probat Dom. Soto de iust. & iu. li. j. q. 1. art. 2. licet, ut obiter hoc nō omit-
45 tam, differentia sit in hoc inter ius ciuile, & ius canonicum, quod principalis finis iuris ciuilis est, ut nunc dixi, conseruatio boni publici mundani, & tranquilla ac bona, & quieta mortalium uita temporalis, iuris uero Cano-
46 nici publici æterni, & salutis animarum, & illarū uita æterna, & supernaturalis, ut dicit S. Tho. quodlib. 12. q. 16. art. 24. & late declarat Io. Driedo proxime allegatus. pag. 77. in uersic. discrimen. & late, & bene not. explicat Ioā. And. in d. regula possessor. in 3. principali quæst. & latius in regula peccatū. col. 10. in uersic. ulterius est sciendum. de reg. iu. lib. 6. in mercu. Anch. in d. re gula possessor. num. 3. & 4. cū seq. Abb. post Ant. de Butr. in c. fi. sub num. 5. de consuetu. & rursus Abb. multum docte, & subtiliter in procem. decreta. in 4. q. principali parum sub nu. 16. idem Abb. in c. filius noster. in 3. notabili per illum tex. de testam. Cagno. in l. 2 nume. 23. & seq. C. de rescind. uend. & in d. rub. ff. de orig. iu. nu. 26. & 27. fortu. de ultimo fine. num. 187. doctissimus Nauar. in relectio. c. nouit. notabili 3. nu. 89. 90. & seq. de iud. & omnium latissime Sarnen. in c. 2. in princ. nu. 2. cū multis seqq. de constit. lib. 6. ubi nu. 21. declarat, duplicem finem iuris canonici, & num. 35. usque 40. ubi num. 38. & seq. declarat, an, & in quo consistat ista differentia finis iuris ciuilis, & canonici, ubi opiniones contrarias doce lere di stinctionis concilit quicquid in contrarium tentauerit Fortu. in prin. tract. de ult. fi. num. 2. & 3. & seq. uolens non discrepare, sed ad id prorsus tendere finem utriusque iuris ciuilis, & Canonici, quod probarunt Aret. & cæteri relati per Sarnen. in d. c. 2. in prin. nu. 38. de constitu. lib. 6. ad quos me refero, cum id non pertineat ad principale nostrum institutum.

Igitur, ut ad rem nostrā redeamus, hoc bonum commune, quod principaliter intendit ius ciuile, habet nutriri, & con-

& conseruari per legalem iustitiam, &
47 ciuilem amicitiã, quod maxime fit procurando quietum, & pacificum statum Reipub. obuiando litibus, & discordiis quę est pręcipua cura legislatoris, iux. l. quidam existimauerunt. in fi. ubi glo. & doct. præsertim Ias. & Dec. in ultimo notabili plura cumulantes. ff. si cer. pet. l. in summa. in princ. ff. de aqua plu. arcen. l. properandum. in princ. ibi ne lites fiant pene immortales. & l. apertissimi. ibi ne lites in infinitum extendantur. C. de iud. l. litibus imponentes celeritatem. ubi in illarum detestationem plura cumulat Lucas de Penna. C. de agrico. & censi. lib. 11. & §. item uerborum. ibi propter celeritatem minuendarum litium. inst. de inuti. stipu. c. constitutis. in fi. de procu. cap. finem litibus. & cap. fin. de do. & contuma. capit. 2. de re iud. c. 1. in princ. de appella. lib. 6. clemen. dudum. ibi litigiorum anfractibus omnino subductis. de sepul. & in procem. regula cancell. 35. in ordine, ut litibus finis celerius imponatur. & alibi sæpe. Ex litibus enim rixæ oriri, &
48 quietus Reipu. status perturbari solet, prout etiam habetur in Silua nuptia. lib. 6. num. 8. cum seqq. ubi allegat illud quod reperitur sculptum in lapide marmoreo penes scalas Palatii Mediolani, & quod habetur Matthæi 5. cap. si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. 14. q. 1. cap. 1. & habetur in cap. pręcipimus. de hom. unde peruersi sunt qui suscitant lites, prouer. 16. cap. & Paulus reprobat Episcopum litigiosum ad Thim. 3. seruos enim Dei litigare non oportet. c. sicut sacerdotes. 2. q. 7. & in c. uni. ubi glo. allegat concordan. de syn. & interest nostra litibus non uexari. l. minoribus 25. annis. ff. de mino. laudabile ergo uotum est lites execrari. c. cõstitutionem §. fin. ubi etiam hc. glo. de uerb. signif. lib. 6. & bene Gemi. in consil. 29. num. 3. & 4. unde multi propter execrationem litium dimittunt ius suũ indiscussum, quia potius uolunt recare re quàm litigare, iux. l. item si res. in fin. ff. de alien. iud. mutan. cau. fac. cum concord. allegatis in proposito per Ripam. in l. 1. §. sublata. in fi. ff. ad Treb. & per Tiraq. in l. si unquam. uer. donatione largitur. nu. 205. C. de reuocan. donatio. Abb. & post eum Fely. in c. nihil. in princ. de præscrip. Sylua nuptia. ubi supra nume. 11. & Sarnen. in regula de
49 anna. q. 2. in tantum quod litibus obuiare pertinere dicitur ad publicam utilitatem, iux. glo. communiter approbatam in d. l. properandum. in prin. uersi. trienni. C. de iud. & bene probat Bart. in l. constitu. C. num. 4. & 5. & tradd. Bald. & cæteri in l. qui se patris. ubi post alios Dec. num. 25. C. unde lib. expediens ergo fuit, imo necessarium, leges in communi constituere habendo respectum ad bonum commune, quod est principale iuris ciuilis intentnm, non autem
50 particulariter in singulas personas, quia hoc impossibile fuisset, cum infinita sint negotia, & uarii, & inopinati casus, & casuum circunstantiæ diuersæ iux. d. l. iura non in singulas. l. neque leges. & l. non possunt. ff. de leg. adeo quod ex modica uarietate facti totum ius subuerti dicatur. Vnde si lex uellet omnes casus singulatim, & in particulari cõsiderare, ex hoc sæpe, & sæpius lites, & discordiæ orirentur, ut quæ res exemplis patentior fiat, tolle exemplum in terminis de quibus est sermo, & principalis noster institutus; lex ad obuiandum fraudibus statuit in defunctorum testamentis septem testes adhibendos esse, ut uoluntates defunctorum libere, & absque ullo dolo, & fraudis suspicione suum sortiantur effectum. d. l. fin. cum sim. C. de fideicom. unde huiusmodi solennia testamentorum ad publicam utilitatem pertinere

51 dicuntur, quia introducta pluraliter pro pter bonum commune, ut habetur per glo. & doc. in l. nemo potest. ff. de leg. j. & sup. quoque latius ostensum fuit; hæc igitur ratio in communi considerata, & per consequens dispositio iuris ciui-
52 lis super hac ratione fundata fuit iusta, & salubris nullum cōtinens peccatum, sed in hoc concordat cum iure diuino, & naturali, quod libere, & absque fraude in actibus humanis procedatur, ut supra sub num. 18. uersi. in proposito, & nu. 19. cum seqq. quamuis autem acciderct aliquis casus particularis, in quo tot testes adhiberi non potuissent, & nihilominus res absq; aliqua fraude libere, & sincere secundum ueram uoluntatem testatoris procederet, cui cū forte tempus deesset ad tot testes conuocandum, coram duobus, uel tribus testibus suam explanasset uoluntatem, quæ secundum regulas iuris naturalis deberet executioni demandari, non tamen hoc fuisset expediens secundum finem boni communis in quem intendit
53 ius ciuile, quod propter hunc casum particularem in quo fraus non interuenit, recedendum esset à forma per legem introducta, ita ut talis uoluntas in formis ex defectu solennitatis, licet nō ex defectu uoluntatis, seruāda esset, hoc enim esset præbere materiam litibus, & fraudibus ipsis, quibus lex ipsa obuiare intendit; ex hoc enim daretur ansa hominibus, & occasio committendi multas fraudes, quia conuocatis duobus, uel tribus testibus ipsis amicis, uel facile corruptibilibus, attestarent sic, uel sic testatorem disposuisse, lites autem statim in medio prodirent, quia si hi ad quos res pertinet uellent se defendere in ualiditate testamenti ob defectum numeri testium, statim ex aduerso replicaretur, quod propter aliquod accidens tot testes adhiberi non potuerunt, & res sine fraude ulla processit, & super istis accidentibus ac de fraude, & falsitate esset uno quoque casu disputandum, & ita lites, & contentiones suscitarentur, ex quibus Respublica, ut dixi maxime læditur. Minus ergo malū fuit secundum intentum, & finem principalem iuris ciuilis, quod in aliquo casu particulari contraueniatur uoluntati alicuius testatoris, qui ex aliquo accidenti non potuit solennem numerum testium in suo testamento adhibere, quā propter huius casus particularem prouisionem præbere in uniuersum materiam litibus, atque fraudes excogitandi, de duobus enim malis illud per quod Respublica ac ciuilis societas, &
54 communis utilitas minus læderetur eligendum fuit, ut est text. multum no. in l. si ita uulneratus. uersicu. quod si quis absurdum. ff. ad l. Aquil. & est communir regula. in c. duo mala. & c. nerui. ad fi. distin. 13. & habetur in c. consideret. 22. q. 1. in cap. iurauit Dauid. 22. q. 4. in cap. hi qui. 26. q. 2. in c. si quod uerius. & ubique glo. 33. q. 2. Fortu. de ult. fi. sub nume. 30. & late per Dom. Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 1. artic. 5. col. pen. & fi. in respon. ad argumenta, & eundem de ratio. tegen. & deregen. secre. membro 3. q. 2. & Couar. in epito. de sponsa. par. 2. cap. 7. §. 2. num. 9. & no. Abb. ubi hoc sing. ampliat, & declarat in c. requisiuit. per illum tex. num. 3. de sponsa. & idem post Host. in c. inter opera. num. 4. eo. titu. & bene quoque Couar. d. epito. de sponsa. par. 1. in prin. cap. 4. num. 7. & 8. in uers. Ecclesia igitur. usque ad fi. & ita Moyses permisit iudæis, libellum repudii Deutero. 24. & habetur Matth. 5. ob duritiam cordis eorum ad peiora uitanda, ut Christus respondit iudæis Mar. 10. & Matth. 19. & trad. magister 4. sent. distin. 33. litera C. ubi & cæteri Theologi, & post alios latissime Dom. Soto q. 2. art. 2. Io. Lupi in tract. de matrimo. par. 1. nu. 24. & 25. Ioan. Bosch. in

tract.

tract. de iustis ac legi. nup. lib. 2. nu. 4. & latissime Couar. in epito. de spons. par. 2. c. 7. §. 4. nu. 4. & habetur per Io. And. in c. gaudemus. col. 2. in fin. & alios cano. de diuor. & Imo. in c. fi. num. 36. de consuetu. & in proposito authoritate Chrisost. & Hiero. latissime cóprobat Alfon. á Cast. de l. pęna. lib. 2. cap. 11. in 2. argum. Et ita quoque meretrices ab Ecclesia tollerãtur, ut adulteria, & maiora mala uitẽtur. iux. trad. per Host. & cæteros cano. præsertim Abb. in c. inter opera. nu. 4. de sponsa. & Couar. d. epito. pa. 1. c. 4. in prin. nu. 7. & ex Augusti. post Thom. & alios idẽ comprobat infra sub nu. 8. in d. uersic. Ecclesia igitur. usque ad fi. & late declarat Fely. in c. omnes leges. col. 4. in uersi. 2. conclusio. distin. 1. quibus adde latissime trad. in proposito infra par. 3. c. 3. nu. 102. & seq. & nume. 145. igitur propter hunc
55 uel illum casum particularem non debuit recedi à dispositione iuris ciuilis ob bonum commune introducta, utilitas enim publica priuatæ est præferẽda. l. uni. §. fi. C. de caduc. toll. §. quia uero uerisimile. uersi. oportet, in auth. de non alienan. c. bone. el 1. cum concor. ibi per gl. alleg. de postula. prę la. & multum in proposito Summa Asten. lib. 1. tit. 18. nu. 10. in uers. quid de iudice. ad med. ibi, iudex enim magis tenetur esse sollicitus. quamuis ergo ex iure isto propter bonum publicum introductũ lædantur aliqui singulares, non tamen debet lex pro communi utilitate introducta uiolari, sed seruari, ut in proposito multum no. trad. Anch. in d. c. possessor. col. 1. in uersi. sed antequam procedam ulterius. & seq. de reg. iu. lib. 6.
56 Sufficit ergo pro iustitia, & ualiditate legis ciuilis, quod eius ratio, & dispositio in communi considerata sit iusta, & utilis reipublicæ, licet possint accidere aliqui casus particulares in quibus ratio illa cessaret, ut sing. Bald. in l. non dubium. nu. 7. C. de leg. quem sequitur Alex. consil. 32. sub nu. 6. lib. 7. idem Bal. in rub. de consuetudine. nume. 5. cum alijs nouissime relatis per Franc. Manticam de coniec. ult. uolun. lib. 9. tit. 13. nu. 14. quod & uoluit Tho. quem refert, & sequitur Fortu. de ult. fine. nu. 187. & late Io. Driedo. de liber. Christia. lib. 1. pag. 79. & seq. in 3. sentẽ. Cagno. in rubr. ff. de origi. iur. nu. 6. nõ enim ex hoc potest dici lex iniusta nec in terminis de quibus agimus peccati nutritiua si in aliquo casu particulari contraueniatur uolũtati testatoris, qui omni fraude cessante testatus est absq; solenni numero testium, tum quia lex, quo iusta fit, debet habere respectum ad bonum commune, & eius iustitia pensitari ex communi ciuium utilitate, ut probatur in c. erit autem. 4. dist. cum alijs, ut supra. nu. 44. & ad ea lex adaptari debet, quæ frequenter, & ut
57 in pluribus non quæ raro accidunt. l. iura constitui. cum tribus seqq. ff. de leg. tum quia attenta principali intentione legislatoris, & fine legis introducentis numerum septem testium ob uitandas fraudes iux. late sup. adducta. nu-
58 me. 22. & à quo quidem fine, & principali intentione actus bonus, siue malus iudicari debet. l. uerum. la 2. ubi late Bar. nu. 4. & seqq. & l. qui iniuriæ. in princ. ubi quòd uoluntas, & propositũ distinguunt maleficia. ff. de fur. bo. tex. in l. quod reipublicæ. ubi glo. allegat cõcordan. ff. de iniu. c. occidit phinees. & ibi glo. 23. q. 8. c. cum homo. 23. q. 5. c. 1. in fin. 15. q. 6. ubi quod non tantum attendenda sunt quæ fiunt, quantum quo animo fiunt. c. cum dilecti. ibi, quę ad bonum, & malum ualeãt retorqueri, &c. de accusa. facit. l. non omnis. & l. si quis nec causam. ibique Dec. nu. 3. ff. si cer. pet. & l. qui exceptionem. cum ibi no. per Bar. quem cæteri sequũtur. ff. de cond. ind. cuius enim naturæ finis

est eiusdem sunt omnia, quæ tendũt ad finem, Bal. consi. 250. col. j. uol. j. Soz. in fi. rub. ff. de uer. obl. in fi. iustũ est ergo oia à fine denominari iux. Aristotelem relatũ à Bal. in cõs. 272. col. j. late Tiraq. de retract. lignia. §. 1. glo. 7. nu. 45. bene Bal. in. l. 1. col. 2. in uers. 3. cognoscitur. ad med. ff. quod cuiusque uniuer. nom. quem in proposito refert Euerar. in locis lega. centu. ult. in prin. Cæpol. cau. 245. etiam in prin. Cald. consi. 14. tit. de uerb. sig. Gozad. consi. 5. nu. 6. Alex. cõsil. 8. nu. 14. uol. 3. Aym. in cons. 201. nume. 26. & late comprobat Tiraquel. de retrac. lignia. §. 30. gl. 1. nu. 4. cum seqq. & latius Nauar. de fine huma. actu. in commento. c. cum minister. 23. q. 5. & ex Theologis latissime Magister senté. lib. 2. distin. 40. per totam Tho. 1. 2. q. j. art. 3. & q. 18. artic. 6. quibus postremo accedant late in proposito quoque adducta infra c. 16. nu. 165. non potest di-
59 ci huius l. dispositio peccati nutritiua cum sit principaliter condita non ad nutriendum, sed ad uitandum, & obuiandum fraudibus, & peccatis, licet accidant aliqui casus particulares in contrarium præter tamen legis intentionem, ut etiam per Fortu. d. nu. 187.
60 Tum etiã quia licet in eo casu particulari habito respectu quod uenitur contra uoluntatem illius particularis testatoris uideatur contra ius naturale, tamen attenta ratione uitãdi fraudes de qua supra late cap. præced. & alia ratione minuendarum litium, de qua supra nu. 44. cum seqq. non potest dici contra ius naturale, imo uidetur condita ad adiuuandum, & fouendum ius naturale, quia per dictas duas regulas, quarum prima dicit fraudes uitandas esse, & altera finẽ litibus imponendũ illisque obuiandum, reuocatur huius l. dispositio. & reducitur ad ius naturale iux. trad. multũ in proposito per Ioã. And. in d. regula possessor. 2. q. princ. præsertim col. 6. uers. ex istis autem. de reg. iu. lib. 6. in mercu. qui, ut ibidem refert Anch. ea habuit à quodam Fratre Gerardo de Senis Theologo ordinis Eremitarum, quem ipse quoq; Ancha. sequitur ibi nu. 7. cum seq. & Imo. uiden. in c. finali sub num. 43. cum sequenti, de consuetu.

Ex quibus finaliter apparet iuris ciuilis dispositionem introducen. numerum septem testium in testamẽtorum confectione non esse nutritiuam peccati, nec peccatis occasionem præstare, & licet aliquis casus particularis cõtingere possit, in quo omni fraude ces-
61 sante talis solennitas non fuerit adhibita, & sic in eo cessat causa & ratio legis propter quã mota fuit ad introducen.
62 hunc numerum septem testium, nõ tamen cessabit legis uinculum, quia cũ lex sit tradita uniuersaliter, non sufficit causam in particulari cessare, ut per Bald. in d. l. non dubium. num. 7. C. de leg. & in proprijs terminis Couar. in c. cum esses. nu. 9. de testam. cum latissime adductis supra c. 2. nu. 32. cũ seqq. de quo infra in 3. par. cap. 3. latius est discutien. à nume. 67. cum cæteris seqq. usque 100. inclusiue, ad ibi dicta me refero, ibique ostendemus, quod quamuis ista iuste procedant in foro iudiciario, non tamen in foro interiori conscientiæ, & ibi de ratione differentiæ inter utrũq; forum ubi uidendũ est; quãuis ergo, ut concludamus in aliquo casu particulari, posset considerari pecca-
63 tum quo ad eum qui certus esset de uoluntate defuncti, quam seruare nollet ob solum defectum numeri testium, quod in foro conscientiæ non esset admittendum, ut in d. par. 3. c. 3. num. 47. cum pluribus seqq. latissime comprobauimus, non tamen propter istos casus accidentarios particulares lex dicitur iniusta, aut peccati nutritiua, cum
64 non respiciat casus accidẽtarios prout in

in particulari, sed sufficit quod uniuersaliter, & prout in cōi sit iuste posita. d. c. erit autem lex. 4. distin. ut supra latius ostensum fuit.

65 Postremo, & tertio principaliter respondetur, quod inquantum lex ciuilis disponit super numero septem testium in testamentis adhibendum, non procedit per modum prohibitionis, seu reprobationis, sed per modum non assistētiæ, & non approbationis, non enim lex reprobat testamenta aliter facta, nec fieri prohibet, sed illis non assistit, nec aliter facta probat, & per consequens remanent nulla, quia non habent fomentum, nec iuris efficaciam, remanent ergo ut quædam nuda uoluntas legibus

66 non subnixa, & legum solennitate destituta, ut probatur in l. non dubium. in fi. ibi, legibus non subnixa. C. de testamen. & in l. fi. ibi & solennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. C. fam. herc. lex enim non resistit, sed uerius non assistit huic minus solenni uoluntati, ut præcise trad. Bart. in l. sed & si lege. §. scire. sub nu. 4. ff. de pet. hær. &

67 post eum Abba. in c. grauis. sub nu. 17. de restitu. spolia. iux. trad. per glo. & docto. in l. stipulatio ista. §. alteri. ubi post alios Ias. nu. 16. cum seqq. ff. de uerb. ob. glo. & Doct. in l. non dubium. ubi etiam Ias. numero 59. & seqq. C. de legi. & Sozi. in l. j. in prin. nu. 64. cum seqq. ff. ad l. falc. & in simil. Dec. in l. si donatione. nume. 25. ad fi. ibi unde non dicitur prohibita. C. de collat. & infra par. 3. c. 2. sub nu. 55. in uersi. Quia pro responsione; & nu. 56. 57. & sequen. latissime comprobauimus.

68 Et quamuis eo respectu, quo non est seruata solennitas iuris talis uoluntas dici posset contra legem iux. c. 2. in fi. & ibi Bal. de test. Dyn. in reg. quæ contra iura. de reg. iur. lib. 6. Iaso. in d. l. non dubium. nume. 6. C. de legi. & ideo ip-

69 so iure nulla. Ias. ibidem nume. 9. & per Cano. in d. c. 2. ubi post alios Dec. num. 6. de test. & in terminis nostris, quod talis uoluntas minus solennis ex defectu numeri testium sit ipso iure nulla latissime infra cap. proximo ostendemus, & hoc eodem respectu quo deficit in ea iuris solennitas non dicatur testamentum, quia non dicitur iusta uoluntas iuxta l. primam. iunctis ibi nota. per

70 Bar. nu. 3. ff. de testa. de quo etiam infra latius cap. 16. nume. 212. 213. cum decem seqq. non tamen dicitur uoluntas à iure reprobata, sed potius, ut supra ostensum fuit, non approbata, & idcirco remanet quædam nuda uoluntas pure naturalis. l. j. iuncta glo. in uersi. nuda uoluntas. ff. de mili. testamen. eo quia

71 lex relinquit huiusmodi testamenta in primęua naturali dispositione antequā leges scriptæ emanarent, iux. trad. not. per Bald. in sępius allegato consi. 285. col. j. lib. 3. cum aliis supra cap. proximo. nu. 7. & seqq. allegatis.

72 Et consequenter licet talis nuda uoluntas de iure naturali, & in foro conscientiæ seruari debeat, ut latissime in 3. parte huius tract. cap. 1. nu. 45. & cæteris seqq. ostendemus, & lex ipsa ciuilis hortetur laudetq; adimplentes hanc

73 nudam defuncti uoluntatem tanquàm pie agentes. l. in testamento. ff. de fideicom. lib. Anch. in regula possessor. nu. 15. de regu. iur. lib. 6. & supra num. 41. & procedi possit per uiam denunciationis Euangelicæ contra illam non obseruantes, quia non excusantur à pec-

74 cato qui solo prætextu omissæ solennitatis illam non obseruant, ut infra d. 3. par. cap. 3. nu. 47. & 49. cum seqq. late quoque ostendemus, non tamen sequitur quod mereri debeat executionem

75 de iure ciuili in foro iudiciario, prout in simili uidemus in pacto nudo, quod licet de iure naturali in foro conscientiæ seruari debeat iux. infra trad. par. 3. cap. 2. nu. 66. & 67. & c. 3. nu. 51. tamen

de iure ciuili non producit actionem, nec meretur executionem. ut habetur in c.1. ubi glo. & late Abb. & cæteri ca-
76 nonistæ de pac. & in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. uersicu. igitur nuda pacti. ff. eod. titu. ubi glo. & Bar. dicunt impossibile esse quod pactum nudũ producat actionem, prout quod mulier sterilis pariat filium, & in propriis terminis trad. Imo. in cap. cum esses. col. 5. ad fi. de testamen. est enim, ut dixi, huiusmodi uoluntas nuda, & non uestita, ut ita dicam, legali solennitate, & fomento siue uestimento iuris, prout etiã in simili de pacto nudo tradd. glo. Bart. & omnes in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.

Itaque lex ciuilis non potest ex hoc dici peccati nutritiua, cum non contra ueniat uoluntati defuncti, nec illam reprobat, quinimo, ut dixi laudet hor-
77 tetq; illius obseruantiam, sed tamen suum denegat illi auxilium atq; fomentum iusta de causa remouendi lites, & scandala pro conseruatione boni communis, & ciuilis amicitiæ quod est principale intentum, ut dixi, & finis præcipuus iur. ciuilis ad quod non pertinet
78 omnia uitia, & peccata cohibere. Summa Asten. lib. 1. tit. 46. artic. 5. sed hoc relinquit dispositioni iur. canonici. ad quod magis id pertinet, ut in simili proposito late ac docte simul probat & declarat Io. And. in d. regula possessor. 3. q. princ. coll. 7. in uersicu. sciendum. cum seq. & latissime in reg. peccatum. q. 5. princip. colum. 10. in uersic. ad euidentiam. & col. seq. de regu. iu. lib. 6. in mercu. & late tradd. cano. omnes. ubi bene Præpo. & latissime Card. à Tur. Crema. in c. 2. 1. distin. cum aliis supra adductis. nume. 44. cum seqq. & infra in 3. par. cap. 3. num. 82. & multis seqq. latius comprobauimus.

79 Non obstat præterea pœna excommunicationis apposita per Pontificem in d. cap. cum esses. de test. contra non obseruantes testamenta ob defectum numeri septem testium, quæ supponit peccatum mortale, ut supra nume. 10. & seq. quia omissis pro nunc pluribus, quæ dici possunt circa intellectum illius c. de quibus infra par. 2. c. 8. & seq. latissime loco suo proprio disserendum est, ubi melius cadit; breuiter pro nunc, & uerissime respondetur quod eiusmodi excommunicationis pęna tam iuris,
80 quàm hominis non ligat, nec afficit, nisi subditos ipsi proferenti, aut statuenti; restringitur enim ad limites potestatis suæ prout restringitur sententia, aut cõstitutio in qua apponitur excommunicationis pœna capit. à nobis. el 1. ibiq; Abb. num. 4. de sent. excom. c. Romana. in uersi. porro. ubi tex. clarus, & ibi Ancha. num. 3. & cæteri eod. tit. de sen. ex com. lib. 6. c. 2. §. statuto. ubi post alios bene Sarnen. num. 39. & seqq. de constitutio. eo. lib. 6. Hostien. in Summa tit. de senten. excom. in §. quis ualeat excommunicari. Summa Asten. lib. 7. titu. 6. in priu. Summa Nauar. c. 27. nu. 5. & 6. bene, & late declarat Couar. in cap. Alma mater. par. 1. §. 10. nu. 2. & 3. de senten. excommu. lib. 6. ideoq; motiuum bene procedit quo ad subditos temporali iurisdictioni ipsius Pontificis, non autem quo ad cæteros illi temporaliter non subiectos prout in terminis uoluit, & declarat Fortu. de ult. fi. nu. 180. & 181. & nos infra in d. 2. par. c. 9. nu. 61. & cæteris seqq. usq; ad fi. latius ostendimus, & declarauimus, ubi uidendum erit.

Ad duo postrema fundamenta nempe quod lex ciuilis uideatur nimis aliena à iure diuino, &c. ut habetur in d. c. cum esses. ac etiam exigere superfluas probationes, responsio patet ex his quæ supra latissime deducta sunt à num. 19. cum multis seqq. usque num. 35. inclusiue, quæ ne superfluo hic repetantur consulto omittimus.

81 Ex quibus tandem concluditur dispositionem iur. ciuilis circa numerum septenarium testium in testamentis adhiben. ualidam, & iustam esse, & perinde in foro ciuili de quo ad præsens loquimur in terris Imperij, & ubique locorum ubi ius ciuile seruatur sine dubio obseruandam, ut tradit Bal. licet sub dubius in d. consi. 285. col. fina. lib. 3. & in pract. obseruari, & de generali consuetudine roboratam esse trad. Cor. Betran. & cæteri quos refert, & sequitur Iul. Clar. d. lib. 3. sent. q. 57. uersi. quæ quidem conclusio. & Fortu. de ult. fi. num. 172. in fi. & seq. & uolunt cæteri infra latissime adducti. par. 2. c. 9. nu. 34. & per
82 consequens nimirum si etiam hic Roma obseruatur, quæ quamuis in præcipua sub utroque gladio spirituali, & temporali ipsius Pontificis in qua D. N. Iesus
83 Christus suam sanctam Sedem mirabiliter collocauit, per quã totius Orbis caput effecta primatum obtinuit potestatis, & quam Principes Apostolorum Petrus, & Paulus uno eodemq; die sub uno, & eodem persecutore glorioso cruore martyrii Christo Domino consecrarunt, ut habetur in c. fundamenta. ubi latissime Ioan. And. nu. 4. cum seqq. de elec. lib. 6. & cap. per uenerabilem. ubi Abb. nume. 18. qui fil. sint legi. unde in Hymno Apostolorum Petri, & Pauli merito decantatur.

O fœlix Roma, quæ tãtorũ Principũ
Es purpurata pretioso sanguine,
Non laude tua, sed ipsorum meritis
Excellis oẽm mundi pulchritudinẽ.

84 Et de illius prærogatiua ultra allegata est tex. in c. rogamus & seq. 24. q. 1. in c. B. Petrus, & Paulus 2. q. 7. ubi dicitur, quod principatum, & caput obtinet nationum. & in auth. ut Eccle. Roma. in princ. ubi glo. singul. in uersic. anterior Roma, quæ ponit plura nomina, quæ ex speciali priuilegio Roma sortitur, ut anterior splendidissima, Aeterna, Regia, & sim. & in l. 1. §. sed & si quæ leges. ubi appellatur, Caput orbis terrarum. C. de uete. iu. enuclean. & in l. uni. ibi, fœlix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusq; gentibus dominari &c. C. de Iusti. cod. confirman. & in l. nemini, cum concordan. ibi per gl. allegatis. C. de consu. lib. 12. & late habetur in extrauag. seu bulla Sixti Papæ IV. posita post statuta Vrbis sub rubr. de ædif. & no. ope. construen. in princ. bullę ubi M. Antonius Bard. in 3. & 4. notabili, Alber. in l. iubemus. sub nu. 4. & seq. C. de sacr. eccles. ubi quod sicut Ecclesia Romana, ita Vrbs ipsa super omnes obtinet principatum, & no-
85 uissime R. P. F. Angelus Pientinus à Corsiniano sacræ Theologiæ professor Religionis Dominicanæ morum probitate, & literarum eruditione nulli secundus, plura ponit in tract. quem edi-
86 dit de sacro Iubileo lib. 2. c. 8. & multo plura Dominicus Card. Senior Iacobatius tanto honore meritissimus, illiusq; sacrosancti Senatus splendor, & ornamentum Patruus matris meæ mihi Auunculus magnus, cui postea in tanta Cardinalatus dignitate successit Christoforus Card. Iunior Iacobatius eius nepos, matris meæ frater dilectissimus, qui primo ad Carolum Quintum Imperatorem Augustum, postea totius Prouinciæ Vmbriæ legationis officio functus, Perusiæ diem obiit anno Domini 1540. Is inquam Dominicus Cardin. Iacob. Sen. de prærogatiua Vrbis Romæ, quamplura ponit in suo doctissimo, & facundissimo tract. de concilio lib. 7. art. 1. pag. 423. col. 1. & lib. 8. art. 6. pag. 535. in uersic. & ad præmissa. & pluribus seqq. in tantum, quod prout ipse latissime ibi probat, non pos-
87 sit Sedes Pontificis alio transferri, ex quo mandato D. N. Iesu Christi de Antiochia Romam translata fuit, dum Petrum Vrbem fugientem admonuit dicens,

dicens, uado Romam iterum crucifigi. ut habetur in cap. per uenerabilem. ubi not. Abb. num. 18. & cæteri. qui fil. sint legi. Abb. in cap. ego N. & ibidem Fely. colum. fina. uersicu. in tex. ibi Apostolorum. limita. de iureiur. Io. And. in d. cap. fundamenta. nume. 9. de elect. lib. 6. & latissime Petr. de Monte in sua monarchia concilio. quæst. 1. nume. 14. & 15. ad quod bene Oldrad. consi. 85. non enim licet trāsgredi terminos antiquos quos patres nostri posuerunt Prouerb. cap. 22. in fin. Hoc est ergo illud Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferetur clauis eius in sēpiternum. Esa. 33. & de dictæ Sanctæ
88 Sedis, & Romanæ Ecclesiæ primatū, & superioritate ultra allegata est text. in cap. nolite. in fi. 11. distinct. in cap. quamuis 21. distinct. in cap. sacrosancta. & c. omnes. 22. distinct. in cap. dudum. 3. q. 6. cap. beati. 2. q. 7. & in procem. lib. 6. & in c. unico. de Sum. Trini. eod. lib. 6. in c. non decet. 12. distin. & opt. text. in cap. antiqua. de priuil. ubi dicitur quod disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote Mater uniuersorum Christi fidelium, & magistra. & illi similis in capitu. 2. in fin. de Summa Trinita. ibi, quam Romana tenet Ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est, & magistra. & de iure ciuili in epistola inter claras. C. de Summa Trinit. & in l. decernimus. C. de sacrosl. eccle. & in d. auth. ut Eccles. Roma. in princ. latissime Alberic. in d. l. iubemus. num. 4. & 5. & nume. 8. & Ioan. Andr. in d. capitu. fundamenta. late Oldrad. consi. 62. num. 2. & Feder. de Sen. consil. 131. nume. itidem 2. & Petr. de Monte. d. q. 1. ubi supra nume. 10. 11. & 12. cum seq. & Frater Angelus à Corsiniano, ubi supra in sexta eius ratione, & latissime idem Card. Iacob. eod. tracta. lib. 8. artic. 7. per totum. & lib. 10. artic. 7. pag. 660. colum. 2. in uersicu. 5. & pluribus seqq. & pag. 672. in uersic. de isto primatu. usque ad fi. ubi latissi-
89 me probat superioritatem Roma. Pontific. ad Concilium; ita quod qui eius superioritatem negaret, ut fidei uiolator hereticus esset censendus, ut est text. in d. cap. omnes. 22. distinct. opt. tex. in d. capit. uni. de Summa Trinit. lib. 6. glo. in cap. nulli. 19. distinct. & idem Card. Iacob. loco supra proximo allegato. & per consequens, cum prout dictum est, Vrbs ipsa præcipua sit de temporali iurisdictione Ecclesiæ seruanda hic esset dispositio iur. canonici, iux. cap. si duobus. & ibi Abb. nume. 6. & post alios etiam Dec. nume. 6. de appel. & Abb. & post alios Fely. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nume. 44. cum seqq. de constitu. & in terminis Cald. consi. 8. in titu. de testam. & infra latissime par. 2. cap. 8. nume. 17. 18. 20. & 21. cum sequ. ubi uidendum est, nihilominus cum in ipsa Vrbe Roma iura ciuilia orta auctaq;
90 sint, & hinc ad alios populos defluxere, ut habetur in d. auth. ut Eccle. Roma. in princ. idcirco ex speciali dispositione statuti Vrbis lib. 5. cap. 37. sub rubric. quod seruetur ius commune, ab ipsis Pontificibus confirmat. & in statutis nouiter compilatis, & in lucem editis lib. 1. cap. 42. sub rubric. de seruan. statu. & illis deficien. ius commu.
91 inter ciues incolas, & districtuales, ius ciuile præualet iuri canonico, & ita ubique locorum ubi seruatur ius ciuile obseruanda erit, ut dixi dispositio iuris ciuilis circa solennitatem numeri septem testium, & de his etiam plene infra in dicta parte 2. capitu. 8. & 9. ubi de intellectu capitu. cum esses. de testamen. est latissime disputandum, ubi melius cadit.

Ampliatio I. ad Regulam.

Quod numerus septem testiũ in testamento requisitus est de eius forma, & solemnitate substantiali. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Regula est quod de iure ciuili septem testes requiruntur in testamentis.*
2 *Et iste numerus septem testium est de forma, & solennitate substantiali testamenti.*
3 *Solennitas proprie sumpta differt à forma & substantia.*
4 *Forma est prestantior & strictioris obseruationis quàm sit solennitas.*
5 *Solennitas proprie quæ dicatur.*
6 *Vbi adest casus legis, casus ille dicitur de indubitabili.*
7 *Bart. & Bald. iuris ciuilis duo magna luminaria.*
8 *Bar. & sequacium opi. quod numerus testium sit tantum de forma probatoria.*
9 *Forma est quæ dat esse rei & nu. 27.*
10 *Solennitas ista numeri testium dicitur solennitas extrinseca.*
11 *Bar. contraria opi. quod imo numerus testium sit de forma substãtiali & verior.*
12 *Prima ampliatio ad regulam constituitur.*
13 *Id dicitur de forma substantiali sine quo actus non subsistit.*
14 *Testamentum sine prafinito numero septem testium non subsistit.*
15 *Vbicunque deficit numerus, vel qualitas testium pro solennitate requisita actus corruit, & est ipso iure nullus.*
16 *Expositio Ripa reiicitur.*
17 *In minus solenni testamento ex defectu testium nedum probatio, sed ius quoque deficit.*
18 *Omissio solius solennitatis probatoria, non reddit actum nullum.*
19 *Nulla est maior probatio quam confessio partis quæ superat omnes alias species probationum.*
20 *Confessio partis de voluntate testatoris, in qua non fuit adhibitus solennis numerus testium, non sufficit.*
21 *Non sufficit veritas sine solennitate. & nume. 32.*
22 *Responsiones data per Docto. ad fundamentum authoris contra eos retorquentur.*
23 *Vbi lex procedit annullando, est maximum signum, quod id sit de forma substantiali.*
24 *Vbi testes pro forma requiruntur non sufficit partis confessio.*
25 *Forma non potest impleri per æquipollens.*
26 *Formæ legali nihil addi, vel detrahi potest.*
27 *Forma est, quæ dat esse rei.*
28 *Actus est ipso iure nullus non seruata forma, quia deficit substantia, sine qua actus subsistere non potest.*
29 *Et hoc casu actus, non valet etiam eo modo quo valere posset.*
30 *Confessio partis per quam confitetur testamentum fuisse solenniter factum, an sufficiat.*
31 *Et si pars fateatur testamentum fuisse factum absque fraude, licet minus solenniter, an hoc saltem sufficiat.*
32 *In terminis testamenti non sufficit veritas sine solennitate.*
33 *Si solennitas septem testium non esset substantialis, sed tantum probatoria, sufficeret iuramentum parti delatum.*
34 *Vbicunque solennitas debet interuenire in confectione actus, tunc illa dicitur substantialis.*
35 *Verbum iusta sententia positum in definitione testamenti exponitur idest solennis.*
36 *Definitio ponit substantiam rei definitæ.*
37 *Solennitas intrinseca, & extrinseca testamenti quæ dicatur.*
38 *Lex habens varios intellectus non est allegabilis.*
39 *Quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur.*
40 *Lex indistinctè loquens indistinctè intelligi debet.*
41 *Ambiguum illud dici non potest, de quo habemus communem opinionem.*
42 *Verbum iusta positum in diffinitione testamenti quæ comprehendat.*
43 *Solennitas substantialis est illa sine qua actus non nominatur talis.*
44 *Signatula testium & illorum numerus sunt solennitates diuersæ.*
45 *Testamentum imperfectum impropriè, & abu-*

abusiue appellatur testamentum.

46 *Inter testamenta non iure facta connumeratur etiam testamentum, in quo non est adhibita solennitas numeri testium.*

47 *Quod nullum est, nec nomen habere meretur.*

48 *Ex testamento in quo deficit solennitas numeri testium non oritur ciuilis obligatio.*

49 *Hæres sequutus uoluntatem defuncti, si soluerit relicta in minus solenni testamento ex defectu numeri testium, repetere non potest, licet ad id cogi non potuisset.*

50 *Naturalis obligatio impedit solut. repetitionem.*

51 *Qui non adhibet solennitatem numeri testium in sua ultima uoluntate, dicitur intestatus decedere.*

52 *Quod non iure factum est, habetur pro non facto, nec nomen habere meretur.*

53 *Intestatus ita dicitur qui nullum fecit testamētum sicut qui illud fecit sed nulliter & non solenniter.*

54 *Per testamentum secundum minus solenne, non reuocatur primum solenne.*

55 *Duo tantum testes sufficiunt ad probandum solennitatem numeri septem testium in testamento fuisse adhibitam.*

CAP. IIII.

1 REMANET igitur firma, & ab omnibus contrarijs defensata principalis nostra cōclusio, quod de iure ciuili septem testes in testamētis requiruntur, & ita regula constituimus, & firmamus; quæ in tantum procedit, vt si unus tantum ex illis deficiat, testamē tum quoq; ipso iure deficiat, ut est tex. in l. si unus. C. de testam. Ex quo quidē oritur prima, & principalis eiusdem re

2 gulæ Ampliatio, scilicet quod numerus iste est de forma, & solēnitate substantiali, ut pro eodem accipiam formam, & solennitatem substantialem, prout regulariter accipitur, ut p Pau. de Cas. in l. mancipia. C. de ser. fugi. cū tamē solēnitas proprie sumpta à sub

3 stantia, & forma differre uideatur, ut not. declarat in proposito nostro Bal. in repet. l. 1. nu. 4. C. de sac. eccle. & idē Bal. in l. etiam. nu. 6. C. de execu. rei iud. & per Alex. in l. de pupillo. quam legit sub l. in prouinciali. §. qui nūciat. col. fi. uers. ista opi. ff. de no. ope. nuncia. Alcia. in cap. cum contingat. num. 170. in fi. cum seqq. de iureiur. & idem late lib. 5. paradoxo. cap. 10. per totum. & Tiraquel. de retrac. conuen. §. 4. glo. 6. nu. 33. in fi. ubi dicit, quod forma est

4 præstantior atq; strictioris iuris, & obseruationis, quàm sit solennitas quæ

5 non semper respicit substātiam actus, sed est quicquid præcipuum requiritur ultra consensum, & quicquid adijcitur formæ iuris gētium, ut not. trad. Bal. in l. & in epistola. nu. 7. C. de fideicom. & in d. l. etiam. ubi supra. C. de execu. rei iud. & omnium latius, ubi latissime de differentia formę, & solennitatis. Brun. in suo celebri trac. de forma. in primo, & secundo art. prin.

Quæ quidem ampliatio licet probetur per casum legis. in d. l. si unus. C. de testam. ut infra clare ostendemus, & consequenter posset dici de indubita-

6 bili. l. illam. ubi post alios Dec. nu. primo, & seqq. C. de colla. Lancil. æ. iuncta glo. in uer. quæstio; & ibi Bal. nu. 2. C. de fur. cum sim. tamen, quia circa hoc doct. satis inter se sunt controuersi, an numerus iste sit de solennitate substātiali, uel probatoria tātum, in qua Bar. & Bal. iuris nostri duo magna luminaria, & cum eis quoq; Ias. sibi ipsis repe

7 riuntur contrarij, idcirco res illa altius erit repetenda.

8 Bart. enim in l. j. num. 10. ad fi. ff. de cond. ind. & in l. cum quis. nu. 11. C. de iu. & fac. igno. expresse tenet, quod sit solum de forma probatoria, non autē substantiali, quæ secundum eum consistit in uoluntate testatoris. & ante ipsum Iac. But. in l. iulianus. ff. de cond. ind. qui hanc uoluntatē dicit esse formam substantialem testamenti; solennem

nem uero numerum testium formam accidentalem, quem refert, & cum quo transit Ancha. in regula possessor. col. 11. ibi, cui accedat quod nota. Iac. Butr. de reg. iur. lib. 6. & probat Sozi. in d. l. j. sub nume. 5. ff. de condit. ind. & expresse quoq; Bald. uiden. in l. ad exactionem. ubi à nemine quem uiderim allegatur ad fi. in uersi. si uero est alia solennitas. C. de dot. promis. idemq; uoluit in l. 1. 2. lect. ante nu. 55. uersi. aduersitatis. C. de sacros. eccle. concludens septem testes non esse de forma testamen
9 ti; quia inquit forma dat esse rei, & per consequens uult, quod non sint de esse, & sic de substantia testamenti. & idem Bald. in l. 1. §. eum qui. ff. de const. pecu. & sequitur Soz. in l. 1. sub num. 11. ff. de lib. & posthu. & Ias. in l. 2. num. 10. ad fi. ibi tene, idem quod primo. C. de bono. poss. secundum tabu. Aret. & moderni de Monteserra. quos refert Ripa. in l. nemo potest. num. 27. ff. de leg. j. quam opin. ipse quoque defendit, & substentabiliorem esse opinatur ibi num. 35. in fi. & Franc. Mantica de coniect. ult. uolunt. lib. 2. tit. 11. num. 2. cum seqq. quia, ut dicunt Bald. in d. l. ad exactionem. & in l. si uas. nume. 11. C. de fideicom. & Aret. ista solennitas numeri testium
10 dicitur solennitas extrinseca, quæ non est tantæ efficaciæ prout intrinseca.
11 Contrariam uero opi. tenet expresse Bart. sibi de directo contrarius in d. l. nemo potest. col. 1. & Bald. sibi quoque contrarius in d. l. cum quis. colum. 3. in uersi. quintum sic probatur. & uersic. 6. C. de iu. & fac. igno. & in l. 2. num. 6. C. de bo. poss. secundum tabu. & in l. si unus. nu. 1. C. de testam. Alex. in d. l. 1. nume. 8. & ibi quoque Ias. sibi contrarius. col. 5. in fi. uersi. ego puto quod fundadamentum; & col. seq. ff. de cond. indeb. idemq; Ias. in d. l. cum quis. sub nu. 10. 11. & 12. C. de inr. & fac. igno. & latissime in d. l. nemo potest lect. 1. à nu. 13. usque 18. inclusiue, & in 2. num. 21. & sex seqq. & in l. admonendi. 2. lect. num. 186. & Alex. nu. 45. ff. de iureiur. Natta in l. hac consultissima. nu. 149. C. de testa. Dec. in l. 2. nu. 6. C. de bo. pos. secundum tabu. Iul. Clar. lib. 3. sen. q. 56. uers. & scias. & omnium latissime Brun. in tract. de forma. in rub. quotuplex sit forma. col. 8. in fi. in uersi. itē ex prædictis. & duabus coll. seqq. cum aliis adductis per Couar. d. c. cum esses. nu. 8. de testa. qui omnes hanc esse communem atte-
12 statur. & quam nos quoque uti communē, & ueriorem amplectimur, & ita ampliationem hanc primam cōstituimus, & firmamus, quod numerus septem testium est de forma, & solennitate substantiali testamenti.

Quæ quidem opin. & prima nostra ampliatio pluribus fundamentis roboratur primo, & præcipue quia in pro-
13 posito id dicitur de forma substantiali, sine qua actus non subsistit, ut est pretium in contractu emptionis, iuxta. l. pacta conuenta. ubi glo. & doct. ff. de contrah. empt. declarat Bart. in l. prolatam. num. 5. C. de senten. Bald. multum not. in auth. sed nouo iure. nu. 11. & in l. si ex pretio. in fin. ubi quotupliciter substantia accipiatur declarat. C. si cer. pet. & in l. etiam. num. 6. cum seq. C. de execu. rei iud. & in rubr. C. de rescind. uend. & in l. uniuersa. sub nume. 2. C. de precib. imp. off. & in consil. 283. uol. 4. & consi. 250. ad med. uol. 6. Abb. in c. si. ult. not. de condit. appo. & in c. tua nos. nu. 10. de sponsa. Ang. consi. 87. sub nume. 2. uersicu. confirmatur. Euerar. in locis lega. in loco à defec. formæ in prin. & in præcisis terminis Dec. & Couar. supra proxime allegati, sub nu. 11. & Ripa. in d. l. nemo potest. sub num. 27. uersi. 2. arguitur. & in prin. l. 1. nu. 4. ff. de uerb. obl. & Brun. supra allegatus. d. rub. quotuplex est forma. col. 7. & aliis etiam seqq.

Testa-

14 Testamentum autem sine præfinito numero septem testium non subsistere est tex. (vt aiunt) ad literam in l. si unus. C. de testa. & probatur in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & §. per nuncupationem. eo. titu. instit. de hære. quæ ab intesta. defe. in prin. iuncta glo. in uer. non uere fecit. Iul. Clar. lib. 3. sent. q. 89. ubicunque enim deficit numerus, uel qualitas testium pro solen-
15 nitate requisit. actus corruit, & est ipso iure nullus. cap. 1. & ibi no. Bal. num. 8. quid sit inuesti. & ita præcise arguit, & probat Ias. in d. l. 1. col. 6. in prin. uersi. 2. & fortius stringe. ff. de condit. indeb. & in d. l. cum quis. sub nu. 12. uersi. item ul
16 tra statuta; & in d. l. nemo potest. lect. j. nu. 17. & lect. 2. num. 25. ad fi. uers. ego, ut dixi. quicquid ibi respōdeat Ripa sub nume. 27. in d. uersic. 2. arguitur. dicens quod dici potest nullum quantum ad effectum eo quod probari non possit, iux. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tut. nam tex. iste probat oppositum, dum inquit, non ius deficit, sed probatio, tex. uero
17 in d. l. si unus inquit, iure deficit testamentum, non enim probatio tantum, sed ius quoq; deficit in huiusmodi minus solenni testamento ex defectu numeri testium, & ideo est ipso iure nullum, ex quo non interuenit debita solennitas, ut trad. Iul. Clar. lib. 3. senten. quæst. 89.

Secundo igitur hinc arguit Bal. in d. l. cum quis. sub nume. 5. C. de iu. & fac. igno. & post eum Ias. in d. l. 2. sub nu. 10. C. de bo. pos. secundum tabu. & in d. l. nemo potest. 2. lect. num. 25. in uersic. 2. mouetur. & Alex. in d. l. 1. sub num. 8. ff. de cond. inde. si numerus testium esset
18 solum de solennitate probatoria utique illorum omissio non redderet testamentum nullum, imo, ut dicunt Bal. & Alex. utraque obligatio ciuilis & naturalis ex tali testamento oriretur, quia non deficeret ius, sed probatio, ut probatur in d. l. duo sunt Titij. & tradit Bald. in l. j. ad fin. ff. de lib. & posthu. cuius tamen contrarium probat text. in d. l. si unus. C. de testa. cum aliis supra allegatis. nume. 14. & seqq. ex quo patet esse de forma substantiali. ut per Bald. nunc proxime allegatum.

Tertio hinc quoque arguitur, sunt enim hæc fundamenta, ut ita dicam colligata unum ab alio pendens, si talis solennitas numeri testium esset tantum ad probationem, non autem ad esse testamenti, certe ubicunque aliunde posset constare de uoluntate defuncti, puta per confessionem partis, non deberet attendi illa solennitas, quia ipsa confessio satis esset ad probationem absq;
19 aliis testibus, cum nulla possit esse maior probatio, quàm confessio partis, quæ superat omnes alias species probationis, imo est releuatio ab onere probandi. l. cum te. la 2. ubi late Ias. nu. 5. & seq. C. de transa. & optime in proposito
20 declarat Bal. in auth. sed nouo iure. nume. 11. in fi. cum seq. C. si cert. pet. cum aliis infra late adductis c. 9. in princ. & tamen in terminis nostris confessio partis de uoluntate testatoris, ubi non fuit adhibitus solennis numerus testium non sufficit, iux. gl. & communiter doc. in d. l. 2. C. de bon. pos. secundum tabu.
21 quia non sufficit ueritas sine solennitate. ut in l. si ueritas. C. de fideicom. & infra amplia. 6. latius ostendetur, relinquitur ergo, quod sit de solennitate substantiali, ut in terminis arguit Alex. in d. l. 1. sub num. 8. ff. de cond. indeb. & post alios Ripa. in d. l. nemo potest. sub nu. 27. uersi. 3. sic arguitur.

Et quamuis doc. huic fundamento conentur pluribus modis respondere, ut per Aret. & post eum Ias. in d. l. cum quis. numero 1. de iu. & fac. igno. & in d. l. 1. sub nu. 17. ff. de cond. indeb. & in d. l. nemo potest. nu. 25. & ibidem Ripa nu. 27. ad fi. cum seq. tamen nihil prorsus

22 sus enervant uires argumenti, imo si recte aduertatur responsiones eorum cōtra ipsos retorquentur, & corroborāt fundamentum istud; dum enim Aret. & Ias. respondent, quod in casu isto idcirco non sufficit confessio absque solennitate, non quia solennitas sit de substantia, sed quia lex ultra procedit annullando, non aduertunt quod ista implicant contradictionem, & quod tantum est dicere, quod lex procedit annullando actum, ubi non seruatur solennitas per eum statuta, quantum dicere quod solennitas ipsa est de forma substantiali, cum hoc sit præcipuū
23 signum quod aliquid sit de forma substantiali quando lex procedit ultra annullando, ut tradit Bal. in d. l. 1. ad fi. ff. de lib. & posthum. quem sequuntur ibi Pau. de Cast. Alex. & cæteri, ut late post alios per Ias. ibi sub num. 8. & pluribus seqq. ubi Aret. & Ias. attestantur de cōmuni tradd. Alex in l. hac consultissima sub nu. 4. Ias. 12. Dec. 19. C. qui testa. face. pos. Ias. in l. non dubium. sub nu. 17. C. de leg. Alex. in consi. 36. nu. 1. uol. 4. late Ias. in l. omnium. sub nu. 8. uersi. & puto. C. de testa. Fely. in c. cum accessissent. col. 4 in uers. & ubi apponitur clausula, ubi etiam Dec. col. 3. in 3. fallen. de constitu. Paris. consi. 19. nu. 186. cum seq. uol. 4. Brun. de forma in rubr. quando aliquid censeatur trad. pro forma col. 1. Ant. Gabriel. com. cōcl. lib. 6. tit. de clau. conclu. 3. in ultimo effectu. nu. 70. & comprobat Fely. in c. cum dilecti. col. 7. uersic. quintum signum. de rescript. quia, ut supra ostensum fuit in primo principali fundamento huius partis nu. 13. illud dicitur de substātia, sine quo actus non subsistit.
24 Et pari modo tollitur secunda responsio Aret. & Ias. illum dicunt, quod idcirco non sufficit confessio partis, quia numerus iste est requisitus pro forma testamenti, quo casu non sufficit confessio, allegando Bal. in rub. C. de proba. ubi non inuenio Bal. hoc dicenté, sed hoc bene sentit Bal. in cap. primo. qui testes sint necessarij ad proban. no. inue. nu. 6. & multum not. in proposito idem Bal. in cap. j. §. Item si uasallus. nu. 9. de contro. inue. & con-
25 firmo, quia forma non potest impleri per æquipollēs iux. glo. in clem. j. uer. nominatim. de uita & honest. cle. & in cap. j. de baptis. Bal. in l. si institorem. in fi. ff. si cer. pet. Dec. in cap. consuluit. el 2. nu 4. de appella. Ias. in l. ubi auté. §, illud. col. 2. in uers. ego teneo contrarium. ff. de uerb. obl. & idem latissime in cō s. 97. col. pen. & fi. uol. 4. Dec. cons. 466. nu. 19. Paris. conf. 61. nu. 16. uol. 3. tradd. omnes in l. hac consultissima. ubi Alex. nu. 4. & Ias. nu. 12. Dec. 19. C. qui testa. face. poss. Cagno. in l. si quis maior. sub nu. 217. uers. uidetur. C. si aduer. transac. Boer. decis. j. num. 44. cum seqq. cū alijs late traditis post Bal. & alios per Alex. & Ias. in d. l. j. nu. 18. & pluribus seq. ff. de lib. & posthu. & Feli. in d. cap. cum dilecta. col. 14. Ampha. 11. de rescript. Tiraquel. de retract. lignia. §. 1. glo. 21. sub nume. 11. idéq; Tiraq. in l. si unquam. in uer. reuertatur. sub nu. 352. C. de reuocand. dona. & idem latius de. ll. connubia. l. 16. glo. 6. nu. 26. & glo. 7. nu. 99. & nu. 188. & omnium latius Brun. in trac. de forma. in rub. de implemen. & obseruan. for. col. 10. uers. cæterum. & quattuor coll. seqq. & per nos infra cap. 10. nu. etiam. 10. cum pluribus seqq. & cap. 27. nu. 13. & multis etiam seqq. ubi hoc latius declaratum inuenies,
26 quia, ut in istis terminis dicit Ias. in. d. l. j. nu. 25. ff. de lib. & posthu. formæ legali, nihil addi uel detrahi potest. post Bal. in l. fi. nu. 4. C. de su. & legi. & not. & latius in cap. 1. nu. 2. de mili. uasal. qui contumax est. in usi. feu. Boer. l. decis. 1. nu. 45. Dec. in cons. 77. num. 1. &

in

in cap.de appellationibus. parum sub nu.5.de appell.Ias. in l.3. nu.41.ff.de leg.1.Paris.cons.19.nu.188.uol.2.Cagno.in l.si nihil.ff.de reg.iur.Tiraq. de retrac. conuen.§ 4.glo.6. sub. nu. 31. Paris.d.cons.61.nu.15.cum seqq.uol.3. & latissime comprobat Bru.in d. trac. de forma in rub.de poten.& effec.for. col.j.in fi. in uers.secundus effectus.& col.seqq.& idem dixit Host. respectu formæ baptismi in summa de baptis.§. quæ sit eius forma.in uers.doctores tamen nostri. & Ioan.in cap. si non sanctificatur. uer.in gl.euacuatur. de consecra.distin.4.& declarat Sũma Asten. lib.4.tit.1.ar.2.post S.Thom.in 4.senten.distin.3.art.2.q.3.& ex sacra pagina comprobatur Deutero. cap. 12. in fi.(quod præcipio tibi hoc tantum facite Domino, nec addas quicquã nec minuas) & Apocalip.cap.ultimo.in fi. si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.Et si quis diminuerit de uerbis propheticę libri huius,auferetDeus partem suam de libro uitæ, quæ tamẽ declara ex infra trad.cap.10.num. 11. & pluribus seqq.& cap.16.nu.108. & pluribus etiam seqq.& cap.17.nu.13. cum seqq.usque 22.

Hæc inquam responsio peccat eodẽ morbo, & tollitur prout prima, quia cũ solennitas ista sit introducta,ut ipse Aret.& Ias. dicunt, pro forma testamenti, necesse est etiam fateri, quod sit de substantia testamenti, quia for-
27 ma est,quę dat esse rei,uulg.l.Iulianus. §.1. ff.ad exhib.l.si is, qui quadringenta.§.quædam. qui tex. ad hoc sæpe allegatur, ut ibi dicit Alex.ff.ad l.Fal.late probat Tiraquel.de retrac.lignia.§.36. glo.2.nu.26.& bene declarat Bar. in l. si quis pro eo. nu.14. ff. de fideiuss.Ias. in l.si unus.§.si acceptilatio.sub nu.3.ff. de pac.Nico.Euerar. in locis lega.centu.53.in prin. & post alios optime Ripa in l.1.§.si quis ita.nu.23. ff. de uerb. oblig.Brun.in d.rub.de poten.& effec. for.col.1. in j.effectu. & Alcia. in c.cũ contingat. nu.161. in uersi. septennis casus.de iureiu.& hinc est,quod prout
28 ipsi dicũt, non seruata forma, actus est ipso iure nullus, quia deficit substantia, sine qua actus non potest subsistere, nec in esse produci etiam in materia pia, & fauorabili, ut tradd. plures ex doct.in locis proxime citati, nu.25. 26.& 27. & præter eos de hoc est tex. qui de iure ciuili semper ad id allegari solet in.l.cum ij.§.si prætor.ubi post alios Ias.in 1.notabili.ff.de transac.& de iure canonico in d. c.cum dilecta. ubi præter omnes latissime Fely. qui materiam hanc ex professo tractat in uersi. gesta contra formã, per undecim coll. seqq.de rescript. in c.quia propter. ad fi.prin.de elec.in c.prudentiam. ubi gl. & doct.præsertim Dec. num.4. de offi. deleg. c.fi.ubi etiam cano. de rest.spolia.c.is qui.cum glo.in uer.præter.in fi. de elect.lib.6.tradd.glo.Inno. & cano. omnes in d.c.1.de baptis.Inno.in c.fin. in prin.& post eum Abb.nu.3.& alij de sacra.non iteran. Bald. in l.non omnis. col.2.uersi.denuo oppo.ff.si cer.pet. in l.fi.C.si mancip.ita fue.aliena.& in l.testamentum.in 2.notabili. C.de testam. & in consi.250.in uersic. præterea iuri publico.uol.5.Ias.in l.1.§.sublata.lec.j. nu.5.ff.ad Trebel.& in cons.149.col.2. in 3.principali fundamento. uolum.2. idemq; Ias.consil.191.& 213.col.1.eo. uol.2.& latius d.consi.91.col.pen.& fi. uol.4.Gozad.consil.40.num.3.Paris.d. consil.19.nu.183.& pluribus seqq.uolum.2.& consi.41.num.15.uol.4.& est
29 regula communis, ut dicit Dec.consil. 532. nume.3. Intantum quod isto casu actus non ualet etiã eo modo quo ualere potest.l.an inutilis. iux. lecturam quam glo. Bart. & Doct. communiter sequuntur.ff.de acceptil.2.glo.Bart.Br

Pau.

Pau. de Cast. & post alios Iaſ. in l. si u nus.§.si acceptilatio.num.3. ff.de pact. Euerar. in d. loco à defer.for.pag.176. sub littera. B. & seq.Fern.Vasq.de succeſſ.crea.§.2.nu.5. Mantica de coniec. ult.uolun.lib.12.tit.ult.nu.14.Alcia.de præsumptio .regula 3.præsumptio.34. num.11.& est tex. in l.non codicillum. qui semper ad hoc allegari solet, ut ibi dicit Pau.de Cast.in prin. C.de testam. tradit Bar.& cæteri post eum in d.l.1.§. si quis ita . ubi post alios Ripa.d.nu.23. cum pluribus seqq. ff. de uerb.obl.ubi uidendum est, cum ille non iste sit locus suus proprius, & particularis, & infra etiam cap.6.nu.13. cum pluribus seqq. maius enim est peccatum in forma, quàm in materia, ut per gloſſ.& Doct. proxime allega. quamuis inter hæc nullam constituat differentiam, Bald. in dicta l. non codicillum . in uersi.nec distinguo.cum in utroque sit defectus substantialis, ut ibi per eum.

Et quãuis Ripa in d. l. nemo potest. nume.28.non admittat responsionem Aret. & Iaſ.tanquàm nimis acerbam, ut ipse dicit, quia secundum eum sequeretur, quod etiam si pars confiteretur testamentum fuiſſe factum solenniter, non tamen hoc sufficeret, quo ni-
30 hil absurdius, quod qualiter, & quomodo procedat in sequenti Ampliatione latius declarabitur,ipse tamen Ripa ad hoc fundamẽtum conatur alio modo respondere, uidelicet, quod cum numerus iste testiũ requiratur ad fraudes submouendas, quod latiſſime supra cap. 2. ostensum fuit, idcirco non sufficit confeſſio partis, non quia illa solennitas sit de substantia,sed quia licet uenientes ab intestato confiteãtur
31 testamentum fuiſſe factũ,sed minus solenniter, non tamen fatentur, quod fuerit factum sine fraude, quod si id quoque confiterentur, uidelicet, testamentum factum fuiſſe absq; aliqua fraude, licet in nus solenniter absque solenni numero t stium, confeſſio illa secundum Ripam sufficeret iux. trad. per Bald.in d.auth. sed nouo iure. C. si cer.pet.& ita ipse pertransit,uerũ quia consequens hoc est falsum, quia ut supra dicebamus nu. 20. & 21.in terminis illis non sufficit confeſſio de ueritate diſpositionis absque solẽnitate, quia non sufficit ueritas sine solennitate, & in 6.Amplia.latius ostẽdetur. Ergo, &
32 eius antecedens pariter falsum erit.l. apud antiquos. C. de fur.l.1.cum gl.fi. C.de delato. lib.10. cum alijs loco suo proprio adductis per Euerar.in locis lega. centu.97. & sic remanet istud fundamentum ab omnibus impugnationibus defensatum.

Quarto accedit, quod si talis solennitas septem testium non esset substantialis,sed tantum probatoria sufficeret iuramentum parti delatum in huiusmodi testamento minus solenni ex de-
33 fectu numeri testium iux. l. iusiurandum, & ad pecunias. in princ. & § ait prætor. & l.manifeste.ff.de iureiu.cum simil.uel iuramentum in defectum plenæ probationis iux.l.in bonæ fi lei.& l. generaliter.C.de reb.cre.& iureiur. & per Bart.& cæteros in l. admonendi.ff. eo. quorum utrumq; in terminis nostris falsum est, quia hoc tantum reperitur specialiter statutum in termini l. fi. C. de fideicom.& ita in contrarium est ius commune, ut arguit Alex. in d. l.j.sub d.nu.8.ff.de cond.indeb.& infra c.8. & seq.in 5. & 6. amplia. latiſſime declarabitur.& ita arg.Aret.& Iaſ.tum datum super d.l. fi.C.de fideic.adduct. pro contraria parte, ut per Iaſo. in d. l.nemo potest.lec.1 parum sub nu.16. uerſ.confirmatur. & lect.2.nu.22.in fi. ff.de leg.1. & in d. l.cũ quis sub nu.12. C.de iur.& fac.igno.& in d.l.1.sub nu. 12.uersic. confirmatur.ff.de cond.ind. contra ipsos optime retorquetur.

D Quin-

34 Quinto ubicunque est talis solennitas, quae debet interuenire in cōfectione actus, illa dicitur substantialis, sine qua actus est ipso iure nullus, prout est numerus testium in confectione ipsius testamenti requisitus iux. l. hac consultissima. in prin. & § per nuncupationē. C. de testam. secus si potest interuenire post actus celebrationem iux. theoricam Bar. in terminis d. l. hac consultissima in l. uniuersa. ad med. & ibi etiam Bal. num. 2. & latissime Ias. nu. 8. & pluribus seqq. C. de precib. impe. offe. & optime Bal. l. in rub. C. de retinen. uend. nu. 3. tra. id. cano. in c. 2. ubi Abb. Aret. & late Fely. col. 2. in 3. restric. & ibidē Dec. nu. 12. & 13. de testib. & in c. quoniam frequenter. in prin. ubi etiam late Fely. col. 3. in uersi. tu uero attende. & seq. ut lite non contest. & Brun. d. trac. de forma in rubr. quando aliquid censea. trad. pro for. col. 1. in fi. & seq. & latius de poten. & effec. for. col. 46. in uersi. 2. praedicta conclusio. & seqq. & ita arguit, & probat Ias. in d. l. nemo potest. lect. 1. num. 18. & lect. 2. num. 26. ff. de leg. 1.

Sexto probatur haec nostra ampliatio ex diffinitione ipsius testamenti tradita ab Vlpiano in l. 1. ff. de testa. ubi dicitur uoluntatis nostrae iusta sententia & c. idest solennis; ut ibi exponit gl.
35 communiter approbata in uerbo iusta. ubi formaliter dicit iusta, idest solēnis iuris solennitate subnixa; de qua latissime Couar. in rubr. de testa. par. 1. nume. 3. cum seq. cum igitur numerus septem testium sit solennitas iuris ciuilis, ut inst. de testa. in prin. & in d. l. hac consultissima. C. eo. & in l. fi. ibi, lex etenim ne quid falsitatis. C. de fideicom. cum alijs supra adductis cap. 2. nu. 1. id quod apud omnes est indubitatum, ne
36 cesse fatendum est, quod numerus iste sit de substantia testamenti, eo quia definitio ponit substantialia rei diffinitae iux. glo. in l. omnis definitio. & ibi Dec. ff. de reg. iur. Bar. in l. omnes populi. nu. 59. ff. de iust. & iu. Abb. in rub. de senten. excommu. sub nu. 3. Ripa in rubric. ff. solu. matrimo. nu. 42. & in terminis tradit Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de testa. & prout praecise arguit, & probat Bal. in d. l. cum quis. col. 3. in uersi. quintum sic probatur. C. de iu. & fac. ign. & Ias. in d. l. nemo potest. lect. 2. nu. 24. & seq. ff. de leg. 1. & nos infra cap. 16. nu. 213. & seq. quod declara, ut ibi sub nu. 246. in uersic. prout etiam. & nume. 247. cum seqq.

Non obstat, quod (prout respondet Ripa in d. l. nemo potest sub num. 27.) interpretatio illius uerbi, iusta, posita in definitione testamenti uideatur am
37 bigua eo, quod possit intelligi de solēnitate intrinseca, ut est institutio haeredis, non autem de extrinseca, ut est numerus testium, prout uoluit Aret. quē referunt Ias. & Ripa in d. l. nemo potest proxime allegati, & cōsequēter super dicta definitione non possit fieri funda
38 mētum, nec sit allegabilis, postquā ambigua, est eius interpretatio ad trad. per Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. tradd. Bart. & caeteri in l. cum prolatis. ubi Alex. nu. 10. late Ias. nu. 12. & seqq. ff. de re iud. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 99. ff. de acq. poss. & in l. admonendi. lect. 1. nu. 67. & seqq. ff. de iu. iu. & in l. captatorias. sub nu. 12. uersic. totum fundamentum. & ibidem Dec. nu. 19. ad finem. C. de testa. mili. late idem Ias. in l. 1. nu. 20. 21. & seqq. ff. de transactionibus. Ripa in l. qui Romae. §. duo fratres. nu. 32. & seqq. ff. de uerb. oblig. Vant. de nullita. sub rub. de nulli. ex defec. process. nu. 118. in fi. cū seqq. Fely. in c. 1. col. fi. uersi. 3. no. de cōstitu. Sarnen. in c. 1. nu. 54. de iud. lib. 6. cum late congestis per eundem in c. 1. nu. 231. de constitu. eo. lib. 6. Sylua nuptia. plura ad propositum congerens. lib. 5.

lib.5.nu.33.ad fi.cum seq.& Contar.in l.uni limit.9.nu.50.cum plurib. u seqq. C.si de momen.pos.fue.appel.& faciũt latissime congesta ultra doct. in locis proxime allegatis per Gabr. cõm. opi. lib.2.tit.de senten.conclu.7.num.190. cuius ratio est,quia quod multipliciter intelligitur eius ueritas ignoratur teste
39 Boetio, quem refert Bald.in l.scire leges.ff.de leg.& in consil.218. in uersic. unde dicit Boetius. & in consi.228. in uersi.cum igitur.uol.3. Ias.in d.§.nihil commune.nu.99. Socy. in d.l.in ambiguo. nu.3. Dec.in l.quoties idẽ sermo. nu.4.ff.de reg.iur. & Ripa in l. qui Romæ.§.duo fratres.nu.34. ff. de uerb.oblig.Aym consi.9.nu.33.Zun. in respõ. pro uxo.nu.422. quibus adde infra tra di.cap.16.num.71.& seq.

Quia pro responsione est aduertendum, quod quicquid dicat Aret. circa illud uerbum, iusta, distinguens, inter intrinsecam,& extrinsecam solennitatem, tamen glo. & doct. communiter exponendo illud uerbum, iusta, idest solennis. indistincte loquuntur,& pro-
40 pterea indistincte de utraque solennitate intrinseca, & extrinseca intelligi debet, uulg. l de precio.ff. de publ.in rem actio.cum sim.late infra adductis. cap.10.nu.33.& per consequens non
41 potest, dici ambiguũ ex quo habemus communem opi. docto. indistincte loquen.Sarnen. d.c.1.nu.232. de constit. lib.6.Ripa in l.4.§. hoc autem iuditiũ. num.106.in fi. & seq. ff. de dam.infec. Contar.d.limit.9.nu.56.præter quod, ut dicit Ias. in d. l. nemo potest.2.lect.
42 nu.25.sub illo uerbo, iusta, comprehenditur non solum institutio hæredis, sed etiam solennitas numeri testium iux. declarationem Bart.in d.l.1. ff. de testam.

Septimo arguitur per Ias. in d.l.nemo potest. lect.1.sub num.16. uersic. idem Aret. & lect.2.sub nu.25. uersic. pro ista ead.opi.post Are.cuius est arg. per eum relat. ex text. l. si quis legatũ. ff.ad l. Corn. de fals. ubi secũdum eum probatur, quod testamentum,in quo desint signa septem testium, non dicitur testamẽtum,ex quo apparet, quod
43 ista est solennitas substantialis postquã sine ea actus non nominatur talis, & quamuis ille tex.non loquatur de testa mento in quo deficiat numerus septẽ testium, quia de hoc ibi uerbum nullum,sed tantum ubi deficiant signacu-
44 la testium,& istæ sunt diuersæ,& separatæ solennitates, ut bene inst. de testam.ord. in princ. Itaque text. in d.l.si quis legatum. loquens de solennitate signaculorum, non probat quo ad solennitatem numeri testium, tamen argumentum istud bene probatur in l.2. §.1. ff. quemad. testa. ape. ubi est text. quod testamenta imperfecta,irrita,aut
45 non iure facta, improprie, & abusiue appellantur testamenta, ergo non uere, & proprie, inter testamenta uero
46 non iure facta,numeratur etiam testamentum in quo non est adhibita solen nitas numeri testium, ut inst. de hære. quæ ab intestato defe.in prin.iuncta gl. in uer.non uere fecit. & in l.1.in prin. iuncta etiam glo. in uer. solenni. ff. de iniust.testam. & per consequens testamentum in quo deficit, ut hæc solennitas non uere, sed abusiue appella-
47 tur testamentum, quod enim nullum est, nec nomen hab r merctur.l.4.§. condemnatum. ubi post alios Ias.& Ri pa in j.notabili.ff.de re iu l.statutis.C. de senten.ex bren.recitan.registrata in c.in primis. in fi.& c.seq.2.q.1.c.fin. de senten.& re iud.lib.6. clem.pastoralis. ad fi.uersi.ut igitur. eo.tit.de re iud. & opt.tex.in l. à n ll .C.de ser.unde et.ã imperfecta uoluntas non dicitur uoluntas,ut per Franc.Mantic.de coniec. ult.uolun.lib 3.tit.26.num.1.& in terminis testamenti supra sub num.42. in

uersic.7.& infra num.52.cum seqq.ex quo apparet iux.arg.Aret. quod est solennitas substantialis postquàm sine ea testamentum,non nominatur uere testamentum,quicquid inaduertenter dicat Ias.in d.l.nemo potest. supra proxime allegatus.

Octauo, si ista non esset solennitas substantialis, sed probatoria tantum, certe ex huiusmodi testamento nõ solenni ex defectu numeri testium orire tur non solum naturalis obligatio, sed etiam ciuilis,ut probant Bald.& Alex. supra allegati nu. 11. quod tamen falsum esse cõstat,cum ex huiusmodi te-
48 stamento nõ oriatur ciuilis obligatio, quod probatur ex tex.in l.1.& 2.& in l.si ueritas.C.de fideicom.in l.non dubium.in fin.secundum primam expositionem glo.C.de testam. & in l.fideicommissum. iuncta glo.1.ff. de cond. ind.in quibus iuribus probatur, quod
49 si hæres sequutus uoluntatem de uncti soluerit relicta in minus solenni testamento ex defectu numeri testium iux.in dd.iur.notata repetere non potest,quamuis ad id cogi non potuisset, ex quo apparet, quod orta fuerit na-
50 turalis obligatio, quæ impedit soluti repetitionẽ.l. naturales obligationes. ff de act.& oblig.l.si fideiussor obligari. §.fideiussor.ff.de fideiuss.l.naturaliter. in prin & fi.l.si non sortem. §.libertus. l.quod pupillus.& l.si id quod.ff.de cõ di.indeb.gl.& doct.communiter in l.j. ut ibi per Ias.post alios.nu.23. cũ seq. eo.ti.& in l.cum quis. C. de iu.& fac. igno.& in l.error.C.ad l.Falcid.& not. etiã gl.& cano. omnes in c.fi.ubi bene Abb.nu.11.& seqq. de solutio.nõ autẽ ciuilis,quia si etiam ciuilis orta fuisset, frustra ibi dubitaretur de soluti repetitione, quomodo uero possit constare de uoluntate defuncti in hoc minus solenni testamento inferius in seq. amplia.ubi melius cadit dicendũ reseruo.

Nono,quod numerus septem testiũ sit solennitas substantialis, ultra argumenta doct. ex eo apertissime conuin-
51 citur, quod qui non adhibuit istam solennitatem in eius ultima uoluntate,dicitur intestatus decedere, ut est text. in terminis inst.de hære.quæ ab intesta to defe.in princ.iuncta glo.in uer. non iure fecit. perinde ac si omnino nullũ fecisset testamentum, quod etiam probatur,licet non ita expresse,in l.1.ff.de iniust.testa.in uer.non iure factũ. Nam quod non iure, & sic nulliter factum est, habetur pro non facto,nec nomen
52 habere meretur,ut supra.nume.47.& ideo dicitur, ita decedere intestatus, qui nullum fecit testamẽtum, sicut qui fecit inualidum, & non solenne, ut in
53 terminis per illum tex.no. Pau.de Cas. in l.si aut nullum. C.de leg.hæred.Ripa in l.4.§.condemnatum.nu.3.ff.de re iu di.facit tex.in l.si cum nulla. iuncta gl. eo.tit.& est text.clarus insti. de hæred. quæ ab intes.defe.in prin.& trad.Fern. Vasq.de succes.crea.lib.1.§.2.nu.11.& propterea licet posteriore testamento
54 reuocetur primum .§. posteriore.inst. quib.mo.testa.infer. Iul.Clar.lib.3.sen. q.94. non tamen quando posterius est minus solenne.d.l.1.cũ seq. ff.de iniust. testa.l.hac consultissima. § si quis autẽ. C.de testa.l.si iure.ff.de leg.3. Francis. Mantica de coniect. ult.uolunt. lib.12. tit.1.nu.39.quod tamen recipit no.declarationem ex infra latissime tradd. c.16.num.230.& alijs seqq.usque 237. & cap.17.nu.21.cum seq.

Ex quibus concluditur hanc solennitatem numeri testiũ esse de substantia testamenti, & ita remanet firma, & stabilita hæc prima nostra ampliatio, quæ tamen sic intelligi,& declarari debet, quod licet solennitas numeri septem testium sit de substantia,tamen quod huiusmodi solennitas fuerit in testamento adhibita, & sic ad probandã solen-

solennitatem istam duo tantum testes
55 sufficiunt iux. trad. per Bart. in l. hæredes palam. in princ. num. 5. cum seq. ff. de testam. & fuit opi. Mar. & Guil. de qua per glo. & docto. communiter in l. 2. C. de bo. pos. secũdum tabu. uerum quia circa huiusmodi declarationem plurima sunt discutienda, quæ proprius ad limitationem ultimam conuenire uidetur, idcirco ne bis idem repetamus, remitto me ad ea, quæ latius circa hoc inibi tractentur.

Ampliatio II.

Quod numerus septem testiũ est non solum de forma substantiali, sed etiam de forma probatoria testamento. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Numerus septem testium non solum est de forma substantiali sed etiam de forma probatoria testamenti.*
2 *Numerus septem testium requiritur, ut per illos voluntas testatoris vero & perfecte probari possit.*
3 *Non solum requiritur quod omnes septem testes intersint quo ad solennitatem sed etiam quod per omnes septem probetur testatoris voluntas.*
4 *Voluntas testatoris nil aliud est quàm ipsum testamentum.*
5 *Testamentum non potest probari paucioribus quàm septem testibus.*
6 *Quilibet præsumitur scire iura.*
7 *Qui non adhibet solennitates de iure requisitas videtur negari, & velle facere actũ elusorium.*
8 *Quamuis per duos testes probetur testatorem ita disposuisse, non tamen probatur quod in tali dispositione adsit plenus consensus testatoris.*
9 *Voluntas testatoris probatur etiam ex testamento imperfecto, scrito, & non solenni.*
10 *Relicta in minus solenni testamento non debentur nisi fuerint per testatorem repetita ab intestato.*
11 *Lex codicillis. §. si ff de leg. 2. not & sing.*
12 *Clausula codicillaris operatur, ut debeatur legata ex testamento minus solenni*
13 *Et tamen nihil operatur, ubi non concurrit voluntas testatoris.*
14 *Quinque testes, & non minus requiruntur in codicillis.*
15 *Hæres sequutus voluntatem testatoris soluens relicta legata in minus solenni testamento repetere non potest, quamuis ad soluendam cogi non potuisset.*
16 *Ex testamento minus solenni oritur naturalis obligatio, non tamen ciuilis.*
17 *Lex ciuilis iudicat pie agere qui adimplet voluntatem testatoris minus solennem & impie agere qui illam adimplere recusat.*
18 *Relicta in minus solenni testamento ex defectu numeri testium debentur in foro cõscientiæ.*
19 *Et mortaliter peccat, qui ta'e testamentum sub prætextu huiusmodi solennitatis omissæ adimplere recusat.*
20 *In iure nihil debet esse contrarium.*
21 *Testes minus septem probant nudam voluntatem & testamentum factum esse, licet minus solenne*
22 *Sed tamen non probant quo ad effectus iuris ex testamento prouenientes.*
23 *Acta facta inter certas personas non probãt quo ad alias quo ad effectum facti.*
24 *Probant tamen factum ipsum quo ad omnes personas de mundo.*
25 *Lex non confidit de minori numero quàm septem testium ad probandum uoluntatem defuncti.*
26 *Forma est indiuisibilis.*
27 niuersalis, q̃ est caput, & forma ꝑfectiua, & substãtialis testamẽti, & i qua cõsistit sũma totius testamẽti. §. ante hæredis institutionẽ. inst. de lẽ. l. proxime ad fi. i uer. Calphurnius. quẽ ad hoc no. ibi Pa. de Cas. inden. nu. 3. ff. de his q̃ in test. delen. l. j. in fi. ff. de uul. & pu. l. fi. iũcta gl. ff. de iu. codi. Bal. in l. j. i prin. ff. de testa. Lud. Bolog. iter cõs. Alex. cõs. 53. n. 1. uol. 4. cui alij quoq; doc. se subscripserũt. Matic. de cõiec. ult. uolũ. li. j. tit. 6. n. 1. & li. 2. tit. 4. n. 2. & li. 4. tit. 1. n. 4. & hoc respectu uolũtas testõris non probatur ꝑ pauciores testes numero septẽ ẽt quo ad proban. nudã uolũtatẽ nõ solennẽ, unde & si testes sex deponerẽt, q̃d testator instituit Seiũ, tamẽ nõ erit probata uolũtas testõris respectu eius, q̃d testes deponunt, q̃a nõ adhibetur eis fides à iure de hoc facto rõne uitãdæ fraudis dupliciter considerando tũ
28 ex parte ipsorũ testium, qui falsũm deponere possũt, prout uidetur cõsiderare text. in d. l. fi. C. de fideic. tũ ex parte ipsius testatoris; q̃ si nõ ex aio libero, & spõtaneo, sed fraude, & dolo adductus Seiũ istituerit, ita q̃d nõ solũ pauciores testes nõ sufficiũt ad proban. uolũtatẽ quo ad substantiam transferendæ, uel adimende hæreditatis, ut loquitur Bal. supra nu. 20. allegatus, sed nec etiã ad probandã ipsam nudam, & non solennem uoluntatem, & sic factum ipsum

&

29 & ita procedat communis conclusio Doct. in d. l. 2. C. de bo. pos. secundum tabu. & hæc nostra secunda ampliatio; dixi in foro fori iudiciario, quia in foro poli, & conscientiæ, non ita absolute, sed cum temperamento recipienda est hæc declaratio, ut infra parte 3. c. 3. nu. 19. cum cæteris seqq. usque 46. latius declarauimus, aut loquimur respectu probationis uoluntatis quo ad alia non concernen. institutionem, & hæreditatem uniuersalem, sed puta legata, uel fideicommissa particularia, quæ possunt fieri in codicillis absq; te-
30 stamento iux. l. si quis cum testamentũ; & l. ab intestato. l. conficiuntur. in prin. & l. fi. ff. de iu. cod. l. 1. & 2. & ubiq; glo. & Doct. & l. non idcirco. C. eo. & inst. eo. per totam. & tunc potest probari uoluntas defuncti per pauciorẽ quàm septem testes, quia etiam quo ad substantiam, & ualiditatem codicillorum, & cuiuslibet ulterius ultimæ uoluntatis, excepto tamen testamento, nõ sunt
31 necessarij septem testes, sed sufficiunt quinque, ut habetur in l. fi. §. fi. C. de codicil. an autem quo ad probationẽ uoluntatis respectu ipsorum legatorum requiruntur omnes quinq; testes quot sunt necessarij ad illorum ualiditatem, & quot requirantur, quamuis hoc uideatur extra plurale nostrum institutũ, quod tãtum uersatur circa testes in testamento requisitos, tamen pro nunc
32 obiter concluderem non omnes quinque requiri ad probandum hanc nudã defuncti uoluntatem, sed duos tantũ sufficere, iux. communem, & regularẽ traditionem. l. ubi numerus. ff. de testib. cum sim. supra in prin. huius tract. allegatis, licet enim quinque testes sint necessarij ad ualiditatem illorum, ut supra dictum fuit, non tamen ad probandum defuncti uoluntatem, quia nõ reperitur hoc iure statutum esse, nisi quo ad substantiam, & ualiditatem dispositionis, non tamen ad probandum nudum factum, & uoluntatem defuncti.

Nec solum duo testes sufficerent ad probandum hanc nudam defuncti uoluntatem circa legata, & alia sim. in codicillis disposita, de quibus proxime dictum fuit, sed etiam circa legata, & alia in ipso testamento relicta, non excepta institutione hæredis ab hæreditate ipsa uniuersali, uidetur quo ad cætera
33 sufficere duos testes respectu probationis nudæ uoluntatis testatoris, ut uidetur expresse de mente Bal. in d. l. fi. nume. 17. C. de fideicom. Et ita procedit tex. qui passim allegari solet in d. l. fi. ff. de reb. eo. qui loquitur præcise de uo-
34 luntate testatoris circa licentiam datã in testamento de uendendo prædium pupillare, & in l. qui à patre. qui loquitur respectu tutoris dati in testamẽto. ff. de confirman. tuto. & in l. in testamẽto; qui præcise loquitur respectu legatorum, & fideicommissorum in testamento relictorum. ff. de fideicom. lib. & procedunt authoritates doct. & alia communis conclusio de qua supra nume. 9. & pluribus seqq. & in his terminis loquitur Bar. in d. l. admonendi. nume. 39. ff. de iureiuran. quæ rursus recipiunt no. declarationẽ, nisi ex°. negaretur testamentum factum, tunc enim etiam sex testes non sufficerent, nec quo ad institutionem, nec quo ad legata testamenti, ut sing. trad. Bal. in consil. 265. ad med. incip. in damasco. uolum. 4. sed hoc est ex eo, quia tunc esset necesse probare testamentum, & per consequens institutionem hæredis, sine qua testamentum subsistere non potest, quæ paucioribus septem testibus probari nõ potest, ut late supra nu. 27.

Nec est inutilis ista inuestigatio, an & quando uoluntas testatoris licet minus solennis, & inualida probetur per duos testes, aut saltem per pauciores septem, quia etsi uoluntas illa sit inualida,

35 lida, tamē ad multa prodest, & sufficeret ad multa, ut dicit Bar. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. 3. etiam in foro ciuili, & iudiciario, ut patet, tum ex d. l. fi. ff. de reb. eo. & d. l. qui à patre. ff. de confir. tut. tum ex trad. per Bar. in l. 2. §. 1. num. 2. ff. quemadm. testa. ape. & in l. gerit. nu. 18. ad med. ff. de acquirē. hær. & ex alijs autho. supra num. 9. allegatis, cum seqq. tum ex his, quæ latissime per nos tradentur infra part. 3. princ. cap. 2. & rursus. cap. 3. nume. 1. cum pluribus seqq. ubi latissime osten

36 dimus, quod ex tali nuda uoluntate minus solenni oritur naturalis obligatio, & quod multum prodest, & operatur nedum in foro fori, sed & multo magis in foro (ut aiunt) poli & conscientiæ.

Et ex his duabus Ampliationibus clarissime constat, quod iste numerus septem testium in testamento est non solum de solennitate substantiali, sed etiam de solennitate probatoria, adeo

37 quod non requiruntur simpliciter ad probationem ueritatis, sed etiam ad solennitatem testamenti, & probationem testamenti; numerus igitur septēnarius iste in testamento requisitus iure merito appellari potest numerus solennitatis, quia pertinet ad solennitatem iuris positiui, licet numerus duorum testium regulariter pertineat ad ueritatis indaginem de iure naturali & gentium iux. illud in ore duorum, uel trium stat omne uerbum. c. in omni, & c. licet uniuersis. de testam. cum alijs allegatis supra cap. 1. num. 2. cum seqq. & ideo appellatur numerus ueritatis iuris naturalis & gentium, ut uidemus regulariter in contractibus, & in testamento inter liberos, & ad pias causas, & in testamento facto coram Principe, & in cæteris, ubi duo tantum testes sufficiunt (de quibus infra latissime in limitatio. proprijs, ui-debimus) iste ergo numerus duorum testium, quia pertinet ad probandam ueritatem, quæ est de iure naturali & gentium, dicitur numerus ueritatis, licet etiam & ad solennitatem adhiberi possit, ut infra cap. 22. sub num. 86. in uers. postremo. & nume. 87. cum seqq. usque ad fi. numerus autem septem testium regulariter in testamento requisitus, quia pertinet ad solennitatem, quæ est de iure positiuo, dicitur numerus solennitatis, iux. trad. per Bal. in l. hæredes palam. col. 1. in fi. in uer. tertio quęro. ff. de testam. & in l. 1. lect. 2. C. de testam. & Felyn. in c. cum nobis. nu. 10. cum seq. de pręscript. & Corn. in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 2. C. de testam.

Ampliatio III.

Quod testator non potest disponere, quod ualeat testamentum, & quod possit probari hæredis institutio absque solenni numero testium. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest facere, quod leges in suo testamento locum non habeant.*

2 *Solennitas numeri septem testium, est à iure ob publicam utilitatem inducta.*

3 *Testamenti factio dicitur iuris publici, quo ad solennitatem.*

4 *Ius publicum, priuatorum pactis mutari non potest.*

5 *Testamentum absque minori numero septem testium non ualet etiam si testator hoc expresse disponat.*

6 *Quod non interueniant septem testes & sit testamentum, continet repugnantiam.*

7 *Testatoris dispositio tanquam regina in testamento primum locum obtinet, & in omnibus dominatur.*

8 *Et eius uoluntas pro lege haberi debet.*

9 *Ad publicam utilitatem pertinet supremā hominum iudicia exitum habere.*

Quod

10 *Quod intelligitur reſpectu bonorum, de quibus ad libitum teſtator diſponere poteſt, dummodo ſeruetur forma à iure tradita.*

11 *Teſtamentum non eſt non ſeruata forma iuris.*

12 *Diſpoſitio repugnans, & ſibi contraria non ualet.*

13 *Regula (ſi non ualet quod ago ut ago, nec ualet ut ualere poteſt) quando procedat.*

14 *Teſtamentum cum minori numero ſeptem teſtium non ualet iure codicillorum, ubi in eo adeſt hæredis inſtitutio, ſeu exhæredatio.*

15 *Ex inſtitutione uel exhæredatione conſtat quod teſtator uoluit facere teſtamentum.*

16 *Inſtitutio uel exhæredatio non poteſt fieri in alia diſpoſitione, quàm in teſtamento.*

17 *In dubio quando non conſtat quod teſtator uoluit facere teſtamentum, tunc diſpoſitio eius debet ualere iure codicillorum prout ualere poteſt.*

18 *Non eſt præſumendum, quod teſtator uelit eligere uiam ad impugnandum ſuum iudicium.*

19 *Præſumptio ualiditatis actus ſolet cæteris præſumptionibus iuris præponderare.*

20 *Teſtamentum, in quo eſt ſeruata forma teſtandi in ſcriptis ſed non perfecte, an ſuſtineatur ut nuncupatiuum.*

Via quam quis elegit ſibi patere debet.

21 *Teſtator ſi dixerit ſuam diſpoſitionem eſſe ſuum ultimum teſtamentum, quod iure teſtamenti ualere non poteſt, ualebit in uim codicillorum prout ualere poteſt.*

22 *Codicillus largo modo & abuſiue uenit appellatione teſtamenti.*

23 *Verba impropriari debent ad hoc, ut actus ſuſtineatur.*

24 *Diſpoſitio teſtatoris, quam ipſe uoluit ualere iure codicillorum, ſi in uim codicillorum ualere non poteſt propter inſtitutionem hæredis, ualebit ut teſtamentum prout ualere poteſt.*

25 *Inſtitutio hæredis in codicillis fieri nõ poteſt.*

26 *Clauſula codicillaris operatur ut directa inſtitutio trahatur ad fideicommiſſariã.*

27 *Clauſula omni meliori modo æquipollet clauſulæ codicillari.*

28 *Et eſt maioris efficaciæ, quia ſuſtinet actum peccantem in forma.*

29 *Clauſula (ſi non ualet quod ago ut ago) æquipollet clauſulæ omni meliori modo.*

30 *In claris non eſt locus coniecturis.*

31 *Teſtamentum in uim codicillorum ualet ubicunque ex uerbis tacite ſaltem colligi poteſt quod iſta ſit uoluntas teſtatoris.*

32 *Lex codicillis. §. ſi ff de leg 2. declaratur.*

33 *Actus peccans in forma ſuſtinetur ubicunque conſtat quod quis uult eum ualere omni meliori modo quo poteſt.*

34 *Intellectus Pau. de Caſt & Bal. ad d. l. codicillis. §. ſi. reprobatur, & nu 35. cum ſequenti.*

35 *Verus intellectus ad illum tex. enucleatur.*

36 *Leges nolunt ualere teſtamenta abſque ſolennitatibus de iure requiſitis.*

37 *Diſpoſitio teſtatoris qui uult ualere ſuum teſtamentum non obſtante defectu ſolennitatis tanquam continens repugnantiam uitiatur.*

38 *Generalis præſumptio eſt, quod quilibet præſumitur uelle facere actum ualidum, & illum uelle ualere omni meliori modo quo poteſt.*

39 *Præſumptio quæ oritur ex qualitate diſpoſitionis eſt fortior præſumptione ualiditatis actus.*

40 *Vna præſumptio tollit aliam, & fortior tollit minus fortem.*

41 *Præſumptio in ſpecie tollit præſumptionem in genere.*

CAP. VI.

EX duabus præcedentib. ampliationibus, in quib. late oſtenſum fuit, quod numerus iſte ſeptem teſtium eſt de ſolennitate ſubſtantiali, & etiam probatoria, oritur tertia ampliatio, quod etiam ſi teſtator uelit, tamen non poteſt diſponere, quod teſtamentum eius ualeat abſque præfinito, & ſolenni numero ſeptem teſtium, & ita hanc tertiam ampliationem conſtituimus, nam poſt quam numerus iſte, ut ſupra oſtenſum fuit eſt a lege requiſitus pro ſolennitate ſubſtantiali, idcirco teſtator diſponere

1 nere non potest, quod ualeat testamétum absq; huiusmodi solénitate, quia nemo potest facere, quod leges in suo testamento locum nó habeat. l. nemo potest. ubi glo. & doct. præcise exemplificantes in terminis solennis numeri testium. ff. de leg. 1. cum qua concordat opt. tex. in l. testandi. C. de testam. ibi, mutare formam, uel iuri publico derogare, c. requisiti. ibi, quia priuata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis immutare. extra eo. Pau. de Cast. in consil. 75. ad fi. par. 1. si quidem ista solennitas dicitur de forma substantiali nedum probatoria testamenti, prout late habetur in prima nostra amplia. & est à iure ob
2 publicam utilitatem inducta, ut tradit Bal. in cons. 285. circa princ. lib. 3. cum latissime adductis supra cap. 2. num. 3.
3 4. & seqq. & propterea testamenti factio dicitur iuris publici quo ad solennitatem, ut late supra cap. 2. nume. 6. ideoq; forma eius priuatorum dispositione nó læditur prout etiam est tex. expressus in l. 3. ff. de testam. & bonus tex. in l. quidam. ff. de admin. tuto. cum simil. ibi per glo. allegatis; & generaliter hoc uerum est, quod ius publicum
4 priuatorum pactis mutari non potest. l. ius publicú. ff. de pact. & l. iter debitorem in fi. eo. tit. l. neratius. ad med. ibi, quia pacto hoc publicum ius infringi nó possit. ff. de relig. l. 1. §. si præses. uer. 5. inter magistratus. ff. de magist. conu. l. quod de bonis. §. 1. ff. ad l. fal. l. cerdonem. in fi. ff. de ope. lib. l. fi. de su. & leg. l. 2. in uer. ius reipublicæ. ff. de admin. rer. ad ciui. pertinen. & d. l. testandi. ubi doct. C. de test. & habetur in reg. ii. nec ex prætorio. & in regula neque pignus. §. priuatorum conuentio iuri publico non derogat. & in c. si diligenti. ubi late cano. omnes præsertim Feli. qui plura hinc deducit, & declarat de fo. compet. cum simi. allegatis cap. seq. nu. 8. & pluribus seqq. in quibus iur. clare deciditur hæc nostra tertia ampliatio, quam pro clara, & indubitata firmant glo. Bar. & cæteri in d. l. nemo potest. & Iul. Clar. lib. 3. sentent. q. 56. uer. & scias.

5 Et per consequens licet testator dicat, & expresse disponat, quod uult suum testamétum ualere cum pauciori bus, puta quinque, aut sex testibus, non tamen propter hoc ualebit testamentum, & eiusmodi testatoris dispositio, & ultra iura clara accedit etiam ratio adducta per Bar. in d. l. nemo potest. circa princ. quia cum numerus septem testium sit de substantia testamenti, sine qua actus non subsistit, subducere ista de medio est facere quod nó
6 sit testamentum; quod ergo dicit testator, quod non interueniat numerus septem testium, & sit testamentú, idem est, ac si diceret, quod sit testamentum, & nó sit testamentum, quod continet repugnantiam merito nihil ualet. l. scripturæ. C. de fi. instrum. l. 1. & ubique late Bal. C. de fur. c. solicitudinem. in fi. ubi post alios Dec. num. 8. de appell. l. ubi repugnantia. & de reg. iu. cum ibi in eandem personam simul & libertas, & seruitus concurrant. C. de lati. liber. tol. l. ubi repugnátia. l. ius nostrum non patitur. ibi, earumq; rerum naturaliter inter se pugna est, & ubique Dec. & Cagno. ff. de reg. iu. l. si titius. & ibi glo. & doct. ff. de condi. insti. l. titiæ si non nupserit. ubi Barto. & alij. ff. de condit. & demonst. duo enim contraria (secundum philosophum) in eodem subiecto simul stare non possunt, & not. in l. si ut certo. §. si duobus uersiculum. ff. commod. quin, & ipse Deus omnipotens non potest ea, quæ implicant contradictionem, ut quod uerum non sit uerum, & quod factum non sit factum, quod est impossibile, ut in authen. de æqualita. dot. in princ.

prin. uersi. quæ igitur prius secundum philosophũ, & Theologos ipsos relat. à Bal.in l.eam quam.sub num.34.uers. circa quintum. C. de fideicom. in l.ex his uerbis.in fi.C.de mil testa.& in l.fi. nu.4. C.de lega.& late Alex.in cõs.15. nu.6.uol.3.& Ias.in l.1.§.si uir uxori.in j.notabili.nu.6.7.& 8.ff.de acq.poss.& ratio est, quia, ut dicit Ias. hæc omnia implicant contradictionem,quod confirmat Hieronym. ad Eustochium relatus in c.si Paulus. ibi, audenter dicam. 32.q.5.& ibid.Arch.nu.2.& late Sozy. in cons.102.nu.1.& 2.uol.j. ubi attestatur omnes philosophos, & theologos ita tenere, prout late tradd.& confirmat magister sententen.lib.1.dis.42.& cæteri post eum, & habetur in compen. theolo.lib.j.c.27. faciunt postremo infra trad.par.2.cap.7.nu.9.

7 Quamuis ergo dispositio testatoris tanquàm Regina in testamento primũ locum teneat, & in omnibus dominatur.l.in conditionibus primum locum. ff.de cond. & dem. & pro lege haberi debeat, ut in §.disponat.ibi, & sit lex.
8 eius uoluntas. in auth.de nup.cum ad publicam utilitatem pertineat supre-
9 ma hominum iudicia exitum habere.l. uel negare. ff. quemad. testa.ape. cum alijs in proposito congestis supra. c.3. nu.37.& 38.& seqq.hoc tamen intelligitur respectu bonorum, de quibus testator ad libitũ disponere potest, dum
10 tamen seruetur forma à iure tradita in confectione testamenti,prout hæc responsio colligitur ex tex. in d.l.testãdi. C.de testa.& ex l.2.uersi.& nemo moriens. ibi,legitimam uoluntatem.C.cõmu. delega. & late declarat post alios Ripa in d.l.nemo potest.nu.1.cũ seq.ff. de leg.j.& nouissime Francis. Mantica de coniec.ult.uolun.lib.3.tit.3. sub nu. 16.in uers.6.nam alias cum non seruata forma non sit testamentum, ut pro-
11 batur in l.1.iũcta gl.& traditur ibi, per doct.ff.de testam.idcirco testator qui non seruata forma uult testamentũ ualere,uult per consequens, quod illud,
12 quod non est testamentũ, sit testamentum,& sic talis dispositio uti contraria non est recipienda,ut respondet præcise Bar.in d.l.nemo potest.in prima oppo.ff.de lega.1.ut supra nu.5.& 6.

13 Confirmatur præmissa,quia ubicũq; actus peccat in forma,tunc non potest aliquo modo ualere etiam eo quo ualere poterat,& procedit regula si nõ ualet,quod ago ut ago, nec ualet ut ualere potest,deprõpta ex l.in inutilis iux. communem intellectum glo.& doc ff. de acceptila.tradd.doct. cõmuniter in l.1 §.si quis ita.ubi Bar.&cæteri præsertim Ripa nu.23. ff.de uerb.oblig.& est text.in terminis in l.non codicillũ. qui semper ad hoc allegari solet, ut ibi dicit Pau.de Cast.in prin.C.de testamen. Alcia.de præsumptio.regula 3.præsumptio.34.nu.11. Fernan.Vasq.de succes. crea.§.2.nu.5. Euerar.in locis lega.centu. 53.& ostendimus supra etiam c.4. nu.28. cũ seq. ita, quod si testator uult
14 facere testamentum non adhibitis septem testibus ad id requisitis, sed fortasse sex, aut quinque,qui sufficiunt ad codicillorum ualiditatem, ut habetur in l. fin. C. de codicill. & in cuiuslibet ultimæ uoluntatis præter testamentum;ut late per Paris. consil. 32.nu.39. uol.2. tamen hæc dispositio non ualet etiam in uim codicilli, quia peccat in forma testamenti,quod testator facere uoluit, quod constare potest ex institutione, & exhæredatione iux.tex.in d.l. non codicillum. ubi glo. & doc. C. de
15 testam.& in l.illud §.1. ff.de iu.codicil. Paris.consi.32.nu.42.uol.2.

Quæ quidem conclusio ita declarari debet, ut procedat ubicunque clare
16 cõstat testatorem uoluisse facere testamentum puta, ut diximus, ex institutione, seu exhæredatione, quæ no pos-

possunt fieri in alia dispositione, quàm in testamento, ut est tex. in d.l. non codicillum. iuncta glo. ibiq; doct. omnes C. de testam. l. si idem in fi. & l. hæreditatem. C. de codicil. & inst. eo. §. codicilli. l. quod per manus. ff. eo. l. scæuola. ubi præcise ita declarat Pau. de Cast. nu. 4. ff. ad Trebel. Dec. in c. cum super. ad fi. uers. similiter in l. nec codici l. in. extra de offi. leg. Ruy. consi. 37. uum. 8. uol. 1. late Paris. consil. 35. nu. 5. & seq. uol. 2. Sozy. Iun. in consil. 111. nu. 5. 6. & 7. cum seq. uol. 1. & latius in consil. 69. nu. 5. & 6. & nu. 10. & 11. cum alijs seqq. uol. 4. & in eodem casu Alcia. in consi. 68. tomo 3. lib. 9. Mantica qui articulum hunc ex professo tractat de coniec. ult. uolun. lib. 2. tit. 3. nu. 1. cum cæteris seqq. secus autem in dubio, ubi
17 non constat clare, quod testator uoluit facere testamentum, tunc enim talis dispositio debet ualere in uim codicillorum prout ualere potest, quia nõ est præsumen. quod testator elegerit uiã testandi ad impugnan. sua iudicia. l. 3.
18 ff. de mili. testa. sed illam, quæ facit actũ ualere de iure, ut bene post alios declarat Ripa in d. §. si quis ita. num. 26. & latissime Alcia. de præsumptio. regu. 3. præsumptio. 35. etenim ista præsumptio, quæ fit pro ualiditate actus, est iuris præsumptio. l. quoties. la 2. & l. ubi est uerborũ ambiguitas. ff. de reb. dub. l. quoties in stipulationibus. ubi late Ias. ff. de uerb. obl. & l. in contrahenda. in 2. respon. & ibi late Dec. ff. de reg. iu. c. Abbate. ubi glo. allegat concordan. de uerb. sig. quæ, ut dicunt doct. solet
19 cæteris præsumptionibus præualere cum omnibus alijs sit fortior, & efficacior, ut per Dec. in d. l. in contrahẽda. & in l. in testamento. la 1. nu. 12. C. de testa. mili. Alci. latissime de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. cum alijs latissime adductis infra c. 16. nu. 84. 85. 86. 87. & multis seq. ubi fusius declarauimus.

20 Prout in simili quoque concludunt doct. de testamento in quo testator cœpit seruare formam testãdi in scriptis, sed non perfecit, si quærimus an sustineatur, ut nuncupatiuum, quia aut sumus in dubio quid testator agere uoluerit, puta, quia totam uoluntatem suam coram testibus expressit, & nuncupauit, quod est signum nuncupatiui testamenti. §. fina. instit. de testamen. uerum testamentum ipsum in scripturam redactum clausit subscripsit, & à testibus subscribi, & sigillari fecit iuxtam formam testandi in scriptis. l. hac consultissima. in priu. C. eo. & hoc casu si non potest ualere ut testamentum in scriptis, quia forma illa non fuit perfecte seruatua, ualebit ut nuncupatiuũ prout ualere potest, nam ex eo quod testator uoluntatem suam testibus nuncupauit præsumẽdum est, quod noluerit se restringere ad unum tantũ genus testandi in scriptis ad impugnan. sua iudicia, sed potius utroque genere testandi usum fuisse, ut si non ualet ex uno, ualeat ex altero, iux. l. 3. ff. de mili. testa. cum hæ formæ testandi non sint aduersæ, sed diuersæ, ut in terminis concludunt doc. omnes in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. Cyn. Alberic. Fulgo. Pau. de Cast. Alex. Corn. Ias. & alij per eum ibi relati num. 3. & Alex in l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 15. ff. de uerb. obl. & in l. si stipuler. in fi. eo. tit. Iasan l. 1. §. si quis ita. sub nu. 15. uersic. confirmo. eo. tit. Ruy. consi. 193. nu. 10 ad fi. uers. nec etiam prædictis ob. uol. 2. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 1. tit. 7. nu. 2. & nu. 6. & ita procedat Goza. & a tho. ad hoc per eum allegatæ in cons. 3. nu. 11. Aut ex qualitate dispositionis clare cõstat, quod uoluit testari in scriptis, & non nuncupatiue, quia uoluntatem suam coram testibus non expressit, sed scripturam, sic ut supra clausam subscri-

scri

scriptam, & sigillatam dixit esse suum testamentum, & si non ualet ut in scriptis, quia forma illa in aliquo defecit, nec ualebit ut nuncupatiuum, quod licet ualere possit per implicitam relationem ad illam scripturam iux. latissime trad. infra c.27.nu.9. tamen quia ex qualitate dispositionis, ut dictum est, uidetur clare constare de mente testandi in scriptis, uia quam elegit sibi patere debet. l. si mulier. in fin. ff. quod met. caus. l. habebat. in princ. de instit. act. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tributo. act. l. 1. in fi. C. si ser. extero. l. cõmissorie. C. de pac. inter emp. & uen. l. j. C. de fur. l. fi. in prin. & ubiq; glo. & doct. C. de codicil. c. uni. in fin. ubi bo. tex. de postula. prælat. lib. 6. & illi similis in c. ut quis duas. & ubique bene Anch. de elec. eo. li. 6. facit. l. nemo ex his. §. quoties. ubi bo. gl. ff. de reg. iu. Pau. de Cast. in cons. 75. in fi. par. 1. & in his terminis bene declarat distinguendo Pau. de Cast. in d. §. per nuncupationem. & in l. hæredes palam. in prin. nu. 5. ff. de testam. & in consi. 93. nu. 4. par. 1. Ruy. d. consi. 193. sub eo. num. 10. uersi. sed ad istud respondetur. Mantica d. tit. 7. sub nu. 7. in uersic. sed aduertendum quicquid hoc casu uoluerit idem Pau. de Cast. in consi. 415. col. fi. uersi. 2. potest defendi iunctis trad. ibi. col. 1. par. 2. & hæc uera nisi ex clausula omni mel. modo, uel ex alijs uerbis claris clare constet testatorem noluisse se restringere ad formam testandi in scriptis, ut per Alex. cons. 176. nu. 4. & quattuor seqq. uol. 1. Afflic. decis. 14. Mantica d. titu. 7. nu. 4. & nos infra latius num. 26. & cæteris seqq. & ita in effectu procedat di stin. Dyn. quam probat Bart. in l. 1. ff. de iu. codicil. & doct. omne, Iul. Cl. r. lib. 3. sent. q 4. uersi. sed q iætro.

21 Hinc ex prædictis infertur, quod si testator coram quinque tant. in testibus dixerit illam suam dispositionem esse suum testamentum nullo ibi instituto hærede, licet ut testamentum ualere non possit tum ex defectu numeri testium, tum ex defectu institutionis sine qua non est testamentum, ut supra cap. proximo nu. 27. tamen ualebit in

22 uim codicillorum prout ualere potest, cum large, & abusiue saltem codicillus comprehendatur appellatione testamenti, prout quælibet alia ultima uoluntas, quia dicitur testatio mentis, inst. de testam. in princ. cum glo. 1. ibid. & glo. in l. 1. quam ibi no. Bal. & Pau. de Cast. ad fi. ff. eo. bo. glo. in l. 3. uer. ex eo. ff. de iu. codicil. & in l. 2. uers. personales. C. com. de leg. & in l. ad fin. uer. ita omnes. C. de const. pecu. & in cap. fi. in glo. fi. de usu. lib. 6. Bald. in l. fi. nu. 39. in fi. C. de edic. di. adr. tol. Sozy. in l. 1. §. quamquam. nu. 2. ff. ad Trebel. late Ias. in rub. ff. de leg. 1. nu. 15. & alijs seqq. & prout in proposito concludit Pau. de Cast. in l. proxime. num. 3. ff. de his, quæ in testam. delen. late Paris. consil. 32. nu. 46. uol. 2. & late Ripa in l. 1. §. si quis ita. nu. 26. ff. de uerb. obl. & Ias. in d. l. non codicillum. nume. 1. ad med. in uersi. quid si aliquis. & num. 2. C. de testam. qui tamen Pau. de Cast. & Ias. loquuntur in fortioribus terminis quando fuerunt adhibiti septem testes, ex quo uidebatur etiam colligi mens defuncti, quod uoluerit facere testamentum, & non codicillos, prout etiam in his terminis loquitur, & multum bene in proposito declarat Ripa in d. §. si quis ita. sub d. nu. 26. nam ad hoc, ut

23 actus ualeat, & sustineatur, uerba quoque impropriari debent, ut l. si tibi pecuniam, quæ semper ad hoc allegari solet, & ibi no. Bar. Bal. Pau. de Cast. & cæteri ubi latissime Ias. per duas primas coll. ff. si cert. pet. l. sed, & si possessori. §. item si iuranero. ubi etiam doc. præser. in Alex. & latissime etiam Ias. nume. 15. usque nu. 28. ff. de iureiu. l. insulam.

13. ubi hoc no.Bar.ff.de præscrip.uer. & no.Bar.in l.si olei. per illum text.C. loca. & glo. communiter recepta loquens in uerbis sententiæ in l.& puto. §.1. in uersi. non communicari. quam ibi præ cæteros no.Bar.ff.fam.herc:sc. pro qua bonus tex. in c.in his. de uer. sign.& in proposito de uerbis testatoris bo.tex.in l.Titia cũ testamento. §.j. ubi Bar.Bald.Pau.de Cast.& cæteri. ff. de lega.2.& tradd.no.Iac.But.Cyn.& Bal.in l.cum uirum.nume.19.C.de fideicom.Fely.in c.auditis.nu.3. de præscrip.tradit Alcia. d.præsumpt.34.nume.9.& seq. quibus demum suffragantur latissime tradd. per nos supra ca.3. nu.38.cum seqq.& infra par.3.cap.3. num.63.& seqq.prout etiam è contra uidemus, quod si testator conuocatis septem testibus instituat hæredem, &
24 dicat hoc esse suũ codicillum, uel illud ualere uelle iure codicillorum, ualebit tamen ut testamentum, quia in
25 codicillis hæres institui non potest, ut dictum fuit, ut per Bald.in l.testamentum, per illum tex.C.de testam.in l.fi. nu.23.C.de codicil.& per Alex.& Ias. in d.l.non codicillum, & fuit quæstio disputata per Py. ut refert Io.Andr.in addi.ad Spec.de instru.edi.§.compendiose.num.17.in fi.uer.codicillum. de qua late, & remissiue Alex. in l.nemo potest. sub nu.9.uers.quid è contra.ff. de lega.1. idemq; Alex. in consil.141. col.fi.uersi.& in simili.uol.1.& late cõprobat in consil.53. nu.7.uol.7. idem quoq; Alex.in cons.194.nu.1.uol.7.& latissime comprobat Soz.Iun.in cons. 69.uol.4.& in eodem casu Alcia.consil.68.tom.3.lib.9.& noue & latissime Fran.Mantic. de coniec.ult.uolun.lib. 2.ti.3.nu.5.cũ pluribus seqq.usq; ad fi.

Et hinc quoq; infertur, quod si testator coram quinq; tantum testibus, qui sufficiunt, ut sæpius dixi, ad codicillos instituat hæredes, & in hac sua dispositione apponat clausulam codicillarem uidelicet, si non ualet iure testamenti ualeat iure codicillorum, uel aliam similem, certe talis dispositio cũ non possit ualere iure testamẽti, quia non fuit adhibitus solennis numerus septem testium, ualebit iure codicillorum quo ualere potest, iux.tex.in l.codicillis.§.fi.qui in his terminis intelligi debet, ut ibi declarat Bar. ff.de lega.2. & idem Bar.in d.l.nemo potest. col.1. uers.sed cõtra. hæc enim clausula operatur, ut directa institutio, quæ iure di
26 recto ualere non potest, trahatur ad fideicommissariam, ut per Bar.in l.1.nume.2.& seq.ff.de iur.codic.Bal.& Pau. de Cast.in d.l.codicillis.§.fi.nu.2. ff.de lega.2. cum alijs infra late adductis.c. 16. nu.79. & operatur etiam in testamento, quod deficit ratione solennitatis omissæ Bart.in d.l.1.nu.7. ff.de iur. codicil.cum latissime infra adductis.d. c.16. nu. 74. & propterea idem erit si in huiusmodi dispositione retentis ter
27 minis supradictis fuerit apposita similis clausula, quod ualeat omni meliori modo, quæ æquipollet clausulæ codicillari.Bal.in l.cum pater.§.filius matrem.ff. de leg.2.& in l.codicillis.§.fi. ubi Pau. de Cast.& alij eo. tit. Fel.in c.cũ super sub n.11.uer.4.effectus. de offi.deleg. Paris.consi.62.nu.16.uol.2.Cur.Iu.cõsil.71.sub nu.12.& cõsi.72.nu.8. Dec. consi.14.nu.3.& seq.Mantic.de cõiec. ult.uolun.lib.1.tit.9 num.11.& Gabr. com.conclu.lib.4.tit.de testa.concl.5. nu.9.Dec.cõsi.14.nu.3.& seq. Cur.Iu.
28 cõs.72.nu.8.imo est maioris efficaciæ, quia sustinet actum etiam peccantẽ in forma.Dec.consi.77.nu.4.Paris.consi. 90.n.11.uol.3.trad.Ripa in d. §.si quis ita.nu.25.& patet ex late adductis per Cur.Iun.in cõsi.169 nu.5.& 6.cũ seq. & in cons.142.nu.16 & cõs.71.nu.12. & Couar.in c.Raynutius.§.j.sub nu.2. uers.præterea clausula iunctis trad.nu.

4.in fi.de testa.& per nos infra limit.1. cap.16.nu.96.& seqq. quicquid circa hoc inaduertenter dixerit Euerar. in loco à defec.for.pag.176.littera.B.qui mouetur per tex.in c.1.de postu.præla.lib.6.ad quem respondet Ias. in d.§. si quis ita.Inb nu.13.& Ripa nu.24.ad quos me remitto; & de illius effectu, & efficacia plene Fely.in c.cum super. nu.11.usq; ad fi.de offi.delega.cum late ibi adductis per Dec.nu.12.& Hyppo.de Marsi.sing 36.& 29.latissime alios cumulans Mantica de coniec. ult.
29 uolun.lib.3.tit.14.nu.11.cui æquipollet clausula, si non ualet, quod ago ut ago &c. idem Fely. ibi.num.8.in fi.& tradd. Bart.& cæteri post eum in d.§. si quis ita.

Quamuis enim ex eo, quod in hac minus soleni dispositione instituit hæredes dicatur euidenter cōstare,quod uoluit testari,& non codicillari.d.l.nō codicillum.ubi est tex.clarus,ut supra nu.16.tamē intelligitur euidenter cōstare ex quadam iuris præsumptione, quæ cessat ubi sumus in claris, quod noluit se restringere ad solam speciē testamēti, sed clare,& expresse uoluit suam dispositionē ualere om.mel.mo. quo de iure fieri potest,prout ex clausulis prædictis expresse apparet, nā in claris non est opus coniecturis,& præ
30 sumptionibus.l.continuus.§.cum ita. in fi.ff.de uerb.obl.ubi sing.Bald.dixit, quod omittere sensum,& certitudinē & quærere indicia est infirmitas intellectus.l.pediculis.§.auro.in uer. argento.cum concordan.ubiq; per gl.allegatis.ff.de au.& arg.leg.& no.gl. per illū tex.in l.sed & si unius. §.filiof.in uers. acturū.ff.de iniu.& in l.diuus. in uer. existimari.ff.de rest.in int.& Bal.in l.j. in 2.notab.C.qui,& ad.quos. & Sozi. in l.1.n.37.ff.sol.mat. faciūt infra trad. multum in proposito c.16.num.98.& & 126.& allegata c.9.nu.26.qua,tu

ibi ostendimus præsumptiones locum non habent ubi constat de ueritate in contrariū. Et ita in proposito bene declarat Dyn.& post eū Bart.in d.l.1 nu. 2.ff.de iu.codicil.Pau.de Cast.in l.2.C. eo.& in fortioribus terminis Bald.in l. filij.nu.7.ad med.ibi,sed si tabellio. C. fam.herc.& late cōprobat Mantica de coniec.ult.uolun.d.lib.2.tit.3.nu.5.

Et non solum id procedit ubi per uerba clara constat,quod noluit se restringere ad formā seu actū testamenti apponēdo clausulas quas nos supra apposuimus, sed & si ex uerbis tacite
31 cōstat quod ista sit eius uolūtas,ut per Bal.in d.l.cū pater.§.filius matrē.ff. de leg.2.& hoc est,quod in terminis decidit Bar.per illū tex.i d.l.codicillis.§.fi.
32 eo.tit.dum dicit,quod ideo illa dispositio licet minus solennis,in quo fuerat facta hæredis institutio, ualet iure codicillorū cōtra d.l.non codicillū.C.de testa.eo quia fuerāt apposita certa uerba,quæ important,ac si dixisset,si non
33 ualet iure testamēti,ualeat iure cōdicillorū,ut etiam supra declarauimus sub nu.24.uersi. & hinc quoq;.cū seq.ubicūq; enim constat de uoluntate,sustinetur actus peccans in forma eo meliori modo quo ualere pōt, late Fern. Vasqu. in terminis nostris de success. crea.§.2.sub nu.5.uersi.ergo actus.

Et licet Bar.ibi non aperiat quæ fuerint illa uerba,tamē Bal.& Pau.de Cast. ibi expresse dicūt, qđ uerba sunt ista, uolo testamentū ualere absq; iuris solennitate,uel uolo testamentum ualere iure testamenti non ob.defectu solennitatis,hęc enim uerba inquiūt ipsi operantur,ac si dixisset si non ualet iure testamēti,ualeat iure codicillorū,& ideo institutio directa ibi trahitur ad fideicommissariam,quod est singulare secundum Pau.de Cast.

34 Sed est aduerten. quod ista intelligentia Bal.& Pau.de Cast.ad d.l.codicillis.

cillis.§.fin.nec in eo.tex.probatur,nec
uidetur de iure subſtentabilis, nõ pro
batur in illo text. quia alia sunt uerba
apposita in eo tex.quàm ipsi referant,
nã prout ex lectura cõſtat, uerba fue-
runt iſta, hoc meũ teſtamẽtum ſcripſi
ſine ullo iuris perito rationem potius
animi mei ſecutus,quàm miſeram, &
nimiã diligentiã,& ſubdit, & ſi minus
aliquid legitime minusue perfecte fe-
cero pro iuſto, & legitimo haberi de-
bet hominis ſani uoluntas, hæc ſunt
uerba in quibus ſe fũdat iuriſconſul.
multum diuerſa nedum in cortice,ſed
in ſenſu, & in ſubſtantia ab his, quæ e-
xemplificãt Bal. & Pau.de Caſtr.ibi,nã
35 in his uerbis,ibi,rationem potius ani-
mi mei ſecutus, & rurſus pro iuſto, &
legitimo haberi dẽt hominis ſani uo-
luntas,apparet,& euidẽter colligitur,
quod noluit ſolenniter teſtari, & iure
teſtamenti ualere, cuius contrariũ di-
cit Pau.de Caſt. ſed eo iure quo iuſte,
& legitime uoluntas eius minus ſolen
nis ſuſtineri poſſit hæc importãt in ef-
fectu uerba in eo.tex.apposita,& ideo
ualet ibi in uim codicillorũ, quia erat
taliter facta,quod poterat eo iure uale
re,& iſte eſt itellectus Bar. & uerus ad
illũ tex. qui ex uerbis clare colligitur.

Minus quoq; uidetur de iure ſuſten
tabilis hæc Bal.& Pau. de Caſt. intelli-
36 gentia, quia cum leges nolint teſta-
mẽta ualere abſq; ſolenni numero te-
ſtiũ,& alijs de iure requiſitis. l.hac cõ-
ſultiſſima.§. per nuncupationẽ,ibi nõ
alias ualere ſancimus. C.de teſta.cũ a-
lijs ſupra allegatis.c.4.nu.14.& ſeq.di-
cendo teſtator, quod teſtamẽtum ſuũ
uult ualere non ob.defectu ſolennita-
37 tis iux.hanc Bal. & Pau.de Caſt.intelli
gentiã,in effectu idẽ eſt dicere, quod
leges non habeant locũ in ſuo teſtamẽ
to contra d.l.nemo põt.ff. de leg.j. &
cũ non ſit teſtamentũ abſq; iſtis ſolen-
nitatibus, idem eſt ac ſi diceret, quod
ſit teſtamentũ, & non ſit teſtamentũ,
in quo quidẽ adeſt repugnantia conſi-
derata per Bar.ibidem in 1.oppo.& ſu
pra nu.6.& cõſequenter iſta intelligẽ-
tia nõ eſt ita ſimpliciter admittẽda niſi
concurrãt alia uerba ex quibus clare,
& expreſſe, aut tacite ſaltẽ colligatur,
quod teſtator uelit ſuã uoluntatẽ uale
re omni alio iure,quo ualere poteſt,ut
ſupra latius oſtenſum fuit.

38 Nec enim in terminis in quibus lo-
quimur ſufficit illa generalis præſum-
ptio, qua quilibet præſumitur uelle fa
cere actum de iure ualidũ.l.3.ff.de mi-
li.teſta. cum ſupra adductis nu. 18. cũ
ſeq. & uelle illũ ualere om.mel. modo
quo põt,etiã ſi hoc non ſit expreſſum,
ut latiſſime per Dec. in c. cũ ſuper.col.
fi.uerſ.extra iſtos caſos. de off.deleg.lo
quimur enim in caſu quo quis in mi-
nus ſolẽni uoluntate inſtituit hæredẽ,
ex qua inſtitutione dicitur euidenter
cõſtare uoluiſſe facere teſtamentũ, nõ
autẽ codicillos.d.l.non codicillũ.C.de
teſta.& ſupra nu.15.& 16. & hæc præ
39 ſumptio,quæ oritur ex qualitate diſpo
ſitionis, & fortior, quàm illa qua quis
præſumitur actum ſuũ uelle ualere,ut
in terminis declarat Alc. de præſump.
reg.3.præſumpt.34.nu.10.ad fi. uer.4.
poſt Corn.per eum relatũ in d.l.nõ co
dicillum.quos ſequitur Mantic. de cõ-
iec.ult.uolun li.12.tit.ult. nu.13. in fi.
40 cũ ſeq.una enim præſumptio uincit a-
liã,& fortior minus fortẽ.l.diuus.ff.de
reſt in int.l.quidã in ſuo.ff.de cõd.inſt.
l.licet imperator.& ubiq; Bal.ff.de leg.
1.l.ſi qui adulterij.C.ad l.Iul.de adul.c.
tranſmiſſæ.ubi no.glo. fi.in fi. qui filij
ſint legi.c.literas.& ibi Abb.ĩ 4.notab.
de præſumptio. idẽ Abb.in c.illud.nu.
12.ad fi.eo.tit.no. Sozy.per illũ tex.in
l.qui duos.§. ſi Lucius. nu.3. ff.de reb.
dub.cum cõcordan. in id addu ctis per
Tiraquel.in l.ſi unquam. uer.donatio-
ne largitus. num.156. C.de reuocan.

dona. & late cumulatis à Mantica. d. lib. 12. tit. ult. nu. 6. & 7. Aym. consi. 282. nu. 6. & idcirco illa generalis præsumptio, quod quilibet præsumatur uelle facere actũ de iure ualidũ uincitur ab alia præsumptione speciali oriē
41 te, ex qualitate dispositionis, iux. d. l. non codicillũ, quia præsumptio in specie tollit præsumptionē in genere l. cũ de indebito. & ibi Bar. & Bal. in prin. ff. de probatio. Bal. in. l. siue possidetis. in ult. oppo. C. eo, Alex. consi. 77. nu. 6. uol. 1. & consi. 28. nu. 10. in fi. uol. 2. & consi. 150. nume. 17. uol. 5. Dec. consi. 454. nu. 2. Parif. consi. 29. nu. 87. uol. 2. Ray. consil. 67. nume. 13. uolu. 1. Aym. consi. 258. nu. 21. cum latius congestis per Manticam, ubi supra, nu. 27.

Ampliatio IIII.

Quod testator nõ potest etiam cum iuramento renunciare soleni numero septem testium, ita quod absque eo ualeat testamentum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Ex duabus præcedentibus ampliationibus, tanquam ex patre, & matre cætera oriuntur.*
2 *Solennitati numeri septem testium, non potest etiam cum iuramento per testatorem renunciari.*
3 *Vbicunque actus deficit ratione solennitatis probatoriæ, aut solennitatis formalis, non firmatur iuramento.*
4 *Iuramenti uis & efficacia maxima.*
5 *Iuramentum est uinculum arctissimum, quo obligamur Deo & proximo ad obseruantiam promissorum.*
6 *Iuramentum sustinet actum peccantem in forma meliori modo quo ualere potest.*
7 *Et tamen ubi actus prohibetur ex defectu solennitatis probatoriæ, non firmatur iuramento.*
8 *Solennitas introducta ob publicam utilitatem, non potest pacto aut iuramento priuatorum tolli.*
9 *Iuri publico inducenti formam, vel solennitatem in actibus hominum, non potest renunciari.*
10 *Declaratur ubi ius continet publicam utilitatem principaliter, secus si principaliter priuatam, secundario publicam.*
11 *Solennitas septem testium an dicatur continere principaliter vel secundario utilitatem publicam*
12 *Vbi agitur de commodo patrimoniali, seu pecuniario, id videtur respicere priuatam vtilitatem principaliter, secundario publicam.*
13 *Insinuatio in donatione dicitur respicere principaliter vtilitatem priuatam, secundario publicam, & iuramento tolli potest.*
14 *Principalis finis iuris ciuilis introducentis solennitatem numeri septem testium, quis sit.*
15 *Solennitas septem testium, respicit principaliter bonum publicum.*
16 *Finis licet sit vltimus in executione, est tamen primus in intentione.*
17 *Solennitas numeri septem testium, quamuis attento vno fine videatur respicere utilitatē priuatam principaliter, tamen alio fine attento dicitur respicere etiam principaliter utilitatem publicam.*
18 *Causa propter quam fuit introducta solennitas numeri testium, fuit sufficiens ad limitandum regulam iuris Diuini & naturalis secundum quam in ore duorum vel trium stat omne uerbum.*
19 *Iuri Diuino, & naturali derogari non potest, nisi ex causa publicæ utilitatis.*
20 *Dictum doctorum intelligitur secundum legem quam allegant.*
21 *Ea, quæ sunt iuris Diuini & naturalis, non possunt tolli aut limitari ex causa respiciente publicam utilitatem secundario.*
22 *Vbicunque actus principalis non potest probari ob defectum solennitatis probatoriæ, nec etiam iuramentum in eo appositum.*
23 *Iuramentum licet confirmet contractum inefficacem ex defectu solennitatis probato-*

ria, non tamen confirmat probationem ipſius contractus.

24 *Statutum Vrbis de præſcriptione aufert fidem inſtrumentis, & tollit vim probationis.*

25 *Statutaria Vrbis præſcriptio habet locum etiam in debito & inſtrumento iurato etiam cum obligatione in forma Cameræ.*

26 *Regulariter præſcriptio ſtatutaria non habet locum contra inſtrumentum iuratum.*

27 *Ratio quare præſcriptio Vrbis ſtatutaria uendicet ſibi locum in inſtrumento iurato.*

28 *Vbicunque iuramentum poteſt probari per probationes extrinſecas compellitur iurans ſeruare iuramentum & in hoc caſu non procedit quod dictum eſt de ſtatutaria Vrbis præſcriptione.*

29 *Teſtamentum minus ſolenne ex defectum ſolennitatis probatoria, non ſuſtinetur virtute iuramenti etiam quod de illo conſtare poſſet.*

30 *Iuramentum teſtatoris non poteſt operari validare teſtamentum minus ſolenne in præiudicium venientium ab inteſtato.*

31 *Iuramentum non operatur in præiudicium tertii.*

32 *Actus nullus ex defectu ſolennitatis formalis iuramento non confirmatur.*

33 *Virtus iuramenti operatur ut actus qui non poteſt ſubſiſtere ſub forma qua agitur, ſuſtineatur ſub omni alia qua ſubſiſtere poteſt.*

34 *Iuramentum habet vim clauſulæ omni meliori modo.*

35 *Teſtamentum, in quo eſt appoſitum iuramentum, ſi non poteſt valere ut teſtamentum, ualet in vim codicillorum.*

36 *Iuramentum non operatur ultra conſenſum.*

37 *Declaratio communis defenditur ab impugnatione Ripa.*

38 *Vbi in teſtamento eſt appoſitum iuramentum. perinde eſt ac ſi in eo eſſet appoſita clauſula codicillaris, vel clauſula omni meliori modo.*

39 *In claris ceſſant iuris præſumptiones.*

CAP. VII.

1 EX duabus primis principalibusque ampliationibus tanquam ex patre, & matre omnes aliæ oriuntur, & originem trahunt, cum enim in illis fuerit concluſum, quod ſolennis numerus teſtium eſt de forma ſubſtantiali, ac de forma probatoria teſtamenti, ſequitur quod nedum teſtator ſimpliciter contra hoc diſponere non poteſt, prout in proxima
2 præcedēti ampliatione oſtēſum fuit, ſed nec etiam cum iuramento poteſt huic ſolennitati renunciare, ita quidem quod ſi teſtator in teſtamento diſponat illud uelle ualere abſque ſolenni numero teſtium, & cum iuramento ita affirmet, non ideo magis teſtamentum ualidum erit, aut probari poterit per teſtes pauciores, & iſta erit quarta ampliatio, quæ uiuo fundamento ſtabilitur, & roboratur.

3 Vbicunque igitur actus prohibetur ratione ſolēnitatis probatoriæ, aut ratione defectus ſolennitatis formalis: prout utraque ratione prohibetur teſtamentum abſque numero ſeptem teſtium, ut in dictis duabus primis ampliationibus oſtenſum fuit illo caſu actus non firmatur iuramento, ſi in eo deficit talis ſolennitas, ut concludit Bar. & docto. communiter ſequuntur in.l.ſi quis pro eo.nu.13.cum ſeq.ff.de fideiuſſo. prout de communi atteſtatur Alcia. in.c. cum contingat. nu.150.in fi. cum ſeq. & ſub nu.162. uerſi. Septimus caſus. & nume. 168. cum ſeq. de iureiu. ubi latiſſime quoq; Abb.nu.24.in fin.& nu.25.& 26.cum ſeqq.Imo.& cæteri cano.ibid. Ang. in conſi.179.col.fi.in uerſi.quia igitur ſolennitas.Alex.conſ.95.in fi.uol.j.Ruy. conſil.9.nu.12.uol.3.Gozа.conſil.16.

nu.14.& bene Bal.consi.250.considerandum est.uol.5.Alex.in consi.95. in fi.uol.1. Goza.consil.16.num.14.cum alijs adductis per Fern.Vasq.de succes. crea.§.29.num.1.& nu.3.ubi quoque in utroque membro de communi attestatur, quod ut clarius ostendamus super utroque capite distincte discutere intendimus.

4 De uirtute, & efficacia iuramenti plena sunt uolumina, prout habetur in c.omne 22. q.1. c.debitores.c.etsi Christus.& c. cum contingat.& per totum. de iureiur.in c.licet. eo.tit.lib.6.& in c.quamuis.de pac. eo.lib.6.in auth.sacramenta puberum. C.si aduer.uendi. in l.si quis maior. & ubiq; per docto. C. de transac. ubi Cagno. nu.6.inquit, quod iure diuino, humano, ciuili, quin etiam pagano, iuramentum est uinculum arctissimũ quo

5 ad obseruantiam promissorum Deo, & proximo obligamur, & per eundẽ ibi nu.143.& 144. & per Gabr. com. opi.lib.2.sub tit.de iureiur.per totum, & plene per Baue.in tract. specialiter super hoc edito de uirtute iuramenti per totum.& Fernan.Vasq.de succes. crea.§.28.29.30.cum alijs, quæ adduci possent.

6 Quamuis autem, ut dixi, magna sit uirtus iuramenti, ita ut sustineat actum peccantem in forma omnimel. modo quo ualere potest, ut Bar.in d.l. si quis pro eo.nu 13. ff.de fideiuss.& in l.1. §. si quis ita. num.6. quem doc. communiter ibid.sequuntur, ut ibi late per Ias.nu.24. ff. de uerb.obl.& in L. si quis maior. nu.9.ubi etiam communiter scriben.& post alios Cagno.nume.144. C.de transact.& cano.communiter sequuntur in d c.cum contingat. ubi Abb.num.27.& 28.& post alios Alcia.num.161.in uersi.septimus casus. de iureiur. Cremen. sing. 41. Mathesil.sing.56. Io.dilec.de ar.testa. tit.10.cau.1.nu.5.Ang.cons.94. nu.4. & latissime Fely.in c.cum.super. nu.9. & Dec.nu.11.de offi.deleg.& Ias.plura ex hoc deductas in §. item si quis. el 2.nu.14.inst. de actio.& in l.si conuenerit. num.8.& pluribus seqq.ff.de iur.om.iud.Cepha.consi.41.nu.15.cũ seqq.& cõs.147.nu.13.& 159. nu.19. & 192.nu.36.Paris.consi.14.nu.19.& consi.109.nu.11.uol.1.& consi.16.nume.119.uol.2.Dec.consi.404.num.9. Couar.in c.Raynaldus.§.3.num.10.& in terminis nostris est tex.in l.cum pater.§. filius matrẽ, qui semper ad hoc allegari solet, & ibi Bar.& cæteri. ff.de legat.2. quem in proposito ponderat Ancha.in regula accessorium.num.6. ad med.in uersi. aduerte tamen, qui a iuramentum Ruy.consi.9. sub nu.12. uersi.est tamen aduerten.uol.3.& Fernan.Vasq.d.§.28.nu.1.& nu.3.& §.29. nu.2.& §.2.sub nu.5.ibi, quod procedit; cum latissime adductis per Manticam de coniec. ult. uolunt. lib.1. tit.9. num.12.cum seqq.cum habeat, prout dicunt doct. uim clausulæ omni mel.

7 modo, ut infra late.num.34.nihilominus ubicunque aliquis actus prohibetur, ut dixi, ex defectu solennitatis probatoriæ, illo casu non firmatur iuramento, ut tradit Bart.in d.l. si quis pro eo.nu.33. ff.de fideiusso.allegãdo in terminis nostris tex.in d.l.nemo potest.ff.de lega.1.cum alijs supra adductis.num.3.

Et ratio est secundum Bart. & alios proxime allegatos, quia istæ solennitates sunt introductæ ob publicam utilitatem, quæ non possunt pacto, aut iu

8 ramento priuatorum tolli.l.ius publicum.ff.de pact.ubi etiam Bart.nu.8. & Bal.qui optime in proposito nostro loquitur de solennitate probatoria, quæ censetur inducta propter utilitatẽ publicam; & idcirco partes illi renuntiare non possunt in l.super chirographariis.

rijs, in 1. notabili. C. si cer. pet. allegãs tex. in d. l. nemo potest. ff. de lega. 1. & in l. codicillis. §. fi. ff. de lega. 2. idemque Bal. in d. l. ius publicum. ubi no. declarat, quod ius publicum potest uno modo considerari prout inducit formam,
9 uel solennitatem in actibus hominũ, & non potest huic iuri renunciari, & idem repetit in 2. & 3. lect. & sequitur ibidem Ias. nu. 1. in fi. & Fély. in c. si diligenti. col. 2. in uersic. 2. fallit de foro compe. Bar. in l. modestinus, nu. 9. ff. de donatio. & Ang. consil. 88. sub num. 5. uersi. quinimo. & Pau. de Cast. consil. 75. ad fi. par. 1. & bene Bal. d. consi. 250. uol. 5. iuxta latius etiam adducta supra proximo cap. nu. 1. 2. 3. & 4.

Quamuis autem de hac nostra Ampliatione nemo unquam dubitauerit, nec nobis dubitan. esse uideatur, nihilominus, ut clara clariora reddantur, utq; ea, quæ in contrarium facere uidentur prorsus tollãtur, est aduerten. quod contra hoc primum fundamentum plurimum obstare uidetur, quod licet ius publicum pacto priuatorum etiam cum iuramento tolli non possit,
10 ut proxime dictũ fuit, tamen hoc communiter intelligitur, & declaratur ubicunq; tale ius est introductum ob publicam utilitatem principaliter, secus uero si principaliter ob priuatã, secundario publicam, ut declarat Bar. in d. l. si quis pro eo. nu. 7. cum seq. ff. de fideiusso. Pau. de Cast. in d. l. ius publicum. & in l. iurisgentium. §. si paciscar. in prin. & Ias. nu. 3. ff. de pact. Aret. cõsil. 2. nu. 17. ad fi. post Io. de Imo. in d. c. cum contingat. de iureiur. ubi etiam bene declarat Abb. col. 3 in uersic. unde formalius. & col. fi. in 9. casu, nu. 30. & post alios Alcia. qui circa utrumq; caput attestatur de communi ibi nume. 83. & seq. iuncto nu. 90. & seq. & num. 192. & seq. ubi attestatur, quod ita quoque cæteri transeunt, Ias. qui bene declarat in l. 1. sub nu. 39. uersic. 3. adde. ff. sol. matr. & ibidem Ripa omnino uiden. nu. 114. quicquid uoluerit Bar. in d. l. ius publicum. in fi. relat. per Aret. d. consil. 2. sub nu. 11. nam prima opinio uerior, & communis, ut etiam in utroque membro attestatur Fernã. Vasq. in §. 28. num. 21. & num. 28. de success. crea.

11 Solennitas autem ista numeri septẽ testium licet sit introducta ad uitãdas fraudes ob utilitatem publicam, ut tradit Bal. in consil. 285. col. 1. lib. 3. cum alijs supra allegatis cap. 2. nu. 13. cum pluribus seqq. tamen uidetur respicere per prius, & principaliter utilitatẽ priuatam, & secundario publicã, quia ubicunque agitur de commoditate pecuniaria, seu patrimoniali uidetur in dubio respicere priuatam utilitatem
12 principaliter, secundario uero publicam. l. 2. ad fi. iuncta glo. in uer. nihil, & ibi declarat Bart. nu. 7. ff. ad munici. & clare idem uoluit Bart. in l. 1. sub num. 23. cum quo cæteri indifferenter transeunt. ff. solu. matrim. ubi pro declaratione uiden. est Ripa d. nume. 114. & tradit Aret. d. consi. 2. sub num. 18. ubi materiam hanc declarant, & post alios tradit Alcia. in d. c. cum contingat. sub nu. 86. uersi. sed dubium. & nu. 87. & seq. de iureiu. & Fernan. Vasq. d. §. 28. num. 24. & seqq. & per consequens uidetur, quod tolli possit cum iuramento testatoris; prout quoque uidemus,
13 quod licet insinuatio in donatione sit inuenta ad uitandas fraudes ob publicam utilitatem, tamen dicitur respicere principaliter utilitatem priuatã, secundario publicam, & ideo iuramẽto tolli potest iux. supra adducta cap. 2. nu. 38. prout in proposito optime declarat Imo. in d. c. cum contingat. sub nu. 90. col. 89. in uersic. Item non obst. 5. ratio. Abb. in consi. 107. sub num. 2. in uersic. præterea certum est. uol. 2.

Alexand.consilio 21. numero 12. uolumine 3.& in consi.167.numero 14. uolumine 7.late Aret.in consilio 2.numero 17.ad fi.cum seq. Dec. in consilio 432. nume. 22.& Cur.Iun. in consilio 34.colum.1.

Sed his non obstan.intrepide tenenda est hæc nostra ampliatio,& sustinēdo hoc primum caput fundamenti,ad obiectum dum dicitur,quod ista solēnitas numeri septem testium fuerit inducta ob publicam utilitatem secundario,non autem principaliter; primo respondeti potest, quod imo attento fi-
14 ne iur.ciuil.ut uoluntates defunctorū, quæ post mortem per eos amplius asseuerari nequeunt, nec declarari, aut immutari, liberum absque ulla fraude suum sortiātur effectum, & ut obuietur fraudibus, & malitijs hominum, utq; ueritas perfectissime reueletur,propter quod est inducta huiusmodi solēnitas iux.l.fi. C.de fideicom. cum latissime adductis supra c.2.num.
3.4.5.& 13.cum quattuor seqq. hæc
15 solennitas respiciat publicam utilitatē, & bonum regimen uniuersale, & sic principaliter bonum publicum, quia propter hoc fuit inducta, ut clare uoluit Bal.in l.fi.nu.2. C.si contrarius,uel utilitatem publicam. & in consi.285. col.1.uol.3.& supra d.c.2. ubi supra, & c.3.num.1.cum seqq.per nos latius ostensum fuit, in proposito autem utrum aliquid sit inductum ob publicā utilitatem principaliter, uel secunda-
16 rio, debet attendi finis iuris ciuilis, qui licet sit ultimus in executione,est tamen primus in intentione, ut dixit Bald.in l.auia.ad fi. C.de iu.dot. & in terminis declarat Bar.in 1.constitu.C. num.5.& idem Bar.in l.ambitiosa.sub nume.19.ff.de decre.ab ord.facien.& Ripa.uiden.in l.1.num.114.ff.solu.matrim.& consequenter a fine,& à principali intentione actus dijudicari debēt iux.late adducta supra c.3.nu.21.
17 & num.58.& quamuis quando agitur de commoditate pecuniaria in dubio uideatur agi de utilitate priuata principaliter, tamen attento quoq; alio fine ad prouidendum uoluntatibus defunctorum, & ad obuiandum malitijs hominum uidetur agi de utilitate etiā publica principaliter, ut bene declarat Bart.in d.l.ambitiosa. proxime allegatus,ubi respondet ad tex.in l.2. ad fi.cum ibi no.ff.ad municip. supra nume.12.in contrarium allegatus, & sequitur Alcia.in d.cap. cum contingat. sub nu.89.uersi. fallit tertio.

Et quod ista solennitas numeri septem testium sit inducta principaliter ad publicam utilitatem ex eo clarissime demonstratur, quod causa pro-
18 pter quam lex introduxit hanc solennitatem fuit legitima, & sufficiens ad limitandam regulam iuris diuini, & iuris naturalis secundum quam in ore duorum uel trium stat omne uerbum, ut late uidimus supra cap.1.nume.19. & seqq.& cap.2.nume.13. cum seqq.
19 cum tamen id, quod est iuris diuini, & naturalis,limitari, nec derogari potest, nisi ex causa publicæ utilitatis, ut per Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum. colum.8.ad fi. uersic. causa autem legitima.de constitu.cum alijs supra adduct.s in princ. tracta. nume.33. & intelligitur ex causa publicæ utilitatis principaliter,prout loquitur text. quē ipse allegat in l.item si uerberatum. §.1. de rei uendi.tio. ubi gloss. allegat concordan. in l. Lucius. ff. de euictio. dictum enim doctorum intelligitur
20 secundum legem, quam allegant, ut tradit Bart.in l.non solum. §. si liberationis uerba. ff. de libe.lega. cum sim. infra adductis capit. 19. numero 62. nec enim sufficit causa, quæ respiciat
21 publicam utilitatē secundario ad tollendum siue limitandum ea, quæ sunt iuris

iuris diuini, & iuris naturalis, ut post Pau. de Castren consil. 178. in fin. uolumine primo, & alios per eum relatos declarat Aym. de antiqui. tempo. parte prima, sectio. 1. numero 51. & idem in consilio quinto, sub nume. 4. uersiculo, & quando princeps, prout etiam uidemus respectu iuramenti in dicto cap. cum contingat. de iureiuran. & cap. quamuis de pact. lib. 6. cum ubique not. per doct. & declarat Bartol. in dicta l. si quis pro eo, numero 7. cum seq. ff. de fideiuss. cum alijs supra allegatis per nos nume. 19. & in terminis istis præcisis credo hanc responsionem esse uerissimã, licet docto. non declarent.

Præterea & secundo, dato millies sine ueri præiudicio, quod ista solennitas probatoria diceretur respicere principaliter utilitatem priuatam, secundario publicam, docto. respondent, quod ex quo non potest fieri
22 probatio huiusmodi deficiente solennitate de ipso actu principali, ita nec de iuramento in eo apposito, & ita actus etiam cum iuramento non firmatur, non quia deficiat ius, sed probatio iuramenti, ut declarat Abb. in dicto cap. cum contingat. sub nume. 26. & post alios Alcia. sub nume. 153. uersicu. non obstat. & seq. ubi dicit, quod iuramentum est inefficax non ex se, sed ex defectu probationis, &
23 licet confirmet contractum, non tamen probationes contractus, quæ sunt quid diuersum ab ipso contractu iux. late adducta infra cap. 22. numero 92. & deficiente tali solennitate non probatur, quod iuramentum fuerit in eo interpositum, ut in terminis trad. Ruyn. dicto consil. 9. sub numero 12. & numero 13. uolumine 3. & bene etiam declarat Ruyn. consil. 55. numero 9. uolumine 5. in consil. 60. nume. 4. uolumine 4. consil. 201. numero 14. uolumine 1. Alexand. in consil. 125. columna secunda, in uersicul. unde attento. uolumine 1. Cagnol. in l. si librarius. numero 43. ff. de regu. iur. & alij relati per eum, & Gabr. libro 6. commu. opinio. sub titul. de statu. conclusio. 11. numero itidem 11. & Fernan. d. §. 29. nume. 1. de success. crea.

24 Prout in simili etiam uidemus in terminis statuti urbis de præscriptione libro 4. capitulo 18. & in nouiter editis libro 1. capitulo 158. in quo disponitur, quod post decursam præscriptionem sexdecim annorum instrumentum nullam fidem faciat, & sic tollitur ius probationis, nam dicta statutaria urbis præscriptio habet locum etiam in debito, & instrumen-
25 to iurato, imo etiam cum obligatione in for. cam. ut per Gall. in tracta. obliga. in for. cam. pagina 91. numero 13. ubi attestatur, ita uidisse seruari in Rota prout etiam attestantur nouissime moderni de statutaria urb. præscript. glo. 29. numero 2. quamuis enim alias præscriptio statutaria non habeat locum contra instrumentum
26 iuratum ad not. per docto. & post alios Ias. in l. nam postea. §. si is qui temporali. numero quarto, quinto, & seqq. ff. de iureiurand. Felyn. in capitulo fina. in tertia columna, limitatio. secunda, numero 7. de præscriptio. & iste est unus effectus maximus iuramenti, ut late per Hyppolit. de Marsil. singu. 141. audiuisti. Cepol. caute. 20. si ex forma statuti. Cappella. Tholo. cum lata apostill. decisio. 220. Boer. decis. 328. ad fi. uersicul. & similiter Balb. de præscriptio. quarta parte 6. partis princ. quæstione 2. numero tertio, & quarto, & latissime Gabriel. dicta conclu. 11. tamen hoc non procedit in terminis nostri statuti, eo quia statutum aufert uim

27 uim probationis instrumento itaque iuramentum per instrumētum probari non potest, & ideo eo non obstante intrat præsumptio iux. decis. Put. & Mohed. relati per moder. d. glo. 29. numero 2. & aliam decis. Put. 508. ad med. lib. 2. & Gab. supra allegatus, qui alios cumulat de statu. d. conclu. 11. nu. 12.

28 Et propterea dicūt doctores, quod si posset aliunde probari iuramentum per testes, uel confessionem partis iuxta trad. per Imo. in d. cap. cum contingat. de quo exclamat Fely. in c. 2. col. 5. in uersi. 6. intellige. de probatio. Marsi. sing. 126. Gabr. com. opi. lib. 2. de iureiu. conclu. 5. nu. 4. compellēdus esset iurans seruare iuramentum, ut dixit Abb. supra allegatus in d. c. cū contingat. sub nu. 26. ubi post alios Alcia. sub nu. 158. uers. 3. & nu. 159. & in terminis supradicti statuti, quod tunc haberet locum urbis præscriptio statutaria declarant moderni d. glo. 29. nu. 2. quod tamen in terminis nostris de quibus principalis est sermo noster, nō potest procedere, quinimo licet de iura-

29 mento testatoris aliunde constaret, nō ideo magis testamentum minus solenne ex defectu huiusmodi solennitatis probatoriæ ratione numeri testium sustineri posset, tum quia, ut supra ostensum fuit, ista solennitas est principaliter inducta ob fauorem publicum, cui

30 etiam cum iuramento derogari nō potest, ut late supra nu. 8. & 9. iuncto numero 14. cum seqq. tum quia iuramentū testatoris non posset operari in præiudicium eorum, qui succederent ab intestato stante nullitate testamenti ex huiusmodi defectu numeri testium, & sic iuramentum testatoris non posset illud ualidare in præiudicium uenien-

31 tium ab intestato, quia iuramentum non operatur in præiuditium tertij, ut est tex. in d. c. cum cō tingat. ubi Alcia. 4. notabili. & num. 86. de iureiur. & in c. 2. in fi. de pac. lib. 6. l. 1. in prin. uersi. alteri enim nec prodest, nec nocet iusiurandum inter alios factum ff. si mulier uen. nomi. l. nam & postea § fi. cum l. seq. ff de iureiu. no. Bal. in l. duobus. §. fi. & Alex. ibid. eo. tit. Bald. in l. 2. nu. 5. C. de inoff. dona. Pau. de Cast in consi. 449. nu. 3. par. 2. Alex. consil. 55. nu. 7. uol. 1. & consi. 16. nu. 6. & 8. uol. 3. & consi. 58. nu. 9. lib. 7. Ias. consi. 141. nu. 13. uol. 4. Dec. 246. sub nu. 1. Cur. Iun. 168. nu. 26. Aym. 229. sub num. 6. uersic. 2. ratio. & nu. 7. Cepha. consil. 101. in fi. Tiraquel. in præfa. l. si unquā. sub nu. 92. C. de reuoc. dona. & in ea. l. Ripa. nu. 9. idemq; lib. 3. respon. c. 5. nu. 17. ad med. Tum etiam, quia ista solennitas numeri testium non solū est probatoria, sed etiam formalis, & intrinseca, & de substantia testamenti, quo casu iuramentum illud nullo pacto confirmare potest, ut infra proxime ostendemus.

Cum igitur solennitas ista, ut dixi, sit non solum probatoria, sed etiā formalis, & substantialis testamenti, ut latissime in prima nostra Amplia. ostensum fuit, idcirco testator etiam cum iuramento non potest illi derogare,

32 quia ubicunque actus prohibetur ratione defectus solennitatis formalis, iuramentum actum illum non confirmat, Bar. in d. l. si quis pro eo. num. 14. ff. de fideiuss. Ias. in l. 1. §. si quis ita. numero 26. ff. de uerb. oblig. & tradd. cano. in d. c. cum contingat. ubi Abb. nu. 27. & post alios Alcia. sub nu. 161. uers. 7. casus; quia ut dicit Alcia. forma est, quæ dat esse rei, ergo & ea deficiente actus subsistere non potest, ut late supra c. 4. nu. 27. & 28. quibus etiam accedit Fernan. Vasq. d. §. 29. nu. 3. & seq. & in hoc nulla est difficultas.

33 Sed tamen tanta est uis, & efficacia iuramenti, quod licet actus non possit subsistere sub ea forma qua agebatur, tamen

tamē ualebit omni alio modo quo ualere potest, ut tradit Bar. proxime allegatus in d. l. si quis pro eo. sub nu. 13. & seq. Abb. & Alcia. supra allegati in d. c. cum contingat. & in præcisis terminis nostris est tex. in l. cum pater. §. filius matrem, qui semper ad hoc allegatur, ut ibi dicit Pau. de Cast. ff. de lega. 2. cum alijs late supra adductis nu.
34 6. habet enim uim clausulæ omni meliori mod. ut ibi notant Bart. Bal. & cæteri, Bal. in l. eā quam. nume. 13. in fi. & Ias. num. 17. C. de fideicom. Bal. in l. fi. in re. C. de testa. manumiss. & illum text. pro mirabili ad hoc no. Alex. in l. 4. in prin. ff. de dam. infec. Sozi. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. nu. 12. ff. de lega. 1. late Ias. in §. item si quis. el 2. num. 14. in sti. de actio. & præcise quoque Couar. in c. Raynaldus. §. 3. nu. 10. de testam. & trad. omnes in l. 1. §. si quis ita. ubi Bart. nu. 6. cum lata apostil. cū alijs latissime ibi adductis per Alex. nu. 12. cum seq. Ias. nu. 24. & seq. & post alios Ripa nu. 27. ff. de uerb. oblig. Bar. in l. si quis maior. nu. 9. & ibi cæteri sequuntur, & post alios Cagno. nu. 144. C. de transac. Abb. in c. ueniens. nu. 7. in cap. quanto. sub nu. 2. & in d. c. cum contingat. nu. 27. in fi. de iureiur. & in c. si. sub num. 4. de eccle. ędifican. & in c. si diligenti. nu. 10. de foro compe. & latissime Fely. qui alia cumulat in c. cum super. col. 3. in uersi. nota. etiam de offic. de lega. Cremen. singu. 41. Sozy. reg. 398. in 3. fallen. trad. Anchar. in regula accessorium. nu. 6. ad med. in uersic. aduerte tamen, quia iuramentum de reg. iur. lib. 6. supra relatus. nu. 6. Rom. consi. 517. col. 6. uersi. huic tamen cōclusioni. Aret. consil. 24. nu. 2. & nu. 5. Alex. consi. 42. num. 10. uol. 1. & consi. 37. nu. 26. uol. 2. Ruy. conf. 6. sub nu. 8. uol. 2. & consi. 123. num. 9. uol. 3. Paris. consi. 14. nu. 18. uol. 1. Cepha. consi. 41. nu. 17. Gabr. com. conclu. lib. 4. tit. de testam. concl. 5. nu. 10. Tiraq. in præfa. l. si unquam. nu. 133. C. de reuocan. dona. & uolunt omnes supra in proposi-
35 to adducti nu. 6. & nouissime Francis. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 1. tit. 9. nu. 12. & pluribus seqq. usque ad fi. ubi fusius declarat. Ita quod si in terminis nostris testator in minus solenni testamēto ex defectu numeri testium apponeret iuramētum licet testamentum non posset ualere ut testamentū, ualeret tamen in uim codicillorū iux. d. §. filius matrem; ubi omnes no. Fernan. Vasq. de success. crea. d. §. 28. nu. 1. & nu. 3. & §. 29. nu. 2. & §. 2. sub nu. 5. ibi, quod procedit. & late Franc. Mantica proxime allegatus, & sic iuramētum sustinet actum peccantem in forma, quia facit illum ualere omni meliori modo, quo melius ualere potest, ut supra nu. 6. Ex quibus patet uera ne sit nec ne differentia tradita per Hiero. Gabr. inter hanc clausulam, omni meliori modo, & iuramentum, in casu quo ipse consuluit in consi. 137. nu. 23. & 24. cum alijs seqq. usq; 30. uol. 1.

Sed est aduertendum, quod contra hanc declarationem cum qua doctores communiter transeunt, insurgit Ripa in d. l. 1. §. si quis ita. num. 27. ad fi. cum seq. ff. de uerb. oblig. dicens, aut quod non est uera, aut realiter intellecta nihil seruit; mouetur hac ratione, aut partes agunt uelle facere actum certum, & limitatum puta uolunt facere stipulationem, & non pactum nudum, & sic eorum cōsensus est restrictus, & limitatus ad stipulationem, & isto casu propter iuramētum non ualebit in uim pacti, & non procedit regula d. §.
36 filius matrem, quia iuramentum non operatur ultra consensum l. fi. quæ passim ad id allegari solet. C. de nō num. pecu. l. si libertus ita iurauerit. ff. de ope. liber. c. ueniens. c. ad nostram. el 2. c. quintauallis. & c. petitio. de iureiu. c. cum

cum inter.iuncta glo.j.cum sim. de renuncia.Io.And.& alij cano. in c.1.ubi post alios Abb.nume.19.de commod. Bal.in l.1.col.2.q.2.C.eod.& in l.f.ad fi.C.de inof.donat.& in consil.250.in fi.uolum.5. & in proposito nostro bene declarat Barot. in d.l.si quis pro eo. num.14.& 15.ff.de fideiusso.quem sequitur Abb.in d.c.cum contingat.nu. 28.& Imo.alia adducens.nume.75.de iureiur.& Roma.in d. cons.517.col.6. in uersi.huic tamen conclusioni. ideoq; Bart.in l.2.sub nume.10. ubi post alios Cagno.num.93.ad fin.cum seqq.C.de rescind.uend.Bar. quem doct.communiter sequūtur in l.sed & si quis.§.quæsitum.ut ibi per Ias.nume.42. ff.si quis cautio.Dec.in c.cum super, sub num. 11.de offic.delega.& in notabili quæstione late confirmat post alios Ias. in l.sancimus.nume.10.& quatuor seqq. C.de testam.& in l.si mihi, & tibi §.in legatis.lec.1.num.15.& 4.etiam seqq. ubi etiā Sozi.nu 12.ff.de leg.1.& Couar.in rub.de testamento par.2.nu.12. & in alia disputabili quæstione post Bar.& alios latissime quoq; comprobat Ripa in l.si unquam. quæstione 3. per totam.C.de reuocan.dona.&Tiraquel.in præfa.eiusd.l.nume.148. cum seq.& nu.170.& idem Tiraquel.de legib. connubia.in uersi. express. glo. 7. num.154.& 155.cum seqq.Dec.consi. 374.ad fi. uersic. ultimo non ob.Ruy. consi.134.num.8.& seq.uol.1. Ceph. consi.207.nu.67. Aym.consi.102.sub nu.7.uersi.secundo respondeo.& uer. quinto. & consulentes alij passim. & faciunt plura cumulata per Gab.com. opi.lib. 2.sub ti. de iureiu. conclu.10. nu.1. & 2.aut sumus in dubio, & isto casu ualebit actus eo modo quo melius ualere potest etiam sine iuramento prout trad.idem Ripa. ibi.num.26. cū latissime per nos adductis in proxima p̄cedēti ampliatio.n.17.& seqq.

Breuiter ultra responsionem Iaso. quam ibi reprobat Ripa,dicendum est
37 quod ista declaratio realiter intellecta multum seruit, licet Ripa dicat quod nihil seruit & procedit ubicunque,nō constat clare quod partes uoluerint se restringere ad certum actum, nec sumus omnino in dubio; puta in terminis nostris testator in minus solenni uoluntate ex defectu numeri testium hæredem instituit, ex hac enim institutione præsumitur uoluisse facere testamentum iux.l.nō codicillum. C.de testam. & ideo cum non possit ualere ut testamentum, non ualebit in uim
38 codicillorum, sed si apponatur iuramentum ualebit in uim codicillorum iux.d.l.cum pater.§.filius matrem.perinde ac si esset apposita clausula codicillaris,uel clausula omni meliori modo, quo casu clarum est quod ualebit iure codicillorum, & ut alias melius ualere potest,quia in claris cessant iuris præsumptiones iux.late trad.supra cap. proxime præcedenti. nume.25. in uersi.& hinc quoque.cum pluribus seqq.quæ hic pro repetitis haberi nolo, quod si clare constaret testatorem uoluisse facere tantum testamentum, iuramentum quoque eo casu restringeretur ad testamentum,& nihil operaretur,quia non ualidaret illud ex defectu numeri testium,nec ex eo probaretur uoluntas testatoris iux. latissime trad. supra cap.5. & ita procedit hæc nostra quarta ampliatio.

Ampliatio V.

Quod ubicunque testamētum est imperfectum defectu solennitatis numeri testium, non potest deferri iuramentum in supplemētum plenæ probationis.

Cap. VIII.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Duo testes regulariter faciunt plenam probationem.*

2 *Vnus vero facit semiplenam.*

3 *Iuramentum in supplementum plenæ probationis regulariter defertur, ubi adest semiplena probatio.*

4 *Si ex septem testibus in testamento requisitis unus solus deficiat, reliqui nihil penitus probant, nec plene, nec semiplene.*

5 *Et consequenter non erit locus in hoc casu iuramento suppletiuo.*

6 *Bar. opi. quod in materia testamenti duo testes faciant semiplenam probationem, communiter reprobatur.*

7 *Forma est indiuisibilis, unde ubicunque pro forma requiritur certus numerus testium, nunquam est locus iuramento suppletiuo.*

8 *Duo testes sufficiunt ad probandum interuenisse in testamento septem testes.*

9 *Quamuis duo testes sufficiant ad probationem respectu legatorum, non tamen ad effectum ualiditatis dispositionis.*

10 *Opi. Bar. nullo respectu substentari potest.*

11 *Iura adducta per Bar. non probant eius opinionem.*

12 *Probatio quæ fit in testamentis componitur ex probatione iuris naturalis, & solennitate iuris ciuilis.*

13 *Fundamentum Bar. de duabus solennitatibus, pluribus modis resoluitur.*

14 *Tex. in l. testium. C. de testi. declaratur.*

15 *Vbicunque probatio fieri debet per scripturam, non est locus iuramento in defectum probationis.*

16 *Vbicunque de testamento est facta scriptura & casu deperdita, tenor testamenti probatur per duos testes.*

17 *Bar. opi. in uno casu per doct. communiter saluatur.*

18 *Sed etiam in hoc casu doct. maximè decipiuntur.*

19 *Coniectura, & indicia de uoluntate testatoris debent probari per solennem numerum septem testium.*

20 *Forma non potest impleri per æquipollens.*

21 *Necessitas non excusat ab obseruantia formæ.*

22 *Testes ad perpetuam rei memoriam ad probandum testamentum, cur, & quando examinari debeant.*

23 *Solennitas numeri septem testium est indiuisibilis.*

24 *Forma est de genere indiuisibilium.*

25 *Et illi nihil addi uel detrahi potest.*

26 *Diuisio formam corrumpit.*

27 *Qui partem indiuidui fecit, nihil fecisse uidetur.*

28 *Ea, quæ sunt indiuisibilia, non recipiunt partem.*

29 *Testes testamẽtarii omnes debẽt esse rogati.*

30 *Pars non potest subrogari loco testis rogati.*

31 *Iuramentum in supplementum plenæ probationis non potest supplere effectum regitus.*

32 *Auctor obtinuit contra opi. Soz. & aliorum in quadam causa suæ matris, in Curia Capitolii.*

33 *Vbicunque testes sunt examinati ad perpetuam rei memoriam, non est locus iuramento suppletiuo.*

CAP. VIII.

1 TANTA est uis huius solennitatis numeri testium in testamẽtis requisitæ, quod licet alias regulariter ubi duo testes sufficiunt ad probandum actum iux. l. ubi numerus. ff. de testibus, & c. in omni negocio. & c. licet uniuersis. extra eo. cũ similibus allegatis supra cap. 1. nu. 1. & seqq. qui duo faciunt plenam probationem, unus ex
2 eis faciat semiplenam probationem, & iccirco eo casu sit locus iuramento
3 in supplementum probationis, iux. materiam. l. admonendi; ubi Bar. & cæteri. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. eo. tamen in terminis nostris ubi septem testes requiruntur, adeo sunt præcise necessarij tam ad ualiditatem
4 actus, quàm ad effectum probationis, quod si unus tantum ex eis deficiat, nullam reliqui penitus faciunt probationem, nec plenam, nec semiplenam, ut infra proxime ostendimus, & ideirco non poterit hoc casu deferri iura-
5 mentum in supplementum, ut tradit

Bal.

Bal. in l. 2. ad fi. C. de bon. pos. secundum tabu. & idem præcise uidendus in consi. 308. in fi. uolu. 3. repetito in consi. 266. uol. 4. & in l. in bonæ fidei. nu. 4. ad fi. C. de reb. cred. cum alijs infra allegandis, & ista erit quinta nostra ampliatio.

6 Quamuis enim Bart. in d. l. admonendi. sub nu. 39. in ea fuit opi. quod in hac materia testamenti duo testes faciant semiplenam probationem, tamen in hoc communiter reprobatur, ut attestatur ibi Ias. in 1. lect. sub num. 92. col. 18. ad fi. ibi ista consideratio; & 2. lect. sub nu. 184. & nu. 185. ad fi. seq. & Ripa sub nu. 187. ad fi. in uers. 40. ubi dicit quod opi. Bar. in iudicandum non est admittenda, quia communis est in contrarium, & Cur. iun. nu. 53. dicens quod in hoc multum defecit ingenium Bar. & ideo communiter reprobatur, & ratio est quia ubicunque prout in casu isto testes requiruntur non simpliciter ad probationem ueritatis, sed pro forma substantiali, uel ad solennitatem probationis nunquam minor numerus facit semiplenam probationem ad effectum quod

7 sit locus iuramento in defectum plenæ probationis, quia forma est indiuisibilis, ut infra lattissime nu. 23. & 24. cum multis seqq. unde non est locus iuramento suppletiuo, ut in proposito trad. Bal. in d. l. in bonæ fidei. nu. 4. in fi. C. de reb. cred. & in cap. 1. §. sacramentum. num. 14. ad fi. uers. sed nunquid. de consuetu. recti feu. & in c. 1. §. item si uassallus. n. 9. de cōtro. inuest. Ias. in l. 1. nu. 25. ff. de lib. & posthu. & in præcisis terminis Bal. in consi. 308. in fi. uol. 3. & in consi. 266. uol. 4. supra alleg. nu. 5. & Pau. de Cast. qui reprobat Bar. in d. l. admonendi. in fi. & Alex. ibidem nu. 44. & seqq. & Ias. tam in 1. quàm in 2. lect. supra proxime allegatus, & Bald. in d. l. 2. ad fi. C. de bo. pos. secundum tabu. & Caccialup. de Sancto Seueri. in d. l. admonēdi. nu. 88. cum seqq. & nu. 150. & Ias. in 2. lect. nu. 296. & Curt. sen. ibidem in repetitio. nu. 186. & nu. 218. in uer. 25. fallit. Lanfran. uiden. in c. quoniam contra. uerbo, testium depositiones. nu. 28. de probat.

Est enim aduertēdum, quod ea, quæ Bar. pro sua opi. adducit, parum urgere uidētur, nā ipse primo adducit. l. 2. cum ibi not. C. de bo. pos. secundum tabu. ubi licet doct. cum glo. concludant quod ad proban. adhibitam fuisse solennitatem numeri septem te-

8 stium, duo testes sufficiant, non tamen ad proban. uoluntatem circa institutionem, & licet Bar. in. l. admonendi. loquatur respectu legatorum ad quo-

9 rum probationem uidentur sufficere duo testes iux. late trad. supra cap. 5. amplia. 2. nu. 32. & seqq. tamen ut ibi late ostensum fuit, non sufficiunt ad effectum ualiditatis dispositionis, & idcirco aduertendum est, quod in terminis in quibus loquitur Bar. uidelicet quando agitur de probatione legatorum, & quando duo testes deponunt etiam de solennitate, aut est dicēdum quod isti testes plene probent eo quia sufficiunt ad probandam solēnitatem, & etiam uoluntatem respectu legatorum, ut proxime dictum fuit, & non est tractandum de semiplena probatione, & iuramento in defectum plenæ probationis, aut si non plene probant, ut dicit Bar. nō etiam probant semiplena, minusque erit locus iuramento suppletiuo per supra allegata,

10 & iccirco ista opi. Bar. non uidetur aliquo pacto sustentabilis. an uero in casu isto probent; uel ad probent, infra latius erit discutiendum.

Adducit præterea Bart. pro hac sua opi. tex. in l. fi. C. fam. hercis. & in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.

testam. quæ loquũtur in casu speciali, ut ibi aduertit Ripa, & præterea ibi nullum uerbum de semiplena probatione, aut de iuramento suppletiuo, quinimo in eo casu duo testes plene
11 probant testamentum speciali fauore liberorum, & ideo nullo pacto per illa iura probatur Bar. opi.

Quam præterea nititur probare per fundamẽtum in quo facit totum capitale, ut dicit Ias. in d. l. admonendi lect. 2. parum. sub nu. 184. cõsiderat enim Bar. & fuit sua noua cõsideratio, quod
12 probatio, quæ fit in testamentis, cõpetitur ex duobus, uidelicet ex probatione, quæ est de iure naturali, uel gentium, secundum quod sufficiũt duo testes, & solennitate ciuili, secundũ quã septem testes sunt necessarij iux. trad. supra cap. 2. nume. 1. & pluribus seqq. & ex istis duabus solennitatibus iuris ciuilis, & naturalis fit in testamentis plena probatio, ergo inquit Bart. sola solennitas iur. naturalis, quæ stat in duobus testibus, & est etiam potentior, facere debet semiplenam, quia si istæ duo solennitates faciunt plenam, ergo una facere debet semiplenã, prout in terminis arguunt ibi glo. & doct.
13 cui tamen fundamento pluribus modis rẽspondetur ibi per doct. ut per Pau. de Cast. Alex. Ias. Ripã, Curt. Iun. Curt. Sen. Caccialup. de sancto Seueri. supra allegatos, ad quos me remitto.

Postremo mouetur Bart. quia ubicunque probatur, quod solennis numerus testium adfuit, licet nunc haberi non possit, sufficere nunc debent isti duo ad indicium, uel ad semiplenam probationem, arg. l. testium. in fi. C. de
14 testib. sed ille tex. parum urget, quia loquitur in casu speciali, in quo licet contractus in scriptis celebratus esset, & solutio debiti non posset nisi per scripturam, uel per quinque testes habentes uim scripturæ probari, tamẽ si per duos testes probatur, quod scriptura sit confecta de solutione debiti, & quod casu fuit deperdita, illi duo testes ibi faciunt plenam probationem, non autem semiplenam, & iccirco ibi non est opus iuramento suppletiuo,
15 quinimo in terminis illius text. in quo probatio debet fieri per scripturam, non potest esse locus huic iuramento in defectum plenæ probationis, ut bene trad. Bal. in auth. sed nouo iure. sub nu. 12. C. si cer. pet. Ias. in d. l. admonendi. lect. 2. sub num. 296. uersi. 27. & sic
16 ille tex. non probat opin Bart. sed hoc tantum probat ille text. quod si de testamento fuisset confecta scriptura, & casu deperdita, quod tunc tenor testamenti posset probari per duos testes, ut in specie ad hoc ponderat illũ tex. Bald. in ultimo notabili, & etiam Saly. & infra loco suo particulari latius ostendetur.
17 Et quamuis Bart. opin. indifferenter ab omnibus reprobetur, tamen in uno casu doct. admittunt opi. Bart. quando scilicet sex testes deponerẽt de tenore testamenti, & unus tantum deficeret, quia si ultra hoc etiam probaretur, quod istud testamentum fuit factũ coram solenni numero septem testiũ, in casu isto, licet omnes septem haberi non possent, puta quia aliquis esset mortuus, uel absens, tamen illi sex saltem debent sufficere ad semiplenam probationem, licet ad plenam nõ sufficerent iux. l. si unus. C. de testam. & idcirco posset deferri iuramentum in supplemẽtum plenæ probationis iux. opin. Bart. in d. l. admonendi, quam in hoc casu saluant, & admittũt ibi Curt. Iun. nu. 54. Ptolom. nu. 30. & late Caccialup. nu. 88. & seqq. Corn. in d. l. 2. in fi. C. de bo. pos. secundum tabu. & Neuiza consil. 26. num. 31. freti doct. isti sola authoritate Maria. Socy. in c. fi. extra de iureiur. quem ipsi allegant, quẽ

tamen

tamen ego nullibi adhuc reperire potui licet maxima usus fuerim diligentia in eo inquirendo tam inter publicas librariorum quàm priuatas doct. bibliothecas.

18 Sed utrunq; sit ex prædictis, clarissime liquet ipsos etiam in hoc maxime deceptos fuisse, quia cum prout supra late ostensum fuit, iste numerus septem testium sit à iure requisitus nõ solum pro forma substantiali, sed etiã pro forma, & solennitate probatoria testamenti, & uoluntatis testatoris, idcirco ubi agitur de probanda tali uoluntate, necesse est, quod per omnes probetur, nec potest per pauciores probari, iux.no. per doct. in d.l.2.C. de bo.pos.secundum tabu. Bar. in c.1.§.si quis. si de inuestitu. inter dom. & uasal. lis oriatur, in usi. feud. in tantum,

19 quod etiam coniecturæ, & indicia de uoluntate testatoris debent per septẽ testes probari iux. glo. no. in l.cũ proponebatur. & ibi Bal circa prin. uersi. no. ex glo. ista, & Pau. de Cast. nu.6. ff. de lega.2. & infra late amplia. ultima ostendemus; unde quemadmodum necesse est, quod omnes interueniant ad ualiditatem dispositionis, & uno deficiente nullum esset testamentum. d.l.si unus. C. de testam. nec iuramentum supplere posset istum defectũ iuxta proximam præcedentem ampliationem, ita quoque necesse est, quod per omnes septem probetur uoluntas, ut dicit Pau. de Castr. in d. l.admonendi. in fi. & uno deficiente, non potest ista probatio per iuramentum suppleri, quia forma nõ potest suppleri, aut impleri per æquipollens, ut per Bal. &

20 cæteros in l.1. ubi latissime Ias. nu.18. usque 27. ff. de lib. & posthu. & ultra omnes latissime Fel. in c.cum dilecta. col.14. uersic. amplia.11. & seq. de rescript. cum alijs supra late adductis. c. 4. num.25. & seq. & in præcisis terminis Bal. in d.c.1.§.item si uassallus. nume.9. de contro. inuestitu. & in d. consil.308. in fi. uol.3. & consil.266. in fi. uol.4. etiam propter necessitatẽ, quia

21 necessitas non reddit actum ualidum prætermissa forma à iure requisita, nec excusat ab obseruantia formæ, ut multũ in terminis tradd. Pau. de Cast. in l.fi. sub num.3. C. de testam. & nos infra latissime amplia.7. ubi an, & quo modo hoc procedat plene declarabi-

22 tur, ubi ergo testes substantiales sunt mortui non superest facultas probandi testamentum, quãdo de eo non est confectum instrumentum imputan. est enim hæredi, qui non fecit examinare testes ad perpetuam rei memoriam iux. l.publicati. & ubi doct. C. de testa. prout multum in proposito tradit Bal. qui uideatur in titulo, qui test. sint necess. ad proban. not. inuesti. ante nu.6. in usi. feudo. & idcirco nihil releuat, quod omnes septem simul adfuerint pro solennitate substantiali testamenti, postquàm non adsunt oẽs ad probãdum uoluntatem testatoris, quæ per pauciores probari nõ potest, ut sæpius dictum fuit.

Accedit, quod cũ prout dicit Pau. de Cast. in d.l.admonendi. in fi. & Bal. in l.si ueritas. nu.3. C. de fideicom. so-

23 lennitas numeri testium sit indiuisibilis, & sit de forma probatoria, ut sæpius supra dictum fuit, quæ quidem forma, & solennitas est indiuisibilis, & inreparabilis, ut ibi dicit Bald. & in l.testamentum ante nu. 4. C. de testa. & in l. pedius lect. ultima circa princ.

24 ff. de uerb. ubi dicit, quod forma est de genere indiuisibilium, idem Bal. post Iacob. Butr. & Alberic. in l.certi condictio. §.quoniam. col.3. in uersic. oppo. quod utile. ff. si cer. pet. & trad. Bar. in l.græce. §. illud. post Guil. de Cug. & Iac. But. in d.§.quoniam. per eum relatos. ff. de fideiuss. & doc. oẽs

Ang.

Ang.Imo.Alex.Iaſ.n.5. & cæteri, Bar. ſequen.in l.1.§.ſed,& ſi mili.ff.de uer. oblig.& idem uoluit Bart.quem doct. ibi communiter ſequuntur in l.ſtipulationes non diuiduntur. in 3. quæſtione principali eo.tit.ff. de uer.obl. Alex.in l.ſi is qui quadringēta.§.quædam. nu.3.ff.ad l.Falc.Brun.plura cumulans de poten.& effec.for.col.2 in 4. effectu. Dec.conſil.532.nu.5. cum
24 late adductis per Tiraq. de retrac. lignia.§.1.glo.21.nu.12.& idem de retrac.conuentio.§.4.glo.6. ſub nu.31.
25 cui nihil addi uel detrahi poteſt etiam unum horæ momētum, ſed eius omiſſio etiam in quauis minima parte totam uitiat, qui ex integritate cōſiſtit, ut per Bal.Dec.& Tiraq. proxime allegatos, Bal.i l.fi.C.de iuris,& legi.Iaſ.in l.1.nu.25.ff.de lib.& poſth.cū alijs ſupra allegatis c.4.nu.26.& diuiſio for-
26 mam corrumpit ipſam, ut dicit Bald. in l.ſi ſeruus ad med.uerſi.3.quæritur. ff.ſi quis can. iccirco cum iſta ſolennitas ſit indiuiſibilis nō poteſt dimidi in plenam, & ſemiplenam probationē, & ſic non poteſt eſſe locus iuramento ſuppletiuo, quia qui partem indi-
27 uidui fecit, nihil feciſſe uidetur, ut eſt tex.in d.l.ſi is, qui quadringēta.§.quædam.ff.ad l.Falc.l.dicere. in uerſi. ſed ſi de pluribus. ibi, non uidetur dicta ſententia. & l.quid tamen. ibi, nondum enim dixit ſententiam.ff. de arb. glo.in l.furioſum.ubi Bar.& cæteri.C. qui teſta.face.poſſ.Bald.in l.ſi is qui.in 1.no. ff.de teſta.ea enim, quæ ſunt in-
28 diuiſibilia, prout eſt ita ſolennitas numeri teſtium, non recipiunt partem, nec in partem ſcindi poſſunt.l.pro parte. ff. de ſerui. l. ſi quis duas.§. ſi quis partem, & ubiq; no. ff. commu. præd.& conſequenter iſta ſolennis,& indiuidua probatio teſtamenti nō poteſt in partē dimidiam ſcindi ad hoc ut ſit locus iuramento in defectum alterius dimidiæ ſemiplenæ probationis, iux.trad.per glo. & doct.in d.l.admonendi. per ſupra allegata.

Quæ ex eo confirmatur, quia iſta ſolennitas numeri teſtium in teſtamēto eſt qualificata, debent enim teſtes non ſolum eſſe numero ſeptem, ſed
29 omnes ſeptem debent eſſe rogati, ut eſt tex.in l. hæredes palam.§. in teſtamentis. & ibi Pau. de Caſtr. & alij.ff. de teſta.l.hac conſultiſſima circa prin. ibi eamq; rogatis teſtibus; ubi poſt alios late Iaſ.nu.2.C.eo.in auth.rogati. C.de teſtib. Boer.deciſ.34.nu.1. cum ſeq.Iul.Clar. lib.3.ſenten.q.58. Franciſ. Mantica de coniec.ult.uolū. lib.2. tit.11.nu.1. & icciro in caſu iſto non poteſt eſſe locus iuramento in supple-
30 mētum plenæ probationis, quia cum teſtes debeant eſſe rogati, & pars cui uenit deferrendum iſtud iuramentū non poſſit rogari de teſtimonio, ſequitur quod non poſſit ſubrogari loco teſtis rogati, ut in terminis trad. & probat Bal.in l.2.in fi. C.de bo.poſſ. ſecūdum tab.quem refert, & ſequitur Iaſ. in d.l.admonendi. lect. 2. nu.186.& in præciſis terminis quando unus ex ſeptem tantum deficeret Lanfran. in d. c.quoniam contra. uer. teſtium depoſitiones.nu.38.licet ergo iuramentum in caſu iſto poſſet ſupplere defe-
31 ctum probationis, non tamen defectum rogitus per ſupra allegata.
32 Et cum iſtud dubium mihi in facto occurrerit in quadam cauſa Magnificæ D.Fauſtinæ Iacobatiæ de Magdalenis matris meæ obſeruādiſſimæ, & colendiſſimæ contra DD. de Picchis in Cur.Capitolij corā Magnif.D.ſecūdo collegę, & pars aduerſa ad deferendum ſibi iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis ſupra prætenſo eorum teſtamento in dicta opi.Maria. Sozy. & moder. faceret magnum capitale, nihilominus me incontrarium

informante cum dicta opi. uidetur pati maximas difficultates, & non posse de iure sustineri presertim in casu illo agebatur de probando testamēto per testes examinatos ad perpetuam rei
33 memoriam, quo casu non est locus huic iuramento in supplemētum plenæ probationis, ut per Bal. in l. cum te minorem. nu. 1. ad fi. uers. quin loque allegatur ætas. C. de proba. & post eū Cur. Sen. in repet. d. l. admonendi. nu. 218. in uers. uigesimoquinto fallit; & ibidem Ias. lect. 2. ante nu. 297. uers. trigesimotertio, non habet locum; & contra prætensum testamentum multa alia obstarent dicto eorum fundamento non obstante, sed eo maxime attento, ac causa pluries in pleno assettamento uentilata tandem de uoto Dominorū bis habito mater mea de anno 1576. sententiam fauorabilem reportauit, cuius uigore in possessionem bonorum iuxta formam sententiæ præfatæ immissa fuit.

Ampliatio VI.

Quod testamentum minus solenne ex defectu numeri septem testium nihil valet, etiam quod de eo constet per confessionem ipsarum partium etiam iuratam. Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 Confessio partis superat omne genus probationis.
2 Et est releuatio ab onere probandi
3 Contra præsumptionem iuris & de iure nō admittitur probatio nisi tantum per cōfessionem partis.
4 Confessio uenientium ab intestato de testamento facto per testatorem in quo non fuit adhibitus solennis numerus testiū, nihil præiudicat.
5 Non sufficit constare de veritate testamenti ubi solennitas iuris deest.
6 Testamentum debet probari per testes substantiales ita quod per confessionem, aut iuramentum partis non potest suppleri.
7 Confessio partis & iuramentum eandem vim habet quo ad vim probandi.
Forma substantialis non potest impleri per æquipollens.
9 Quod legitime factum non est, pro non facto habetur.
10 Qualibet probatio bona debet de necessitate concludere.
11 Quando lex procedit annullando, illud dicitur inductum pro forma.
12 Confessio partis circa confectionem testamēti an & quando noceat.
13 Vbi de aliquo disputatur, præsupponitur habilitas quo ad reliqua.
14 Confessio quod testamentum sit vere, & solenniter factum illud probat.
15 Confessio in his quæ sunt iuris & quæ non dependet à potestate partium non præiudicat.
16 Confessio circa solennitatem testamenti, nō operatur eius validitatem, ubi in rei ueritate solennitas deficit.
17 Et tamen statur confessioni donec probetur contrarium.
18 Confessio in his, quæ sunt iuris licet non præiudicet quo ad veritatem præiudicat tamen quo ad præsumptionem, donec probetur contrarium.
19 Confessio partis super consanguinitatē illā non inducit neque tollit sed illā probat.
20 Confessio in his, quæ non dependent à potestate confitentis licet non inducat dispositionem illam tamen probat.
21 In his quæ non dependent à potestate partium sed à veritate naturali, semper est locus veritati quando de illa constat.
22 Quando validitas actus non dependet à potestate partium, sed à lege confessio super validitate non præiudicat
23 Confessio non respicit ius, sed probationem.
24 Aliquando deficit ius, & non probatio, & è contra.
25 Error confessionis probatur probando rem se aliter habere.
26 In his præsumptio per probationem contrariam eliditur.

27 Ad

27 *Ad effectũ uitanda contrarietatis præsumitur testatorem fecisse duo testamenta.*
28 *Ea tamen præsumptio in duobus casibus nõ procedit*
29 *Confessio partis quod testamentum sit uerum & solenne præiudicat donec probetur contrarium.*
30 *Testamentum in quo non est adhibitus solennis numerus testium, non caret fraudis suspicione.*
31 *Confessio quod testamentum fuerit uere, & absque fraude factum, sed non solenniter an præiudicat.*
32 *Quod scriptura requiritur ad substãtiam actus, actus nihil valet, nisi de eo fuerit facta scriptura*
33 *Contractus emphyteoticus requirit scripturam ad eius validitatem*
34 *Quando scriptura non requiritur ad substantiam actus sed pro necessitate probationis, an sufficiat partis cõfessio.*
35 *Testamẽtum absque solenni numero testiũ nõ valet, etiam cum in eo nulla fraus interuenit.*

CAP. VIII.

1 QVAMVIS alias dici soleat, quod confessio partis superat omne genus probationis, & est maior quolibet publico instrumento, & depositionibus testium iux. l. cum te. la 2. cum ibi latissime trad. post alios per Ias. in 3. & Dec. in 4. notab. C. de transac. & c. 1. cum ibi no. per glo. & doc. de confess. lib. 6. Bal. in consi. 192. col. 2. ad fi. uol. 2. Dec. in c. at si clerici. in prin. de iud. Paris. consi. 75. nu. 52. uol. 2. & cons. 112. nu. 42. uol. 1. Aym. in consil. 61. nu. 3. in consil. 175. nu. 1. & in cõsi. 217. nu. 9. & 10. adeo quod ubi adest cõfessio partis, ibi nulla alia requiritur probatio, quia ipsa confessio est releuatio ab onere probandi
2 iux. no. per illum tex. in d. c. 1. ubi Ancha. in princ. de confess. lib. 6. & cano. omnes præsertim Abb. nu. 3. & post alios late Fely. nu. 6. & Dec. num. 8. in rub. de proba. & legist. pariter in rub. C. eo. præsertim Bal. sub nu. 5. & Pau. de Cast. nu. 9. in fi. idemq; Bald. in l. actor. nu. 3. eod. tit. & in auth. sed nouo iure. nu. 12. C. si cer. pet. & in c. 1. uassallus. sub nu. 6. si de feu. fuerit contro. inter dom. & agna. uasal. Pau. de Cast. in l. publia. §. Titius. num. 4. ff. depo. & in l. 1. nu. 2. ff. de conf. sl. Alex. in l. eum qui, in fi. prin. ff. de iureiur. Ias. in d. l. cum te. nu. 9. cum seqq. & Dec. num. 8. C. de transac. & merito dixit Bal. in consi. 354. circa prin. uolum. 3. quod ubi confessio, ibi omnis relaxatio probationis; intantum quod licet contra præsumptionem iuris, & de iure nulla admittatur probatio testium
3 uel instrumentorum, & si facta sit, nihil releuet, tamen admittitur bene confessio partis, Bart. & Bal. in auth. sed iam necesse. in uersi. 3. quæritur. C. de dona. ante nup. Bal. in rub. C. de probatio. col. 3. uersic. ego aliter probo. Ias. in d. l. cum te. nu. 7. Aym. consil. 217. nu. 9. cum alijs infra late cumulatis. c. 23. nu. 31. nihilominus solennis numerus testium adeo præcise
4 est de substantia testamenti, quod licet uenientes ab intestato confiteantur testatorem fecisse testamentum, & Titium hæredem instituisse, sed nõ coram solenni numero testium, talis confessio nihil præiudicat iux. hãc nostram sextam amplia. quã probat tex. in l. si ueritas. in illa alternatiua, aut. C. de fideicom. ubi probatur, quod non sufficit constare de ueritate testamenti ubi solennitas iuris deest, non
5 enim sufficit ueritas sine solennitate, ut in terminis per illũ tex. no. Bal. in l. alia. nu. 4. C. de his quibus, ut indi. Afflict. decis. 25. nu. 5. uers. ad istud dubium. & seq. & Fel. in c. cum uenerabilis. col. 7. uersic. intellige dupliciter. & Dec. sub nu. 26. post med. ibi,

& in terminis huius conclusionis. de except. & late probat Bal. in cõs. 317. uol. 1. & post alios Ayin. de antiquit. temp. par. 1. sectio uiso de uerbis. nume. 41. & expresse quoq; firmat Alex. in l. 1. sub num. 8. ff. de con. l. ind. trad. Ripa in l. nemo potest. sub nume. 27. uersi. 3. sic arguitur. ff. de leg. 1. & uolunt Bar. & cęteri in l. 2. C. de bo. poss. secundum tabu. in illa quæstione quādo hæres ab intestato confitetur testamentum factum fuisse, sed minus solenniter, quot testes requirantur ad probandum solennitatem, & sic clare uolunt, quod talis confessio non sufficit neque præiudicat, nisi probetur, quod testamentum fuerit factum coram solenni numero testium, ut & supra cap. 2. num. 24.

Et ratio colligitur ex prima, & secunda principali nostra amplia. ex quibus cæteræ quoque oriuntur, quia cū prout inibi ostensum fuit ista sit solennitas substantialis, & forma etiam probatoria testamenti, idcirco non sufficit confessio partis, quia per testes
6 substantiales probari debet, nec talis probatio potest per cōfessionem, aut per iuramentum partis suppleri, ut per Aret. in l. hæredes palam. ff. de testa. quem refert Ripa in d. l. nemo potest. nu. 27. ad fi. & seq. & per Dec. in d. l. 2. num. 4. ad fi. uersi. ad hoc respōdetur, & seq. C. de bo. poss. secundum tabu. & in simili quoque trad. Bald. in cap. 1. §. item si uasallus. nume. 9. de contro. inuestitu. qui licet, non loquatur de confessione, sed de iuramento, & alijs extraneis conectaris, tamen
7 id quod dicitur de iuramento, idem quoque dicendum est de confessione partis, quia à pari procedunt, & eandem nim habere uidētur, cum utrūq; sit releuatio ab onere probādi, ut per Bal. in rub. C. de proba. sub nu. 5. & in l. actor. num. 2. cum seq. eo. ut trad. ut in can. in rubr. extra eod. ubi latissime Dec. num. 11.

Præterea cum ista solennitas numeri testium non solum sit inducta ad probationem quo casu sufficit cōfessio partis, ut dicit Dec. in d. l. 2. C. de bo. poss. secundum tabu. nu. 4. ad fi. sed etiam ad ualiditatem, & substantiam testamenti ut late tradit. supra c. 4. & 5. per totum. certe licet per confessionem partis posset constare de ueritate ipsius actus, non tamen ista confessio sufficit, quia actus testamenti sine solenni numero testiū est ipso iure nul-
8 lus, & cum ista sit forma substantialis non potest per æquipollens suppleri, ut per Bal. in d. §. itē si uasallus. nu. 9. cum late adductis supra c. 4. nu. 25. & istud est, quod uolunt Aret. relatus per Ripam, & Dec. proxime allegatum,
9 & quia pro non facto habetur quod legitime factum est, ut in istis terminis trad. idem Bal. in c. qui testes sunt necessarij ad probān. no. inuestitu. sub num. 6. & in d. auth. sed nouo iure. nume. 2. C. si cer. pet.

Et quamuis hoc argumentum uideatur Ripæ nimis acerbum, ut per eum in d. l. nemo potest. nu. 28. quia secundum eum sequeretur, quod si uenientes ab intestato confiterentur testamentum fuisse solenniter conditum, quod etiam talis confessio non præiudicaret eis, nisi per hæredem ostenderetur testamētum solenne, quo nihil secundum eum absurdius, tamē quicquid dicat Ripa istud fundamen-
10 tum recte intellectum nullam continet asperitatem, imo de necessitate concludit, prout quælibet bona probatio concludere debet. l. nō hoc. ubi glo. Bar. & doc. omnes, & post alios latissime Ias. & Dec. C. unde legi. opt. tex. in l. multis. & ibi no. Bal. C. de lib. caus. l. neque natales. l. matrem. & l. ad probationem. la 2. & ubique Bald. C.

de

de proba.c.in præsentia. ubi cano.oés præsertim Dec.in 13. notab.extra eo.

Est igitur animaduertēdum, quod fundamentum Aret.stat in hoc, quod ex quo numerus testium nō solum requiritur ad finem probandi, sed etiam ad ualiditatem, & substantiam ipsius testamenti, idcirco licet pars confiteatur testamentum uere factū esse, non tamen sufficit isto casu ueritas absque solennitate, quia solennitas ista est data pro forma, quod apparet ex eo,

21 quia lex ultra procedit annullando .l. hac consultissima.§.ex imperfecto. C. de testa.iunctis no.per Bal. & cæteros in l.1.ff.de lib.& posth.cum alijs latissime supra cumulatis c.4.nu.23. & ita

22 forma non potest suppleri per cōfessionem partis, quia nō nocet confessio, quod testamētum sit factum ubicunque in eo non fuit adhibita ista solennitas formalis septem testium .l. si ueritas.C.de fideicom.& l.si unus. C. de test.& ita in effectu declarat Aret. in d.l.hæredes palam. in prin.col.4.in uers.in eadem glo.ibi nemo. ff.de testam.quem refert Dec.in d.l.2.sub nume.4.in uers.ad hoc respondetur. C. de bo.poss.secundum tab.nam de cōfessione respectu ipsius testamenti.i. uoluntatis, & dispositionis defuncti loquimur, non autem de confessione solennitatis testamēti: nam in hac tota disputatione omnes doct. præsupponunt, quod non fuerit adhibitus solennis numerus testium in testamēto, & hoc præsupposito intrat disputatio an confessio partis præiudicet, uidelicet respectu sic conditi testamenti, non autē respectu solennitatis, quæ præsupponitur adhibita non fuisse, quia, ut dici solet, ubi de aliquo disputatur, præsupponitur habilitas quo ad

23 reliqua.l.si quæramus cum sim.de test. & hanc credo fuisse mentē Aret.prout in istis terminis procedit hæc nostra sexta ampliatio.

14 Quod si uenientes ab intestato cōfiterentur non solum testamentū uerē factum esse, sed etiam solenniter factum, certe nulli dubium, quod talis confessio eis noceret, ut uult Ripa in d.l.nemo potest. nu.28. & probat multum in proposito Bal. qui nō fuit à Ripa allegatus in d.c.1. nu.6. qui testes sunt necessarij ad proban. no. in uestitu.non quia ista forma possit suppleri per confessionem partis, & hoc est tātum, quod & bene uoluit Aret.

15 nam in his, quæ sunt iuris, & quæ nō dependent à potestate partium confessio non præiudicat quantum ad rei ueritatem, etenim in his non dat, neq; tollit confessio .l. ornamentorum .ff. de au.& argen.leg.l.si forte.ff.de Castren pecu.l.assumptio. ff.ad municip. l.cum falsa.C.de iu.& fac.igno.in quibus habetur, quòd propter nostrum negare, uel affirmare non immutatur rei ueritas, & substantia ueritatis, & alia allegat Tiraque.de retrac.lignia.§. 32.nu.34.Aym.consi.157.nu.6. & sic

16 confessio circa solennitatem non operatur ualiditatem testamenti si in rei ueritate solennis numerus testiū non fuit adhibitus; ut multum in terminis per Ruy.in consi.3.num.11.uol.3.

17 sed præiudicat eo respectu, quia statur cōfessioni partis donec probetur contrarium, & per huiusmodi confessionem altera pars releuatur ab onere probandi solennitatē, ut trad. in proposito Bald.in d.c.1. num.6.qui testes sunt necess.ad proban.no.inuestitu.& hoc modo in his, quæ sunt iuris, & nō dependent à nostra potestate, licet cōfessio, ut dixi, non præiudicet quo ad

18 ueritatem, præiudicat tamen eo respectu, quia statur confessioni, ut per Bal. in l.cū falsa.nu.7. C. de iu.& fac.igno. arg.l.publia.§.fi.ff.de po. Ias.in l.decē num.45.& seq.ff.de uer.oblig. Ruyn. consi.

consi.108.nu.19.& 128.nu.18.uol.2.
Boer.decis.211.nume.24.cum seq. &
Bellam.decis.664.ad med.& multum
in terminis Paris.cōs.33.nu.44.uol.2.

19 Prout etiā in simili uidemus, quod confessio partis super consanguinitate illam non inducit neque tollit, sed tantum illam probat.l.nō epistolis.& l.non nudis.C.de probatio. l.neq; professio,& ubique Bal.& doct. C.de testam.bo.text.in l.Caius Seius.ff.de iu. patro.c.per tuas.& ibi glo. & docto. & post alios Dec. num.7.de probatio. Ancha.in consil.159.col.2. uersic.uenio ad secundum.quia, ut ipse subdit nu.3.hæc est regula, quod licet cō-

20 fessio non inducat dispositionem in his, quæ non dependent à potestate confitētis, tamen dispositionem probant Alciat. de præsumptio. regula 3. præsumptio. 21. nu.8.& est communis opi. ut attestatur Tiraquel. de retrac.lignia.§.1.glo.9.nume.274. cum seq.& statur confessioni donec cōtra-

21 rium probetur, ut per docto.in locis præallegatis, in his enim, quæ nō dependent à potestate partium,sed à naturali ueritate, semper est locus ueritati,quando de illa constat,ut bene dicit Bal.in d.l.neque professio.per text. in l.pen.§.mulier, ff.de proba.l.si forte.ibi ueritatem enim spectamus ff. de Castren.pecu.cum alijs in proposito infra adductis.nu.26.

Ex quibus in proposito nostræ amplia. concludendum est, quod confectio uenientiū ab intestato nullo modo eis præiudicat ad effectum, quod testamentum nullum ex defectu numeri testium conualescat,ut bene per

22 Ruy.consil.3.nu.11.uol.3. quia eorū confessio nō potest inducere, nec efficit dispositionem ualidam, ex quo ualiditas non dependet à potestate partium,sed à potestate legali,cui partes renunciare non possunt, prout late c. 6.per totum ostensum fuit, & cum ista sit solennitas quæ non consistit in potestate partiū, confessio nihil præiudicat quo ad rei ueritatem & ualiditatem ipsius testamenti, licet uenientes ab intestato confiteantur testamentum uerum & solenne,iux.supra trad.nu.15.& seqq. cōfessio enim nō respicit ius, sed probationem, ut per

23 Cyn.& Bar.in d.l. cum falsa. C. de iur. & fac.igno.& ibidem Bal.nu.3.& bene Alcia.d.præsumptio.21.nu.8. cum alijs sup.allegatis nu.19.& seqq. unde in isto casu quo uenietes ab intestato confitentur testamentum uerum & solenne, quod uere est nullum & minus solenne, potest dici quod deficit ius,sed nō probatio,prout in casu cōuerso dicimus, quod non deficit ius,

24 sed probatio ī l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut.cū sim.ad hoc allegatis per gl. in c.cū dilecti. i gl.fi.de accu.& ita inspecta ueritate cō fessio indistincte nō præiudicat,& idistincte procedit hæc nostra 6.ampli.& opi.Aret.quāuis Ripa illam nimis acerbam reputauerit.

Nec dicatur quod ista sit uana & frustratoria consideratio,ex quo licet uere testamentum non sit solenne, tamen confessio probat solennitatem, quia standum est confessioni respectu probationis,ut sup.num.17.& 19.& sic i effectu præiudicat, ut expresse uidetur uelle Bal.in c.1.nu.6.qui testes sūt necess.ad prob.no.inuest.quia pro responsione est animaduertendū, qđ licet standū sit cōfessioni partis,etiam in his quæ sunt iuris & non dependēt à potestate partis, tamen potest probari contrarium, statur enim confessioni donec probetur cōtrarium,quia semper dēt esse locus ueritati in his quæ ab ipsa ueritate & non a cōfessione partis dependēt, ut declarat Bal.in d.l.neq; professio.C.de test.per l.pen.

25 §.mulier.ff.de proba.de hoc enim casu

su probando rem se aliter habere, cõfessio præsumitur facta per errorem & nihil præiudicat etiam quoad probationem. l. si post diuisionem. & ibi Bal. Bar. Pau. de Cas. Ias. & alij. C. de iu. & fac. igno. ubi est tex. multum in proposito de confessione emanata respectu testamenti, quod postea compertum fuit minus solenne. Bal. in d. l. cum falsa. nu. 2. in fi. uers. quinto. Paris. cons. 89. num. 33. uol. 1. & multum in proposito Ruy. d. cons. 3. nu. 7. & nu. 11. & cons. 10. nu. 15. in fi. & 16. cum seqq. uol. 3. & late Dec. cons. 408. col. 4. per totũ. probato enim contrario, confessio remanet elisa sicut eliditur
26 iuris præsumptio per probationem contrarij, ut dicit not. Bal. in l. error. nu. 12. C. de iu. & fac. igno. iuxt. l. nuptura. in fi. ff. de iu. do. & l. generaliter. §. si petitum. etiam in fi. quas allegat Bal. ff. de fid. lib. l. non est uerisimile. ff. de eo quod met. cau. l. si chirographũ. ff. de proba. & in l. uxori. §. uxori. in fi. ff. de leg. 3. cap. ueritate. cum cæteris seqq. distin. 8. cum sim. Dec. cons. 400. nu. 8. Aym. cons. 35. nu. 5. & 146. n. 7. idem de antiq. temp. pa. 3. sectio. 1. nu. 27. 28. & 29. & in terminis confessionis glo. ord. in l. 2. §. 1. in glo. 1. quam ibi summe extollit Pau. de Cas. nu. 8. & 9. cum latissime adductis ibi per Alex. & Ias. ff. si ex noxa. cau. aga. & in cap. continebatur. quam ibi not. Abb. & cano. omnes de despõ. impub. trad. latissime post Imo. & Rom. Alex in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. cum alijs copiosissime cumulatis per Tiraq. de retrac. lignia. §. 4. gl. j. nu. 1. & pluribus seqq. ueritas enim oĩa uincit & super oĩa præualet, Esdræ 3. c. 3. & 4. & infra late, ubi de ueritatis prærogatiua & excellentia c. 16. n. 11.
Et si dicatur quod non uidetur posse dari casus, quod in terminis de quibus loquimur possit probari contrarium eo, quia licet uenientes ab intestato qui confessi fuerunt testamentũ fuisse conditum solenniter, producerent testamentum minus solenne ex defectu numeri testium, uel per alios forte testes probarent, quod in testamento non fuerint adhibiti septem testes, non tamen per hoc uidetur cõcludenter probatum de contrario. eo quia potest esse quod de alia uoluntate confessi fuerunt uenientes ab intestato, de alia est facta probatio, & sic non concludit de necessitate, ut præcise arguit in proposito Bar. in l. hæredes palam. in prin. nu. 6. ff. de testa. in l. j. §. si quis neget. nu. 13. ff. quemad. testa. ape. Bar. & cæteri in d. l. 2. C. de bo. pos. secundum tabul. ubi late Ias. sub nu. 6. & 7. & seqq. & Dec. nu. 3. in fi. & seqq. quia, ut ipsi dicunt, ad effectum uitandæ cõtrarietatis præsumendũ est
27 quod testator fecerit duo testamenta unum solenne, & aliud non solenne. c. cum tu. & ibi Abb. nu. 2. de test. c. cum Ioannes, & ibi quoque Abb. nu. 6. de fid. instrum. cum alij per Ias. & Dec. allegatis; ad hoc respondetur, ut
28 in terminis per Bar. & doct. prællegatos, quod illud non procederet quando aliter constare posset de ueritate actus, puta quia utraque pars confitetur unicum tantum fuisse factum testamentum, uel confessio uenientiũ ab intestato adeo coarctata loco & tempore, quod de necessitate intelligi deberet de eodem testamento, de quo postea est facta probatio, quia tunc cessaret præsumptio multiplicitatis actus, iux. tex. d. c. cum Ioannes. in uers. uerum. & ibi Abb. sub d. nu. 6. de fi. instru.
29 Ex quibus tandẽ cõcluden. est quod aut uenientes ab intestato confitentur testamentum esse uerum, & solenne, quod tamen uere minus solenne est ex defectu numeri testium, &

talis confessio eis praeiudicat, ut per Bal.in d.c.1. nu.6. qui test.sunt necessarij ad proban. no. inuestitu. nisi postea probetur contrarium, ut supra latius declaratum fuit nu. 24. cum seq. aut confitentur testamentum uere factum esse, & sic per testatorem dispositum, sed non solenniter, & haec confessio non praeiudicat, quia in isto casu non sufficit ueritas sine solennitate. l.si ueritas. C. de fideicom. cũ alijs supra allegatis. nu.4.& 5. cum seq. & quia, ut dicit Ripa in d.l.nemo potest. nu.28. licet uenientes ab intestato cõfiteantur testamẽtum sic factum fuisse, sed minus solenniter, non tamen confitẽtur illud factum esse sine fraude, unde talis confessio eis nõ nocet, & Alcia.ibidem sub nu.26.& uersic. sed quid si haeres, quem refert nouissime Franc. Mãtica de coniec.ult.uolunt.lib.12.tit.13.nu.5. non enim caret suspicione fraudis testamẽtum in

30 quo solennis numerus testium nõ reperitur adhibitus.arg.l.fin. C.de fideicom.& l.hac consultissima.in fi. C.qui testa.face.poss.& l iubemus.in fi.C.de testa.Bar in l.non nulli.nu.2.C.de numera.& actua. lib.12. cum alijs ibi in apostil.per Alex.adductis, & per nos latius supra c.2.num.13.& num.25.& num.44.& num.45.

31 Hinc infert Ripa in d. l. nemo potest.sub d.num. 28. ibi ex quo infero quod si uenientes ab intestato confitentur non solum testamentum sic factum, sed etiam pro ueritate factum esse absque fraude, licet non solenniter, talis confessio praeiudicaret, allegat Bal. in d. aut. sed nouo iure. C. si cer.pet.& tex.in arg.in d.l.fi. C. de fideicom. qui Bal. tantum abest quod probet opin. Ripae quod imo totum contrarium probat; quia Bal. distinguendo dicit, quod ubi scriptura requiritur non solũ ad probationẽ, sed

32 etiam ad substantiam ipsius actus, tũc scriptura adeo praecise requiritur quod nisi interueniat nihil ualet quod agitur, ponens exemplum in sententia, & contractibus, quae fiunt cum communi per cedulas, quibus nihil addi

33 uel detrahi potest, & prout etiam in contractu emphyteotico iux.l.j. iũcta glo.in uer.alienationis, & communẽ, de qua late per Ias.ibi nu. 61. & seqq. C.de iur.emph. Iul.Clar.in §.emphyteosis. q. 4. per totam. & in alijs casibus enumeratis per gl.in l.cõtrahitur & apostil.ad Bar. ibidem.ff. de pigno. & plenius per gl. in cap.1.§.postquã. uer. in scriptis. de cens. lib. 6.& per Specu.de instru. edi.§. restat. nu.14. uers.primus est. cum 28. seqq. & Alber.in l.3.nu.4. C. si minor se maior. dixe.Guid.PP.decis.582.nu.3.& Bal. in l.gesta.sub nu.14. & 15. cum seqq. C.de re iud.& apostil.ad Bar. & Alex. in l. pactũ. quod bona fide. C. de pac. aut inquit Bal. scriptura non requiritur ad substantiam actus, sed tantum

34 pro necessitate probationis, & isto casu uult Bal.quod licet actus non possit probari nisi per scripturam, tamen sufficit partis confessio, quia est releuamen ab onere probandi; de quo etiam Ias.in d.l.ij. sub nu. 62. uers. & sic dicatur.cum seqq. C.de iu.emph. Cũ igitur numerus testium in testamentis requiratur non tantum ad necessariam probationem, sed ad illius substantiam, & ualiditatem, ergo isto casu secundum doctr.Bal.non sufficit partis confessio quicquid inaduertenter dixerit Ripa. nec tex. in l.fi. C. de fideicom. probat eius opi. quia licet probet quod numerus testium fuerit

35 aduentus ad remouendas fraudes, nõ tamen sequitur quod si testamentum fuerit factum sine fraude quod ualeat absque solenni & praefinito numero testium, imo contrarium est uerius

ut

ut late supra cap. 2. ostensum fuit. nu. 32. 23. cũ seqq. usque ad fi. ergo quicquid dicat Ripa confessio ueniẽtium ab intestato quod testamentum sit factum, & pro ueritate absque ulla fraude factum, sed minus solenniter, non potest eis nocere, quia in casu isto nõ sufficit, ueritas sine solennitate, ut sæpius dictum fuit.

Et cum ratio ista militet etiã quod confessio partis sit iuramento uallata, quia semper uerum est dicere, quod non sufficit, quod per confessionem, & iuramentum partis constet de ueritate testamenti ex quo non interuenit solennis numerus testium, idcirco hæc nostra sexta ampliatio procedit etiam in confessione iurata, prout illam constituimus, & probauimus supra nu. 4. 5. & 6. cum seqq.

Ampliatio VII.

Quod etiam propter necessitatem non ualet testamẽtum absque solenni numero septem testium. Cap. X.

VM MARIVM.

1 *Necessitas non habet legem: sed ipsa sibi legem facit.*
2 *Et facit licitum, quod alias esset illicitum.*
3 *Et excusat ab obseruantia legis furto, uoto, ieiunio, iuramento, & similibus.*
4 *Et reddit actum inuoluntarium, unde excusat à peccato. & nu. 57.*
5 *Bona prohibita sub pœna alienari, possunt ob necessitatem licite alienari.*
6 *Confitendum est proprio sacerdoti saltem semel in anno sub pœna peccati mortalis ex dispositione cap. omnis utriusq; sexus de pœniten. & remiss.*
7 *Et tamen tempore necessitatis potest quis licite etiam layco confiteri.*
8 *Laici non possunt tractare spiritualia.*
9 *Laicus tempore necessitatis potest audire confessionem pœnitentis absoluere ab excommunicatione. & etiam baptizare, quæ inferius declarantur. nu. 61. & pluribus seqq.*
10 *Forma est præcise seruanda, nec adimpletur per æquipollens.*
11 *Fallit tempore necessitatis.*
12 *Quinimo tempore necessitatis ualet actus omissa omnino forma à iure requisita.*
13 *Sententia lata à iudice non sedente pro tribunali tempore necessitatis ualet.*
14 *Contractus minoris, uel mulieris absq; solennitate statuti ualet tempore pestis.*
15 *Testamentum mulieris omissa forma statuti requirentis consensum duorum consanguineorum ualet, quando consensus eorum haberi non potest.*
16 *Depositio testis per scripturam fieri non potest, quia ore proprio testificari debet.*
17 *Mutus tamen potest testificari per scripturam. & matrimonium contrahere etiã signis absque verbis.*
18 *Iuramentum licet pro forma requirat uerba, potest tantum nutu, & signis præstari per eum, qui fari non potest.*
19 *Confessio sacramentalis an & quando per signa uel scripturam fieri possit.*
20 *Statutum requirens in contractu minoris, uel mulieris consensum duorum consanguineorum, intelligitur si extent.*
21 *Lex cessat, ubi necessitas occurrit.*
22 *Lex, quæ de facto seruari non potest, non astringit, quia debet esse possibilis.*
23 *Necessitas non potest conualidare testamentum absque numero solenni septem testiũ conditum. & nu 36. & 50.*
24 *Inhærendum est regulæ iuris sicut inhærent Bononien. Carrocio.*
25 *Qui habet regulam pro se, dicitur habere intentionem fundatam & secundum illam est pronunciandum.*
26 *Regulæ iuris sunt tenaciter seruandæ, nisi in contrarium appareat dispositio specialis.*
27 *Regula iuris an, & quando comprehendat personas & casus priuilegiatos.*
28 *Sententia lata contra regulam iuris est ipso iure nulla.*
29 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
30 *Tex. in l. casus, C. de testa. declaratur.*

31 Ratio generalis extendit legem in casu speciali loquentem, & è contra.
32 Dispositio iuris circa solennitatem testium propter necessitatem suspenditur ad tempus sed in totum non relaxatur.
33 Lex generaliter & indistincte loquens, indistincte intelligi debet.
34 Tex. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff de iure codicill. declaratur.
35 Tex. in l. fi. C. de testa. loquens de testamento rustici non habet locum in testamento ciuis ruri testantis.
36 Testamentum non potest fieri cum quinq; testibus etiam propter necessitatem.
37 Intellectus Ias. Ripa, & Dec. ad tex. d. §. codicilli, reprobatur.
38 Exemplum. D. Aquilia, quæ fecit se exportare extra domum in uiam publicam, ut haberet testes pro conficiendo testamento.
39 Verba modis omnibus, & nullo modo sunt adeo præcisa, quod non admittunt aliquam dispensationem in contrarium.
40 Verba geminata fortius operantur.
41 Testamentum factum in carcere tiranni uel tempore pestis, an ualeat cum minori numero septem testium. & nu. 51.
42 Valet argumentum à speciali.
43 frustra à Principe impetratur, quod de iure commum conceditur.
44 Validum est argumentum ab effectu eorum, quæ simul ad esse requiruntur.
45 Intellectus ad d. l. fi. C. de testa. explanatur.
46 Dispositio, quæ plura copulatiue requirit, non habet locum, nisi omnia requisita simul concurrant.
47 Verba intelligi debent secundum materiam subiectam.
48 Lex indistincte loquens, indistincte intelligi debet.
49 Indefinita æquipollet uniuersali.
50 Testamentum propter necessitatem, & tempore pestis conditum, absque solenni numero testium, non ualet, iux. com. mu. em.
51 Testamentum factum in carcere tiranni absq; solenni numero testium non ualet, contra Bal.
52 Non est recedendum à regula iuris, nisi in casibus expresse exceptuatis.
53 Necessitatem excusare à lege quatenus sit intelligendum.
54 Differentia inter necessitatem præcisam, & causatiuam.
55 In his quæ de sui natura sunt mala necessitas præcisa excusat à culpa & pœna transgressionis legis.
56 Exemplu Beatæ Luciæ, & Lucretiæ Romanæ.
57 Necessitas præcisa excusat à peccato, quia non est peccatum nisi uoluntarium, sicut in necessitate causat uia.
58 Voluntas coacta, uoluntas est.
59 Tempore necessitatis omnia sunt communia.
60 Annullatio actus an & quando dicatur pœna, late declaratur.
61 Confessio tempore necessitatis facta à Layco excusat pœnitentem à culpa & à pœna præcepti cap. omnis utriusque sexus.
62 Et prodest quo ad damnationem uitandam, sed non quo ad pœnam purgatorii minuendam.
63 Confessio prædicta Layco tempore necessitatis, non est uera confessio sacramentalis.
64 Confessio sacramentalis instituta à D. N. Iesu Christo, & ubi.
65 Potestas remittendi peccata fuit data solis sacerdotibus, non etiam laycis.
66 Laycus non potest absoluere à peccatis etiã tempore necessitatis.
67 Confessio facta layco tempore necessitatis licet non ualeat in uim sacramenti, ualet tamen ad ostendendam fidem sacramenti ex ui contritionis.
68 Confessio facta layco est iteranda proprio sacerdoti cessante necessitate.
69 Confessio prædicta non est de præcepto, sed de consilio.
70 Reuelans confessionem factam layco an incurrat pœnas c. omnis utriusque sexus. de pœniten.
71 Confessio facta tempore necessitatis layco an cadat sub sigillo confessionis.
72 Defectus iurisdictionis in confessione sacramentali est defectus essentialis.
73 Essentia sacramenti pœnitentiæ cõsistit in absolutione quæ à layco impendi non potest.
74 Mutus qui loqui non potest non est obligatus confiteri per scripturam, sed est liber à præcepto confessionis.
75 Pœnitens an sit obligatus confiteri per interprete quando à presbytero nõ intelligitur.
76 Vna de conditionibus necessariis ad confessionem sacramentalem est, quod sit secreta.

Sigillum

77 *Sigillum confessionis est secretissimum quocunque secreto.*

78 *Et est secretum de iure naturali Diuino & humano.*

79 *Non potest super eo dispensari à Papa nec à tota Ecclesia.*

80 *Sacerdos non tenetur reuelare confessionem etiam si Papa ei hoc praeciperet sub poena excomunicationis latae sententiae.*

81 *Et potius mortem debet pati, quàm sigillum confessionis reserare.*

82 *Sigillum confessionis fortius arctat, quàm praeceptum confessionis.*

83 *Praeceptum negatiuum obligat semper & ad semper, & durat etiam post mortem.*

84 *Sigillum confessionis dicitur secretum secretorum.*

85 *Scriptura est sui natura manifesta licet per accidens possit esse occulta.*

86 *Verba ex parte confitentis non dicuntur praecise necessaria ad confessionem sacramentalem sed manifestatio peccatorum est necessaria.*

87 *Voces sunt notae earum quae sunt in anima passiones.*

88 *Lingua est organum intellectus.*

89 *Nullum est maius mentis nostrae testimoniũ quàm qualitas inspecta uerborum.*

90 *Verba ad demõstrandum uoluntatem sunt certiora quàm scriptura uel alia signa.*

91 *Ratio institutionis ut ore proprio quis confiteri debeat: quae fuerit.*

92 *Confessio sacramentalis, licet uerbis fieri debeat, facta tamen nutu & signis aut per scripturam seu interpretem, ualida est, nec est iteranda.*

93 *Magister Angelus Ptentinus ordinis praedicatorum, & R.P. Don Egidius Gonzalez Societatis Iesu, theologi celeberrimi laudantur.*

94 *Verba in matrimonio in ualentibus loqui, an sint necessaria.*

95 *Matrimonium ualet etiam si signis uel nutu mutuus consensus colligatur*

96 *Pater puella praesente tacente & non contradicente sponsalia pro ea recte contrahit.*

97 *Mutus quae sacramenta tractare possit.*

98 *Verba an sint necessaria in teste.*

99 *Iudex potest cogere testem ad deponendum testimonium uiua uoce.*

100 *Actus gestus contra prohibitionem legis est ipso iure nullus, licet lex ultra non procedat annullando.*

101 *Negatiua praeposita uerbo potest, inducit necessitatem praecisam.*

102 *Regula.l.non dubium. C. de legib. declaratur.*

103 *Testis in pluribus casibus potest testificari per scripturam.*

104 *Testimonium redditum in scriptis an ualeat ad effectum plenae probationis.*

105 *Probatio per testes est dignior & efficacior quacunque probatione instrumentali.*

106 *Testimonium in scriptis, licet sit nullum quo ad effectum plene probandi, tamen quo ad essentiam actus est ualidum.*

107 *Testes singulares, criminosi, contrarii, inimici, & similes licet nihil probent, tamen eorum testimonium non est nullum.*

108 *Muto est interdictus omnis actus in quo uerba sunt de substantia actus.*

109 *Distingue tempora, & concordabis scripturas.*

110 *Electio facta non seruata forma.c. quia propter.de elec. propter paucitatem eligentium, an sit ualida.*

111 *Necessitas excusat ab obseruantia formae. d.cap. quia propter.*

112 *Electio Praelati ante dispositionem.d.c.quia propter. ualebat secundum antiqua iura ex sole consensu eligentium.*

113 *Electio debet fieri more antiquo quando non reperiuntur nisi duo tantum de collegio.*

114 *Vbi deficiunt uerba legis, non habet locum legis dispositio.*

115 *Forma statuti ubi seruari non potest, ualet actus omissa forma à statuto introducta ex dispositione iuris communis.*

116 *Necessitas quomodo dicatur excusare ab obseruantia formae.*

117 *Iudex potest supplere in notoriis ex facti euidentia.*

118 *Notorietas sola non excusat ab obseruantia formae.*

119 *Necessitas plus excusat quàm notorietas etiam ex facti euidentia.*

120 *Testamentum per Ius ciuile fuit à principio introductum cum solenni numero septem testium.*

121 *Et absque dicto numero septem testium non est testamentum.*

Testa-

122 *Testamentum quoad sui substãtiam & originem est de iure naturali. quo uero ad solennitates & quo ad sui formam est de iure ciuili.*

123 *Forma dat esse rei.*

124 *Sola uoluntas testatoris est necessaria in testamento de iure natura.*

125 *Testamentum ualidum de iure naturali licet nullum sit ob non adhibitas solennitates, de iure positiuo plurimum operatur.*

126 *Stipulatio est contractus inuentus de iure ciuili.*

127 *Verba in stipulatione sunt pracise necessaria ex parte utriusque contrahentium.*

128 *Mutus stipulationem contrahere non põt.*

129 *Mutus intelligens ad motum labiorum, an stipulari possit.*

130 *Mutus etiam instante necessitate non potest baptizare. nec absoluere à peccatis, nec Sacramentum Sacrosancta Eucharistia conficere. nec alios actus facere; qui pro forma uerba requirunt.*

131 *Sacramenta qua ab D N. Iesu Christo instituta fuerunt cum certa forma uerborũ, illa omissa non possunt in esse produci.*

132 *Actus forma non seruata propter necessitatem an sit ualidus distinguitur.*

133 *Processus factus per iudicem non seruata forma rescripti, an & quãdo sit ualidus.*

134 *Vbi à principio apponitur forma in actu expediendo non ualet actus omissa forma etiam ex causa necessitatis.*

135 *Consilium simpliciter requisitum in certo actu an dicatur forma substantialis, uel accidentalis.*

136 *Consensus ex mandato superioris in certo actu requisitus in dubio censetur de forma substantiali.*

137 *Forma consilii in actu requisiti omissa. an & quando actus ualeat, uera distinctione elucidatur.*

138 *Vbi mora est periculum allatura, actus expediri potest absque consilio, uel consensu de iure requisito.*

139 *Testes possunt recipi lite non contestata ubi periculum est in mora; quo casu receditur à regulis iuris communis.*

140 *Actus factus contra prohibitionem legis nõ est nullus ubicunq; lex procedit ultra disponendo de remedio in casu contrauentionis.*

141 *Intellectus ad c. statuimus. do offi. deleg. li. 6.*

142 *In correctoriis. & aliis prohibitiuis fit extensio ubi ratio est expressa.*

143 *Ratio ubi est expressa non dicitur proprie extensio sed lex ipsa dicitur loqui.*

144 *Iudex qui teneatur ferre sententiam in loco maiorum.*

145 *Ferre sententiam in loco maiorum an dicatur de forma substantiali, uel accidẽtali.*

146 *Sententia lata à iudice non sedente. sed equitante propter pestem, uel potentiam partium non ualet.*

147 *Legis hac consultissima. C de testa. dispositio requirẽs septem testes, prasupponit casum, quod tot testes reperiantur.*

148 *Legis dispositio nõ habet locum nisi si & quatenus eius verba adaptari possunt.*

149 *Prasuppositum legis ubi deficit, deficit etiã legis dispositio.*

150 *Testamentum in quo propter casum occurrentem iuris dispositio non habet locum, dicitur legis auxilio destitutum.*

151 *Forma statuti ubi ad plenum seruari non potest, sufficit quod seruetur ĩ eo quo põt.*

CAP. V.

NECESSITAS, ut dici solet, non habet legem, sed ipsa sibi legem facit. c. remissionem. in uersi. sed notandum. 1. q. 1. c. sicut. de consecra. distinc. 1. c. quanto. de consuetu. ubi latissima apostill. ad Abb. ibi nu. 12. in uer. tempore necessitatis. c. 2. in fin. de obserua. ieiunio. l. qui potuerunt, & ibi apostill. ff. de ma nu. testa. l. 1. & ibi no. Bar. in fi. ubi etiã Bal. cum latissima apostil. ad utrumq; C. de ope. lib. idemq; no. Bart. in l. si is qui. §. fi. sub nu. 2. ff. de pigno. & in l. 1. in fi. C. de naufra. lib. 11. & Ancha. per illum tex. in clem. 1. num. 5. de baptis. optima glo. in l. 1. uer. expedire, quæ declarat, & allegat concordan. & ibi Alberi. nu. 13. & alij. ff. de offi. consue. & in c. quæsiuit. uersic. solus. in fi. de uerb. signi. c. de siracusane. §. ecce. hac autho-

ctoritate. distin.28. & in c. p. licet. in glo. 1. de poeniten. & remiss. & optima glo. in cap. quonia nu. 48. distin. & ut etiam ibi dicit glo. facit licitum quod alias esset illicitum. cap. discipulos. de consecra. distin. 5. c. quod non est licitum, ubi optima glo. & Abb. nu. 1. cum latissima apostil. de reg. iu. c. primo. §. his ita respondetur. 35. q. 1. clem. 1. ubi Ancha. in 4. notab. de baptis. c. diacones. distin. 93. c. ad limina Beati Petri. 30. q. 1. c. baptizandi. cap. constat. & duobus seqq. de consecr. distin. 4. c. sanctum. ea. distin. 4. l. 2. ubi etiam late Alber. C. de patrib. qui filios distra. ubi propter necessitatem famis permittitur patri filium uendere: quod alias esset illicitũ, cuius legis intellectum, in proposito latissime explicat & exornat Couar. uaria. resolu. lib. 3. cap. 14. nu. 4. cum seqq. item ad propositum est tex. in c. 1. de pigno. & in cap. 2. de spon. impub. & in cap. regulæ 29. distin. glo. in c. quod quibusdam. uer. fideiubat. quam summe not. Abb. & alij ibi de fideiusso. tradd. glo. & Dyn. in regula in argumentum. de reg. iu. lib. 6. not. glo. magna. in fi. & ibidem Bar. in. l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acqui. her. tradd. pulchre & not. Bal. in. l. diuus. ff. de pet. hær. Lucas de penna. in. l. curiales. in princi. & ibi late de materia. C. de decurio. lib. x. doc. in. l. principalibus. ubi Alex. & late Ias. col. 2. uers. quarto limita. ff. si cer. pet. Cur. sen. in repe. l. admonendi. & late Iaso. plura cumulans in ea. repet. nu. 214. & pluribus seqq. ff. de iureiu. & Iaso. post alios in. l. si ex toto. nu. 18. ff. de leg. primo. Olasc. in disputatio posita post decis. nume. 21. Rom. cons. 219. col. 2. in uersi. secundo probatur. & in pulchra quæstione. Curi. iun. in l. 1. nu. 44. & nu. 71. ff. de offi. eius. ubi etiam Dec. nu. 35. & nu. 80. cum sim. congestis. per Dec. cum sua apostil. in l. quæ propter necessitatem, de reg. iu. num. 1. Gerar. de Petra sancta sing. 100. quod est ultimum in ordine, ubi infinita ad propositum cumulat, prout etiam in materia latissime Tiraque. de retrac. lignia. §. 26. glo. 1. nu. 19. 20. 21. cũ pluribus seqq. quibus postremo addo Cardi. Iacob. de conci. lib. 6. ar. 7. pag. 374. in uersi. sed in casu proposito. unde ex

3 cusat ab obseruantia legis, à furto, à uoto, à Ieiunio, à Iuramento, & similibus, ut excusatur Dauid, qui comedit panes propositionis obsam s necessitatem. 1. Regum. 21. & eadem de causa D. N. Iesus Christus excusauit discipulos suos uellentes & edentes spicas in agro alieno in die Sabbati, Matth. 12. in prin. & habetur in d. c. discipulos. de cõsecra. distin. 5. & in c. ideo. §. his ita respondetur. 25. q. 1. iux. glo. in d. c. quod non est licitum. & in c. sicut satius. 32. q. 4. & in cap. querelam. uer. non necessitate. ibiq; late Feli. nu. 11. & seq. de iureiu. & habetur per eund. Fel. in c. cum accessissent. nu. 20. 21. & 22. de constitu. & in c. præterea. num. 36. de sponsa. & Gerar. de Petra Sancta proxime allegatus. Abb. in c. tuanos. nu. 6. de eccl. ædifican. in cap. non minus. nu. 19. de immu. eccle. Fel. in cap. omnes leges. col. 6. in uersi. adde alium casum. distin. 1. & Couar. in relec. regulæ peccatum. par. 2. §. 1. num. 3. cum seqq. ubi latissime de diuersitatis ratione inter furtum & for-

4 nicationem, de reg. iu. lib. 6. de quo etiam Cagno. in d. l. quæ propter necessitatem. nu. 5. ff. de reg. iu. & Ancha. in clem. uni. nume. 9. de homicid. & bene summa Nauar. ca. 17. nu. 118. cum seq. necessitas enim reddit actum inuoluntarium, & ideo excusat etiam à peccato, ut per Abb. in d. c. quod non est licitum. quod infra declaratur, nume. 53. 54. cum pluribus

pluribus seqq. ubi recurre, & in termi nis de quibus nunc agimus late Paris. consil. 52. num. 12. & seq. & consi. 33. nu. 23. & pluribus seqq. uol. 2.

5 Et hinc est, quod bona etiam prohibita sub pœna, alienari possunt ob necessitatem licite alienari, iux. l. alienationes. ff. fam. hercis. l. diuus. ff. de pet. hær. l. 1. ff. de fun. dota. l. 3. §. j. ff. de reb. eo. l. 1. ubi no. Bar. C. de præd. mino. l. lex quæ tutores. & ibi not. Bald. C. de adm. tuto. c. placuit. cum glo. in uer. necessitate. & c. terrulas 12. q. 2. clem. 1. ibi, nisi necessitas &c. de reb. eccle. nō alie. facit d. c. tua nos. in fi. & ibi, no. Abb. num. 8. de eccle. ædifican. & tex. in l. peto. §. prædium. & in l. pater filium. in princ. & ubique not. Bart. ff. de leg. 3. & no. glo. & Bar. in l. quemadmodum. num. 6. C de agrico. & censi. lib. 11. & late post alios Ias. in l. filiusfam. §. diui. in 1. lect. nu. 18. & lec. 2. nume. 21. & 22. cum seqq. & ibid. Ripa num. 24. & alijs seqq. ff. de leg. 1. idemq; Ias. in auth. res quæ. col. 2. in 11. limi. C. cōm. de leg. & latius idem Ias. in l. principalibus. in 4. lim. ff. si cer. pet. Rom. d. consi. 219. col. 2. in uers. 2. idem euidenter ostenditur. & in cōs. 107. uersi. 3. & idem late comprobās in consi. 280. quem refert, & sequitur Alex. in consi. 215. nu. 7. uol. 6. Dec. cōsil. 300. nu. 9. & late comprobat Aym. consil. 215. nu. 3. 4. & 5. cum seqq. late Fely. in d. c. cum accessissent. nu. 22. de constitu. & in d. c. præterea. sub d. nu. 36. in uersi. facit. quod not. Archi. de sponsa. & licet unusquisque teneatur saltē semel in anno sub præcepto peccati mortalis proprio sacerdoti con-
6 fiteri. c. omnis utriusque sexus. de pœniten. & remis. c. quē pœnitet. de pœniten. dist. n. 1. tamen tempore necessi-
7 tatis, ubi copia sacerdotis haberi non potest, licite layco quis confitetur, ut est tex. in d. c. quem pœnitet. & in c. qui uult confiteri. de pœnit. dist. 6. gl. in summa. eadem distin. & in c. fi. in glo. fin. 24. q. 1. apostil. ad Abb. in d. c. quod non est licitum. latissime Abb. in d. c. omnis utr usq; sexus. nu. 16. & in c. quanto. nu. 12. de consuetu. & ubiq; latissime Sebastia. Sapia. in apostil. bene declarat Host. in summa de pœniten. & remis. §. cui confitendum. uersi. 7. ubi dicit, quod etiam mulieri tunc licite confitetur. & gl. ordina. in c. pastoralis. §. præterea. ibiq; Abb. nu. 3. & latissime Fely. uidēdum sub nu. 3. uersic. licitum est confiteri layco. & seq. ubi declarat, & allegat concordan. de offi. ord. Gerar. de Petrasancta. d. sing. 100. in prin. & sic laycus, qui non potest spiritualia tractare, nec est spiri-
8 tualium capax. c. decernimus. ubi glo. allegat concordan. ibiq; cano. oēs præsertim Abb. & latissime Dec. & Ripa plura ex hoc deducentes. de iud. c. sacrosancta. & c. massana. de elec. c. contingit. de arbit. c. nullus. de iure patro. c. causam. ubi late Abb. & cæteri de præscrip. c. ecclesia S. Mariæ. ubi quoque Abb. nu. 3. cū seqq. & alij post eū. de constitu. c. 2. & ibi no. Abb. in 2. notabili de institutio. c. bene quidē. uers. maximus. & uers. Eulalius. c. cū ad uerum. & seq. & c. si Imperator. dist. 96. c. 1. c. nullus laycorū. c. in noua. & duobus seqq. cū alijs pluribus, quæ allegari possent. 16. q. 7. tradd. scriben. in c. quāto. de iud. & in rubr. ubi post alios late Ripa. nu. 8. & alijs seqq. eo. tit. & latissime quoq; Anch. in c. ea quæ. in 3. 4. & 5. q. n. 9. & alijs seqq. de reg. iu. li. 6. & Abb. in q. incip. augerio. nu. 3. & 4. cū seq. & Bero. in c. quæ in ecclesiarū. nu. 91. de constit. Ana. cōs. 57. col. j. uer. hoc præmisso. & faciūt infra trad. par. 2. c. 6. nu. 12. potest tamen tēpore
9 necessitatis audire confessionē pœnitentis, & absoluere ab excōicatione iux. glo. & doc. in d. §. præterea. & in c.

infe-

inferior. dist.n.21.& in c.a nobis.el 2. ubi late Abb. super gl.in uer. non potuerit. Felyn.& cæteri, de sen.excom. Dec.in d.c.decernimus.nu.23, de iud. Card.Iacob.de Conci. ubi supra pag. 376. littera A. & Ripa de priui. iud. cau.pes.num.46.& seqq.& summa Asten.lib.5.tit.14.in uer. sed nota.magister sent.& cæteri Theologi post eum in 4.dist.17.Ang.& Silue.in uer.absolutio. relati per Couar. qui latius utrunq; dictum explicat,& declarat in c. alma mater. par.1.§.11.nu.9. de sent. excom.lib.6.prout etiam declarat Nauar.in c.de pœniten.6.in prin.nu.83. cū alijs seqq.& nos infra latius declarabimus.nu.61.& pluribus seqq. & etiā baptizare, ut docet Augustinus relatus in c.sanctum est baptisma. & in c. necessitate.de consecra.dist.4.& habetur in c.constat. & seq. distin.ea. & c. diacones.ad fi.dist.93. pulcher text.in c.ad limina.30.q.1. tradd.m gister in 4.sent.dist.6.& Thom.ibid.dist.5. q.2. ar.1. Palu.& Duran.ibid. & idē Durā. dist.6.in prin. Alex.de Hales. in 4.par. summæ.q 16.memb.1.ar.1. & Thom. in 3.par.summæ.q.67.art.3.& summa Asten.lib.4.tit.5.art.1. late Dom.Soto in 4.sent. dist.4. art.2. Summa Nauar. c.22. nu.7.Syluestrina uer.baptismus. 3. Tabiena, & cæteri Summistæ in eo. uer. Baptismus. & ex nostratibus Sūma Hostien.de Baptis.in §.quis possit. glo.ord.in c.1. de cle. non ordi. ministran.Abb.in c.quanto.nu.12.de consuetu.Dec.in c.decernimus. nu.22.de iud.Card.Iacob.de conci. d.pag.376. littera A. in fi.

10 Hinc est quoque, quod licet forma sit præcise, & ad unguem obseruanda, nec possit adimpleri per æquipollens, Bald.Alex. & Ias. post alios latissime in l.1. sub nume.13 ubi ex suprascripta decisione, & numero 18.cum pluribus seqq. ff. de liber.& posthum. & tradunt omnes in l.hac consultissima. ubi late Alex.nu.4.Ias.num.12.& Dec.19.cū seqq.C.qui testa.face.poss. Dec.in c.consuluit.el 2.nu.3.ad fin. cū seqq.de appella.& latissime quoq; Fel. in c.cum dilecta. col.14.in 10.amplia. de rescript. & omnium latius Brun.in trac.de forma in rub.de implemen.& obseruan.form.col.10. in uersi. cæterum. & quattuor coll.seqq. Tiraquel. de ll.connubia. in l.16.glo.6.nu.6.& glo.7.nu.99.& nu.188. cum alijs per nos supra adductis. c.4.nu.25.& seq. & infra c.27.nu.13. & pluribus seqq. hoc latius declarauimus, tamen ubi

11 imminet necessitas potest adimpleri per æquipollēs, ut post Bal.trad.Alex. in d.l.1.ante nu.9. ff. de lib.& posthu. Ripa in prin.l.1.nu.38.ff.de uerb.obliga.Paris.d.consi.33.num.29.& nu.31. uol.2.& Fely.in d.c.cū dilecta.col.18. in 7.limita.& Tiraquel.proxime allegatus.d.glo.16.nu.34. & latissime cōprobat Brun. d.rubr.de implemen.& obseruan. formæ coll. 17. in 3. fallen. quinimo necessitas facit ualere actū,

12 omissa omnino forma, & solennitate à iure requisita, ut uoluit Io.Andr. in regula in toto.in prin.de reg.iu. lib.6. in mercuria. quem refert,& sequitur in pulchro casu Abb. in consi.25. sub nu.2.uersi. 2.modus. uol.2.late Rom. plura adducens in cons.433.col.1.per totum,& Paris.in præcisis nostris terminis d.consil.33.nu.24. cum seqq.& nu.30.& 32. Aym.in consil.12. nu.2. 3.& seqq.& consi.137.nu.5. Ias.in l.si nu.7. C.de testa.ponēs exemplum in

13 sententia lata à iudice non sedēte pro tribunali in loco maiorum metu periculi uitæ, uel ob aliam instantem necessitatem iux.glo.in l.1. ubi doct. C. de sentē.ex breui.recitan.& Io.Andr. in c.fi.in glo.in uer.sedendo. de re iu. lib.6. Specul.in tit. de senten. §. iuxta uers.quid si pronunciat.& ibi quoque

Io.

Io. Andr. in add. Host. in summa in tit. de senten. §. qualiter. uersi. quid si pronunciat. Ias. post alios in l. ius pluribus. nu. 2. ff. de iust. & iur. Lanfranc. in c. quoniam contra. in uers. interlocutoriæ, & appellationes. nume. 22. de proba. de quo etiā Maran. de ord. iud. in materia senten. nu. 83. & Ripa ubi declarat de priuil. iud. cau. pes. nu. 52. Ias. in l. admonendi. 2. lect. nu. 218. ff. de iureiur.

Prout etiam in proposito, & fortioribus terminis dicunt doct. quod stante statuto, quod non ualeat cōtractus,
14 seu testamentum minoris, uel mulieris nisi interueniant duo notarij, uel notarius matriculatus, ualebit tamen tempore pestis cum uno etiam non matriculato, ubi alij haberi non possunt, & sic omissa forma à statuto requisita propter necessitatē Ang. quē referunt Alex. & Ias. in l. fi. sub nu. 4. & nu. 18. C. de testa. Ias. in d. l. admonendi. 2. lect. nu. 216. ff. de iureiur. Paris. d. consi. 33. nu. 32. uol. 2. Dec. consi. 284. sub nu. 2. uersi. & ad hoc bene facit, & nu. 3. cum alijs adductis per Ripam de priuil. contrac. cau. pes. nu. 165. & seq. & Brun. supra allegatū. in d. 3. fallen. & in simili, quod testamentum mulieris omissa forma statuti requirentis
15 consensum duorum consanguineorum; ualeat quando consensus eorū haberi non potest tempore pestis ex causa necessitatis tradit Corn. quem refert, & sequitur Boer. decis. 228. nume. 11. ad fi. Ripa proxime allegatus, & idem Ripa, qui declarat de priuilegijs ult. uolunt. cau. pes. nu. 25. & seqq. & late Paris. d. consil. 33. nu. 32. uol. 2. Inte ligitur enim statutum si consanguinei extant tēpore actus celebrandi, itaque eorum consensus interuenire possit, ut per Bald. in l. Turpia. §. si Tit. æ. & ibi Alex. qui alios cumulat. nu. 7. ff. de leg. 1. & idem Alex. consil. 206. sub nu. 10. uol. 6. & de simili statuto requirente consensum uiri in cōtractibus uxoris, quod intelligitur si uir est præsens, & eius consensus haberi possit, secus si diu est, quod se absentauit, & nescitur ubi sit, Bal. ui den. consil. 487. uol. 1. & 394. uol. 5. Aym. d. consi. 12. nu. 4.

16 Et in simili quoque uidemus, quod licet non ualeat depositio testis per scripturam, quia pro forma uidetur traditum, quod ore proprio testificetur, ut habetur in c. relatum. 5. q. 12. & c. testes. 3. q. 9. bō. tex. ubi id no. gl. Io. And. Abb. & cæteri in c. 2. qui matrimo. accu. poss. & probat tex in l. discretis. in fi. ubi Ias. num. 9. C. qui testa. facere poss. late Spec. & Io. And. ad ipsum de test. §. nunc tractandum. uers. quid de muto. Host. in summa de test. in. §. super quibus. uersi. quid si testis scribat. Bald. in l. iusiurandi. num. 3. C. de test. & in l. in bonæfidei. sub nu. 5. C. de reb. cred. Abb. & Fely. post alios in c. de testibus. num. 7. de test. Lanfranc. in c. quoniam contra. uer. testium depositiones. num. 7. cum lata apostil. in uer. scriptum. de proba. Boer. decis. 1. num. 38. & seq & Couar. uaria. resolu. lib. 2. c. 13. num. 6. ubi hanc asserit cōmunem cōtra Bar. in l. Theopompus. ff. de do. prælega. & plura in proposito adducit Ias. in d. l. admonendi. 2. lectu. nu. 214. & seqq. tamen hoc uerū est si fari potest, secus in muto, qui ob
17 necessitatem loquelæ potest per scripturam testificari. Spec. ubi supra in titulo de test. §. nunc tractandum. nu. 17. & seqq. Abb. in d. c. de testibus. nume. 10. & Fely. num. 9. de test. Ripa in prin. d. l. 1. num. 37. ff. de uer. oblig. & Alex. ibidem sub nu. 16. Tiraq. de leg. connubia. in l. 16. glo. 7. num. 19. prout etiam Specul. dicit de matrimonio, de quo habetur in c. tuæ, & ibi Abb. & cæteri de sponsa. & in l. ex facto. in

prin.

princ. ibi, mutus duxit uxorem. ubi glo. & doct. præsertim Aret. & Ripa num.1. cum seqq. ff. de uulg. & l. mutus. ff. de iu. do. Goza. in consil. 77. nu. 9. & sub num. 12. uersic. 7. & latissime Couar. in epito. de sponsa. par. 2. c. 4. in prin. nu. 1. & seq. & Summa Nauar. c. 22. sub nu. 20. uersic. 2. & Tiraq. proxime allegatus nu. 17. & infra nos latius. nu. 95. & seq. de iuraméto. quod
18 licet pro forma requirat uerba. §. sed neq; qui tex. per doct. ad hoc passim allegatur, licet mihi non probet, in auth. de man. prin. gl. & Bar. in l. & per iusiurand. ff. de accept. Guilel. de cun. Bar. Alb. Saly. Fulg. Pau. de Cast. Alex. Ias. & oēs in l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiu. Alex. in l. 1. in prin. nu. 16. ff. de uer. obl. Ias. in l. ex ea parte. n. 9. eo. tit. Sozi. in l. gallus. §. idem credendū. n. 4. ff. de libe. & posthu. nott. Ant. de But. Abb. & Imo. i c. pen. de iureiu. & Ant. Gabr. com. concl. lib. 6. tit. de cōsuetu. concl. 3. nu. 24. ubi alios citat. possit tamen per eū qui fari non potest, nutu, & signis præstari. tradit Pau. de Cast. in d. l. qui iurasse. in prin. nu. 3. Alex. & Ias. nu. 11. ff. de iureiu. cum alijs, ut per Alex. in d. l. 1. in prin. nu. 16. ff. de uer. oblig. Tiraq. supra proxime allegatus nu. 18. licet secus in his, qui fari possunt, in quibus locū habent primo allegata iux. communem opi. quam late probat Io. de Selua in trac. de iuram. par. j. q. 2. & hanc esse communē doct. distinctionē attestatur Crot. in d. l. 1. in prin. nu. 15. 16. & 17. & Galia. ibid. col. fin. ff. de uer. obl. & late Alcia. post Abb. & alios cano. in rubr. de iureiur. nu. 12. in fi. 13. & 14. & Couar. latissime in c. quamuis. in initio 1. par. nu. 4. de pac. lib. 6. cū alijs allegatis per Menoch. consi. 37. nu. 49. uol. 1. & de confessione sacramentali uidemus, quod
19 licet ore proprio pœnitens confiteri debeat peccata sua, non autem per signa, uel scripturam. d. c. quē pœnitet. de pœnitē. dist. 1. Scot. in 4. sen. dist. 17. q. uni. c. 3. Pet. de Palud. ibidem. q. 2. & cæteri ea. dist. 17. Couar. uaria. resolu. lib. 2. c. 13. nu. 6. in uers. hinc obiter. & late probat Sūma Asten. lib. 5. tit. 18. col. 5. in uers. 7. cōfessio debet esse nuda. in 7. conditione cōfessionis per totum; tamen mutus ratione necessitatis potest per scripturam confiteri, ut per Ripā in d. l. 1. in princ. nu. 36. ff. de uer. obl. & erit uera cōfessio sacramētalis, quāuis ad illam sic faciendā non sit obligatus, ut post Rich. & Hadr. d. dist. 17. & Caieta. per cū relatos declarat Couar. uaria. resol. ubi supra, & bene trad. Sūma Naua. c. 21. nu. 36. & in c. quē pœnitet. distin. 1. & in c. fratres. nu. 85. & seqq. de pœnit. dist. 5. & per nos infra late nu. 74. & pluribus seqq.

20 Hinc quoq; uidemus, quod stante statuto, quod nō ualeat contractus minoris, uel mulieris nisi interuenerit consensus duorū consanguineorū, intelligitur si extant, alias si non extant ualebit omissa forma statuti propter necessitatē, ut per Bald. Ang. & post alios Alex. in l. Turpia. nu. 7. ff. de leg. 1. Bal. in l. 1. in prin. nu. 2. C. unde uir, & uxo. Alex. in consil. 206. nu. 10. uol. 6. ubi enim occurrit necessitas ibi cessat lex, ut dicit gl. no. in d. l. j. ff. de offi. cōsue. & ratio prædictorum est, quia lex
21 debet esse iusta, & possibilis. c. erit aūt lex. 4. dist. ita quod inter alias cōditiones hæc est una, quod sit facta in casu possibili, & idcirco ubi de facto seruari non pōt, lex nō astringit, quia cōti-
22 neret impossibilitatē contra naturam ipsius legis, quod esse non dēt, ut in proposito tradit Bal. in l. diuus pius. in 2. notabili. ff. de pet. hær. & Abb. in d. consi. 25. col. 2. uersi. 2. modus. uol. 2.

Ex prædictis & pluribus alijs, quæ ad propositum cōgeri possent, de quibus cum iste non sit locus suus, remit-

to me ad doctores in locis supra allegatis præsertim ad Sebast.Sapiã in appo. ad Abb. in cap. quod non est licitum.de reg.iu.& Fely.in c. querelam. nu.11.& seqq.de iureiu. apparet quãta sit uis necessitatis, & tamen tanta non est, nec tanta esse potest, quod faciat ualere testamentum absq; solenni numero septem testium iuxt. hanc nostram septimã ampliatio. quam ita constituimus, & probamus.
23

24 Primo ex regula iuris cõis, de qua supra c.2.nu.1.& seq.cui inhærere debemus in casibus non exceptuatis, ut Bonon.Carrotio iuxt.glo. in l.oĩs diffinitio, ubi post alios cũ no. Cagn.n.33. ff.de reg.iur. unde qui hẽt regulã pro se, dicitur habere intentionẽ fundatã,
25 quia res dicitur certa pro eo, qui pro se regulam hẽt, cum nõ possit dici dubiũ ubi adest regula iuris, ut per Bart. in l.quoties.ff.si quis cau.& in l. ex qua cunq;.col.j.cũ ibi adductis per Ias.nu. 33.ff.si quis in ius uocã.& eun l.Ias.in l.cætera.nu.3.& 4.ff.de leg.j.Dec.in c. trãslato.lec 2.sub nu.4.de cõstit.& in l.1.nu.5.ubi etiã Cagn.alios adducẽs. nu.15.ff.de reg iu.Ripa in l.fi.C.de reuoc.don.q.51.sub nu.170.Dec.in cõsil.475.nu.3.& 498.n.5.& idcirco, ut ipse dicit secundũ regulã pronunciandũ est, nisi contrariũ probetur, cũ latissime in proposito adductis per Tiraq. de retrac.ligni.§.j.gl.9.sub nu.211.regulæ
26 enim iuris sunt tenaciter seruandæ, nisi in cõtrariũ appareat dispositio specialis, ut inquit Bald.in l.si tutor. in fi.C.de seruo.pigno.dato.manumis.in tantũ, quod regula attendi, & seruari dẽt etiam contra personas, & casus alios priuilegiatos nisi appareat speciali-
27 ter priuilegiatũ casu illo iux. opt.tex. in l.in fraudẽ.in fi.ff.de mili.test.& ibi no.Bal.& idẽ Bal.in l.oẽs populi.ad fi. ff.de iust.& iur.Dec.in l.1.nu.5.in fi.& seqq.& Cagno.nu.16.ff.de reg.iu.idẽ Dec.in l.quo tutela.§.1.eo.tit.& in l.j. n.6.C.de edẽ.in l.2. C. un.lib.in l.uni. nu.9.C.de sentẽ.quæ pro eo quod interest.& in c.sedes.col.4.uers.& intãtum hoc procedit.de rescript. idemq; Dec.in cõs.5.nu.1.in fi.cũ seq. in cõsi. 301.nu.12.& consi.536.col.3.uers.3. principaliter.& alibi sæpe Gozad.cõs. 97.sub nu.7.Ripa in l.1.nu.15 ff.solu. mat & in l.fi.q.51.sub nu.170.uer.pro contraria sentẽtia.C.de reuoc.don.& latissime cõprobat Tiraq.de retrac. lignia.§.1.gl.14.nu.96.cũ plurib.seqq. & idcirco sententia lata contra regulã
28 iuris est ipso iure nulla tanquã lata cõtra ius dato; quod in aliquibus casibus saluari posset iux.gl.no.in l.2.in glo.fi. ff.de appella.recipien.quã ad hoc allegat, & sequitur Alex.in l.rei iudic. §.si in iudicio. col.3. in prin.ff.sol.matr.& Alex.in l.4.§.si quis condennatus.sub nu.8.ff.de re iud.Mathesil.sing.19.no. quod sententia cum latissima apostil. Fely.in c.1.nu.7.de re iu.cum alijs adductis per Dec.in consil.8.nu.1.& Gabriel.lib.2.cõm.opi.tit.de sentẽ. cõcl. 7.nu.7. cũ igitur regula ista de numero septem testium in testamentis adhibendũ reperiatur solum in certis casibus particularibus limitata (de quibus infra sigillatim uidebimus) ergo in alijs firma stabit hæc nostra regula, quia exceptiones cõfirmant regulam in casibus non exceptuatis .l. quæsitũ.
29 §.deniq; Neratius.& ibi no.Bart.ff.de fun.instruc.l.generali.§.uxori.ff.de usu, & usufruc.leg. & §. ut autẽ lex.ubi etiam Bart. in auth.de non alienan. c. dominus.32.q.7.c.2.de conu.lepro. no.in c.cum dilecta. de confir.uti.uel inuti.ubi Abb.& post eum; & alios late Dec.nu.6.& seq.& per Dyn.in rub. de reg.iu.lib.6.ad fi.& Dec.in l.1.nu. 23.& Cagno.nu.23.ff.eo.Bar.in l.Lucius.§.pluribus.in ti.ff.ad Treb.Bal.in l.1.§.sed excipiuntur.in fi.ff.de ser.&

in

in l.item uidẽdum. §. quod si pro emptore. in fi. ff. de pet. hær. & in l. oẽs populi. sub nu. 23. uersi. sed quæro statuto cauetur. & seq. ff. de iust. & iu. late Roma. in consil. 337. in 2. dub. cũ alijs adductis per Alex. consi. 64. nu. 1. uol. 4. & latissime Felyn. ubi id postea late declarat in c. quoniam frequenter. colum. 1. & seq. ut lit. nõ contes. & latius Euerar. in locis lega. centu. 3. & bene in proposito nostro Ias. in l. fin. col. 3. in prin. uersi. pro ista opi. C. de testam. & consulentes passim.

30 Secũdo principaliter probatur hæc nostra ampliatio. in l. casus, & ibi in terminis Bar. & cæteri. C. de testa. ubi est tex. quod propter casum morbi contingentis in personã testium hoc tantum de iure relaxatur, quod pro tunc possunt testes disiungi, & separari, non tamen remittitur solennitas numeri septẽ testium, & idcirco necesse est, quod illi ijdẽ statim redeant, uel alij loco deficientiũ subrogentur ita, ut modis omnibus septẽ testes sint testamento præsentes, ut ibi declarant gl. & doc. ecce quod propter necessitatẽ morbi contagiosi, ut est pestis, & amor bi comitialis, ut doc. ferè oẽs exẽplificãt ibi, non remittitur solẽnitas numeri septem testiũ prout etiam in proposito illũ text. adducit Ripa. in tract. de pest. tit. de priuil. ult. uolun. nu. 7. quãuis aũt tex. ibi particulariter loquatur

31 de necessitate occurrẽte respectu morbi cõtagiosi, ratio tamẽ generalis ampliat tex. etiam in casu speciali loquentẽ, & è contra. l. quod dictũ. ubi Bart. Bal. & post alios late Ias. in 1. & 2. notabili. ff. de pac. l. regula. § fin. ubi not. Bar. ff. de iu. & fac. igno. l. 2. § si mater. uersic. quid si curatore. ff. ad S.C. Tertul. l. cũ pater. § dulcissimis. ff. de le. 2. ubi Bar. Bal. Pau. de Cast. & cæteri no. l. adigere. § quãuis. ff. de iu. patro. c. cõstitutionem. ubi late Anch. de regula. lib. 6. no. glo. & doct. in l. hæc actio. ff. de calumniato. & in l. si is qui animo. ff. de acq. poss. Bart. in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. Bal. in d. l. quod dictum. in prin. ff. de pac. ubi dicit, quod eatenus extenditur dictum quatenus extenditur ratio, & quod ad hoc allegatur ista lex bene Abb. in c. 2. requiris. in 1. notabili per illum tex. de appella. Ang. consi. 221. sub num. 5. & in consil. 346. ubi id dicit procedere in qualibet dispositione, ut ibi per eum cũ alijs late, & bene in proposito adductis per Aym. in consil. 135. nu. 32. & latius in consi. 227. num. 3. & pluribus seqq. cum alijs pluribus more suo cumulatis per Tiraq. cessan. cau. par. 1. nu. 139. 140. iuncto num. 149. & seq. præsertim quando ratio est expressa, ut infra per nos latissime num. 42. & seq. & ad saturitatem uidendum erit apud Euerar in locis lega. in loco à ratio. legis larga, &c. & loco præced. centu. 34. & 35. & amplia, & declara, ut supra c. 2. nu. 33. & infra par. 3. c. 3. nu. 70. & pluribus seqq. & propterea illum tex. in d. l. casus. in præcisis terminis ita generaliter summant Barto. Bald. Pau. de Cast. Alex. Ias. & cæteri, quod propter necessitatem dispositio

32 iuris suspenditur ad tempus, sed in totum non relaxatur. Et in indiuiduo hoc expresse decidit Pau. de Cast in fin. ubi per illum tex. concludit, quod licet propter casum non possint haberi plures, quàm sex, uel tres testes, nõ tamen propter necessi atem, quæ excusare solet, ualebit testamentũ, quia, ut ipse inquit, non excusat ab omissione huius solennitatis numeri septẽ testium iux. l. si unus. & l. fin. C. eo. tit. de testa. & licet Ias. in d. l. si. sub num. 5. in uersi. pro ista sententia. conetur retorquere tex. in d. l. casus. in partem contrariam ponderans, quod idcirco ibi solennitas numeri testiũ propter con-

tagiosi morbi periculum non remittitur eo, quia uerisimiliter alij loco eorum, quibus morbus contingit, haberi, & subrogari possint; tamen tex. ille non facit hanc distinctionem, an alij subrogari possint, nec ne, sed generaliter, & indistincte cōcludit, quod propter huiusmodi casum, licet sit aliqd relaxatū de iure respectu contentus, non tamen respectu huius solennitatis numeri testium, unde generaliter, & indistincte intelligi debet, siue alij
fi.de despon.impub. & in c.pen.quam ibi summe no.Abb.num.6.de spons.& gl.ord.& ibi doc.cōiter.in d.c.tuæ.ubi latissime Host. Io.And. Card. Zabarel. Ant.de Butr.Anch.& latissime Præpo. ad utramq; partem arguens,& late cō probat Abb. ubi etiam attestatur de communi eo.tit.de sponsa. & latissime quoq; Host. in summa de matrimo. in §.qualiter contrahatur.nu.10.& 11.cū quo tandem transit summa Asten. late articulū discutiēs lib.8.tit.8.art.1.q.2. Abb.in c.ex parte.nu.28.& ibidē Ant. Franc. & Sebastia. Sapia. in apostil. de rest.spolia.Card. à Turre Crema.in c. matrimonium nu.2.q.2.27.q.2. Alex. in l.si finita.§.meminisse. in fi.ff.de no. ope.nuncia.tradd.doct.in l.ex facto.in prin.ubi Ripa.nu.1.attestatur de uerio ri,& magis communi. & ibi quoq; late Aret.& moder.repeten. ff.de uul.& pup.Boer.qui etiam attestatur hāc esse ueram,& cōem opin.decis.1.nu.18.& late probat Aret.consi.13.col.1.& seq. Goza.consi.77.nu.1.& 2.iuncto infra. nu.12.in uersi.7.Sozi.Iun.cons.29.nu. 3.uol.2. Ioā.Crot. in repet.l.1.in prin. nu.9.Galia.nu.75. & Iac.de Nigris latissime nu.32. qui omnes attestātur de cōmuni. ff.de uer.obl.quod, & uoluit ibid.Bal. recte intuenti in uersi. tamen ego dico.quia alias ipse dicit matrimo nium non posse contrahi inter absentes,quod est falsum,& idem sentit Bar. in l.nuptias.ff.de reg.iur. quia alias, ut ipse dicit non posset contrahi per aliū; & firmat ibi Cagn.nu.7. ubi attestatur contrariam opi.esse cōmuniter reprobatam,quinimo etiā ipso facto per annuli immissionem iux.glo.& doct.in c. tenor.de re iud.& sola etiam taciturnitas sufficit, ut quando pater pro puel-
96 la præsente tacente,& nō contradicēte sponsalia contrahit iux. cap.1. §.fin. de despon.impub.lib.6.glo. & Abb.in d. c. pen. de sponsa. & per doct.in locis proxime allegatis, & ista est uera, & communis resolutio Theologorū, & canonistarum, ut late habetur per Couar.in epito.de sponsa.par.2.cap.4. in princ.num.1.& pluribus seq.Ioan. Brunel.in tract.de sponsa. & matrimo. conclu.14.in 2.limita.& Summist.omnes. in uer. matrimonium 2.ubi Ang. q.4.Silue.q.7.attestantur, quod ita tenent cōmuniter Theologi, & moder. cano.Tabie.ibidem.q.8. & rebqui Archiepiscopus Floren.in 3. par. summe tit.1.cap.19.§.1.magister senten.& cōmuniter omnes Theologi. in 4.distin. 27.ubi post Tho. & alios latissime Do mi.Soto q.1.artic.3.& licet Cald infra allegan.& alij quidem allegent.Thom. contrarium.uelle in 4 distin.27. ubi q. 1.ar.2. concludit uerba esse necessaria ad exprimendum consensum tamen postea idem Thom. ibi in responsione ad secundum uult sufficere signa dicens, quod nutus pro uerbis computantur, prout etiam bene declarat Petr.de Palud. dict. distinct.27. quæst. 2. articulo 3. & cæteri ibidem, & Adrian. Papa de sacramen. matrimon. quæstio.1.in uersic. ad rationes in oppositum. & postremo firmat Nauar. in suo Manua. capit.22.sub nume.20. uersic. secundo præsuppono. quibus postremo accedant latissime tradd.infra par.3.cap.3. numero 197.& 245. cum pluribus seqq. quicquid in contrarium uoluerit Ricard.in 4. senten. distinct.27. artic.1. quæstio.3. & latissime attentauerit. Ioan.Lupi. in tract. de matrimo. numero 47. & pluribus seqq. parte prima, iuxt.opin. Brixien. in cap.sit rector. in uer. opera. 43. distinct. Innoc.in d.cap. tuæ. de sponsa. & aliorum antiquorum per eum relati, quam sequitur. glo. sing. de iu. ciuili. in l.cum notissimi. in princ. uer. solam. quam not. ibi Bald. numero 7. & alij. C.de præscript.triginta,uel qua

dra-

draginta annorum, & clarius idē Bal. in l. ad recognoscendos. C. de inge. & manumis. & in consil. 165. uolum. 2. & late Cald. consil. 5. tit. de sponsa. & in d. cap. tuæ. extra eod. tit. & pro regula constituit. Ioan. Brunel. proxime allegatus. in d. 14. conclu. in prin. sed, & signa uerbis æquiualent iux. com-
97 munem, ut supra. Ex quibus tandem patet uerba non esse de substantia huius sacramenti, prout, nec sacramenti pœnitentiæ ex parte ipsius pœnitentis, quia si essent de substantia mutus illa tractare non posset, ut post Ioan. And. bene concludit Abb. in c. cum apud. num. 5. de sponsa. & idcirco uidemus, quod mutus potest baptizari, sed non baptizare, potest suscipere Corpus Christi, sed non conficere, ut ibi per eum, & latius Ripa uidendum in princ. l. 1. nu. 29. 30. & pluribus seqq. ff. de uerb. oblig.

Ex his potest colligi responsio ad aliud exemplum de teste, qui licet debeat deponere uiua uoce, potest tamē ex causa necessitatis testificari per scripturam, prout de muto, qui loqui nō potest Spec. in tit. de testib. §. nunc tractandum. uersi. quid de muto. & supra
98 latius. nu. 16. cum seqq. quia si uera est sententia Specul. ab Abb. Fely. & Ripa per nos ibi allegatis probata, ergo necesse est fateri uerba non esse de substantia testimonij, quia tunc mutus talem actum exercere non posset, ut bene Abb. supra allegatus in cap. cum apud. nume. 5. de sponsa. & quod imo testis possit deponere per scripturam; nisi iudex uellet ipsum cogere ad testificanda uiua uoce ad effectum, ut ui-
99 deat qua constantia, qua trepidatione, quo pallore, quo uultu loquatur iux. l. de minore. §. tormenta ff. de quæst. concludit Bart. in l. Theopompus. numero 12. ff. de do. præleg. Nellus de Sancto Gemin. inter tract. Bart. in tra-ćta. de test. nume. 9. & sequitur Alexand. in l. legata. inutiliter. sub num. 7. ff. de leg. 1.

Nec obstat, quod iura uideantur hoc prohibere in c. testes. 3. q. 9. loquēdo per uerba prohibitiua, non ferant,
quo casu actus factus contra prohibi-
100 tionem legis est ipso iure nullus, licet lex ultra non procedat annullando d. l. non dubium. ubi Bart. Bal. & post alios Ias. num. 17. C. de leg. l. certarum. cum seq. ff. de testam. tute. c. Imperiali. 25. q. 2. cap. 2. in fin. ubi plene Abb. & Dec. in ultimo notabili, & Fely. ponēs plures remis. colum. 1. de testib. c. quæ contra iura. ubi bo. glo. & bene Dyn. id expresse notans ad fi. de reg. iur. lib. 6. & glo. in clem. 1. uersic. inhibentes. ad med. de iu. patro. Bart. in l. fin. ff. de diuor. & late Abb. in c. ad apostolicam: de regula. nume. 11. & Alex. in l. 1. nu. 6. & Ias. num. 10. ff. de libe. & posth. & plene tradd. Bar. & cæteri post eum in l. prætor ait. in princ. ff. de no. oper. & rursus in c. relatum 5. q. 2. ibi nec testimonium ullū per scripta posse pro-
101 ferri, quæ uniuersalis dictio negatiua præposita uerbo potest, importat omnimodam impossibilitatem priuat potentiam, & inducit necessitatē præcisam; ut l. nemo poterit. ff. de fur. & l. nemo potest. ff. de leg. 1. cū sim. allegatis per Bal. in l. 1. num. 46. C. qui adm. glo. ord. in c. 1. uer. non potest. de reg. iu. lib. 6. no. Bar. in l. fi. nume. 7. & post alios Ias. nu. 24. ff. de fer. & Bar. in l. de his. nu. 4. ff. de transac. & in l. cū lex. sub nu. 6. ff. de fideiuss. & plenius in prin. l. Gallus. nu. 1. & 4. ubi Paul. de Cast. nu. itidē 4. & alij præsertim Ias. ubi latissime. sub nu. 16. uers. 1. conclusio. & nu. 17. cum seqq. ff. de libe. & posthu. Bald. in l. 1. ff. de iniust. testam. Abb. in cap. 1. in ultimo notabili de cau. pos. & proprie, & in c. 1. in 2. notabili, de fi. instr. idē qi Abb. & Fely. in cap. quanto. in princ.

ubi declarant de præsumptio. Dec. in l. pacta quæ contra. numero 10. C. de pact. Ias. ibid. numero 7. & in l. non dubium. numero 60. C. de leg. & in l. stipulatio ista. §. alteri. numero 17. ff. de uerbor. obligatio. & idem Ias. & Ripa in l. 1. in primo notabili, eo. tit. Alexan. in consil. 77. nume. 2. & 3. uolum. 3. Corsett. qui plura cumulat in singu. uersic. potest. & in proposito per eundem Ias. in dicta l. nō dubium. numero 60. & in l. stipulatio ista. §. alteri. nume. 17. ff. de uerbo. obligatio. quia primo responderi potest regulā dictæ l. non dubium. procedere ubi-
102 cunque dispositio habet perpetuam causam prohibitionis ita, quod nullo casu reperitur permissum contrarium, secus si non continet (prout in casu de quo loquimur) perpetuā causam prohibitionis iux. glo. quæ ita præcise. l. illam declarat in clemen. 1. uers. inhibentes. in fine de iu. patron. & in c. uides. 10. distin. & in c. tuæ. ubi Abb. numero 4. & Præpo. numero 3. de sponsa. duo. glo. & Dyn. in c. quæ contra ius. de regulis iuris libro 6. Abb. in cap. ad Apostolicam. numero 11. de regula. Alexan. in l. 1. numero 8. ff. de liber. & posthu. Abb. in cap. 2. nume. 5. & post alios Dec. numero 7. de testibus. & ita quoque dicta l. non dubium. declarat ibi Ias. nume. 18. in fi. & late Fely. in c. ex parte. colum. penult. in uersic. quartus casus. de constitu. quibus suffragantur, quæ de prohibitione matrimonij latius deduximus infra par. 3. cap. 3. numero 230. in pluribus enim casi-
103 bus uidemus, quod testis potest per scripturam testificari, de quibus per Fely. in cap. de testibus eod. tit. & sic in casu isto non procedit regula. l. non dubium. ex quo ista dispositio non continet perpetuam causam prohibitionis per supra allegata.

Præterea quamuis testimonium in
104 scriptis redditum esset nullum iux. no. per Specul. & alios supra numero 16. cum seq. allegatos, hoc tamen intelligitur, & declaratur ad effectum plenæ probationis, quia tale testimonium non facit fidem, nec probationem in iudicio, qui quidem est finis principalis, & effectus immediatus ipsius testimonij propter quem est inuētus usus testium, ut habetur in l. 1. ff. de test. & in auth. eod. tit. in princ. & dicitur dignior, & efficacior probatio quacunque probatione instrumentali. ut in §.
105 si uero tale aliquid. in auth. de instrum. cau. & fide tradd. Bal. Abb. & post alios Dec. & cæteri in rub. de test. licet alias parem uim obtinere dicantur testes, & instrumenta. in l. in exercendis. C. de fide instrum. inspecto ergo isto fi-
106 ne, & effectu testimonij, quo ad probationem testiū in scriptis dicitur nullum, quia non probat, sed tamen actus ipse in se non est nullus tanquàm deficiens in substantialibus, quinimo est ualidus, & ualet saltem, quo ad faciendam præsumptionem, licet non quo ad plenam probationem, ut post alios per eum relatos tradit Fely. in d. cap. de testibus. nume. 8. de testibus. prout etiam in pluribus alijs casibus ui-
107 demus, quod testes non probant, nec plene, nec semiplene, nec ullam prorsus fidem faciunt, prout sunt testes singulares, & sibi ad inuicem contrarij, & non reddentes bonam causam dicti sui, & testes criminosi infames, & inimici, de quibus, & alijs pluribus habetur in Specul. de test. §. primo per totum. & in tract. Barto. & Iaco. Aegid. inter tract. ipsius Barto. de reproba. test. etiam per totum, & tamen non ex hoc, quod non probent potest dici testimonium nullum tanquàm carens substātialibus suis si alias rite, & solenniter testimonium processit, sed tantum pro eo dicitur nullū, &

nihil

nihil ualere, & à iure reprobatum (ut passim uidere est apud doct.) quia est nullum, & nihil ualet, & de iure improbatur. respectu probationis, & ista, ut puto est uera declaratio huius articuli.

Postremo si tenemus simpliciter, & absolute cum Host. Specul. & aliis supra allegatis. num. 16. cum seq. quorũ opin. uidetur communis, ut attestatur Ripa in princ. l. 1. nume. 37. ff. de uerb. oblig. uidelicet, quod tale testimoniũ in scriptis prolatum sit nullum ex defectu formæ substantialis uerborum necesse est negare aduersus Specul. Abb. Fely. & alios ibi allegatos, quod mutus possit per scripturam testificari ex
108 quo muto sunt ipso iure interdicti omnes actus, in quibus sunt uerba de substantia prout est absolutio à peccatis, sacramentum baptismi, & sacrosanctæ Eucharistiæ, ut bene concludit Abb. in cap. cum apud. de sponsa. & supra. num. 97.

Ad id ergo quod magis urget, uidelicet, quod propter necessitatem possit omitti forma, & ualeat actus omissa forma à iure requisita, ut supra. nu. 11. cum pluribus seqq. ubi multis exẽplis hoc comprobauimus, respondetur distinguendo, nam prout in proposito dicit Abb. in cap. sacris. de his, quæ ui metus ue. cau. fiunt in primo notabili quidam sunt casus, qui absq; fœdere distinctionis decidi non possunt, & propterea alibi dicitur distingue tempora, & concordabis scripturas glo. in l. apud antiquos. C. de fur.
109 quibus accedant latissime tradit. infra cap. 16. nume. 149. in proposito igitur est distinguendum, quòd aut actus in quo est adhibenda solennitas, & certa forma, ante constitutionem formam istam requirendam fuisset ualidus de iure cõmuni, etiam nulla adhibita solennitate itaque à principio actus nõ fuit introductus cum huiusmodi solẽnitate, sed per nouam constitutionem forma certa illa postea statuta fuit, aut ab ipso initio actus cum dicta forma constitutus fuit, itaque nunquam fuit de iure ualidus absque dicta solennitate prout per exempla certior, & clarior demonstrabitur.

Primo casu procedunt ea, quæ extraordinario adducta fuerunt, exemplum est de electione iux. consil. Alb. 25. uolum. 2. post Io. Andr. supra allegatos. nume. 12. concludentes ualere
110 electionem prælati non seruata forma cap. quia propter, de elect. ubicunque sunt duo tantum de collegio itaq; propter paucitatem eligentium forma illa de facto seruari non potest, nam pro forma statutum est ibi, quòd tres de collegio secrete recipiant uota aliorũ, & is eligatur in quem omnes, uel maior pars capituli consenserit, ut latius traditur in d. cap. quia propter. hæc enim sunt de forma substantiali ipsius electionis, ut late ibi trad. Abb. à nume. 12. usque ad fi. & tamen, ut dixi, ualet electio forma prædicta non seruata, ubi propter paucitatem illorum de collegio illa adhiberi non potest, hoc enim casu ex quo propter necessitatem forma d. cap. quia propter. prætermissa fuit necessitas excusat ab eius obseruantia, unde remanet ele-
111 ctio in eo statu in quo fuisset ante dispositionem dict. cap. quia propter. & consequenter ualida de iure communi ex simplici, & solo consensu eligentium prout fuisset antequàm emanaret illud cap. quia propter; quia antequàm illud capit. emanaret non
112 requirebatur in electione prælati aliqua forma substantialis eligendi, ut ibi not. Abb. sub numero 2. uersicu. & primo, ex prima parte, sed ualebat electio secundum antiqua iura ex solo cõsensu eligentium, ut trad. Inno. in c.

cum in iure. col. 1. in uersi. sed obijcitur. eo. tit. & consequenter ubi ex defectu personarum non potest seruari forma d. c. quia propter. cũ forte non
113 reperiantur nisi duo tantum de capitulo electio fieri dẽt more antiquo, ut dicit Goffred. & sequitur Abb. in c. 1. ante nu. 11. uersic. quæritur quinto eo. d. tit. de elect.

Quamuis ad istud exemplum de electione aliter etiã responderi potest, uidelicet, quod ubi sunt duo tantum de collegio non habet locum disposi-
114 tio d. c. quia propter. quia uerba, & mens illius cap. in casu isto non uerificantur, imo uerba, & mens isto casu deficiunt, ut expresse notat ibi Inno. nu. 5. Lap. alleg 82. nu. 5. & bene declarat Dec. in c. 1. num. 21. de elec. & hoc est, quod uoluit Io. Andr. in d. regula in toto. in mercu. dũ dicit, quod quando sunt duo tantum de collegio non arctantur ad formam d. cap. quia propter. quasi uelit dicere, quod eo casu non habet locum illius c. dispositio, prout ibi etiam no. Bal. quem refert Tiraq. in l. si unquam. uer. libertis. sub nu. 2. C. de reuocan. dona. & hoc idem exẽplum in proposito adducit Fely. in c. nonnulli. col. 31. in uersic. ubi uerba legis. ibi, primo, quia licet de substantialibus. de rescript. & faciunt infra trad. nu. 148. & 149.

Sed redeundo ad primũ caput nostræ distinctionis, ex eo soluuntur in contrarium adducta supra num. 14. & seq. ubi quod stante statuto, quod nõ ualeat contractus seu testamentũ mulieris, uel minoris nisi interueniant duo notarij, uel nominatus matriculatus, uel absque consensu consanguineorum, uel absque consensu uiri, ualeat tamen tempore pestis, quo non possunt haberi duo notarij, uel notarius matriculatus, uel consensus propinquorum, qui forte propter pestilentiæ morbum aufugerunt, uel nolunt ad domos peste infectas accedere, & quando uir diu se absentauit, & nescitur ubi sit, ita quod eius consensus haberi non potest, & sic propter necessitatem ualet contractus, & testamentum omissa forma à statutis requisita, ex hoc enim primo capite di-
115 stinctionis colligitur inquam solutio, quia cum forma statutorum in his casibus de facto propter pestem, uel alium repentinum forte casum seruari non possit, & sic necessitas excusat ab obseruantia formæ remanet contractus, seu testamentum in eo statu in quo fuisset ante dispositionem statutorum, & per consequens ualida de iure communi perinde ac si nulla forma de nouo per statuta introducta esset, & hanc rationem in terminis breuiter trad. Bal. in l. 1. nu. 2. C. unde. uir & uxor, & sequitur Alex. in l. Turpia. nu. 7. ff. de leg. 1. & sentit Ias. licet non ita explicet in d. l. si. parum post nu. 4. ibi, tu clarius responde. C. de testam.
116 quod tamen declara nisi uir, aut propinqui, quorum cõsensus requiritur, essent in breui redditurι, & periculũ non esset in mora, quia tunc essent expectandi, ut declarant Pau. de Cast. in l. cum antiquitas. nu. 4. & 5. Alex. nu 6. & 7. C. de testam. ex quibus apparet, quod licet necessitas excuset ab obseruãtia formæ, non tamen ipsa necessitas facit, ut ualeat actus absque forma requisita, sed ideo ualet, quia cum tempore necessitatis actus ille non subiaceat dispositioni iuris, & statutorum requirendam formam illam per late adducta supra num. 1. & seq. merito actus ille, ut dixi, factus secundum ius commune ualebit ex dispositione iuris antiqui, perinde ac si alia forma de nouo introducta non fuisset, ut uolunt Bald. & Alexan. proxime allegati. & clare etiam Abb.

post

post Goffred. supra quoque relati. num. 113.

Et secundum hoc primũ caput distinctionis procedunt no. per Bal. in l. 1. nu. 4. oppo. C. ut quæ desunt adno. par. iud. supple. Alex. in l. 1. nu. 8. in fi. & seqq. ff. de lib. & posth. de statuto disponente, quod non possit ferri condemnatoria super cicatrice nisi medicis adhibitis, quod si cicatrix est notoria, & medici non reperiũtur, qui ad-
117 hiberi possint eo casu iudex possit supplere per euidentiã facti, & ferre condemnatoriam etiam medicis non adhibitis cum ei sit permissum supplere in notorijs ex facti euidentia iux. glo. primã. in l. 1. C. qui, & aduer. quos. de pure cto latissime Alex. qui declarat in d. l. 1. C. ut quæ desunt aduo. col. 1. & 2. per totum. & Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 28. usque 36. ff. de dam. infec. hoc enim procedit ex eo, quia cum necessitas carentiæ (ut ita dicam) medicorũ excuset ab obseruantia formæ ex statuto requisitæ poterit iudex secundum ius commune ferre condemnatoriam stante notorietate absque interuẽtu medicorum ex quo medici non reperiũtur, & in istis terminis recte procedit decis. Bald. alias si medici reperirentur, & hoc datum esset pro forma, quod medicis adhibitis iudex deberet ferre condemnatoriam super cicatrice, puta, quia annullaret sententiam aliter latam certe eius decisio. non procederet, quia non esset seruata forma, quæ seruari poterat, à cuius obser-
118 uantia non excusat sola notorietas, ut in terminis uoluit Alex. recte perpensus in d. l. 1. sub nu. 8. ibi istud tamen, quod dicit hic Bald. C. ut quæ desunt aduo. & ita eũ intelligit, & declarat Fely. in c. cũ dilecta. col. 15. in uers. hoc limitat Mari. de rescript. ex quo patet,
119 quod plus potest, & fortius operatur necessitas, quàm notorietas etiã ex facti euidentia cũ illa excuset ab obseruantia formæ, hæc autem minime; excusat ergo necessitas ab obseruantia formæ requisitæ à statuto, unde actus remanet ualidus ex dispositione iuris antiqui prout si forma de nouo intro ducta non esset, & ita secundum istud caput primum distinctionis soluuntur omnia, quæ supra adducta fuere ad probandum, quod ex causa necessitatis ualeat actus omissa forma de iure requisita.

Quibus præterea unico uerbo responderi potest, uidelicet, quod statuta requirentia duos notarios, uel notarium matriculatum, seu consensum propinquorum, uel mariti, seu interuenrum medicorum, ut in exemplis traditis per doct. de quibus supra. nume. 14. 15. & 20. & 110. cum seqq. præsupponunt has personas adesse, & interuenire posse, & ideo ubicunq; tales personæ non reperiuntur, uel non adsunt, ut interuenire possint, non habent locum statuta Bar. & cæteri in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. quia in illis casibus cessant uerba, & mens statutorum, ergo statutorum dispositio. l. 4. §. toties. & ibi Bar. & cæteri. ff. de dam. infec. prout similiter exemplo electionis supra respondimus, & declarauimus, nu. 114. non est ergo necessitas, ut supra dixi, quæ in his casibus faciat ualere actum omissa forma iuris statutorum, sed quia statuta non uendicãt sibi locum in his casibus ubi de facto forma illa adhiberi nõ potest, & idcirco remanet actus ualidus de iure communi, & antiquo prout si nulla alia forma de nouo introducta fuisset, iuxta hoc primũ caput nostræ distinctionis.

At in secundo capite distinctionis, uidelicet, quãdo actus à principio fuit
120 introductus cũ certa forma, prout in terminis testamenti, de quo est noster

principalis sermo, quod à principio
per ius ciuile fuit introductum cũ hac
forma numeri septem testium, nec re-
peritur, quod unquàm de iure ciuili
fuerit ualidum absque solenni nume-
121 ro testium, quinimo absque eo non es-
set testamentum iux. l. 1. cum ibi not.
per glo. & doct. ff. de testa. & late uide
bimus infra limita. 1. numero 213. &
seqq. quamuis enim quoad sui substan
122 tiam testamentum sit antiquius ipso
iure ciuili, quia antequàm leges ema-
narent erat ipsum testamentum de se
simplex, & absque aliqua solennitate
de iure naturali, seu iure gentium pri-
mæuo ualidum, tamen ista solennitas
numeri septem testiũ, prout aliæ, quæ
in eo requiruntur, sunt introductæ de
iure ciuili, ut per Bald. consi. 285. uo-
lum. 3. Iul. Clar. attestans de communi
lib. 3. senten. q. 2. cum late adductis per
nos supra cap. 2. nume. 6. & seqq. ic-
circo, & si casus occurrat in quo pro-
pter necessitatem forma, & solennitas
ista iuris ciuilis seruari non possit, non
tamen testamentum poterit remanere
123 ualidum de iure ciuili, cum deficiat e-
ius forma, quæ dat esse rei. l. Iulianus.
§. si quis. ff. ad exhiben. cum pluribus
adductis per Tiraq. de retrac. lignia. §.
36. glo. 2. num. 26. & per nos supra la-
tius c. 4. nu. 27. cum seq. sed necesse est
ut remaneat nullum de iure ciuili tan-
quàm eius auxilio, & authoritate pror
sus destitutum, quamuis remaneat ua-
lidum de iure naturali prout fuisset an
tequàm forma aliqua per ius ciuile es-
124 set inducta, cum prout dixi de iure na
turali, & gentium nulla forma, seu so-
lennitas ad testamenti ualiditatẽ requi
ratur, sed tantum simplex, & absoluta
uoluntas testatoris, quæ & si de iure
ciuili robur habere nõ possit, cum for
ma & solennitate legis sit destituta, nõ
obstante necessitate, quæ ex se sola a-
ctum nullum ex defectu formæ ualidũ
125 facere non potest, ut supra late decla-
rauimus, attamen multum operatur
etiam de iure ciuili, quo ad effectus
resultantes ex ipso iure naturali, &
gentium, & præsertim in foro con-
scientiæ, ut infra in 3. par. princ. latissi-
me ostendemus cap. 1. num. 45. & cæ-
teris seqq.

Et quod actus à principio per ius ci
uile cum certa forma adinuentus, &
institutus, non ualeat omissa forma iu
ris etiam quod sit omissa propter ne-
cessitatem, & quod sola necessitas a-
ctum nullum ex defectu formæ, non
ualidet, probatur exemplo clarissimo
stipulationis, qui quidem est contra-
126 ctus inuentus de iure ciuili, ut in §. de
constituta. in fin. cum glo. fin. instit. de
actio. glo. in l. ex hoc iure. ff. de iust. &
iu. tra. ad. doct. omnes in rubr. ff. de uer.
oblig. ubi post Alex. & alios Ias. nume.
14. & Ripa num. 36. in quo pro forma
eius substantiali requiruntur uerba u-
triusque contrahentium, & propterea
dicitur uerbis contrahi. l. 1. in princ. ff.
127 de uerb. oblig. & instit. eod. tit. in prin.
& in l. prima in uersic. uerbis autem.
ff. de action. & obligatio. Ias. in §. in
personam. numero 2. cum seqq. instit.
de actio. uidemus etiam mutum stipu
128 lationem contrahere non posse, quia
uerba proferre non potest. dict. l. 1. in
princ. ff. de uerbo. obligatio. & d. l. 1. ad
fi. uersic. mutum. ff. de actio. & obligat.
§. mutum. institu. de inutil. stipul. &
consequenter quamuis mutus neces-
sitate naturæ excusetur à probatione
uerborum, nõ tamen ista necessitas fa
cit, ut ualeat stipulatio absque forma
requisita uerborum quamuis mutu, &
signis posset mutus consensum suum
exprimere, & ualeret actus iste, uel
129 contractus tanquam solo consensu abs
que stipulatione celebratus, ut decla-
rat Barto. ponens exemplum in D.
Nello de Gabriellis de Eugubio, qui
intel-

intelligebat ad motum labiorum in l. 1. in princ. nume. 7. iunctis trad. per eundem in dict. l. 1. §. si quis ita. numero itidem 7. cum seqq. ff. de uerb. obliga. & ibidem Alexan. numero 28. uidemus enim omnes actus requirentes
130 tes pro forma substantiali loquellam esse muto interdictos adeo, ut nec etiam necessitate quauis instante possit aliquem baptizare, uel in confessione sacramentali à peccatis absoluere, uel sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramētum conficere, & alios actus facere, qui pro forma uerba requirunt, ut supra numero 97. & 108. ratio est, quia à principio quo sacramenta huiusmodi à Domino Nostro Iesu Christo institu
131 ta fuerunt data fuit eis uerborum forma, qua non adhibita nihil inesse producitur. iux. adducta infra par. 3. cap. 3. nume. 254.

Ergo, ut breuiter distinctionem re-
132 petamus, multū refert an actus à principio fuerit, cum certa forma introductus, uel forma à noua constitutione, fuit illi iniūcta, hoc enim casu, ubi propter necessitatem forma adhiberi non potest, ualebit actus illa prætermissa rigore iuris antiqui secundum, quod forma ista non requirebatur, & procedunt contraria iuxta primum caput nostræ distinctionis, ubi pluribus exemplis hoc demonstrauimus sub numero 109. & 110. & pluribus seqq. altero uero casu, licet forma propter necessitatem adhiberi non possit, non ideo magis ualere potest, & procedit hæc nostra principalis ampliatio iuxta secundum membrum huius nostræ distinct. quod etiam pluribus exemplis declarauimus, numero 120. cum multis etiam seqq. quæ quidem distinctio præter clara exempla probatur, & confirmatur authoritate glo. not. & singu. quæ in proposito simili distinctione utitur in clementina prima in uersic. inhibentes. ad med. ibi, puto, quod cum diocœsanus. de iure patron. ubi not. concludit, quod aut confertur iurisdictio à principio cum
133 certa forma, & non ualet actus omissa forma ex defectu iurisdictionis, quæ à principio fuit, cum illa forma qualificata, aut de nouo fuit data forma procedendi, habenti alias authoritatem, & iurisdictionem ordinariam, & poterit ualere processus omissa forma nouiter inducta ex ui primæ suæ ordinariæ iurisdictionis, & sequuntur ibi Cardina. Imol. & cæteri communiter, & gloss. pro notabili commendat, & sequitur Anchar. qui declarat in regula ea, quæ. colum. quarta in princip. sub uersic. aliquando prohibetur, & seqq. de regulis iuris libro 6. & idem Anchar. in clementina prima, in fin. de sequest. possess. & fruc. & hanc theoricam glo. in alijs similibus exemplis sequuntur, & probant sæpe doct. ut per Abb. in consilio 91. columna tertia, in uersicul. ad prædicta, uolumine primo, & disputatio. quinto incipien. angerio. columna decima, in princip. uersic. secundo probatur. Roma. consilio 203. columna prima, uersic. secundo probatur ista conclusio. & per omnes in cap. ex parte. ubi Abb. sub nume. 5. cum alijs ibi late adductis per Felyn. colum. 3. in uersic. secunda limitatio. & Dec. nume. 6. ubi declarat, ad quorum dicta me refero, de constit. & Fely. in c. cum dilecta. col. 17. in uersi limita. quarto. sub num. 13. de rescrip.

Et hinc est, quod ubicunq; manda-
134 tur alicui, ut actum expediat sub certa forma, puta cum consilio Titij, & Titius decedat, uel absens taliter sit, quod eius consilium haberi nō possit, actus ille expediri non potest ex defectu formę substantialis, quæ seruari nō potest, & sic necessitas non facit, quod actus

actus expediri possit praetermissa forma requisita, ut post Lap. & Ioan. And. per eum relatos trad. Ancha. in c. 1. in octauo notabili, ne sede uacan. lib. 6. & tradunt omnes in d. cap. ex parte. ubi Abb. num. 3. & Fely. col. 3. in uersi. alia declaratio. & late Dec. nu. 3. de consti-
135 tu. & licet ibi Dec. uideatur ab hac conclusione recedere, ex quo consilium simpliciter requisitum non uidetur de forma substantiali, sed accidentali secundum Bald. per eum allegatum. in c. si pro debilitate. de offi. de leg. & in l. fi. §. necessitatem. nu. 16. C. de bo. quae lib. tamen illam bene sequitur ubi consilium adhiben. esset de forma substantiali, in quibus terminis nos & doc. proxime allegati loquuntur, ut per Fely. proxime alleg. in d. uersi. alia declaratio. puta secundum Dec. quando in mandato esset appositum decretum
136 irritans, uel quando mandatum requisisset consensum, qui in dubio censetur de forma substantiali iux. Bal. proxime alleg. in d. §. necessitate. num. 16.
137 Et est aduertendum quod praedicta conclusio bene procedit ubi mandatum, cum tali forma procedit ex dispositione hominis, secus autem dicunt doc. ubi ex statuto, uel consuetudine forma consilii requireretur in actus expeditione, quia tuc si propter casum mortis uel absentiae consilium haberi non posset, & sic occurrente necessitate actus posset omissa forma consilii ex statuto, uel consuetudine requisiti expediri. iux. c. 1. §. fi. ne sede uacan. lib. 6. ut post Io. And. Compostella. Ant. de Butr. & alios tradit Abb. in d. c. ex parte. col. 2. de constit. in cuius diuersitatis ratione licet doct. plurimum uariauerint, ut patet ex trad. per Abb. in d. c. ex parte. de constitu. tamen ex praedicta distinctione per nos supra tradita potest assignari ratio quã credo uerissimam, quia scilicet primo casu quando ex dispositione hominis actus expediri debet certa forma seruata, puta cum consilio Titij, tunc à principio cum certa forma datur facultas, & sic facultas, & iurisdictio est qualificata à principio ex forma mandati, potest poni exemplum in d. c. cum dilecta. de rescrip. unde licet forma propter necessitatẽ seruari non possit, non tamen actus poterit absq; d. forma ualidus esse, quia à principio cum dicta forma inductus fuerit iux. secundum caput nostrae distinctionis; secus quando ex statuto uel consuetudine adiicitur certa forma actui expediendo per eum qui uigore ordinariae iurisdictionis poterat alias simpliciter actum expedire iux. d. c. 1. §. fi. ne sede uacan. lib. 6. in quibus terminis doc. loquuntur; quia isto casu si propter necessitatem actus cum forma ex statuto requisita non potest expediri, poterit tamen absque praedicta forma uigore ordinariae iurisdictionis iux primum caput nostrae distinctionis, unde intimius rem considerando non est uis an detur facultas uel introducatur actus ex dispositione hominis, uel ex dispositione legali, sed tota uis stat in hoc à principio fuerit inductus actus, uel data facultas, seu iurisdictio cum certa substantifica forma substantiali, & non potest ualere actus omissa forma, etiam si omittatur ex causa necessitatis, an uero tantum sit forma de nouo introducta in actu, qui prius poterat absq; illa forma ualide expediri ex dispositione iuris cõis, uel cõcessa facultas cũ certa forma illi, cui prius simpliciter cõpetebat ex potestate ordinaria, & isto casu si forma propter instantẽ necessitatẽ adhiberi non potest poterit tunc actus simpliciter, & ualide absque illa forma ex dispositione iuris antiqui & ex facultate ordinaria prius competenti expediri, iuxta bimem-

membrem hanc nostram distinctionē siue loquamur in dispositione hominis siue in dispositione legali, data.n. paritate terminorum idem in utraq; propter eandem rationem erit cōcludendum prout expresse loquitur, concludit, & declarat Fely.in d.c.ex parte .col.3.in uersi.secunda limitatio.de cōstitu.iuxta doctr.glo.sing.in d.clem. 1.de iu.patro. ut ibi per eum, de qua materia particulariter recurrendum est ad doct.in d.c.ex parte. & Ancha. & alios in d.cap.primo.ne sede uacan. lib.6.& plene etiam Bar.in l.1.§.si plures.ff.de exercito.& in l.si cum dotem §.eo autem tempore.ubi Alex.sub nu. 14.allegat quotas. ff.sol.matr.ad quos me refero cum iste non sit locus proprius huius disputationis.

Sed tamē, ut nihil omittatur insolutū quod huic nostræ principali ampliaduersari uideatur, est aduertendum, quod in exemplo tradito per doct.in locis proxime allegatis, uidelicet, quādo mandatur alicui, quod actum expediat cum consilio seu consensu tertij, puta Sempronij, & Sempronius, uel mortuus sit, uel nolit, uel nō possit propter longam, & diuturnam absentiam consilium, uel cōsensum præstare, licet illo casu regulariter etiam propter necessitatem non possit actus omissa forma consilij, uel consensus substantialiter requisiti ualide expedri, ut per doct.in d.c.ex parte. cū alijs supra allegatis nu. 134. & seq. tamen hæc recipiunt notabilem declaratio-
138 nem, uidelicet, ubicunq; mora in habendo seu expectando consilium, uel consensum, uel in differendo expeditionem actus esset periculum allatura, quia tunc actus expediri posset cōsilio non habito, & sic prætermissa forma substantiali iux.tex.in d.c.1.§.fi.ne sede uacan.lib.6.& ibi Anch.col.3.in uersi.circa tertium.referendo doctr. Bar.qui ante ipsum hoc trad.in d. l.1. §. si plures.nu.9.ff.de exercito.& concludunt communiter doct.in d.c. ex parte. de constitu. ubi per Abb.nu.4. & Dec.ante num.5.uersi.& ista secunda conclusio.& late Fely.col.2.in uersic.recipit prædicta conclusio.Abb.in c.cum in ueteri. per illum tex.num 8. de elect.& sic propter necessitatē instantis periculi uidetur posse amitti forma à iure requisita, prout etiam habetur in c.quoniam frequenter.ut lit.
139 non contest.de testibus, qui recipi possunt lite non contestata contra formā iuris ubicunq; mora est periculum allatura, quod declaratur ibi per Fely. qui alia in proposito adducit nume.7. quod & late trad.Bar.& Alex.ad eum in l.2.nume.2.& seqq.C.de naufr. lib. 11.hoc enim casu plura specialia contra regulas iuris statuta sunt, ut in l.1. §.j.ubi omnes præsertim Ias. 1.notab. ff.de ser.& in l.diuus. in fi.prin.ff.de pet.hær.& pulchre in l.si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. in fi.ff. de iniust.testa.& in ca.fi. cum alijs ibi per glo.allegatis de pœniten.& optimus tex.in l.de pupillo. §. quis riuos. ubi plura ad hoc cōgerit Ias.ff.de noope.nuncia.tradd.Bar.& cæteri in l. 1. in prin.nu.5. & late Ias.nu.71.& aliis seqq.ff.de off.eius. Marsil.singu.258. & Menoch.de recuperan.pos.remed. 17.num.40.cum seq.Ripa in l.admonendi.num.192.& seq.ff.de iureiu. & plura ad hoc ponderat Dec.in c.cum dilecta.ad fi.de confirma.uti.uel inuti. & nouissime Lancellot.de attēta.par. 2.ca.12.limita.43.prout etiam plura ad hoc congerit & adducit Rom.in suo cons.433.col.prima, supra etiam per nos alleg.sub nume.12.& 13.ubi alios cumulauimus.

Ad prædicta enim & similia, quæ per doct.adduci solent, unico uerbo respondetur, uidelicet quod in casibus

bus prædictis ne mora periculum es-
set allatura lex ultra processit ita dispo
nendo & formam iuris relaxando, &
sic lex ipsa est quod in casu hoc par-
ticulari facit ualere actum omissa for-
ma iuris, specialiter super hoc prouis-
dendo prout facit in d.c.1.§.fi.per quē
doc.mouentur,ne sede uacan.lib.6.&
in d.c.quoniam frequenter. in prin. &
in §.porro. ut lit.non contes.& in alijs
iur. supra proxime allegatis,& in om-
nibus alijs casibus per Dec. & Fely.in
d. cap.ex parte. & Roma. d.cons.433.
& per nos supra adductis ut facile per
iura ad id allegata inspicere licebit &
prout in terminis præcise respondet
Ancha. si bene aduertatur in c.statui-
mus.quem postea reperi, el 2.n.4. ibi,
iura enim post alleg.de offi.deleg. lib.
6.qui uideatur, & hoc nos non nega-
mus, nec negari potest,quin lex, quæ
formam inducit,possit in casu particu-
lari sibi bene uiso illam relaxare, & su
per illo specialiter procedere, quod
actus ualeat etiam forma nō adhibita,
sed quod sola necessitas absq; particu
lari.l.dispositione, non facit, ut actus
ualeat omissa forma iuris iux.supra per
nos latius deducta. quæ responsio in
proposito comprobatur optimo simi-
li,quod quamuis illud quod fit contra
prohibitionem legis, sit ipso iure nul-
lum.l.non dubium. C.de leg.c.quæ cō
tra ius. de reg.iu.lib.6.simil.supra ad-
ductis.num.100.hoc tamen uerum est
& procedit ubicunque lex simpliciter
140 aliquid prohibet, secus si lex eadem
seu alia ultra procedat disponendo de
remedio in casu contrauentionis, ut
exemplum est in.l.1.§.biduum, & ibi
Bar.ante.num.2.ff.quando appella.sit.
glo. & Dyn. qui bene declarat in d.c.
quæ contra ius.ad fi.Bar.in d.l.non du-
bium.nu.21.& ibidem Pau.de Castr.
col.4.in uersi. recolligendo igitur hāc
materiam; & Ias. post alios, qui alle-
gat concordan.nu.19.& alibi per docē
supra adductos. d.nu.100.

Et ex his potest colligi responsio ad
id quod dicitur de sententia lata à iu-
dice nō sedente in loco maiorum iux.
formam iuris quod ualeat ratione me
tus instantis periculi, & necessitatis
iux.glo.in l.prima.C.de senten.ex bre
ui.reci.& in c.fi.de re iud.lib.6.cum si
mil.allegatis supra nu.13.hoc enim ex
eo procedit quia in casu isto lex ita ul
tra procedit disponendo circa ualidi-
141 tatem sententiæ in c.statuimus. quem
ad hoc doc.in proposito allegant. de
offi.deleg.lib.6.& quamuis tex.ille lo
quatur in iudice delegato tamē ex idē
titate rationis ostendi potest etiam in
iudice ordinario,præsertim ex quo ra
tio est expressa in d.c.statuimus.quo ca
142 su etiam in correctoriis & alias prohi-
bitis extendi, fit extensio de casu ad
casum & de persona ad personam pro
pter rationē expressam iux. gl.in cle.
1.in uer.eligatur. de elec.Pau.de Cast.
& Imo.& latissime Rom.in l.si uero.§.
de uiro.ff. sol.matr.Bal.Pau.de Cast.&
cæteri in auth. quas actiones. ubi post
alios Ias.nume.17.& 22.de sacr.eccle.
Alex. in l.si constante. sub nu.5. in 3.
limita. & latissime post alios Ripa,nu-
me.63. & seq.ff.sol.matr.idemq; Alex.
in l.si pecuniam.nu.5.ff.si cer.pet.& in
consi.50.nu.9.& nu.13.uol.2.& consi.
17. sub nū.15. uersi. nec obstat. & nu.
16.& consi.68.nu.6.uersi.& maxime.
uol.3. & consi.89.nu.4.uol.6. & 171.
num.etiam 4.uol.7.Ias.in l.marcellus.
nu.46.ff.ad trebel.& in l.cum quidam.
nu.14.& seq.ubi declarat.ff. de lib. &
pos.& in.§.sequens.nu.9.inst.de actio.
Cur.iu.consi.64.nu.9.Aym.cōsi.113.
num.3.Paris.in consi.32.num.19.cum
seqq.uol.2.& consi.16.nu.25.& num.
43. & consi 47.nu.20.iuncto nu.89.
cum seqq. ubi declarat uol. 3. bene
Pau.de Cast.in consi.83.nu.4.par.2.&
mul-

multū in proposito Dec.in consi.284. sub nu.2.ibi,& cum ista ratio. & omnium latissime Tiraquel. cessan. cau. par.prima, num.153. & seqq. quia ut dicunt doc.ubi ratio est expressa,non dicitur proprie extensio, sed lex ipsa
143 dicitur loqui, & comprehendit,& includit omnes casus in quibus uiget illa ratio prout genus comprehendit omnes eius species,arg.l.his solis.ibi satis tacite cautum putamus. quam Bal.ibi ad hoc not. C.de reuocan. dona.& est glo. quæ passim adhæc allegari solet in c.1.uer.Italiæ.ubi Anchara.& alii de tēp.ordi.lib.6. & alia glo. in cap.si postquam. in uersi.mente. de elec.eo.lib.6.tradd.Pet.& Cyn.in l iura non in singulas.& in l. quod uero. ubi etiā Bal.in j.lec.ff.de leg.& idē no. Bal.in repet.l.omnes populi.sub num. 25.in uers.secūdo not.ff.de iust.& iu. & in auth.post fratres lec.2.in uer.itē frater C.de leg.hær.& ali bi sæpe Pau. de Cast. in consi.441.nu.19.par.1.& consi.83.sub nu.4.& 5.& consi.261. nu.9.& 10.par.2. Abb. in c.nihil.sub nu.6.de elec.Alex.consi.5.ad fi. & latius consi.75.nu.3.cū seq.uol.5.& cōsil.36.nu.12.& cons.89.nu.6.uol.6.late Ias.in.l.à Titio.col.fi.ff.de uer.obl.& in consi.141.col.6.in uersi.in primis. ad med.uol.2.& in consi.63.col.4.in uer.secūdo principaliter pro eadē parte.uol.3. Dec. consi.127.num.8. & d. consi.284.sub nu.2.& consi.301.nu. 7.in fi.& nu.8.& cons.372.nu.7.& in c.secundo requiris. in primo notabili de appella.Ripa in d.l.si constante.sub num.63.ff.sol.matr.late Aym.in cons. 183.nu.3. & bene in proposito Paris. cōsi.32.num.19.20.& aliis seqq.uol.2. cum alijs congestis per Tiraquel. de retrac.lignia.§.20.nume.2.& seq.& d. trac.cessan.cau. par.1.nu.152.& latius in l.si unquam.uer.libertis.num.45.C. de reuocan.dona.& habetur latissime per Euerar. in suis locis leg. centu.35. præsertim car. 118. pag.2.per totā,ad quos me remitto. & ita disponit ratio in lege expressa,prout uerba expressa legis,ut infra late par.2. cap.9. nu.24. imo etiam si ratio non sit expressa, sed unica tātum, reddi possit, quæ pro expressa habetur, ut infra quoque par.3. c.3.sub nu.70. etiam ad iurium correctionem, ut infra quoq; late par.2.cap. 1.numero 17.

144 Præterea respondetur, quod istud exemplum de sentētia lata à iudice non sedente in loco maiorū ratione metus nō uidetur absolute,& indistinctè procedere, sed solum in eo iudice qui nō habet certam sedem, nec per se, nec per alium superiorem fuit sibi deputatus certus locus,prout in iudice delegato cui non est constituta certa sedes, & in Episcopo, qui potest in sua diocœsi ubilibet ferre sentētiam, non autem in ordinario,qui pro forma tenetur sententiare in loco maiorum, iux.d.l.pen.ff.de ius.& iu. & ita intelligi debent glo.Host.Specul.& Io.And. supra allegati nu.13.qui indistinctè loquuntur, prout declarat, & distinguit Bart.in d.l.j.nu. 4.C.de sentē.ex breui. recitan.Iac.But.& Ang. quos refert & sequitur Lanfran. in c. quoniam contra.in uer.interlocutoriæ & appellationes. nu.22.de proba. quicquid uoluerit Bal. Ias.Rip. & Maran. supra etiam allegati.d.nu.13.uel saluando opi.Bal. & aliorum tenētium indistinctè,quod ualeat sententia lata à iudice sedente in alta turri,uel curru, uel domo propria,& non in solito tribunali,& loco
145 maiorum propter necessitatem immunitatis periculi,uel metu partium, dici potest,quod locus maiorum non sit de forma substantiali,sed tantum accidentali,uerū ipsa senio fit de substantia, ut late post alios Vant. de nullita. sub rub. de nulli.ex defec. process.nu. 84.&

84.& ideo tẽpore necessitatis,uel metus,& instantis periculi sufficit, quod sedeat, ubi pôt el gendo, sibi locũ pro tribunali,ut per Bal.in d.l.1.C. de sent. ex breui.reci.dummodo sedeat. arg.d. c.statuimus.de offi.de leg.lib.6.& pro
146 pterea si non sederet,sed equitaret fugiendo forte,uel pestẽ,uel terribilitatem, & potentia partium nullo modo ualeret eius sententia, quia nõ diceretur sedere,sed baiulare, & ita tenet gl. in d.c.fi.in uersic.sedendo.de re iud.li. 6.Specul.tit. de sent.§. iuxta.nu.10.cũ seqq.de quo articulo uidẽdũ est latius per doc.allegatos supra nu.13. & Vãt. proxime.d.nu.84.& tribus praecedendum ad quos me remitto.Itaq; si omitteretur solennitas substantialis sola necessitas nõ faceret ualere sententiam, ut ex prædictis patet. & not. expresse Bald.in l.casus.C.de testa.

Postremo ultra ea, quæ contra hanc nostrã principalem amplia. per doc.adducuntur unũ est,quod uidetur plurimum aduersari,quod dum tex.in l.hac
147 consultissima.in prin. & in §. per nuncupationem.C.de testa.cum sim.dãdo formam testamẽtis disponit testes numero septem in eorũ confectione adhibendos esse præsupponit casum quo tot testes reperiãtur,& ita intelligi debet si, & quatenus septẽ adhiberi possint, ita quod si propter pestẽ, uel aliũ
148 repentinum casum,tot haberi nõ possint cessare debet eius dispositio, quæ locum habere non potest nisi si,& quatenus uerba eius adaptari possunt l. 1. §.lex Falcid.in fi.& ibi Bar.inferens ad pulchram.q.ff.ad l.Falcid.& sequuntur ibidem Pau.de Cast. & Alexã. nu.3. & seq.& idem Alex.consi.81.nu.11.uol. 6.Aym.consil.12.sub nu.5.uersi.similiter stante statuto. & seq. & quod trad. Bar.in l.Stichus.qui meus erit. num.5. quem doct. communiter sequuntur, ut ibi per Alex.nume.6.& seqq. & Ias. nu.38.usque 42.& Ripa num.36.ff.de leg.1.Bal.in l.in coniunctione.num.5. C. de nupt. cum enim lex præsupponet, quod septem testes adhiberi possint idcirco ubicunque non potest habere locum legis præsuppositum pari-
149 ter,nec ipsius legis dispositio.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.facit .l. ita autem.ubi hoc no.Bar. ff.de admin. tuto.Bar.& Alex.in l.4.§.toties. quem legunt sub §.prætor ait. nu.25. & 26. ff.de dam.infect.glo.& doct. in l.mancipia. C. de ser.fugi. Rom.singul.489. Alex.in rubr.ff.sol.matr.nu.22. Fely.in c.nonnulli.col.31.uersic.ubi uerba. & uersic.amplia.de rescrip.Dec.in consil. 201.nu.2.& consil.259.nu.6. & 644. ad fi.& alibi Cepha. cõsil.90.nu.51.& cũ isto casu uerba legis deficiant,& nõ possint uerificari, nec legis dispositio locum habebit d.l.4.§.toties.ubi Bart. Alex.& alij. ff.de dam.infect. cum similate adductis per Felyn.in c.non nulli. col.31.in uersi.ubi uerba de rescrip.& plenius Tiraquel.in l.si unquam. uer.libertis.num.2.C.de reuoc.dona.& faciunt supra trad.num.114.

Sed non recedẽdo ab hac nostra amplia. sed illi firmiter inhærendo ad argumentum,hoc respondetur,quod & si maxime uerum sit, quod ubi septẽ testes adhiberi non possunt cesset .l. dispositio requirens septem testes non per hoc sequitur, quod cum minori numero factum ualeat, cum ualere nõ possit, nec in esse produci absque forma substantiali d. l.Iulianus .§. si quis, ff. de exhiben. cum latissime supra adductis cap.4.nume.27.& 28.sed bene
150 sequitur, quod tale testamentum in quo propter casum occurrẽtem iuris dispositio locum non habet dicatur legis auxilio destitutum .l. si unus. C.de testa. quamuis ualidum remaneat de iure naturali, & gentium iux.2. membrum nostræ distinctionis sup.nu.120.

cum

cum pluribus seqq. at in exemplo statuti requirentis in contractu consensum duorum consanguineorum, quod si duo non adsunt ualeat contractus cum consensu unius iux. trad. per Bar. in d. §. lex Falcid. cum sim. alleg. supra nu. 148. id procedit, quia cum forma
151 statuti non possit ad plenum seruari sufficit, quod seruetur quantum fieri potest, ut in simili not in c. constitutus. super glo. 1. de rescrip. Abb. in cons. 65. nu. 3. uol. 2. Aym. cons. 12. num. 2. in fi. ideo quia absque forma statuti contractus remanet ualidus ex dispositione iuris communis iux. primum membrum nostræ distinctionis, ut præcise etiam in terminis d. statuti, & similium supra latius responsum, & ostensum fuit, sed de his satis ex quibus tandẽ firma, & absoluta remanet hæc nostra principalis 7. ampliatio, quod etiam propter necessitatem non ualet testamentum absque solenni numero septem testium in qua necessitas ipsa compulit me aliquantulum longiorem esse unde par est, ut ad reliquas pergamus.

Ampliatio VIII.

Quod testamentum etiam tẽpore pestis conditum cum minori numero septem testium non ualet. Cap XI.

SVMMARIVM.

1 *Sermones circa uniuersalia faciliores circa particularia uersores.*
2 *Dec. tenẽtes quod testamẽtũ tẽpore pestis ualeat absq; numero septẽ testiũ recitãtur.*
3 *Vbi militat eadem ratio, debet militare eadem iuris dispositio.*
4 *In his quæ sunt de forma actus, & quæ tendunt ad rigorem iuris conseruandum rusticus non excusatur.*
5 *Rusticus non excusatur à solennitatibus in testamento requisitis.*
6 *Priuilegium concessum rusticis per l. fi. C. de testa. qua ratione sit inductum.*
7 *Dispositio. l extenditur ad casum similem propter rationem in. l. expressam.*
8 *In limitatoriis licita est extensio de similibus ad similia.*
9 *Ratio finalis colligitur ex proœmio dispositionis.*
10 *Duplex fuit ratio concedendi priuilegium rusticis in confectione testamenti.*
11 *Vbi duplex ratio assignatur una ex illis non potest dici finalis.*
12 *Vbi plures causæ simul considerantur, non habet locum. l. dispositio nisi omnes simul concurrant.*
13 *Opi. Ripæ reprobatur.*
14 *Sola rusticitas non excusat à solenni numero septem testium in testamentis adhiben nec sola inopia testium sed bene utraque simul iuncta.*
15 *Opi Ias. circa intellectum l. casus. C. de testa. recitatur & reprobatur.*
16 *Priuilegium concessum militibus testandi absque iuris solennitatibus porrigitur etiam ad non milites in loco hostili testantes & illic decedentes.*
17 *Tempus belli & pestis æquiparatur.*
18 *Pestis dicitur bellum Dei.*
19 *In æquiparatis fit extensio de uno casu ad alium, etiã in materia alia nõ extẽsibili.*
20 *Ratio priuilegii concessi in confectione testamenti prælíantibus pro salute Reipublicæ cessat in priuatis tempore pestis.*
21 *Officiales medici. & similes qui remanent in ciuitate tempore pestis pro utilitate, & salute Republicæ gaudent priuilegio militari circa confectionem testamenti.*
22 *Intellectus ad. l. fi. de mili testa. & ad. l primam ff. de bo pos ex testa. mili. explanatur*
23 *Argumẽtũ ab æquiparatis nõ procedit nisi in casu ubi specialiter est facta æquiparatio.*
24 *In exorbitantibus à regula iuris communis, & in priuilegiis non debet fieri extensio nisi à iure facta reperiatur.*
25 *Auctoritas Bar. est tantum probabilis non necessaria.*
26 *Ratio pestis facit ut recedi soleat à reg. iu. communis.*
27 *Specialia non sunt multiplicanda.*
28 *Dispositio generalis includit casus priuilegiatos ubi in materia de qua agitur non reperiuntur particulariter priuilegiati*

Dec.

29 *Doct. tenentes quod testamentũ conditũ tẽpore pestis absque solenni numero testium non ualeat, recitantur, & eorum opi. tanquam uerior & magis communis per auctorem approbatur.*
30 *D. Aquilia uxor Signo. de Hermodeis tempore pestis fecit se exportare extra domũ vt haberet testes numero sufficientes pro condendo testamento.*
31 *Præsens ampliatio indistincte procedit siue testamentum sit conditum ab eo qui non est peste affectus siue ab appestato.*
32 *Maxima pestilentia sæuit per totam fere Italiam anno Domini. 1522.*
33 *Contractus qui fieri solet cum Monialibus ad Cratem ferream an ualeat.*
34 *Sententia lata à iudice super aliqua turri ratione alicuius imminentis periculi an ualeat.*
35 *Distinctio Rip. & Boer. circa materiam istam reprobatur.*
36 *Inhærendum est regulæ in casibus expresse non exceptuatis.*
37 *Qui habet regulam pro se, dicitur habere rem certam.*
38 *Regulæ Iuris sunt tenaciter seruandæ ubi nõ apparet dispositio specialis in contrarium.*
39 *Extensio ex identitate rationis est permissa in limitatoriis.*
40 *Vbi adest eadem ratio, non dicitur propriè extensio.*
41 *Materia extensionis, est ualdè difficilis, diffusa, & periculosa.*
42 *Ratio magis principalis in. l. fin. C. de testa. quæ fuerit.*
43 *Morbus contagiosus contingens in persona testium non sufficit ut remittatur solennitas quo ad numerum testium, sed tãtum quo ad conseßum testamenti.*
44 *Vna lex aliam declarat. Prout & una pars legis, & vna pars testamenti.*
45 *Intellectus ad l. casus. C. de test. explanatur.*
46 *Scire est rem per causas cognoscere.*

CAP. XI.

QVAMVIS ex his quæ latissime in præcedenti ampliat. tradita fuerunt, facile decidi uideri possit præsens octaua ampliatio, ex quo generaliter, & indistincte firmauimus, & ostendimus testamentum etiam propter necessitatem inopiæ testium absque solenni numero à iure statuto non ualere, quæ quidem generalis cõclusio uirtualiter decidit casum istum, in quo propter pestem non potest copia testium in sufficienti numero adhiberi, tamen quia super isto articulo particulariter est inter doct. uarietas & controuersia, ut ex infra deducendis apparebit, & quia sermones circa generalia, & uniuersalia sunt faciliores, sed circa particularia ueriores, teste Philosopho relato per Aret. in consi. 13. nu. 1. in cõs. 29. sub nu. 20. in uers. his breuiter præmissis. & alibi sæpè per Aymo. consi. 111. nu. 5. ad fi. & idem de antiq. temp. par. 3. sectio. uidimus in genere. nu. 1. Ias. in cõsi. 218. in prin. uol. 2. idcirco operæpretium duximus rem istam particulariter tractare, & super ea particularem quoq; amplia. constituere, prout supra firmauimus, & constituimus. 1

Nam ut in innumeris iuris articulis doc. inter se contrarij reperiri solent, ita & in hoc maxime aduersi reperiuntur, siquidem quod testamentum tempore pestis ualeat cum minori numero septem testium, cum plurium copia haberi non potest, de directo contra
2 hanc nostram præsentem ampliationem tenuerunt in primis Nicola. de Matta & post eum quem refert, & sequitur Bal. in l. fi. ante nu. 2. C. de testa. dum inquit. Itẽ si haberi non possunt plures propter mortalitatem. & ibidẽ Ias. latissime hunc articulum discutit, & tandẽ licet dicat passum esse ualde ambiguum, tamẽ residet cum hac opi. Bal. quam dicit magna æquitate niti, quando pestis esset magna, & quampluribus confirmat fundamentis, ut ibi per eum nu. 5. & seqq. ubi Raphael. Cuma. & Floria. de Sancto Petro idem tenere

tenere refert, quam etiam opin. sequitur Ang. Aret. in §. fin. nu. 3. insti. de testa. & in trac. de testa. glo. 5. in fi. & simpliciter Alex. in l. 1. sub nume. 9. uersic. faciunt in simili. ff. de lib. & posthu. & Iasius in .l. scriniarios. nume. 6. C. de testa. mili. Ant. Fran. in apostil. ad Abb. in c. quia plerique. sub num. 43. incip. an ea, quæ sunt relicta. de immunita. eccle. Gual. tit. de testa. cau. 2. nume. 2. Guid. Papa decisio. 543. in fi. ubi attestatur se uidisse testamenta facta tempore pestis absque numero septem testium tollerari, & seruari in ill's dispositionem. c. cum esses. de testa. Dec. in consil. 612. nume. 6. & idem latissime Dec. attestans de communi in cōsil. 284. per 5. primas coll. & plenissime quoque Paris. per 5. col. in consil. 32. & consil. seq. nume 25. 26. & seqq. uol. 2. ubi refert Barba. & Corn. & Alber. Bru. & Cristo. Por. idem tenentes quos late quoque refert Boer. decisio. 228. nume. 7. & seqq. & Guil. de Benedic. c. Raynutius. uer. testamentum .ſ. sub nume. 13. uersi. quarto fallit. & nu me. 14. & 15. de testam. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 56. uersic. & hæc quidem. ubi relatis hinc inde opin. tandem dicit, quod ista opin. Bald. sibi semper magis placuit, & quod omnes doct. qui tenent contra Bald. tamen fatentur hanc opin. Bald. esse æquiorem, secundum quam ipse dicit, quod intrepide consuleret, & iudicaret, quando pestis esset magna, & testator peste infectus, in quibus terminis illam etiam sequitur Boer. d. decisio. 228. nume. 11. ad fi. ita referens fuisse iudicatum per curiam tempore quo uigebat magna pestis in Ciuitate. & Rip. in tract. de pes. in tit. de priui. ult. uolunt. cau. pes. nume. 10. in fi. cum seqq. ubi à nume. 1. usque ad 18. articulum istum late disputat, & pertractat, & plures alios pro hac Bal. opin. cumulat Ant. Gabriel. lib. 4. cōm. opi. tit. de testa. conclu. 8. num. 1. quos aliter hic non refero cum ab omnibus uideri possint.

Pro qua quidem opi. plura adducūtur primum, & principale fundamentum, in quo doct. se fundant, est tex. in d. l. fi. C. de testa. ubi statuitur, quod rustici ruri degentes, ubi copia testium haberi non potest, possint condere testamentum cum quinque tantum testibus, ratio enim finalis illius dispositionis secundum Bal. ibi est inopia testiū, nam propter necessitatem aliqualiter receditur à solennitate iuris, unde ex
3 hoc infert Bald. idem esse, ubi propter mortalitatem, quæ est tempore pestis plures haberi non possunt, quasi uelit dicere Bald. quod cum eadē ratio inopiæ testium, quæ est ratio finalis illius legis, militet etiam tempore pestis, debet militare eadem iuris dispositio .l. illud. ff. ad l. aequi. l. à Titio. ubi late Ias. nume. 6. ff. de uerb. oblig. cum sim. ibi per glo. allegatis, & est tex. melior qui reperiatur in iure in .l. his solis. ibi, satis tacite cautum putamus. C. de reuocan. dona. si credimus Bal. qui hoc dixit in rubr. C. de naut. fœno. & opt. tex. à nemine forte citatus. in l. 1. ubi glo. hoc no. ff. de bon. poss. ex testa. mili. & glo. similis in l. 1. uer. itum est. per illum text. ff. si à paren. quis manumiss. fue. & glo. ord. ubi Anchar. & alij in cap. 1. uer. italiæ. de tempo. ordi. lib. 6. cum latissime adductis supra capit. proximo, nume. 142. & 143. & quod ista fuerit ratio finalis illius. l. compro-
4 bant Dec. & Paris. supra proxime allegati ex eo, quod in his, quæ sunt de forma, & solennitate actus, & quæ tendunt ad rigorem iuris considerandum rusticus non excusatur ratione rusticitatis, ut trad. Bal. & multum in proposito Alexan. nume. 4. & seqq. & cæteri in .l. iuris ignorantia. C. qui admit. cum alijs per Dec. & per nos infra

I cap.

cap.14.nume.1.cum seq.latius allegatis. & in præcisis terminis, quod rusticus nõ excusetur ab omissione solennitatis numeri septem testium, & similium in testamentis requisitis, addo Euerar. quem inibi quoq; adduximus
6 centu. 53.car. mihi 177. littera. B. & seq. quod cum ita sit, dicendum est, quod priuilegium concessum rusticis condendi testamentũ cum minori numero. per d.l.fin.non sit fundatum in rusticitate, sed in carentia, & inopia testium, ita quod tota uis stat in necessitate, propter quam solum solennitas numeri testium in testamentis requisita relaxatur. ut colligitur ibi in uersic.
7 ita autem in illo loco, &c. quæ ratio cum sit expressa in l. extendi debet ad similem casum pestis, in quo uiget eadem ratio inopiæ testium, hæc enim non est proprie extensio, ut late per Dec. d.consil.284. nume.2. Paris.consil.32.numero 17.18.& 19.cum seqq. uolum.2.cum alijs allegatis supra amplia. præcedenti. nume.142. & seq.& tanto magis, quia ut dicit Paris.ibi. nume. 24. sumus in materia limitatoria,
8 in qua licita est extensio de similibus ad similia, unde casus ibi exceptus trahi debet ad casum similem prout etiã per Dec.d.consil.284.num.4.iux.trad. in c.cum dilecta. ubi Abb.nume.6. & seq. de confir. uti. uel inutil. cum sim. per nos infra late adductis par. 2. cap. 1. nume. 10.

Sed huic fundamento, quod totum stat in intellectu d.l. fin. C. de testa.de quo plene tractatur infra limita.6.ubi est proprius locus, breuiter pro nunc respondetur negando, quod sola ino-
9 pia testium fuit ratio finalis illius legis, quia imo principalior, & finalis ratio est simplicitas rusticalis, prout expresse colligitur ex princ. & procemio. d. l.fin.iux. l.fi. quæ passim ad hoc allegatur, iuncta glo.uerb.modus. in fi.ubi Bart. Bald. & cæteri. ff. de hæred. inst. Bart. & Bald.in l.1. in princ. per illum text.ff.ad Macedo.Bald.in l.1. in princ. ff. de orig.iu. & ibi quoq; late Cagno. per illum tex.num.36.& 37.& bonus tex.in l.regula.§.fi. ff.de iur. & fac.ign. & not.Bart. in extrauag. ad reprimen. in uer. ne ex eorum absentia. ad fi.nume.17.& Bald.in prima constitu. C.§. quibus. & in l.ut liberis. ubique. nume.1.C.de colla.& in l.nostram. col.j. in uersic.tu dic. C. de testa. Ang.Aret. in §. sed & si quis. nume.3. inst.quibus mod.testa.infir. Rom. consil.180. uol. 2.in uersic.præmissis. Alexan.consil.7. numero 3. uolumine 2. in consil. 119. numero 10. uolum. 5. in consil. 143. numero 3. & 204. numero 9. uolum. 6. Dec. consil. 379. colum. 2. in uersic. ulterius. & consilio 600. numero 1.& sequen.& consil.69. numero 13. & 675. numero 9. Cepha. consilio 5. numero 28. & consilio 48. numero 43. uolumine 1. Aym.consil.192.numero 21.& consilio 135. numero 32. Cur. Iun. consilio 185. numero 2 & late Ias. consilio 1. sub numero 3. columna 5. in uersic.quod autem in ipso decreto. uolumine 1. & idem Ias. in l. si pacto quo pœnam. sub num. 14. in uersic.tertia conclusio.C.de pact.Cur. Iun.in l.1.num.18. ff. si cert.pet. Paris. consi.24.nume.34.uolum.2.& consil. 69.num.5.uol.4. Sarnen.in regula. de anna.q.1.in prin.cum alijs late cumulatis per fœcundiss.Tiraquel.cessan.cau. limit.1.num.64.cum seqq. & Sarnien. olim Rotæ Auditor Selec. interpreta. lib.1.cap.12.num.2.Cepha.cons.156. nume.9. uol.2. & doct.alibi passim,& ista ratio est iuncta simul cum inopia
10 testium, & sic duplex est ratio propter quas fuit concessum ibi illud priuile-
11 gium adeo, quod sola necessitas, & inopia testium non sufficit, ut considerat, & declarat Iaso. ibi colum.1.

&

& per consequens ipsa non potest dici ratio finalis dispositionis cum illa non sit sola ratio, ut post Cuma. trad. Tiraquel. in tract. cessan. cau. limit. uigesimasecunda, numero tertio, cum
12 enim plures causæ ibi assignentur, & simul considerentur, omnes simul concurrere debent, ut locum habeat illius legis dispositio. Abb. in cap. quoniam frequenter. §. porrò. in fin. ut lit. non contesta. Barto. uiden. in extra. ad reprimen. in uerbo ex eorum absentia. numero decimoquinto. late Iaso. in dict. l. dedi. la secunda, columna prima, de condit. cau. da. cum latissime cumulatis per Tiraquel. cessan. cau. limita. uigesimasecunda, nume-
13 ro duodecimo, & pluribus seqq. prout infra latius dicta limitatio. sexta, ostendetur, quicquid dicat Ripa dict. titu. de priuil. ult. uolunt. cau. pes. numero secundo, uersic. tu uero. dum inquit, quod solennitas scripturæ in testante, & testibus bene fuit remissa propter simplicitatem rusticalem, sed solennitas numeri testium fuit propter solam inopiam testium, quia ut ibi latius uidebimus in sua distinctio. nec sapit, nec iure probatur, quinimo utraque ratio simul ibi consideratur, quo ad omnia ibi disposita. ex quo etiam tollitur motiuum Dec. & Paris. quod propter rusticitatem non fuisset ibi relaxata solennitas numeri testium. cum in his, quæ sunt de forma actus, rusticitas non excuset, ut supra nume. 3. & seq. quia, ut dixi, uerum
14 est, quod sola rusticitas non excusat, prout nec etiam sola inopia testium, sed bene utraque simul iuncta. ut expresse probatur in d. l. fin. & late ostendemus in d. limitatio. 6. ubi intellectus. d. l. fin. plenius explicabitur. Et propterea tantum abest, quod iste tex. probet istam opin. Bald. & sequacium quod imo aperte uidetur probare opi. contrariam. eo quia si sola necessitas propter inopiam testium, quæ est tempore pestis sufficeret ad relaxandum istam solennitatem numeri testiũ, frustra requireret Imperator qualitatem rusticitatis, de qua toties facit in illo tex. specialem mentionem, prout ibi ponderat Ias. colum. 3. in uersic. 2. pro ista parte, & latius infra nos etiam pro hac nostra ampliat. illum tex. ponderamus, & adducimus. & rursus supra in præcedenti amplia. numero 38. & pluribus seqq.

15 Secundo pro opi. Bal. allegatur tex. in l. casus. C. de testa. prout illum ponderat Ias. in d. l. fi. eo. tit. sub numero 5. in uersic. pro ista sententia. ubi disponitur, quod si propter morbum contagiosum, prout est pestis, necesse sit interrumpere continuationem testamenti, quod nihilominus possit postea cum alijs testibus subrogatis prosequi, prout ibi latius habetur, & sic in effectu propter necessarium impedimentum morbi contagiosi dispensatur super solennitate contextus testamenti, & tamen ibi non dispensatur in solennitate numeri testium; ratio diuersitatis inquit Iaso. hæc est, quia in isto casu ubi propter morbum contagiosum aliqui testes remouentur, possunt utique alij loco eorum haberi, & subrogari, ut ille text. uidetur considerare, & ideo cum possit huic solennitati facile prouideri non dispensatur in ea, ut cum minori numero ualeat testamentum; sed ubi necessitati, seu melius solennitati prouideri non potest, quia propter casum huiusmodi in personas testium, uel testatoris contingendum; sunt necesse interrumpere testamentũ, tunc dispensatur in solennitate, quod testamẽtum debeat fieri unico contextu, ex quo fieri non potuit propter necessitatẽ casus morbi &c. & idcirco secundũ Ias. idem

erit dicendum, quod dispẽsetur in numero testium, ubi propter pestẽ non possent uerisimiliter haberi testes in numero sufficienti, hæc in effectu est ponderatio Ias. de illo tex. licet per alia uerba forte minus clara.

Sed certe iste tex. pariter contra ipsum retorquetur, & merito pro contraria opin. ille quoque tex. per doct. adduci solet. ut ibi dicit Ias. & per Ripa. d. tract. de priuil. ult. uolunt. cau. pes. nume. 7. & latius infra nume. 43. & seqq. & supra quoque amplia. proxime proced. nume. 30. & seqq. ubi in præposito de illius .l. intellectu latius disseruimus, ubi ostendimus, quod ille text. aperte decidit pro hac parte, quod propter necessitatem morbi cõtagiosi, ut est pestis, non remittitur solennitas numeri testium, ut per Bart. Bald. & cæteros in dict. l. casus. quem in præcisis terminis huius nostræ octauæ amplia. not. ibi Pau. de Cast. in fi. ut supra amplia. proxime præceden. nume. 32. ostensum fuit, & infra nume. 45. ostendemus, nec obstant ponderatio Ias. quam ipse facit circa rationem diuersitatis, quam supra proxime retulimus, quia tollitur ex his, quæ supra amplia. proxime præcedenti tradidimus, sub numero 30. & seq. uidelicet, quod cum text. generaliter, & indistincte uelit testes septem modis omnibus adhiberi indistincte, hoc est accipiendum, ut aliter testamentum nullo modo prosequi possit, & propterea si uenerit casus in quo propter morbi contagionem non posset postea reperiri integer numerus testiũ, non tamen in eo dispensaretur, prout ibi concludunt doct. & præcise Pau. de Cast. in fi. quicquid Ias. subtilizare conetur.

Tertio pro opinio. Bald. adducitur text. in argu. in l. fin. ff. de mili. testa. & in l. prima. ff. de bo. posses. ex testa. mili. & glo. communiter approbata in l. scriniarios. C. de testa. mili. ubi habe-
16 tur, quod priuilegium concessum militibus testan. absque aliqua iuris solennitate, porrigitur etiam ad omnes alios non milites, qui tamen in loco hostili uersantur, & illic decedentes testantur, de quo latissime infra loco suo proprio capit. 19. tractandum est, & ratio assignatur per iur. cons. in d. l. prima. ff. de bo. poss. ex testa. milit. qui enim in procinctu uersantur (inquit iur. cons.) cum eadem pericula experiantur iura eadem merito sibi uendicant. unde facit in arg. de testamento condito in loco mortalitatis tempore: quo dicitur esse bellum inter Deum, & homines, ut ibi arguit Bart. & Alexan. in dict. l. fi. nume. 5. & Ias. sub numero 3. C. de testa. Dec. in consil. 284. parum sub nume. 3. uersic. & pro conclusione. Paris. d. consil. 32. nume. 15. uolumine 2. & post alios Boer. d. decisio. 228. numero 8. etenim, ut dicunt præfati doct. tempus belli, &
17 pestis æquiparantur. Bart. in l. naturaliter, numero 23. ff. de usucap. quia eo tempore uidetur esse quodam præ-
18 lium, & hostilitas Dei fortior, quàm sit hostilitas hominum, & ideo dispositum in uno casu uidetur habere locum in alio, & sic posse argui de uno casu ad alium, ut ibi facit Barto. & Bald. in l. cum notissimi. §. imo. sub numero 6. uersic. eadem æquitate. C. de præscript. triginta, uel quadraginta annorum. canon. in capit. ex transmissa. ubi Abb. numero 7. & Felyn. 3. & cæteri de præscript. Alexand. consilio 30. numero tertio, uolumine quinto, Balb. in tract. de præscrip. 2. parte 6. partis. numero quinto. Ripa in Prælud. tract. de pes. numero octauo, & nono, & cæteri proxime allegati. sub numero 16.

Quod arg. eo fortius uidetur procedere,

dere,quia ut dicit Paris.d.consi.32.nu. 26.nõsumus hic in materia extensiua, sed comprehensiua propter rationem expressam. in d.l.1. ff. de bo.pos.ex testa.mili.quo casu .ex ipsa uidetur comprehendere omnes casus sub ratione ipsa comprehensos, prout genus com prehendit omnes species, iuxta late su pra trad.amplia. proxime præcedenti. num.142.& seq. & confirmo, quia cũ
19 iste casus belli, & pestis æquipararetur, fit extensio uirtute æquiparationis de uno casu ad alium etiam in materia alias non extensibili, quia hæc extensio dicitur fieri ab ipsa lege,non ab homine,iuxta glo.not. in l. quod uero contra.ff.de leg.Bart.in l.ut tantum.§.1. ff. de ser.corrup.idem Bar.& Bal. & cæteri in l. si quis seruo .C. de fur. Bart. & post alios Ias. in l.Marcellus .in princ. nu.27. ff. ad Trebel. idem Ias.in auth. quas actio.nume.19. C. de sacrosanct. eccle.& in §.ex maleficijs.num.39.insti.de actio.Bar.& cæteri in l.2.ff.de lega.1.& post alios Ripa in l. si constante. num.69.& seq. ff.solu.matrimo.& ibidem bene declarat Ias.sub num.27. uersic.ad istud. & nume.29. cum alijs allegatis per Euerar. centu.36. car.mihi 120. in 2.fallen.

Sed huic fundaméto respondet Alexan.in d.l.fin.nu.5.C.de testa.quod iccirco argumentum non potest procedere.de d.l.1.ff.de bo.poss.ex testa.mili.cum alijs supra allegatis ad casum de
20 quo agimus, quia negatur assumptũ, quod militet eadem ratio, cum in casu d.l.fin. ff. de mili.testam.cum simil.illud priuilegium sit concessum præliantibus pro salute Reipublicæ dato: quod non sint milites, quæ ratio cessat in priuatis tempore pestis. at in casu Bart. in d.l. naturaliter. de usucap. cum alijs supra allegatis, nume. 17.& seq. erat eadem ratio in suspendendo tempus præscriptionis tempore pestis, prout tempore belli, quia utroque tempore iura reddi non solent in ciuitate, & excluditur utroque tempore negligentia ex qua causatur præscriptio inferens,propterea Alexan.&
21 sequitur Ias.in ea.leg.fin.nume 4.C.de testa.quod si remansissent aliqui puta officiales, medici, & similes pro utilitate, & salute Reipublicæ tempore pestis, tũc posset habere locum opi. Bal. quia isto casu militaret eadem ratio, quæ militat in d.l.fin. ff. de testa. mili. cum sim. de quo tamen ultimo particulariter, & in indiuiduo est tractandum infra loco suo limitatio.5. c.20.

22 Et est aduertendum, quod prout bene dicit Alexan. priuilegium illud conceditur solum illis personis, qui militant, dato quod non sint in numero militum redacti, quia conceditur illis, qui sunt in procinctu, & in acie belli .i. qui in prælio, & pugna hostili uersantur, unde istud priuilegium non competit, nisi militantibus, dato quod non sint milites, prout declarat Alexan. & etiam Curt. Iun. in l.licet. numero 8. C. de pac. isti enim,& si milites non sint, tamen eadem pericula, ut dicit Iurisconsul. experiuntur,merito eadem iura sibi uendicant, ita quod non sufficit eos esse in loco hostili, & degere in castris ad effectum de quo agitur,nisi sint in acie belli, & in conflictu pugnæ, quod secus est in militibus ipsis, quibus sufficit esse in castris, licet non in procinctu belli, ut infra limitatio.tertia, & quarta latius declaratur, ex qua declaratione tollitur motiuum Dec. & Paris. qui impugnando solutionem Alexan quæ mihi uidetur uerissima, dicunt illum text. in dict.l.prima.ff. de bo.possess.ex testam. mili. & l.fin. ff. de milit. testam. loqui uniuersaliter de omnibus personis, qui non sunt milites, & sic etiam in his,qui nõ militant,ut late

post Dec.trad.Paris.d.consi.32. nume. 25.& seqq. uolum. 2. quia hoc est falsum, & conuincitur ex ratione ibi assignata, cum eadem pericula experiatur, quæ ratio non uidetur conuenire illis personis, qui non militant, dato quod in Castris degant prout latius d. limita.4. ostendemus, & idcirco dato millies, quod ratio periculi ibi assignata militet in testamento condito tempore pestis, tamen in casu isto, ut dicit Alexan. cessat fauor Reipublicæ, qui principaliter consideratur in periculo eorum, qui pro Republica præliantur, & in acie belli decedunt, prout etiam considerat in proposito Ripa de priuil.ult.uolunt.cau.pes.nume.15. & ideo cessat isto casu arg. ab æquiparatione belli, & pestis, quam faciût Dec.
23 & Paris. post alios per eum allegatos, quia in ista materia, de qua nunc agimus, nullibi reperitur facta æquiparatio, quo casu argu. ab æquiparatis nõ procedit, iux.glo.in cap.1.uer.declaramus.ne cle.uel.mona.lib.6.Ias. in d.l.si constante.sub nume.29.uersic. sed ad hoc, & nume. 30.& Ripa nume.51. ff.solu.matrimo. & quod non ualeat argu.de testamento condito tẽpore belli iuxta tex. d.l.1.ff.de bo.pos. ex testam.mili. & tempore pestis, inde quoque clarissime demonstratur, quia sequeretur, quod testamentum conditum tempore pestis, ualere deberet, etiam cum duobus tantum testibus, prout ualet in condito tempore belli, ut late uidebimus infra limitat. 2.& 3. cuius tamen contrarium uolunt communiter doct. & Bald.& eius sequaces concludentes, quod in testamento condito tempore pestis saltem quinq; testes ad eius ualiditatem omnino requiruntur, ut bene declarat Boer.d. decisi.228.nume.9.& Iul. Clar.d.lib.3.senten.quæst.56.uersic.& hæc quidem in fin. & Ant.Gabr.com. opi.tit.de testa.d.conclu.8.nu.2.in fin. uersi. tenendo etiam primam opi.

Nec obstat, quod Bar.in d.l.1.ff.de bo.pos.ex testa.milit. uidetur arguere de illo text.ad testamentum conditum tempore pestis, quia præter quod recte intuendo Bart. sentit contrarium, dum inquit, quod bonum esset super hoc prouidere, quod ualerent ultimæ uoluntates tempore pestilẽtiæ minus solenniter factæ, sentiens quod absq; legali prouisione desuper facienda nõ ualerent, considerauit enim Bar. quod licet hoc esset bonum prouidere, tamẽ cum nulla sit lex, quæ hoc disponat, interim standum est regulæ iuris, ut bene declarat Ias. in l.fin.nume.4.ad fi.in uers.& illud est, quod in proposito.C.
24 de testa. in exorbitantibus enim à reg. iur. communis, & in priuilegijs non est nostrum legem extendere auctoritate nostra magistrali, sed lex ipsa potest facere hanc extensionem auctoritate legali. Ias.in d.l.si constante. numero 29. ff.solu.matrim.& hoc uerisimilius est uoluisse Bar. quàm quod uoluerit bonum esse prouideri ad remouendam omnem dubitationem, ut dicit Dec.d. consil.284.parum sub nume.4. uersic.non obstat, quod Bart. & Ripa in d.tit. de priuil. ult.uolunt.cau. pes.sub nume.7.uersic.sed certe.præterea quicquid uoluerit Bart. authori-
25 tas sua est magistralis, & probabilis tãtum non necessaria iuxt.glo.ord.in c. 1.uer. interpretatur. ibique Abb. sub nume.23.in uersic. quarta species. de postula.præla.glo.& Barto.in l.1. C. de leg.& late Euerar. centu.48. ubi uidendum est, cum alijs infra adductis cap.16.nume.23.

26 Quarto principaliter pro opi. Bald. & sequacium multum facit, quia uidemus, quod propter imminentiam, & sæuitiam pestis recedi solet à regul. iur. ut dicit Ias.in dict.l.fin.nume.6. C. de te-

de testa.iux.tex.iuncta glo.in c. ad sup plicationem. de renuncia.glo.& doc. in l.de ætate, quam doct.legunt sub .l. recusare.§.si quis alio.ubi post Bart.& alios Alex.nu.6.in fi.cum seq.ff.ad Trebel cano.in c.ex transmissa.ubi post alios Fely.num.3.de præscrip. cum sim. allega. per Ripa de priuil. iuditio. cau. pes.num.1.& seq.& in duobus tit. præcedent. & in terminis per Paris. d.consi.32.nume.8.uolum.2.sed ad hæc omnia facilis est solutio.non enim ualet ista consequentia, plura sunt specialiter statuta contra regulas iuris causa pestis, ergo & illud, specialia enim nõ sunt multiplicanda, nec trahenda ad consequentiam .l. quod uero contra. ff.de leg.c.quæ à iure.de reg.iur.lib.6. cum simil.alleg.per Euerar. centu.68. in princ.hinc est, quod dispositio generalis includit casus alias priuilegiatos,

27 ter statuta contra regulas iuris causa pestis, ergo & illud,

28 ubi in casu de quo agitur non reperiũtur particulariter, & præcise priuilegiati, ut l.in fraudem. in fi.ubi hoc no. Bal.ff.de mili.testa.late per Dec. consi. 5.col.1.in uersi.sed tamen his non obstan.Ripa in l.1.num.15. ff. solu.matri. & in l.fi.q.51.sub nume.170.C.de reuocan.dona. Dec. in l.1. nume.6.cum seqq.ff.de reg.iu.cum alijs adductis ibi per Cagno.nu.16. & per nos supra latius cap. proximo, nume.27.cum seq.

Postremo pro Bal. accedant omnia ea, quæ de necessitate excusante à forma legis latissime supra amplia.proxime præcedenti tradita fuerunt à nu.1. usq; 21. ubi in specie ostendimus ualere contractum, & testamentũ conditum tempore pestis omissa forma iuris, & solennitate alias ex forma statuti requisita, ut ibi nume. 14. sed ad omnia prædictã ibi quoq; late respondimus à nu. 52. usq; ad fin. ubi in specie quoq; ad illud, quod ualeat testamentum tẽpore pestis omissa forma statutorum, respõdimus sub nu. 114. in uersic.sed redeundo. cum pluribus seqq. idcirco ad ibi dicta pro respõsione me refero ne superfluo bis ea repetamus.

29 Contrarium igitur opi. uidelicet, quod non ualeat testamentum conditum tẽpore pestis absque solenni numero septem testium iux.hanc nostrã octauã amplia.uti neriorẽ sequuntur, magis cõiter doct. nam illam sequi uidetur Bar.in l.1. ff. de bo.pos. ex testa. mili.quem ad hoc in proposito allegãt Pau.de Cas.Alex.& Ias.in l.fi.C. de testa. quẽ supra i duximus sub nu. 25. in uersi.nec obstat. & seqq. & illã firmãt, & probant Fulgo.Pau.de Cas. Alex.& Corn. nu.8.in l.fi.C.de testam.Cuma. Aret. Roma.& alii ibidẽ relati per Ias. col.2.in uersi.contrariã opi.Alex.attestans de communi in consi. 70. nu.16. & 177.nu.8.uol.2 Afflict.decis.25.nu. 2.& seq.Ang.Barba.Firmia.Corr. Bertran.& alii relati per Boer. decis. 228. num. 10.& seq.& per Ripam. d.trac. de pes. in tit.de priuil.ult.uolunt.cau. pes.sub. num.7. uersi.contrariam opi. Ruy.in cõs. 120.nu.9.uol.5.Guil. de Benedic. qui alios refert.d.c. Raynutius.uersi.testamentum. 1.sub nu.15. in uersi.& aduertatis.Socin. Crot.Bauc. Alexandri. & alii plures relati per Iul.Clar.d.lib.3.senten.q.56. in uersi. & hæc quidem. ibi contrariam autem opin. & latissime per Ant. Gabr. d.tit. de testam.conclu.8.in uersi.contrarium. adeo quod ut dicit Iul.Clar. si computẽtur auctoritates, proculdubio apparebit istam esse magis communem opin.prout de communi doc. proxime allegati maxima ex parte attestantur, adducentes exemplum D.

30 Aquiliæ uxoris D. Signo.de Homod. quæ cum esset peste affecta tempore mortalitatis, non habens testes numero sufficientes pro condendo testamento, fecit se asportare extra domũ in uiam publicam, ut haberet testes au-

I 4

Hic adde ... Corn. ... lib. ... c. ... com. ...

audientes suam uoluntatem, & hoc modo testata fuit.

31 Ex quo exemplo adducto per doc. clare constat hanc communem opin. indistincte procedere siue testamentum tempore pestis sit conditum ab eo qui non est peste affectus, siue ab appestato, prout erat ista D. Aquilia, nam nullo casu reperitur dispositum contra regulam iuris, in qua fundadatur communis. opi. prout etiam attestatur Boer. in d. decis. 228. sub nu. 10. contigisse etiam tempore suo, quo erat magna pestis in loco Domi-
32 nae de Alta faya, anno Domini. 1522. quo tempore etiam Romae, & per totam ferè Italiam maxime saeuiebat, ut est notissimum, ubi de uisu attestatur, qd' quidã Ioannes della Garigne peste affectus ordinauit suum testamentũ in uia publica in praesentia notarii. & septem testium, parum ab eo distantium, & ibi quoque refert ita etiam eo tempore soluere fieri, quod testatores ponunt se in aliqua fenestra, & testes stant inferius, ut audiant eorum uoluntates, arg. l. est differentia. in fi. ibi per fenestram. ff. in quib. cau. pig. tacci. contraha. & quod not. ibi Bald. in lect. ant. in fi. de contractibus
33 qui fiunt cum istis monialibus ad cratem ferream, prout etiam dicunt doc. de sententia lata à iudice super ali-
34 qua turri, & partes stant inferius ob metum alicuius imminentis periculi, iux. glo. pen. in cap. fi. de re iud. lib. 6. cum aliis supra adductis in proxima praecedenti amplia. nu. 13. ex quo etiam exemplo per Boer. adducto apparet, quod haec communis opi procedit etiam tempore magnae pestis, prout erat de dicto tempore anno. 1522. quo erat maxima, & uniuersalis, ut dixi, quia tunc etiam stat firma
35 regula iuris, quae nullo casu reperitur limitata, quicquid distinguendo uolue rit Ripa. d. tit. de priuil. ult. uolun. nu. 10. ad fi. uersi. quid tenendum. cum
36 seqq. & ipse Boer. d. decis. 228. num. 11 per totum.

Haec igitur communis opi. fundatur primo in solido, & stabili fundamẽto, quod est regula iuris communis, de
36 qua supra cap. 2. per totum, cui inherere debemus in casibus expresse non exceptuatis, tanquam Bononiẽses carrotio iux. glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. etiam in casibus priuilegiatis, ut est casus pestis, ubi in materia de qua agitur, non reperitur specialiter priuilegiatus iux. tex. in l. in fraudem. in fi. ubi not. Bal. ff. de mili. testa. cum aliis supra allegatis nu. 28. qui enim habet regulã pro se, dicitur habere intẽ-
37 tionem fundatam, quia dicitur habere pro se rem certam. Dec. in l. 1. nu. 5. ff. de reg. iu. ita quod cum in casu pestis non reperiatur expresse limitata regula iuris requirens in testamentis
38 numerum septem testium, standum est regulae praedictae, quae est tenaciter obseruãda, ex quo in contrarium non apparet dispositio specialis iux. Bald. in l. si tutor. in fi. C. de ser. pig. dato manumiss. prout in terminis arguit Ias. in l. fi. col. 3. in princ. uersi. pro ista opi. facit C. de testa. quo argumento deuictus Bart. in l. prima. ff. de bo. pos. ex testam. mili. dixit bonum esse, quod super isto casu particulariter prouideretur per statuta terrarum, ut bene ponderat Ias. supra proxime allegatus, ad cuius argumenti comprobationem adduci possunt ea, quae adducta fuerunt in proposito supra proxima praecedenti ampliatio. ubi hoc eodem argumento usi fuimus ad illius comprobationem à numero 24. usque 30. ubi (ne bis idem repetamus) uideri potest.

Nec ad hoc arg. ualet responsio Ripę de priuil. ult. uolun. cau. pes. num. 9. dicen-

dicentes, quod imo regula iuris de septem testibus reperitur specialiter limitata in d.l.fi.C.de testa. propter inopiam testium, quæ ratio cum militet
39 etiam tempore pestis, iccirco sit fienda extensio ad hunc quoque casum, cum simus in materia limitatoria, in qua extensio est permissa ex identitate rationis, ut tradunt Bart. & cæteri in l. si constante. ibique latissime idem Ripa numero 78. & seqq. ff. solu. matrim. Paris. in consil. 32. numero 24. & in consi. 83. numero 40. uolum. secundo, cum adductis per Tiraquel. in l. si unquam. m. uersi. libertis. numero 44. C. de reuocan. dona. cum alijs infra adductis parte secunda, capit. primo, numero decimo, prout etiam ita quoque respondet Paris. dicto consil. 32. numero 24. uol. secundo confirmans,
40 ex eo, quod ratio ista inopiæ testium, est expressa in d. l. fi. C. de testam. quo casu etiam in correctoriis licita, est extensio, quia proprie non est extensio, sed dispositio comprehensiua omnium casuum uirtute rationis expressæ, ut per eum ibi. num. 19. cum seqq.
41 & cum aliis per nos supra adductis ampliat. proxime præceden. numero 142. & seq. quia omissis pro nunc multis, quæ dici possunt super hac materia extensionis ualde difficili diffusa, & periculosa, ut dicit Alex. in d. l. si constante. sub num. 6. in uersi. reliqua. ubi ponit multas remissiones, & quam Ripa ibi. num. 57. dicit esse latissimam, & profundissimam, & ipse latissime pertractat per quinque coll. à d. num. 57. usque 89. & usque ad nauseam, ut dici solet Euerar. in locis, lega. centu. 35. uera solutio est, quod ista ratio inopiæ testium non est ratio finalis d. l. fi. C. de testam. saltim per se simpliciter, & absolute considerata,
42 sed copulatiua iuncta, cum simplicitate rusticali, quæ est proprior, & principalis ratio, quæ colligitur ex procemio illius. l. fin. ita quod sola inopia testium non sufficit, nec ab ea sola argui potest, ut per Ias. ibi col. prima, & late ostensum fuit supra numero 9. cum seqq. quinimo nec uerum est, quod ratio inopiæ testium sit expressa in d. l. fin. quia dum id dicitur, sin autem in illo loco minime inuenti fuerint septem testes usque ad quinque modis omnibus adhiberi censemus, hæc est expressio per modum cōditionis, non autem per modum rationis, licet inde tacite possit colligi ratio inopiæ testiū, quæ tamen per se sola, ut dixi, non est sufficiens.

Secundo principaliter adduco tex. qui generaliter, & indistincte loquens, uidetur in indiuiduo casum istum decidere in l. casus. cum ibi not. per
43 glo. & doct. C. de testam. ubi habetur, quod propter casum morbi contingentis in personam testis, etiam si sit morbus contagiosus, qui testes deterrere solet timore cōtagionis &c. non remittitur solennitas quo ad numerum septem testium, licet aliquid de iure sit relaxatum respectu contextus testamenti. ecce ergo quod propter necessitatem morbi contagiosi, ut est pestis, non remittitur solennitas numeri testium licet ad tempus tātum iuris dispositio suspendatur, ut ibi doct. omnes not. Et quamuis Paul. de Cast. Alexand. & Iaso. exemplificent ibi tex. in morbo caduco, seu comitiali, de quo expresse loquitur. l. cū antiquitas. eod. titu. quæ loquitur in
44 eisdem terminis, & una, lex itemque una pars legis per aliam declaratur. l. utrum. quæ ad id passim allegatur, ubi oēs not. ff. de pet. hær. cui concinit §. capite tertio. in fi. inst. ad l. A qui. & in simili de una parte testamenti habetur in l. qui filiabus. in prin. in l. si seruus plurimus. §. fi. & ubiq; gl. & doc. &

late

late post alios Ias.C.de leg.1.l.1. & ibi doc.præsertim Soz.in 1.notabili.ff.de reb.dub.in l.hæredes pal 1. §.1. uer.sed & si notam.ff.de test.in.l.numerus. ff. de leg.3.l.qui non militabat.§. lucio.ff. de hær.inst.not. scriben.in l. cohæredi. §.qui discretas.ꝑ illũ tex.ut ibi per Ias. in 1. notabili.ff. de uul. & pup. facit.l. legatorum petitio.§.fi.ibiq; Bald.ff. de leg.2.l.si cum fundũ.ff. de uer. sig. & l. quoties.C.fam.her. & in notabili quęstione Io.And. ad Specu. in rub. de depo. ad med. Roma. in consi. 438. col. pen. uersi. secundo, quia & si cessaret & consulentes alij passim, & late Mantica de cõiect.ult.uolũ.li.6. tit.13. uersi.uero tamẽ tex.in d.l. casus. loquitur
45 generaliter, & indistincte de morbo contagioso, imo de tali contagione, quæ testes deterrere solet, hæc certe est contagio pestis, quæ ob sui propriã innatam naturam maligne contagionis omnibus timorem incutit; non sic est in morbo comitiali, seu caduco, qui non solet timore cõtagionis testes deterrere, cum non sit contagiosus, unde tex.d.l. casus.non de hoc, sed de morbo pestifero loqui uidetur, ut considerat præcisa declarat Ripa.d.tit. de priuil.ult. uolũ.cau.pest.sub.nu.7. & propterea doc. ibi generaliter summant illũ tex.qđ ꝑꝑ necassitatẽ iuris dispositio ad tẽpus suspẽditur. sed in totũ nõ tollitur quoad numerũ testiũ, & sic sub ista generalitate necessitatis comprehenditur etiam casus, pestis quo tempore propter timorem contagionis testes de raro reperiri solent in numero sufficienti ad confectionem testamenti, ut dicunt doc. & ipsa experientia rerum magistra docemus.

Tertio & ultimo, omissis superfluis hæc communis opinio præsensque nostra ampliatio concludentissime probatur ex proxima præcedenti, amplia. quæ in uniuersam concludit, quod etiam propter necessitatem non ualet testamentum absque solenni numero septem testium, qui enim asserũt cum Bald. quod tempore pestis ualet testamentum, cum minori numero fundãt se in ratione necessitatis, eo quod tunc temporis difficile sit reperire testes numero sufficientes, & propterea necessitas excuset à solenni numero, & ualeat testamentum ratione istius necessitatis inopiæ testium absque illorum solẽni numero, ex quo necessitas non subiacet legi, & multa ob necessitatẽ ꝑmittantur cõtra regulas iuris ad hoc in summa tradunt omnia fundamenta quæ pro opi. Bal. & sequacium adduci solent, quæ supra late per nos explicata, & resoluta fuerunt, ex præcedenti namque amplia, constat ista fundamenta fundata in necessitate ad effectum indiuiduũ, de quo agitur minime subsistere, cum in ea generaliter firmatum & concludẽtissime probatum sit quod etiam propter necessitatem non ualet testamẽtum absque solenni numero testium, ex qua tanquam ex fonte & principio quodam uniuersali oriuntur riuuli casum particularium, & illorum decisio tanquam effectus ex sua causa, quia tunc rem scire arbitra-
46 mur quando primas causas, & prima principia intelligimus, etenim scire est rem per causam cognoscere secundũ philosophum relat. per Bart. in l.admonendi. nu.17.ff.de iureiu.& in.l.pupillus.num.1.ff.de acq. hær. & per Ias. post alios per eum relatos in l. in suis. sub nu.33.uersi. extra glo. & num.34. ff.de lib.& post. Ex quibus absoluta remanet hæc nostra octaua ampli.(quod testamentum etiã tempore pestis conditum cum minori numero septem testium non ualet) quę generaliter ut posita est procedit siue pestis sit parua siue magna, siue testamentum sit conditum ab homine peste non infecto, siue

infecto,

infecto ut supra.nu.31.34.in fi.& 35.ni si forte essemus in testō condi⁊o ab eo qui remansisset in loco ubi uiget pestis pro salute, & utilitate publica pro ut sunt medici, & officiales, & similes ut supra.nu.25. & infra latissime limitatio. 5. per totum ostendetur, ubi de hoc particulariter, est tractandum.

Ampliatio IX.

Quod non ualet testamentum absque solenni numero testium etiam ad pias causas conditum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Plurima specialia sunt inducta ad fauorem pia causa per ius ciuile.*
2 *Excepta legitima pia causa praeponderat fauori filiorum.*
3 *Anima filiis, & cunctis rebus mundanis est praeferenda.*
4 *Testamentum tamen absque solenni numero testium non ualet de iure ciuili, etiam ad fauorem piae causae.*
5 *Et hanc conclusionem Doc. omnes sequuntur, qui hic ad longum recitantur.*
6 *Pia causa in dubio utitur iure communi.*
7 *Nec est priuilegiata, nisi in casibus expressis.*
8 *Fiscus utitur iure communi in casibus, in quibus non reperitur specialiter priuilegiatus.*
9 *Fiscus & pia causa aequiparantur.*
10 *Intellectus ad l. generali. C de sacr eccle. explanatur.*
11 *Testamenta ad pias causas non iudicantur secundum leges ciuiles. sed secundum statuta canonica ex dispositione c. relatum. el primo de testam.*
12 *Legatum libertatis dicitur pium, quia continet actum pietatis.*
13 *Valet argumentum de libertate ad pias causas.*
14 *Testamentum absque solennitatibus de iure requisitis non ualet fauore libertatis.*
15 *Verbum (liber) importat, quod actus nullis rescissioni sit subiectus.*
16 *Intellectus ad l. 1. C. de sacr. sanct. eccle. discutitur.*
17 *Ante dispositionem d. l. 1. prohibitum erat relinqui Collegio Christianorum Ecclesiis, & aliis locis piis.*
18 *Ante Constantinum caeteri Rom. Imperatores fuerunt infideles, & Christi nominis persecutores.*
19 *Constantinus Diuino miraculo per manus Beati Siluestri à lepra mundatus fuit, & primus omnium Imperatorum baptizatus, & ad fidem Christianam conuersus.*
20 *Donatio facta per Constantinum S.R.E. & plurima priuilegia per eum Christianis, ecclesiis, & piis locis concessa.*
21 *Priuilegium libere testandi per l. 1. C. de sacrosan. eccle. intelligitur seruata solennitate iuris ciuilis.*
22 *Lex si quando. C. de inoff. testa. explanatur.*
23 *Milites dicuntur personae habiles ad testandum, ex quo prohibiti non reperiuntur.*
24 *Ratio propter quam in testamento militari remittitur solennitas iuris ciuilis, quae fuerit.*
25 *Causa filiorum an sit indistincte fauorabilior pia causa.*
26 *Verbum (quampluribus) in quibus uerificatur.*
27 *Verba haec (plura, & pauca) accipiuntur secundum subiectam materiam.*
28 *Differentia inter uerbum (pluribus, & compluribus) quae.*
29 *Non est licitum arguere à uerbis narratiuis legis, quia non denotant iuris ministerium.*
30 *Verba uniuersalia restringuntur ad personas habiles.*
31 *Fallit fauore publico, & pia causa.*
32 *Et tamen in terminis l. 1. C. de sacrosan. eccle. uerba uniuersalia restringuntur ad habiles tantum contra Bar. communiter reprobatum.*
33 *Hodie ex dispositione iuris Canonici ualet testamentum ad pias causas cum duobus testibus, nulla iuris ciuilis solennitate attenta.*
34 *Dispositio iuris Canonici circa testamenta ad pias causas seruanda, est in terris Imperii, & ubicunque locorum, etiam in foro seculari.*

Testa-

35 *Testamentum ad pias causas ualet de aequitate canonica, etiam nutu conditum.*
36 *Legis ciuilis dispositio quo ad testamenta ad pias causas, per ius canonicum corrigitur.*

CAP. XII.

1 QVAMVIS multa ac penè innumera specialia reperiantur per ius ciuile, (de quo nunc est sermo) statuta ad fauorem piæ causæ, de quibus latissime habetur per Rom. in authen. similiter. C. ad l. falcid. & Euerar. in locis lega. centu. 23. per totum. & Sozin. in tract. fallen. regula 310. per totum, ubi enumerat 62. priuilegia piæ cau. & alios in id citat Paris. in consil. 74. num. 17. & 18. uolum. 3. de quibus amplum, & particularem tracta. edidit fœcundissimus Tiraquel. de pri
2 ui. piæ cau. in tantum, quod excepta legitima fauor piæ cau. præponderare uidetur fauori filiorum, quia tractatur de anima, quæ filijs, & cunctis rebus
3 mundanis est præferenda, ut no. Bald. & post alios Ias. per illum tex. in auth. si qua mulier. in sexto notabili. C. de sacrosan. eccle. Bart. in repet. l. 1. nume. 74. & ibidem quoque Ias. in 1. lect. nume. 20. & in 2. nu. 18. eo. tit. tradit Alexan. in l. pactum, quod dotali. col. 2. C. de pact. & late comprobat Ias. in l. licet nu. 5. ad fi. cum seqq. & Dec. num. 4. & seq. eo. tit. & idem Ias. in l. tale pactum. §. fi. sub num. 11. ff. eo. tit. de pac. & in l. si cui legetur. §. hoc autem. nu. 11. ff. de leg. 1. & in l. generaliter. §. cum autem. col. 2. C. de inst. & subst. Neuiza. in Silua nuptia. lib. 6. sub num. 47. in uersic. item limita, ut procedat quantum sit pro legitima. Alexan. consi. 92. num. 8. uol. 3. Aret. consi. 12. num. 5. Ias. consil. 212. col. 3. in uersic. nec prædictis habet obstare. uol. 2. Cur. Iun. consil. 35. parum sub num. 7. Dec. consi. 529. sub nu. 6. in uersi. sed responderi potest. & idem late comprobans in consil. 426. nume. 4. 5. & 6. cum seqq. late etiam comprobat Fely. in c. in præsentia. col. 20. q. 4. nume. 43. per totum de probatio. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 5. tit. 15. num. 36. Couar. in cap. relatum. el 1. sub nu. 10. uersic. ego à priori sententia non discedo. de testam. cum latissime adductis per Tiraquel. in l. si unquam. uer. libertis. sub nume. 83. ibi, imo uero. C. de reuocan. dona. & late comprobat idem Tiraquel. attestãs de communi in ea. l. si unquam. uer. donatione largitus. num. 226. & seqq. & bene probat Pau. de Cast. per illud Euangel. nisi quis reliquerit patrem, matrem, filios, &c. in consi. 456. num. 1. par. 1. & idem Tiraq. de priui. piæ cau. priui. 17. quamuis secus quo ad legitimæ portionem, in qua sine dubio fauorabilior est causa filiorum, ut infra par. 2 cap. 3. num. 48. cum seq. quamuis etiam non desint quamplures non cõtemnendæ authoritatis tenẽtes causam filiorum esse indistincte fauorabiliorem, quos infra citauimus. num. 25.
4 non tamen iure ciuili ualet testamentum absque solenni numero septẽ testium, etiam ad pias causas conditum iuxta præsentem nonam amplia.

5 Quam quidem opin. de iure ciuili, de quo, ut dixi, ad præsens loquimur, omnes doct. tenent concludentes non ualere testamentum etiam ad pias causas de iure ciuili absque solennitatibus de iure requisitis. iux. glo. communiter approbatam in d. l. 1. in uer. cassa. C. de sacrosanc. eccle. quam in effectu sequitur ibi Bar. in 1. lect. in fin. ubi dicit, quod licet contraria opi. disputando, sustineri posset, tamen minime sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, licet idem postea in repet. disputando contrariam opi.

opi. defendat. nu. 73. & seqq. prout & illā tuetur, & sequitur Gulielm. de Benedict. c. Raynutius. uer. testamentum, 1. nu. 57. & seq. de testa. per tex. in l. si pater. §. quædam. ff. de fideicom. liber. ubi etiam dicit, quod ita tenent Bar. & Bal. & cæteri legistæ. in d. l. 1. C. de sacr. eccle. sed tamen quicquid ipse dicat ueritas est, quod cum glo. & communi tenent ibi Bal. in præcisis terminis. nu. 9. lec. 1. & in 2. lec. nu. 54. & ibi quoq; late Ias. lec. 1. n. 19. & seq. & in 2. nu. 17. & nu. 22. cum seqq. late etiam Boer. decis. 93. in prin. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 6. in prin. bene Bal. consi. 20. in prin. lib. 5. Ang. in consi. 133. num. 4. ubi dicit, quod opin. Bar. in reper. d. l. 1. est communiter reprobata tā in iudiciis, quā in scholis. & late probat in præcisis terminis huius nostræ amplia. Abb. in c. relatum. el 1. nu. 3. de testa. & de communi contra Bar. nouissime attestatur. Fran. Mant. de coniec. ult. uolunt. lib. 6. titu. 3. numero 4.

6 Et primo hæc communis opi. simulque hæc præsens nostra amplia. probatur, quia Ecclesia, & sic pia causa in dubio utitur iure communi, quando non reperitur specialiter priuilegata, ut dicit Salyc. in d. l. 1. C. de sacr. eccl. refert & sequitur Alexand. in consi. 182. circa princ. uolu. 5. Ias. in d. l. 1. lec. 1. sub nu. 10. C. de sacr. eccles. & in 2. lec. nu. 16. nec est priuilegiata, nisi in casibus

7 expressis. Cur. Iun. in l. pactū quod dotali. num. 10. C. de pac. Paris. d. con. 74. nu. 19. & 20. uol. 3. cum igitur inter priuilegia cōcessa per ius ciuile piæ causæ non reperiatur, quod ualeat testamentum absque solennitate legali qui nimo contrarium uidetur expresse statutum per. l. generali. C. de sacr. eccles. ut proxime ostendemus, merito circa hoc firma stabit regula iuris de qua supra cap. 2. nu. 1. & seqq. ut in proposito trad. Fede. in consi. 298. col. 1. in uersi. item non obstant iura. Pro quo facit in simili quod dicimus de fisco, qui indubie utitur iure communi ubi non re-

8 peritur specialiter priuilegiatus. l. itē ueniunt. §. ait Senatus. ubi glo. ord. ff. de pet. hær. & l. 1. iuncta glo. C. eod. cum concordan. adduct. s per Euerar.

9 centu. 26. car. 94. littera. E. fiscus enim & Ecclesia seu pia causa in hoc æquiparantur. l. fi. C. de sacr. eccles. & latissime Euerar. d. centu. 26. per totum, unde idem dicendum est in pia causa quod in fisco, ut per Ias. sub dict. nume. 10. proxime alleg. ratione æquiparationis, de qua infra latissime par. 2. cap. 4. numero nono.

Secundo principaliter pro hac communi opi. est textus apertus qui, ut di-

10 ci solet, falcem ponit ad radicem. in d. l. generali. ibi, quod tamen omni alia iuris ratione munitam sit. C. de sacr. eccle. ubi in effectu expresse disponitur, quod quælibet persona etiam religiosa possit libere in suo testamēto Ecclesijs, & aliis pijs locis ibi enumeratis, bona sua per uiam institutionis, substitutionis, uel fideicommissi relinquere, dum tamen testamentum omni alia ratione iuris munitum sit, quem tex. pro fundamento huius opi. adducit gl. in l. 1. C. de sacr. eccle. & licet Bar. conatus fuerit pluribus modis ad illum tex. respondere, & dicit Iaso. in d. l. 1. in 2. lec. sub num. 21. C. de sacr. eccle. quod Bart. æstuauit ad extremos sudores in responsione illius terribilis text. tamen eius solutiones nihil sunt, ut per eundem Ias. in prima lec. sub numero 20. ibi in uersi. secundo, contra opin. Bart. sunt enim diuinationes, quæ non sunt admittendæ.

Tertio probatur hæc communis opin. ineuitabiliter in d. c. relatum. el 1. de testamen. ubi in præcisis terminis huius nostræ ampliatio. de solenni numero septem testium loquens

summus

11 summus Pontifex dicit, quod super relictis factis Ecclesiæ non secundum leges ciuiles, sed secũdum decretorum statuta est iudicandum duobus aut tribus testibus tantum requisitis. ubi clare, & luce clarius præsupponit ibi Papa, quod secundum leges ciuiles requiruntur etiam in relictis factis Ecclesiæ, & sic ad piam causam septem testes, prout clarius explicat in cap. præcedenti. per quæ duo cap. simul iuncta hanc opi. Bart. tanquam falsam firmat Ang. in d. consi. 233. nu. 4. & bene probat, & deducit Abb. per illum tex. in d. c. relatum. nu. 3.

Postremo omissis superfluis, arguit Ias. in d. l. prima, num. 21. & lec. 2. nu.
12 26. C. de Sacr. Eccle. de legato libertatis, quod est pium, dicitur enim actus pietatis. l. prima, & ibi not. Bald. C. de
13 com. ser. manumis. & ualet arg. de libertate ad piam causam. Bar. in l. proxime. in fi. cum lata apostil. quæ allegat concordan. ff. de his, quæ in testam. delen. & in l. si unus. & ibi quoque late Ias. nu. 8. C. de testam. & ultra omnes latissime Euerar. centu. 23. per totam. & Tiraquel. in præfa. tiac de priui. pi. cau. uersi. item. legatum libertatis. & per nos infra par. 2. cap. 2. num. 60. & pluribus seqq. sed fauore libertatis nõ
14 ualet testamentum absque solennitatibus requisitis. l. non dubium. ibi seu libertates. C. de testa. ergo nec fauore piæ causæ, ut latius per Ias. proxime allegatum ante nu. 12. Nec obstat tex. in d. l. prima. quem Bart. pro contraria opin. adducit C. de sacr. eccle. dum dicit liber sit stilus. i. ordo liber ab om-
15 ni solennitate iuris ciuilis, ut ibi per Bart. in prima lec. num. 5. & seq. & in 2. lec. num. 73. & seq. nam illud uerbum, liber, hoc importat, quod nulli rescissioni testamentum sit subiectũ. Bald. in l. si filium. n 4. not. & Ias. numero octauo. C. de inof. testa. & quod ultra ius commune aliquid censeatur indultum Aret. consi 76. numero 3. Ias. in d. l. 1. lec. prima nu. 14. C. de sac. eccle. & infra amplia. seq. latius ostendemus num. 10. & seqq. pro ut etiam inquit Bar. in militibus, quibus pariter permittitur libere testari quomodo uelint, & quomodo possint; nam per
16 hæc uerba censetur remissa omnis solennitas iuris ciuilis. l. 1. & ibi Bar. not. ff. de mili. testam. & infra late uidebimus capit. 18. limita. 3. & confirmat Bart. quia priuilegium dict. l. 1. C. de sacr. eccle. est generale respectu personarum quibus permittitur libere testari ad pias causas, ibi habeat unusquisque, & sic comprehendit non solum habiles, sed etiam inhabiles ad testandum, ut late confirmat Ias. cuius fundamenta non transcribo, quia uideri potest in d. l. 1. lec. prima. nu. 11. 12. & 13. C. de sacr. eccle. & latissime in 2. lec. num. 11. & pluribus seqq. licet in hoc ult. communis opinio sit in contrarium, ut ibidem attestatur Ias. sub num. 12. uersi. circa primam. & num. 15. ad fi. uersi. quid tenendum. & in 1. lec. num. 10. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 5. uersi. sed quia. & idcirco tenendo opin. hanc contra communem intelligitur concessa libera facultas respectu solennitatis iuris ciuilis, quia alias priuilegium respectu habilium nihil operatur, & esset superfluum, quod non est dicendum, ut per Bart. in d. l. 1. C. de sacr. eccle. proxime alleg. hoc modo limitando. l. si quando. ubi glo. & doc. C. de inof. testam. & late etiam confirmat Ias. in d. l. 1. lec. prima. numero 14. usque 19. C. de sacr. eccle.

17 Quia pro responsione est animaduertendũ quod prout dicunt doc. ante dispositionem. d. l. 1. C. de sacr. eccle. erat prohibitum, & interdictum relin-
18 quere collegio christianorum Ecclesijs & alijs locis pijs, eo quia ante Constantinum,

stantinum, cuius fuit hæc lex edita ad Populum Romanum, ut patet ex suprascriptione, cæteri Romani Imperatores erãt infideles,& Christi nominis impijssimi persecutores, Constantinus autẽ Diuino miraculo per manus Bea
19 ti Siluestri à lepra qua percussus erat mundatus per lauacrũ regenerationis ad fidẽ D.N.Iesu Christi primus omnium Imperatorũ conuersus fuit. ut habetur in c.futuram.12.q.1. & in l. diui. iuncta gloss.C.de natu.libe. im-
20 mensa denaria. S.R.E. contulit licentiam omnibus dedit fabricandi Ecclesias & Christianos fieri,ut late habetur in.d.c.futuram. & in c.Constantinus. distin.96.& in c.fundamenta.de elec. lib.6.cuius donationem ueram & ualidam fuisse aduersus contra eam latrantes efficaciter probat Card. Iacobatius Sen.de Concilio in fi.trac.sub rub.de donatio.Constanti.qui & inter alia per hanc.l.1.C.de sacr.eccle.generaliter statuit, quod unusquisq; possit libere iux.cuiusque libitum catholico Christianorũ concilio ecclesiis & aliis locis pijs in suo testamento bona sua relinquere, & sic tollit prohibitionem præambulam, qua ut dixi interdictũ erat relinquere huiusmodi locis pijs licentiam relinquendi præbens ac licitum reddens quod prius erat illicitum ut bene etiã declarat Bal.in d.l.1.lec.2. sub nu.2.in uersi.or Domini aduertatis.& Ias.pariter in 2.lec.nume.1.in fi. ibi & tu debes aduertere. & nu.2.C. de sacr.eccle.& idem Ias.in l.prima.§. nunciatio.nu.7.ff.de no.ope. nuncia. & Iul.Clar.attestans omnes ita tenere lib.3.senten.q.5.in prin.

21 Ex quibus colligitur responsio clara ad supra in contrarium adducta nu. 15.uidelicet quod cũ.d.l.1. C.de sacr. eccle.tollat prohibitionem relinquendi locis pijs,&quoad hoc multum operetur, prout supra proxime ostensum fuit. certe per huiusmodi concessionem libere testandi ad fauorẽ piæ causæ non censetur remissa solennitas iuris in testando, sed solum habilitata collegia Christianorum, & huiusmodi loca pia, ut possint capere ex testamento, quæ alias erant incapacia, & quod unusquisque possit relinquere huiusmodi locis pijs cum antea nullus illis relinquere posset. iux. tex. sing. & particularem in hac materia, in l.si quando. & ibi glo.& doc.C.de inof. testa.ubi habetur, quod si quando per Principem concedatur libera facultas testandi, intelligitur solum concessio facta legitimo & consueto modo, neq; enim subdit tex.credendum est Rom. Principem, qui iura tuetur hoc uerbo totam obseruationem testamentorũ multis uigilijs excogitatam atque inuentam uelle euerti, quem tex.glo. &
22 doct. omnes intelligũt procedere ubicunq; priuilegium potest alias aliquid operari absque eo, quod censeatur remissa solennitas iuris, puta si concedatur personæ alias inhabili ad testandũ, quia tunc tale priuilegium præstat habilitatem testãdi,& satis operatur absque eo quod iuris ordo censeatur relaxatus, ut ibi declarat glo.communiter approbata, de qua latissime tractatur infra cap.proxime sequẽti, cui est similis glo.in authen. omnes peregrini. in uer. liberum. C. cõm. de successio. & in l.si mutus.& ibi bene declarat Bald. uidend.ff. de testam. sic ergo in proposito, cum per d.l.1. C.de sacrosanc. eccles. sit cõcessa libera facultas testandi ad fauorem piæ causæ, quæ prius erat inhabilis, & incapax factionis testamenti passiuæ, idcirco non censetur per huiusmodi priuilegium remissus ordo iuris, quia satis operatur priuilegium in concedendo habilitatem, ut supra, & reddẽdo personas habiles ad testandum ad fauorem piæ causæ.

Vnde non est bona similitudo, quã adducit Bar. de priuilegio concesso militibus libere testandi, propter quod intelligitur remissa omnis iuris solennitas per l. 1. ff. de mili. testa. tum quia
23 milites sint personæ habiles ad testandum, cum non reperiantur prohibiti. Specu. de instru. editio. §. compendiose. nume. 1. & idcirco per illud priuilegium debent censeri remissæ iuris solennitates, quia alias priuilegium nihil operaretur iux. glo. in d. l. si quando. cũ alijs nunc proxime allegatis; tum quia respectu testamenti militis est clare, & expresse dispositum, & statutum ualere testamentum absq; aliqua iuris ob-
24 seruatione propter simplicitatẽ ipsam militarem, ita ut sufficiat nuda, & simplex uoluntas quoquomodo simpliciter declarata iux. text. clarum in d. l. 1. ff. de mili. testa. & insti. eo. tit. in prin. cũ alijs de quibus latissime infra limita. 3. quod in terminis piæ causæ non solum dispositum non reperitur, quinimo totum contrarium iure cautum reperitur in d. l. generali. C. de sacrosan. eccl. in 2. principali fundamento pro hac nostra amplia. adducta.

Postremo non obstat, quod cum testamentum inter liberos ualeat, cum duobus tantum testibus absq; aliqua iuris solennitate, iux. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & ibi doc. C. de testa. & infra latissime limita. prima per totam, idcirco, & multo magis hoc procedere debeat fauore piæ causæ, quæ excepta legitima uidetur magis priuilegiata, ut late supra nume. 2. & seq. ut in terminis arguit Bart. in d. l. 1 lect. 2. parum sub nume. 74. ibi præterea. C. de sacrosanc. eccle. & ibidem Ias. lect. 1. num. 20. & lect. 2. nu. 17. ad fi. cum seqq. tum quia respondetur, ut per eundem Ias. ibidem. lect. 2. sub nume. 17. uersic. non obstat ultimum argu. tum etiam, quia respondetur, quod respectu testamenti inter liberos hoc reperitur expresse dispositum. in d. §. ex imperfecto. cum alijs de quibus late d. limita. 1. quod tamen non reperitur dispositum per ius ciuile, de quo nunc loquimur respectu piæ causæ, prout etiam supra proxime in simili respondimus respectu testamenti militaris, num. 23. ad fi. & seq. Tum & po-
25 stremo, quia causa liberorum uidetur indistincte fauorabilior, Bald. in l. iubemus. sub nume. 2. C. de testa. Anchar. in rub. de testa. lib. 6. nume. 3. & in c. 1. in 7. notabili eod. tit. & lib. Sozi. in l. cũ auus. num. 42. ff. de cond. & demonst. Dec. in l. generaliter. num. 7. C. de insti. & substitu. & idem Dec. in c. 1. parum sub num. 19. in uersi. 6. de probatio. & in l. fi. num. 18. C. de eden. & in l. licet. sub num. 5. C. de pac. & in consil. 391. col. fi. in uers. præterea. ubi etiam attestatur de communi. & late Sozi. in consil. 189. nume. 76. cum seqq. usque 84. uol. 2. Duran. de arte testan. tit. 5. caute. 18. num. 4. Fortu. de ult. fin. nu. 191. 192. & 193. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 7. in uersic. aliquando enim reperitur. M. Ant. Cuch. in tract. de legitima. car. 151. nu. 90. cum alijs pluribus cumulatis per Tiraquel. in l. si unquam. uer. libertis. num. 90. C. de reuocan. dona. & nouissime Zun. qui alios refert. d. re spon. pro uxo. nume. 595. Mantica de coniec. ult. uolunt. lib. 10. tit. 7. nu. 10. sibi tamen contrarius supra lib. 5. tit. 15. num. 36. & sentiunt doct. communiter in quæstione determinata per Richar. Malumb. ad fauorem filiorũ contra Ecclesiam, ut per Bal. in l. cum acutissimi. num. 4. & Pau. de Castr. num. 7. C. de fideicom. quam late defendit Sozi. in d. l. cum auus. nume. 42. & tribus seqq. & Dec. in d. l. generaliter. num. 7. & est communis, ut patet ex latissime cumulatis per Tiraquel. proxime allegatum, & Manticam, ubi ex professo

hanc

hãc quæstionem tractat, comprobat, & defendit. d. lib. 10. tit. 7. à nume. 3. usque 12. quibus demum suffragantur plura in proposito cumulata per Zanch in l. hæredes mei. §. cum ita. in prima editio. nu. 1104. cum pluribus seqq. ff. ad trebel.

Vltimò non obst. ponderatio Guliel. Benedic. de tex. in d. l. si pater. §.
26 quædam. ff. de fideicom. lib. in illis uerbis, uiris compluribus, qui uerificentur in duobus, per l. ubi numerus. ff. de testibus. tum quia ista expositio est contra glos. ibi in uer. compluribus. ubi dicit quinque ad minus. per l. fin. §. in omni. C. de codicil. & sic ibi glos. relata ad tex. uult, quod etiam in co-
27 dicillis, ad pias causas requirãtur quinque testes contra Guil. nam huiusmodi uerba plura, & pauca accipiuntur secundum subiectam materiam iux. glo. no. in c. latores, uer. multitudinẽ. in fin. & ibi Abb. nu. 5. de cle. excom. ministran. latè Ias. in l. licet Imperator. sub nume. 19. ff. de leg. primo. & probatur expresse in l. 3. §. ex plurib. iuncto. §. genera. ff. de acqui. poss. ubi enumerãtur quamplurimæ causæ, ex quibus possessio acquiritur, & in §. ex plurib. dicitur quod possessio ex plurib. causis haberi potest, & sic dictio, pluribus, uerificatur multo pluris ultra dico, tum quia in d. §. quædam. nõ
28 apponitur dictio simplex, pluribus, sed compluribus, quod non uerificatur in duobus tantum, sed solum in maiori numero, & hæc est differẽtia inter uerbum pluribus, & compluribus, quam tradd. humanarum litterarum authores Ambro. Calepi. in uer. plus. Cornucop. in uer. complura. & Laurentius Valla elegan. lib. 4. ca. 90. ad quam non aduertit Guil. prout ẽt de uer. plurimis est tex. in c. Christiano. ibi non dicam plurimas. 34. dist. no. Archidia. in c. nunc uero iterato. 9. q. 3. Tum & postremò, quia illa uerba, iuris cõpluribus, &c. sunt uerba narratiua legis, à quib. nõ licet argue-
29 re, quia narrant factum, nec denotãt iuris ministerium. iux. gl. ord. in l. uni. in 3. intellec. quam ibi no. doc. & post alios Dec. lec. j. col. penul. & latissime Ias. nu. 22. C. quando non pet. par. gl. in §. fi. uer. usque ad sextam. quam ibi no. Syl. in addi. insti de success. cogna. & opt. gl. quam ibi Bar. & cæteri not. in l. 2. uer. diu. C. de acqui. pos. & in c. audit. s. uer. ex post facto. ad fi. de ele. in cap. 1. uer. collationem. ad med. ibi satis potest dici. de re. permuta. lib. 6. & in cap. fi. uer. non teneris. de do. & contu. eo. lib. 6. & late etiam Ias. in l. j. nu. 38. ff. de of. eius. & Felin. in c. j. nume. 18. de consti. prout, & uerba prolata gratia frequentioris usus iux. late adducta infra par. 2. cap. 1. nu. 30. Verum unum tantum non est hic silẽtio prætereundum, quod licet de iure ciuili quo ad qualitatem dispositionis non sit aliqua solennitas in hoc testamento ad pias causas, tamen quo ad habilitatem personæ testãtis de qua imprimis quærẽdum est iux. l. si quæramus. ubi Bal. allegat concordan. ff. de testamen. cum aliis infra adductis par. 2. ca. 4. nu. 43. uidetur totum cõtrarium concludendum per tex. in d. l. 1. ibi, unusquisque. C. de sacr. eccle. prout per illum tex. cõcludit ibi Bar. in repe. nu. 3. in fi. in uers. uenio ad secundum. iunctis infra tradd. nu. 11. &
30 12. & pluribus seqq. quæ dictio uniuersalis, licet aliàs restringi debeat ad psonas habiles. l. ut gradatim. §. 1. ff. de mune. & hono. l. tutor. §. 1. in fi. ubi Rom. & Ias. post eum no. ff. de iureiu. & in l. qui autem. §. fi. iuncta glo. ff. de consti. pecu. & similis tex. & gl. in §. 1. in fi. inst. de uer. obli. & gl. quã summe no. Bar. & Bal. in l. etsi instrumenta. in uer. probationis. C. de fi. in-

 stru-

stru.& iu. hastæ fisca. lib. 10. optima glo. quæ ponit plura exempla in l.fi. C.sine censu.uel reli.& facit bon.tex. iuncta glo.in l.pen.in uersi. aliam rationem.C.qui adm.trad.Bar.in repet. l.omnes populi.sub num.55. uersi.tertio casu.ff. de iust.& iu.idemque Bar. & doc.omnes per illũ tex.iuncta glo. in l.2.§.prætor ait.in fi.cũ latissime cumulatis ibi per Alex.& Ias.ff.qui satisda.cogan. & opt.glo. cõmuniter per doct. approbata aduersus Nico. de Matta.& Bar.ibi in l.1.ubi post. Bald. Alb.Fulgo. Pau.de castr.& alios late
31 Ias.col.fi.ff. de eo quod cer. loco.fallit tamen fauore publico,& piæ causæ. l.si quamuis in graui.§.utrũ. uersi. si quoq;. ubi Bar.& cæteri. ff.ad Sylla. Bar.in repet. d.l.omnes populi.ubi supra tradd. communiter doc.in l.1.§. nunciatio.ubi plene Bar. post Iac. de Aret.& Oldr.num.21.cum seq.usque 26. & post alios Ias.nu.5.6.& 7.ff. de no. ope. & in l.si filiusfamil. ubi late Ias.& Dec.num.3.& seq.ff.si cert.pet. quod tamen declara.ut not.per Bald. omnino uiden.in rub.C.de ijs,qui accusare non possunt.num.10.prout in terminis per hoc, & alia plura fundamenta ita in terminis firmat, ut dixi, Bar.in repet.d.l.1.C.de sacr.eccle. & comprobat late Iaso.ibidem lec.1. nume.11. usque 19. & lec.2.col.2.in uersi.circa primam conclusionem. & col.sequenti.

32 Quibus tamen fundamentis non obstan. sententia Bar.in hoc est communiter reprobata,quod imo ille tex. in uer. unusquisque. restringatur ad personas alias habiles ad testandum iux.glo.ibi notab. quam sequitur ibi Bar. sibimet contrarius in lec. in prima oppo.& in d.§.nunciatio.nu.22. & 25.Alex.attestans de communi in consi.182.in fi.uol.5. & late Ias.post Salyc.& alios idem attestans in d.l.1. lec.1.nu.10. & lec.2.num.15.ad fi. uersi.quid tenendum. cum seq. C.de sac.eccle.& in d.§.nunciatio.col.4.in uersic.secundo contra limitatio.Iul. Clar.lib.3.senten.q.5.uersi. sed quia. cum alijs adductis perTiraquel.de priui.piæ cau.priui.79.uersi.sed contrarium.cum quibus & nos transeamus, nam & ad principale fundamentum pro opi.Bar. adductum, quod uerba generalia ratione publici fauoris & animæ non restringantur ad habiles tantum, respondet ipsemet Bar.in d. §.nunciatio.sub nu.22 & aliter quoque Dec.in d.l.si filiusfam.nu.3. in fi. cum seqq.ff.si cert. pet.

33 Verum quia respectu testamenti ad pias causas hodie per ius canonicum reperitur clare determinatum ualere testamentum cum duobus tantum testibus, nulla iuris solennitate attenta, per cap.relatum.el primo de testa.Iul.Clar. latissime lib.3. senten. q.6.per totam. & Franc. Mantica de coniec.ult uolun.lib.6.tit.3.nume.4. cum aliis per nos allegatis loco suo
34 infra par.2.cap.1.nu.6, cuius dispositio seruanda est; ubique etiam in foro Cæsareo, & in terris Imperij, ut per cano. in d.cap.relatum. ubi post alios latissime Couar.num.1. & seq. Bald.in proposito in d.l.1. lec.1.nu. 9.C. de sacr. eccle. & ibidem latissime Bar.lec.2.nume.80.cum seqq. usque ad fi.Ias.lec.1.sub nu.21.ibi sed. in hoc articulo.& in 2.nume.28. & seq.Iul.Clar.d.q.6.in fi.prin.cum alijs adductis per Manticam proxime allegatum. d.nume.4. & late tradidimus infra d. par.2. capit.6. ubi uidendum est; quinimo ualet huiusmo-
35 di testamentum ad pias causas de æquitate canonica etiam nutu conditum contra omnia iura ciuilia. iux. glo. communiter approbatam in capit. cum tibi. ubi post alios late

Couar. num.6. de testa. Ias. in l. licet. num.7. C. de pac. Alex. in l. iubemus. nume.1. C. de testa. & infra cap.16. num.208. & latius. d. par.2. cap.3. nu. 10. & sic in testamentis ad pias causas correcta est dispositio iuris ciuilis, & penitus per ius canonicum abroga-
36 ta, cui in hoc standum est, ut latissime uidebimus infra in d.2. par. prin. huius tract. capit.6. ubi hoc plenissime tractatur, idcirco, prout etiam dicit Iaso. proxime allegatus super huiusmodi articulo, respectu dispositionis iuris ciuilis non est ulterius insistendum.

Ampliatio X.

Quod non ualet testamentum absque solenni numero septem testium, etiã si ex priuilegio Principis sit concessa facultas libere testandi. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Principis est latissime interpretandum.*

2 *Priuilegium concedens liberam testamenti factionem non operatur ut ualeat testamentum absque solenni numero testium.*

3 *Princeps non censetur velle tollere obseruationem iuris communis circa testamentorum confectionem.*

4 *Dispositio l. si quando. C. de inoff. testa. in quibus terminis procedat.*

5 *Priuilegium Principis est interpretandum ne sit superfluum, & ne seruiat de uento.*

6 *Testamentum peregrinorum, qui deuotionis causa peregrinãtur, an ualeat absque numero septem testium.*

7 *Intellectus gl. ad auth. omnes peregrini. C. comm. de success. uerior, contra Ang. & sequaces.*

8 *Tex in d. authen. omnes peregrini. declaratur.*

9 *Ratio concedendi priuilegium libere testandi in terminis d. auth. omnes peregrini. quae fuerit.*

10 *Libera facultas testandi importat ut testamentum nulli rescissioni sit subiectum.*

11 *Et operatur aliquid ultra ius commune.*

12 *Verbum (libere) quid importet remissiue.*

13 *Priuilegium, ubi aliquid operatum est ultra ius commune debet restringi ut minus illud laedat, quàm sit possibile.*

14 *Differentia inter beneficium, & priuilegium.*

15 *Declaratio ad l. si quando C. de inoff. testa. & ad auth. omnes peregrini. C. com. de success. & ad l.1. C. de sacr. eccle. super libera facultate testandi.*

16 *Varietas opi. inter Bar. & Bal. in l.1. C. de sacr. eccle.*

17 *Bar. opi. approbatur contra Bal. & Ias. eius sequacem.*

18 *Quilibet praesumitur habilis ad testandum, nisi specialiter prohibitus reperiatur.*

19 *Regula iuris reddit rem certam.*

20 *Ad ea, quae de raro contingunt, non est habenda consideratio.*

21 *Collegia, uniuersitates, & confraternitates iudicantur ecclesiastica uel secularia, secundum quod regulariter plures clerici uel layci in eis reperiuntur.*

22 *Inhabilis an, & quando trahat ad se habilem.*

23 *Arg. Bal. & Ias. contra eos retorquetur.*

24 *Vbi sunt plura determinabilia, uniformis omnium debet esse determinatio.*

25 *Distinctio Authoris pro intelligentia ampliationis.*

26 *Sublato obstaculo inhabilitatis personae, censentur sublata inhabilitas proueniens à iure positiuo, non autem à iure naturali.*

27 *Ius ciuile non potest supplere defectus iuris naturalis.*

28 *Is qui ingressus est monasterium an testari possit non seruata iuris solennitate.*

29 *Priuilegium Principis non censetur concessum cum damno & praeiudicio tertii.*

K 2 Cap.

CAP. XIII.

ET si alias beneficia Prin-
1 cipis sint latissime inter pretāda, præsertim quādo nulli adferunt præiudicium, sed solum fauorem, & priuilegium illis quibus conceduntur, ut habetur in l.fi. ubi gl. & doct.& post alios Ias.nu.19. & seq. & num.31.ff.de consti. prin.in cap. cum dilecti. in fi.ibiq; Innoc. & cæteri cano.de dona.c.olim. de uerb. signif.c. quia circa. de priui.cum sim.late adductis per Oldr. in suo eleganti consil.300.num.1. & alijs seqq.ubi latissime hanc conclusionem firmat, & late etiam comprobat Fely.in cap.causam quæ, colum.13.in uersi.tertia declaratio. numero 12. cum alijs etiam seqq. de rescript. nihilominus numerus septem testium in tantum est de substantia testamenti, quod etiam si Principes speciali priuilegio conce-
2 dant liberam testamenti factionem, non tamen ualebit testamentum absque solenni numero septem testium, eo quia per huiusmodi priuilegiū nihil aliud uidetur cōcedere Princeps, quàm ut legitimam, & consuetam habeat testamenti factionem, neque enim credendum est Romanum Prin-
3 cipem, qui iura tuetur hoc unico uerbo totam obseruantiam testamentorum multis uigilijs excogitatam atq; inuentam uelle euerti, ut inquit Imperator in l. si quando. quæ est text. principalis in hac nostra ampliatione, & semper allegatur .C. de inoffic. testam. super quo text. fundatur hæc præsens nostra ampliatio, & idcirco recipit omnes declarationes quas recipit text. dict.l. si quando. in quo fundatur.

Declaratur ergo, ut procedat ubi-
4 cunque priuilegium istud conceditur personis alias inhabilibus ad testandum, de quibus plene habetur per glo. in l.si quæramus. ff. de testa. & Ioan.dilec. de arte testan. tit.1. & Iul.Clar.dict.lib.3.senten.quæstio.18. & pluribus seqq. cum alijs infra late adductis parte 2. cap. 4. numero 44. iuncto numero 50. cum cæteris seqq. usque ad finem. hoc enim casu priuilegium satis operatur in eo, quod reddit personas habiles cum essent inhabiles, & idcirco censentur habilitate ad testandum seruato ordine iuris, & procedit dispositio dict. l. si quando. & l. generali. ibi quod tamen alia omni iuris ratione munitum sit. iuncta l. prima. C. de sacr. eccles. prout etiam declarauimus supra capit. proximo sub numero decimo, & numero uigesimoprimo, & uigesimosecundo, cum seqq. & probat optime tex.in auth. omnes peregrini. iuncta glo. in uer. liberam .C. com. de success. secus autem si priuilegium concedatur personis alias habilibus, quia tunc istud priuilegium, per quod conceditur libera testamenti factio, uel libera testandi facultas, importat ut
5 censeatur remissa omnis iuris ciuilis solennitas, quia alias esset superfluū, & nihil operaretur, & seruiret de uento cum possent iure communi testari, quod non est dicendum. cap. si Papa. de priuileg.libro sexto, cap. in iis, extra eod. l. prima. in fin. ubi gloss. & docto. ff. ad municipa. l. si quando. in princip. cum simil. ff. de legat. primo, prout ita præcise declarat gloss. communiter approbata. in dict. l. si quando. & ibi Bar. Bal. Pau. de Cast. Ias. & cæteri .C. de inoffic. testa. & Bald. omnino uidendum in l. si mutus .ff. de testa.

6 Ex quibus infertur ad testamētum cōditum per aduenas, & peregrinos qui

qui deuotionis causa peregrinantur ad limina Beatorum Petri, & Pauli, uel ad S. Iacobum, uel ad Sepulchrũ D.N.Iesu Christi,& ad similia,quibus cum concessa sit libera facultas testãdi per d. auth. omnes peregrini. uidebatur quod possint testari quacunque iuris solennitate omissa prout ibi determinant Ang. quem refert, & sequitur ibi Pau. de Cast. qui legit illam auth. sub l. nutritoribus. num.4. uersic. item no. C. com. de success. & plene Alexan. in l. fi. nume. 6. & Ias. num. 9. C. de testa. idem Ias. in l. hac consultissima. numero 4. in fi. eod. tit. cuius tamen contrarium tenet glo. in d. authen. omnes peregrini. in uer. liberam. quam simpliciter refert, & sequitur Ias. in d. l. si quando. in princ. C. de inoff. testa. cuius opin. est uerior

7 contra Ang. & eius sequaces, quæ ineuitabiliter probatur ex doctr. glo. in dict. l. si quando. C. de inoffic. testam. communiter recepta, ut supra numero 4. & seqq. quæ declarat. d. l. si quando. procedere ubicunque priuilegium libere testandi conceditur, prout in terminis d. auth. omnes peregrini, personæ alias inhabili, quia ut supra ostẽsum fuit, per huiusmodi priuilegium persona censetur tãtum habilitata, ut possit testari, non tamen censetur remissa iuris solennitas iuxta dispositionem dict. l. si quando l.

8 & in his terminis procedit etiam tex. d. auth. omnes peregrini. ut glo. quoque ibi in uer. liberam. declarat, & dicit, quod priuilegium ibi multum operatur, absque eo, quod censeatur remissa iuris solennitas, eo quia tollit statuta,& consuetudines, quibus ante d. auth. aduenæ, & peregrini in peregrinatione testari prohibebãtur, & sic d. auth. concedendo peregrinis liberam facultatem testandi non tollit iuris solennitatem, sed tantum ipsos habilitat, nõ obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu priuilegio, quæ hactenus contrarium inducebant, & testari eos prohibebãt, ut ibi expresse habetur ibi, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine &c. prout in simili quoque probatur in l. 1. iuncta l. generali C. de sacr. eccle. ut late supra declarauimus ampliatio. proxime præceden. à num. 17. cum seqq. usque 23. ad ibi dicta me refero.

9 Nec obstat in terminis d. auth. omnes peregrini, ratio pietatis, quæ pro eis adduci potest, dum deuotionis causa, ac pro salute animæ, & remissione peccatorum, ac pro indulgẽtijs assequendis ad limina Beatorum Petri, & Pauli, & similia loca sancta peregrinan. in itinere decedentes testãtur, quam rationem considerant Alexan. num. 6. & Ias. num. 9. in l. fi. C. de testa. quia respondetur, quod etiam ad pias causas non ualet de iure ciuili testamentum absq; iuris solennitate conditum iux. proximã præcedentem ampliationẽ per ibi adducta, quæ hic non sunt superfluo repetenda.

10 Prout nec obstant uerba d. authen. omnes peregrini. ibi, liberam facultatem. & ibi inconcussa seruentur, quæ important, ut testamentum nulli rescissioni sit subiectum Bal. Saly. & Ias. post alios in l. si filiam. nu. 8. C. de inof. testa. Abb. in c. quia nos. nu. 4. & post alios Couar. nu. 6. de testa. & im-

11 portant etiam, quod ultra ius cõe aliquid cẽseatur indultum iux. d. c. si Papa. de priuil. lib. 6. Bal. in auth. habita. nu. 4. C. ne fil. pro patre. & no. p Host. & cæteros cõiter. in c. 1. ubi late Fely. nu. 4. & seq. de rescrip. Aret. in consil. 76. nu. 3 & propius ad rẽ nostram Ias. in l. j. lect. 1. nu. 14. C. de sacr. eccle. & quod imo solutum sit ab omni obseruatione iuris ciuilis, ut supra c. proximo præcedẽti nu. 15. & 16. & de hoc

12 uer. libere. habetur in infinitis prope locis præsertim iuris canonici in c. de multa.ubi doc.præsertim Abb.n.3.de præb.in c.statuimus: ubi quoq; Abb. nume.2.de regula.in c.cum plures. & ibi glo.& doc.de offi.deleg.lib.6.& in c.ordinarij. & c. cum episcopus. & ubiq; etiam glo.uer.libere.de offi.ordi.eo.lib.6.& in clem.fin.& ibi etiam glo.eo.uer.libere.de sepul.& in alijs pluribus sim.& ultra supra allegatos doct.habetur per Bald. in consil.288. uol.4.Dec.in c.reprehensibilis.nu.5. de appella.Cur.Iun.consil.2.nume.3. Ruyn.consil.219.num.3.uol.1. Aym. consil.122.num.4.& 5. Barba. latissime in c.1.de offi.ord.Præpo. in c.per uenerabilem. num.8. qui filij sint legi.& Io.Andr.in c.cum quid. de reg. iu.lib.6.in mercu.late Ias.in d.l.1.lec. 2.num.27.C.de sacr.eccle. ubi ponit plures remiss.ut ibi per eum. & Alex. in consil.14.nume.3.& late consi.12. num.1.cum latissima apostil.in uer.libere.uol.2.cum alijs,ut per Tiraquel. in l.si unquam.uer.reuertatur. nume. 134.& 135.cum seqq. C.de reuocan. dona.sed hæc obiter adnotata sint, ad rem autem redeundo uerba hæc in d. auth.omnes peregrini. non obst. ut dixi, quia ex præmissis colligitur responsio, quod cum priuilegiũ istud libere testandi cõcedatur peregrinis personis alias inhabilibus ad testandũ ut supra.num.8.iccirco per illud uerbum,liberam,non censetur relaxatus ordo iuris,quia priuilegium satis operatur habilitando personas inhabiles, & tollẽdam prohibitionem,& obstaculum consuetudinis, & statuti prout d.nume.8. ostensum fuit iux.doct. glo. cõmuniter recept. in d.l.si quando.C.de inof.testam.& in terminis d. auth.omnes peregrini.glo. ibi in uer. liberam. & probat text.in l.generali. ibi quod tamen omni alia iuris ratione munitum sit. iuncta l.1.C.de sacr. eccle.ut supra etiam ostendimus.nume.6.quibus addo opt.tex.in c.eos.in fi. ibi, alias tamen canonicæ liberam concedimus facultatem. de tempo. ordi.lib.6.ubi in proposito no.Domi. quod data alicui libera facultate faciendi actum quem prius facere non poterat,debet tamẽ in eo seruare formam canonicam, & in terminis etiã super hoc uer.libere.ita declarant canon. & præsertim Fely.latissime in d.c. 1.de rescrip.col.6.in secunda declaratio. uersic.2. declara. cum seqq.& in præcisis terminis Abb.omnino uidendum,qui optime declarat in c.certificari. nu.10.de sepul.ubi adducit tex. in d.l.si quando.C.de inof.testa.quia,

13 ut in proposito inquit Fely. proxime allegatus in d.c.1.de rescript.& ibidẽ quoque Dec.col.4.in uersi.secundo limitatur, ubicunque priuilegium est aliquid operatum ultra ius cõmune, debet restringi, ut minus lædat ius commune, quàm sit possibile; neque extenditur de persona ad personam, nec de casu ad casum, sed restringitur quantum fieri potest, ne lædat ius commune.c.hinc est etiam.16.q.1.& opt.tex.in c.fin.de priuil.l.quod uero contra.ff.de leg.& ibi glo.quæ plura exempla ponit, Bart. & cæteri in l. si uero.§.de uiro.ff.solu.mat.& in l.1. in fi.C.de iur.& fac.igno.Bal.in l.quæ ex relationibus.in prin.C.de leg.facit tex.in l.1.in fi. ubi Ias.adducit concordan.num.11.ff.de const.prin.Ripa.de priuile.ult.uolun.nu.6.& Dec.qui latissime declarat in l.in omnibus causis.la secunda, num.6. cum pluribus seqq.ff.de reg.iu.

Ex quibus patet non obstare,quod beneficia Principis sint latissime interpretanda,ut habetur in l.si.ff.de consti.prin.cum alijs, ut supra nu.1.quia

14 id uerũ est in beneficio proprie sumpto

pto, quod est præter, uel secundũ ius cõmune, secus est in priuilegio, quod est contra ius commune, ut post Bar. & cæteros bene, & late declarat Ias. in d.l.fi. nu.25. cũ seqq. iunctis tradd. infra nu.31.32.& 33. de constit.prin. trad.glo.& canon.omnes in d.c.olim. præsertim Abb.num.7.de uerb.sig.& late Fely.in d.cap. causam quæ.de rescrip.Dec.in consil.392.nu.6.& 453. nume.4.& 5.& prout in terminis his de quibus ad præsens loquimur declarat idem Ias.ibi in d.l.fi.num.33. allegan.tex.in dict.l.si quando. C. de inoffi.testa.& ita præcise ad hoc arg. respondet Bar.in d.l.si quando.num.1.

15 Postremo pro declaratione dict. l. si quando. in qua, ut dixi, fundatur hæc præsens nostra ampliatio, est aduertendum, quod doct.& distinc.glo. communiter approbatæ in d.l. si quãdo. de qua supra. nu.4.cum seq. procedit ubicunq; priuilegium libere testandi conceditur uni personæ tantũ, quæ sit habilis, uel sit inhabilis, & pariter quando concederetur pluribus, qui omnes essent habiles, uel omnes inhabiles, ut in terminis d.auth. oẽs peregrini. iux. supra trad.sub num.7. & seq. & in terminis d.l.1. C. de sacr. eccle.iux.sup.trad.ampliat. proxima. nu.17. usque 23.sed ubicunq; priuilegium istud conceditur pluribus quorum aliqui possunt esse habiles, aliqui inhabiles, ut si concedatur alicui nobili familiæ, aut collegio, seu alicui uniuersitati libera testãdi facultas, inter quos plures habiles, plures quoq;

16 inhabiles, ut filij familias, & similes reperiri possunt, isto casu fuit uarietas inter Bar.& Bal.in d.l.1. C. de sacr.eccle. Bar.n. ibi in 2.lect. sub nume. 54. uoluit quod isto casu non procedat dispositio.d.l.si quando, sed quod intelligatur concessa libera facultas testandi absq; aliqua iuris solennitate exemplo militum quibus cõcessum est priuilegium libere testãdi.per d.l.1.ff.de mili. testa.cum sim. nã cum inter eos plures sint habiles ad testãdum de iu-

22 re communi, & aliqui etiã inhabiles, ut filijfam. muti, surdi, & similes, per huiusmodi priuilegium nõ solũ censetur dispensatũ quo ad habilitatẽ personarũ inhabilium iux.l.iure militari. & lex militari.per totã.ff.de mili.testa. sed etiam quo ad iuris solennitatẽ, ut per Bar.proxime allegatum.d.l.1. C. de sacr.eccle.quem refert, & explicat Ias.lect.2.sub nu.2. & comprobatur, quia alias istud priuilegium respectu habilium esset frustratorium, & nihil operaretur contra cap.si Papa.de priuil.lib.6. ut late supra num.5.

Contrarium uoluit Bal.in ea.l.1. & secunda lect.in tertia oppo. sub num. 2.& num.3.C.de sacr.eccl.ubi reprehendendo Bar.retorquet eius arg.eo, quia quando pluribus conceditur priuilegium quorum aliqui possunt esse habiles, & aliqui inhabiles, tunc illa dispositio, & concessio uniuersalis, est uniformiter accipienda, quo casu inhabilis trahit ad se habilem, nõ ẽ contra.l.iam hoc iure.uersic.sed si aliter. ff.de uulg.& pupill.& cum Bald.contra Bart.tenet Ias.in ead. secunda lect. d.l.1. C. de sacr.eccle.sub num.21.dicens, quod istud priuilegium in casu isto uidetur principaliter concessum propter inhabiles habilitandos, unde non debet ultra operari, ut etiam intelligantur remissæ solennitates iuris ciuilis, & infra sub num.23.in uersic. non obstat argu.inquit, quod limitatio Bar.est falsa.

17 Sed tamen quicquid in hoc dicant Bal.& Ias.sequor opin.Bar.quam credo uerissimam. & ultra supra proxime adducta nu. 16.comprobo illam ualidissimo fundamento, quia cũ re-

18 gulariter quilibet habeat testamenti

K 4 fa-

factionem & sit habilis ad testandum, nisi qui specialiter prohibetur, iux. glo.in l.si quæramus. ff.de testa.Spec. de instru.edi.§.compendiose. num. 1. quamuis plures prohibiti reperiatur ut infra latissime part.2.c.4.nu.44. & nu. 50.cum cæteris seqq. iccirco tale priuilegium libere testandi concessũ alicui familiæ, collegio, uniuersitati, & similibus, iudicari debet, ut de priuilegio concesso personis habilibus, ex quo omnes iux. regulam iuris di-
19 citur habiles, licet inter eos possent aliqui inhabiles reperiri, tum quia qui habet regulam pro se dicitur habere rem certam, & intentionem fundatã, Dec.in l.1.nume.5.ff.de reg.iu. cum uulg.ut late supra c.16. nu.25. cum
20 seqq. tum quia quod inter habiles aliqui reperiantur inhabiles, tanquam de raro contingen. cum regula sit in contrarium non est habenda consideratio. l.nam ad ea, & l.seq. ff.de leg. cum simil. prout in proposito uide-
21 mus, quod huiusmodi collegia, uniuersitates, & confraternitates indicantur ecclesiastica uel secularia secundum quod regulariter plures clerici & layci in eis reperiũtur: ita quod si regulariter pro maiori parte sunt layci, puta in istis confraternitatibus disciplinatorum, & in collegio docto rum, & uniuersitate scholarium, quãtũs inter eos sint aliqui clerici, nihilominus tota confraternitas, collegiũ, & uniuersitas dicitur & reputatur lay corum, nec illorum clericorum habẽ tur consideratio, & è cõuerso, eo quia maior pars trahit ad se totum, ut not. in proposito trad. Bar.in l.fi.nu.15.ff. de colleg.illici. Bald. in auth.habita. sub nu.41.C.ne filius pro patre. Socin.in l.cum senatus.nu.10.ff.de reb. dub.Anchar.in c.ea quæ. num.21.de reg.iu.lib.6.Abb.per gl.sing. ibi in c. 1.num.12.ubi bene declarat de loca. & in cap.ex literis.num.4.ubi etiam Dec.nume.4.cum ibi late congestis per Fely.sub num.2.uersi. & uniuersitas scholarium. de constitu.

22 Non obstat arg.Bal.quod inhabilis trahit ad se habilem, arg.l.iam hoc iure. ff.de uulg.& pupilla. Tum quia termini sunt diuersi, ex quo arg.procedit prout loquitur tex.d.l.iam hoc iure. quando dispositio pariter respicit unum habilem, & alium inhabilem, sed nos loquimur quando dispositio respicit unam uniuersitatem, seu familiam, aut collegium, quod totum reputatur habile, licet aliqui inter eos de uniuersitate, familia, aut collegio possent reperiri inhabiles, quod non debet attendi cum maior pars præponderet ad effe ctum de quo agitur arg.l.quod maior.ff.ad municipa. ut supra proxime ostensum fuit, tum quia in terminis.d.l.iam hoc iure. dispositio illa operatur quo ad omnes tam respectu puberis quàm impuberis respectu uulgaris substitutionis, & licet quo ad impuberem potuisset etiam operari pupillarem, tamen quia respectu puberis non poterat illam comprehendere, iccirco ut generalis & indiffinita dispositio ad plu res relata uniformiter quo ad omnes operetur, restringitur ad solam uulgarem, & sic talis dispositio uniformiter accepta quo ad omnes tam puberes quàm impuberes satis operatur respectu uulgaris, at in terminis nostris si facultas libere testandi operaretur solum habilitatem personarum, non autem remissionem solennitatis iuris communis in testando, utique respectu habilium talis fa cultas esset penitus frustratoria, & nihil operaretur contra cap.si papa. de priui.lib.6. cum aliis allegatis supra numero.5.

Nec

Nec obstat dum dicit Ias. supra allegatus. in d.l.1.2.lec. sub nu.21.C.de sacr. eccle. quod talis facultas uidetur principaliter concessa propter inhabiles, quia hoc est falsum, quinimo in terminis, in quibus loquimur, uidetur principaliter concessa propter habiles nulla habita consideratione inhabilium, cum omnes habiles præsumantur, & saltem pro maiori parte omnes sint habiles, itaque omnes habiles reputantur, & sic dispositio censetur collata in habiles, non autem in inhabiles, ut supra num.17. & 18.& pluribus seqq. latius ostensum fuit, ideoque arg. Bald.& Ias. re-

23 torquetur contra eos, quia cum talis facultas, ut dixi, censeatur principaliter concessa propter habiles, per consequens censebitur remissa solennitas iuris iux. doctr. glo. communiter approbatam in d.l. si quando. C.de inof. testa. non solum quo ad habiles, sed etiam quo ad inhabi-

24 les, ad hoc, ut respectu omnium uniformis sit determinatio, per d.l. iam hoc iure. cum sim. ff. de uulg.& pup. licet respectu inhabilium in antecedens necessarium censeatur etiã concessa habilitas testandi iux. declarationem Barto. quam uti uerissimam sequor, & in casu isto non procederet hæc nostra ampliatio, sed bene procedit limitatio septima de qua in fra loco suo proprio uideri potest.

25 Et idcirco pro intelligentia amplia. distingui oportet, aut concessio libere testandi respicit personam, aut modum, & ordinem, aut ipsius actus testandi substantiam. primo casu aut conceditur personæ habili seu alicui uniuersitati, familiç, aut collegio, quorum pro maiori parte omnes sunt & reputantur habiles, & intelligitur remissa iuris solennitas ad hoc, ut priuilegium non sit superfluum & frustratorium, arg.c. si Papa, de priui. lib. 6. cum sim. supra allegatis; aut conceditur personæ seu personis inhabilibus, & operatur tãtum habilitatẽ personæ, quia reddit ipsam habilem ad testandum, quæ alias erat inhabilis, idcirco non operatur. remissionẽ solennitatis, sed tãtum ut dixi habilitatẽ testandi modo tamen legitimo & con-

26 sueto iux. tex. d.l. si quãdo. C.de inof. testa. & in his terminis habet locũ & procedit hæc præsens nostra ampliatio; & declaratur ut intelligatur cõcessa habilitas & sublatũ obstaculũ inhabilitatis proceden. à iure ciuili, exemplum in filijs fam. mutis & surdis & similibus qui sunt inhabiles ex iuris ciuilis dispositione iux. l. qui in potestate in prin. & §.1 iuncta. l. seq. & ibi glo.& Bald. ff. de testa. secus ubi inhabilitas prouenit ex iure naturali & gentium, ut in furioso, pupillo, & similibus, qui carent iudicio intellectus. iux. l. si filius fam. aut pupillus. eo tit.& l. furiosum. cum ibi not. per glo.& doc. C. qui testa. face. pos. nam defectum iuris naturalis ius ciuile

27 supplere non potest, arg. §. sed naturalia. inst. de iu. natu.& 5. distin. cap. 1. cum glo. & tradd. omnes in c. quæ in ecclesiarum de constitu. ut in proposito latissime ostendimus & comprobauimus infra par.2. cap.4. à nu. 60. usque.100 secũdo casu, quando cõcessio respicit modũ intelligitur remissa iuris solennitas. tertio uero casu, quãdo respicit substantiam actus, tunc talis concessio nõ operatur habilitatẽ personæ, nec remissionem solẽnitatis, sed tãtum actus prius prohibiti concessionẽ, ut tradit magistraliter Bal. in d.l.1. lec.2. sub nu.3. ad med. C.de sacr. eccle. tu uero circa hanc distin. considera, quod iste tertius casus in effectu reddit ad primum, & simul confunduntur.

Et

28 Et ex prædictis inferri potest ad decis. quæstionis de eo qui ingressurus est monasterium, an testari possit non seruata iuris solennitate, ex quo Imp. pmittit sibi de bonis suis quo modo uoluerit disponere in auth. de mona. §. si quis autem. in uers. illud. per quē tex. & simile de milite armatæ militiæ. Bar. pro hac parte determinauit in repet. l. 1. num. 40. C. de sacr. eccle. & in auth. si qua mulier. sub num. 7. eo. tit. quem sequitur ibid. Pau. de Cast. ubi post alios late Ias. nu. 22. cum tribus seqq. & Abb. in c. in præsentia. nu. 49. de proba. & in cap. quia nos. nu. 4. ubi hoc extēdit ad clericos seculares per illum tex. de testam. sequitur Dec. in cons. 31. parum. sub num. 3. ibi & ista præsertim, quis in libro meo corruptus habetur, & Claud. quæ attestatur de communi in l. intra cætera. nu. 12. & seq. ff. de lib. & pos. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 28. uersi. in primo. & q. 33. uersi. item quæro. & M. Ant. Cuc. in trac. de legi. quem edidit super repet. auth. nouissima. C. de inof. test. in uers. quoquo relicti titulo. nu. 29. car. 83. Sed contrarium & meo quidem iudicio uerius firmat Dec. qui respondet fundamentis Bar. in d. auth. si qua mulier. num. 40. & in d. cap. in præsentia. numero. 60.

29 Postremo ubicūque dictum est remissam esse iuris solennitatem intelligitur de solennitate quæ non tangit ius tertij, ut est numerus testium, rogitus, & illorum qualitas, uidelicet quod sint masculi, & similia; secus si solennitas tangit ius tertij, ut est prætеritio, aut exhæredatio liberorum sine causa, nam talis solennitas non intelligitur remissa, priuilegia. n. Principis nunquam intelliguntur concessa cum damno tertij, sed iure tertij, semper saluo, iux. l. nec auus. C. de eman. lib. & l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. & opt. tex. in proposito in l. impuberi. & & ibi Bar. nū. 2. ff. de adm. tut. & in l. cum filius. ubi not. Bal. ff. de mili. testam. & l. ex facto. ubi doc. ff. de uulg. & pup. c. super eo. de offi. deleg. c. licet. & ubique glo. & doc. de offi. ord. cap. quamuis. in fi. ubi Ancha. & alij de reicrip. lib. 6. & habetur in cap. extuarum. in fi. per glo. & doc. de autho. & usu pal. & in c. fi. ubi late Abb. nu. 22. & seq. de transla. Epis. & per Bar. & cæteros. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & in l. quominus. ff. de flumi. Alex. consi. 125. col. 1. uol. 2. Ruy. consi. 29. nu. 2. uol. 1. cū sim. late trad. per Ias. uiden. in l. fi. nu. 19. & 20. cum quattuor seqq. ff. de constitu. prin. & Fely. in d. c. super eo. col. fi. & ibi latissime Dec. in 2. notabili de offi. deleg. & Bero. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 135. de constitutio. & ut ipsi dicunt si fuerint concessa motu proprio iux. Host. Ant. de but. & cæteros in c. causam quæ. el 2. de testib. cum latissime ad id cumulatis per Gabr. com. conclu. lib. 6. titu. de clau. conclu. 2. num. 8. ad quos me remitto. & in terminis declarat idem Ias. in d. l. si quando. in prin. nu. 3. C. de inof. testa. ubi est locus proprius; ex quibus remanet absoluta hæc decima nostra Ampliatio.

Ampliatio XI.

Quod non ualet testamentum absque solenni numero septem testium, etiam si per iuris ignorātiam omissus fuerit. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ignorantia in his quæ sunt introducta pro forma uel ad rigorem iuris cōseruandum non excusat mulieres, rusticos, & similes*

les quos alias excusare solet.

2 *Rusticus non excusatur à solenni numero septem testium sub praetextu iuris ignorantiae.*

3 *Mulieres, & Rustici non excusantur praetextu iuris ignorantiae nisi in casibus à iure expressis.*

4 *Lex non debet esse de casu indubitabili.*

5 *Ratio concedendi priuilegium rusticis circa testamenti factionem non fuit sola iuris ignorantia nec sola inopia testium, sed utraque simul iuncta.*

6 *Mulieres minores & similes propter iuris ignorantiam non gaudent priuilegio l. fi. C. de testa. nec excusantur à solenni numero septem testium in testamentis adhibendo.*

7 *Iuris ignorantia quando excuset; uel sit iusta causa restitutionis in integrum remissiua.*

C A P. XIV.

Cum solennis numerus septem testiũ sit inductus pro forma testamenti substantiali, ut latè supra cap. 4. amplia. prima ostensum fuit, idcirco etiam si mulier, uel rusticus, aut minor, & similes personae, quibus ex iuris ignorantia subueniri solet, per ignorantiã iuris illum omiserint, non tamen ualebit testamentum eo, quia in his, quae sunt introducta pro forma actus; uel
1 ad rigorem iuris conseruandum, mulieres, rustici, & similes ex iuris ignorantia non excusantur, ut est tex. in l. fi. C. de testa. prout infra proximo ostendam, & bonus tex. in §. fi. in uers. non autem excipimus, ad fi. ibi & in omni persona. & ibi communem nãque omnibus hominibus. in auth. de haered. & falc. quem ad hoc expendit Bar. in consil. 154. uol. 1. glo. in l. iuris ignorantia, la 2. ibi, item in secunda parte ff. de iu. & fac. igno. ea. glo. in summa distin. 38. & similis gl. in cap. turbatur. uersi. notandum. in glo. 1. in fi. 1. q. 4. Bar. in l. cum quis. col. fi. & alij C. de iu. & fac. igno. & in terminis hodie trad. Bal. in l. iuris ignorantia. in fi. quē omnes ibi sequuntur. C. qui admi. ubi in terminis nostris hoc not. Pau. de Cast. in fi. & late Alex. nume. 4. & seq. Ias. num. 7. cum seq. & Dec. num. 14. idem Bal. in prin. l. fi. num. 7. C. de iu. delib. hoc idem uoluit Bart. in l. 1. nu. 9. C. de iu. & fac. igno. ubi attestatur glo. ibi contrarium tenentem esse cõmuniter reprobatam; idem firmat Bar. & post eum Alex. in l. 1. §. nunciatio. nume. 35. ff. de no. ope. nuncia. & Alex. consi. 14. nume. 1. uol. 2. & idem late in consil. 165. nu. 6. & seq. uol. 6. & consi. 7. num. 19. uol. 7. Ias. in consi. 28. col. 1. in uersic. praeterea. uol. 3. bene in proposito Paris. consi. 32. nu. 17. & 18. uol. 2. & in terminis quoq; Dec. in consi. 284. nu. 2. Euerar. in locis lega. centu. 53. in uersi. postremo. uolo te scire, cum late congestis per Tiraquel. de retrac. conuen. §. 4. glo. 7. nu. 5. & seqq. usque ad fi. in quibus locis praecise concludunt doct. quod rusti-
2 cus si omittat in testamento solennē numerum septem testium, non excusatur praetextu iuris ignorantiae iuxta hanc nostram praesentē ampliationē.
3 Accedat quod mulieres, & rustici non excusantur praetextu iuris ignorantiae nisi in casibus à iure expressis. l. fi. & ibi Bar. & post alios Ias. nu. 1. & seq. C. de iu. & fac. igno. Bal. proxime allegatus in d. l. fi. C. de iu. delib. Alex. qui alios cumulat in l. si quis id quod. sub nu. 10. ff. de iurisd. om. iud. & ibi late trad. Dec. sub nume. 34. in uersic. ultimo notan. est. idem Dec. in d. l. iuris ignorantiae. nume. 15. C. qui admi. Alex. d. consi. 14. num. 1. uol. 2. Ias. in l. 2. num. 183. C. de iu. emphy. & Tiraq. alios cumulans d. glo. 7. ubi supra nu. 13. & Dec. in proprijs nostris terminis

nis d consil.284.nume.2. quare cum non reperiatur iure cautum, quod testamentum rusticornm, uel mulierũ, & similium, ualeat cum minori numero septem testium sub prætextu iuris ignorantiæ merito,&c.

Postremo pro hac amplia. est text. clarus in l.fi. C. de testa. multipliciter inducendo, primo,quia ex eo constat quod ante illius dispositionem rusticitas,& simplicitas rusticalis sub prætextu iuris ignorantiæ non excusabat ab obseruantia solennitatis numeri septem testium, quia si iuris ignoran-
4 tia excusasset,frustratoria,& de indubitabili fuisset illius. l.dispositio,contra l.1.in fi.ff.ad munic.& l. quod Labeo.ff.de carbo.edic. l.domitius. ibi, plus enim, quàm ridiculum est dubitare.ff.de testam.l.ancillæ.C.de fur.cũ sim.secundo, quia ad hoc, ut ualeat testamentum rustici cum minori numero septem testium iux.d.l.fi.dispositionem, plura requiruntur, uidelicet, quod sit rusticus, & ruri testetur, & quod non adsit ibi copia septem testium, ita quod si alterum istorũ deficiat, lex illa non procedit, & sic sola imperitia rusticalis non sufficit, ut supra amplia.7.cap.10.nu.45.& seq. late ostensum fuit.tertio quia ratio finalis non fuit sola simplicitas,& imperi-
5 tia rusticalis, sed etiam inopia testiũ, & sic sola iuris ignorantia non excusat, prout nec etiam sola inopia testium, sed utraque ratio, & causa simul iuncta, ut etiam supra amplia. 8. cap.11.latius ostensum fuit num. 10. cum pluribus seqq. quarto, quia cum in casu illo particulari, uidelicet in testamento rustici ruri testantis,ubi copia septem testium haberi nõ potest, specialiter sit statutum ualere testamentum cum quinque testibus tantum,ergo in contrarium est ius commune, & per consequens mulieres
6 minores, & similes propter solam iuris ignorantiam non gaudebunt priuilegio.d.l.fi.& sic nõ ualebit eorum testamentum absque solenni numero septem testiũ. ultimo text.ille expresse disponit, quod etiam in terminis de quibus ibi nõ ualeat testamentum cum minori numero quinque testium ibi præfinito, ibi usq; ad quinque modis omnibus testes adhiberi iubemus, minus autem nullo modo concedimus, ex quibus patet, quod iuris ignorantia non excusat ab obseruantia solennis numeri testium à iure statuti,prout etiam d.cap.10.numero 39.& pluribus seqq. latius demonstrauimus, ubi de intellectu d.l. fi.late tractauimus.

Sed an & quando iuris ignorantia
7 excuset, uel sit saltem iusta causa restitutionis in integrum,uidendum est late per Alex.Ias.& Dec. in l.iuris ignorantia. C. qui adm. cum alijs supra allegatis nume.1.

Ampliatio XII. & ultima.

Quod non solum pro solennitate & probatione testamenti sed etiam coniecturarum ex testamẽto resultan. requiritur solennis numerus septem testium.

Cap XV.

SVMMARIVM.

1 *Vnus testis regulariter facit semiplenam probationem.*
2 *Indicium & coniectura est minus quàm semiplena probatio.*
3 *Coniectura ex testamento resultantes per quas probatur uoluntas testatoris debēt probari per solennem numerum septem testium*
4 *Idem numerus testium requiritur in probandis inditiis, qui requiruntur in probanda ueritate.*

Eadem

5 *Eadem probatio est necessaria ad probandam uoluntatem testatoris tacitam prout expressam.*
6 *Legata, & fideicomissa particularia possunt relinqui nutu, non tamen hereditas uniuersalis.*
7 *Nomen heredis ore proprio testatoris exprimi debet, uel eius manu scribi.*
8 *Haredis institutio dicitur summa summarum totius testamenti.*
9 *Vbi uoluntas testatoris non est expressa, sed ex coniecturis colligi debet, ibi cautius est agendum.*
10 *Voluntas testatoris tacita idem operatur, prout expressa.*
11 *Testamenti diffinitio in l. 1 ff de testa. habet locum non solum ubi dispositio testatoris est expressa verbis, sed etiam si ex coniecturis colligatur.*
12 *Vnicus testis circa proban. indicia, an & quando faciat semiplenam probationẽ, uel indicium, & coniecturam.*
13 *Numerus septem testium non est necessarius ad probandum qualitates extrinsecas respectu dispositionis testatoris.*
14 *Quod septem testes interuenerint in testamento, uel quod testes fuerint rogati, uel quod relictum filio fuerit relictum iure institutionis, & similia non est necessarius numerus septem testium, sed duo tantum sufficiunt.*

CAP. XV.

1 QVAMVIS regulariter dici soleat, quod unicus testis facit semiplenam probationem, & fortius indicium, coniecturam, & præsum-
2 ptionem, quæ est minus, quàm semiplena probatio, ut habetur per glo. & doct. in l. 3. C. ad l. Iul. Maie. & in l. maritus, & ibi late Bar. ff. de quæstio. unde unus testis plus probat, quàm una præsumptio, quinimo habet uim duarum efficaciam præsumptionum, ut per Aym. in consi. 145. nume. 11. in fi. & 178. num. 9. de quibus indicijs, cõiecturis, præsumptionibus, & alijs gradibus probationum habetur late, & distincte per Bart. in l. admonendi ff. de iureiu. & Bal. uidentes in l. ea quidẽ. per quinque coll. à nu. 1. usq; 35. C. de accusa. tamen ad probãdam uoluntatem testatoris per cõiecturas, & ad
3 probandas ipsas coniecturas ex testamento resultan. ex quibus in effectu probatur ipsa uoluntas testatoris requiritur solennis numerus septem testium, prout requiritur ad probandum ipsum testamentum iux. glo. per doct. omnes receptam in l. cum proponebatur. ubi no. Bar. nume. 3. Bald. col. j. uersi. no. ex glo. ista Pau. de Cast. num. 7. & cæteri. ff. de leg. 2. & habetur nouissime per Franc. Mantic. de coniec. ult. uolunt. lib. 12. tit. 16. nu. 9. & 10. cum seqq. ita quod prout, & bene dicunt Bart. & Bald. & alij ad proban. coniecturas in testamento inter extraneos requirũtur septem testes, in codicillis quinque iux l. fi. C. de codicill. in testamento inter liberos duo iux. l. fi. & ibi quoq; similis glo. ab omnibus approbata, ubi Bar. dicẽs, quod hoc dictum nunquàm exeat de mente tua. num. 2. & Bald. num. 7. C. fam. her. idem ergo numerus testium re-
4 quiritur in probandis indicijs, qui requiritur in directa probatione ueritatis, ut dicit Bald. in d. l. cum proponebatur proxime allegatus.

Nec mirum uideri debet, quod uoluntas testatoris per coniecturas probanda, uel cõiectures ipsæ, ex quibus uoluntas ipsa resultat probari debeat
5 per solennem numerum septem testium, quia si tot testes sunt necessarij ad probandam uolũtatem expressam testatoris, & ea quæ sunt expressa in testamento, quæ sunt clara, & aperte patent, multo magis hoc erit dicendum respectu uoluntatis, quæ nõ est expressa, nec ita clare patet, sed tacite ex coniecturis deprehẽdi, & colligi opor-

oportet, in qua maior probatio uidetur requirenda, arg. tex. in l. hæredes palam. ff. de testam. & in l. iubemus, & ibi no. Bal. num. 1. & seq. & Pau. de Cast. & Alex. num. 2. & post alios Ias. nu. 1. cum seqq. usq. 5. C. de testa. & l. hac consultissima. per totū. & ibi Pau. de Cast. in §. at cum humana. nu. 6. 7. & seq. C. qui testam. face. pos. & quod tradit gl. & Bal. in l. & in epistola. nume. 2. C. de fideicom. & quod habetur
6 in l. nutu. ff. de lega 3. ubi habetur q̄d licet nutu, & signis possint relinqui legata & fideicommissa, tamen hæreditas uniuersalis titulo institutionis nutu & signis relinqui nō potest, sed necesse est quod nomina hæredum uiua uoce exprimantur, uel manu pro-
7 pria testatoris scribantur, ut post Bal. Pau. de Cast. Alex. & Ias. proxime allegatos tradd. et Couarr. in c. cum tibi, nume. 3. cum seq. de testam. & nouissime Franc. Mantica de coniec. ult. uolunt. lib. 4. ti. 4. nu. 6. cum plurib. seqq. iunctis infra tradd. lib. 8. ti. 1. nume. 2. & num. 19. & nos etiam infra ca. seq. nume. 205. 206. & aliis seqq. & par. 2.
8 cap. 3. nu. 9. cum seq. ratio quia ut no. dicit Bal. in d. l. iubemus. in princi. in his quæ sunt summa summarum, ut est hæredis institutio nihil est ita propriū sicut claritas, & idcirco lex quantum potuit ordinauit, quod fieret patenter clare, & aperte, ad hoc ut omnis suspicio falsitatis cessare debeat, & sic ubi uoluntas testatoris non est
9 ita clara & patens, ut est expressa, sed est ex coniecturis elicienda, tunc cautius est agendum, & maior numerus testium uidetur requirendus, ut omnis fraudis suspicio penitus tollatur, & amoueatur, iux. tex. in d. l. hac consultissima. in fi. C. qui testa. fac. pos. & habetur per Mantic. proxime allegatum. d. lib. 4. tit. 4. nu. 6.

Præterea cum ista tacita uoluntas, quæ ex coniecturis ex testamento ip-
10 so resultantibus colligitur sit eiusdē uirtutis, & idem operetur prout expressa. d. l. cū proponebatur. & l. unū ex familia. §. pen. & fi. de lega. 2. l. cum uirum ubi doc. C. de fideicom. l. licet imperator. & ibi Bar. nu. 2. & cæteri. ff. de leg 1. cum sim. ut per Dec. in l. j. sub nu. 4. C. de collat. & in cons. 584. nu. 2. Paris. consi. 25. nu. 34 & seq. uolumi. 3. & consil. 53. nu. 13. 14. & 15. cum seqq. & consil. 68. nume. 33. 34. & 35. cum seqq. eo. uol. 3. Franc. Mantic. de coniect. ulti. uolunt. lib. 3. tit. 3. nume. 10. cum latissime adductis per Zachum. in l. hæredes mei. §. cum ita. nume. 133. iuncto num. 233. ff. ad trebell. & est communis regula, ut attestatur Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 76. iccirco quemadmodum ad probanō uoluntatem expressam requiruntur septem testes, ita & hanc ex coniecturis expressis collectam, quæ pro expressa habetur.

11 Rursus cum testamentum sit testatio mentis de eo quod quis post mortem suam fieri uoluit. l. 1. ff. de testa. & institu. eo. in prin. & sic testamentū consistit in his, quæ sunt per ipsum testatorem disposita, nō solum si dispositio sit uerbis expressa, sed etiam si prout dixi, ex coniecturis, & aliis expressis colligatur, iccirco cum solennis numerus septem testium sit de forma, & solennitate substantiali ipsius testamenti, ut latissime ampliatio j. cap. 4. ostensum fuit, merito id locum habebit nedum respectu eorū quæ in testamento expressa sunt, sed etiam eorum, quæ ex expressis colliguntur, & tam uoluntatis expressæ quàm etiam tacitæ, & ex coniecturis collectæ, quæ prout proxime ostensum fuit pro expressa habetur.

12 Nec obstat quod unicus tantum testis facit indicium coniecturam, imo &

& semiplenam probationē ut supra. nūme. 1. & seq. quia respondetur illud procedere quando unicus testis deponit de ueritate facti, uel immediate super facto de quo agitur, ex dispositione enim unius istius testis resultat indicium coniectura, & semiplena probatio, circa factum ipsum principale de quo agitur iux. no. per doc. omnes in l. admonendi. ff. de iur. iur. & supra d. nume. 1. & seq. secus uero ubi agitur de probandis ipsis indiciis ex quibus resultet uoluntas & dispositio, uel quod in idē recidit de probanda ipsa dispositione per coniectu ras iux. no. in d. l. cum proponebatur. quia tūc idē numerus testium requiritur, qui requiritur ad directam probationem dispositionis expressæ, ut declarant Bar. Bal. & cæteri in d. l. cū proponebatur. & in d. l. fi. C. fam. her.

13 Quod tamen procedit ubi indicia respiciunt ipsam principalem dispositionem, secus ubi certa est dispositio, sed agitur solum de probanda aliqua qualitate extrinseca iux. tex. in l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testa. quia tunc non requiritur solennis numerus septem testium, sed sufficiunt duo tantum, ut declarant idem Bar. & Paul. de Cast. in d. l. cum proponebatur. & Bald. late & not. in l. 2. ubi Alexan. Ias. & cæteri. C. de bo. pos. secundum tabu. ubi ex hoc inferunt quod licet ad probandam uoluntatem, & principalem dispositionē testatoris solennis numerus septem te-

14 stium requiratur, tamen ad probandā istam qualitatem, quod septem testes interuenerint in testamento, uel quod testes fuerint rogati, uel quod relictum filio fuerit relictum iure institutionis, & similia, sufficiunt duo testes iux. regulam l. ubi numerus. ff. de test. ut per Bal. in d. l. 2. num. 2. & seq. Alexan. nume. 5. in fin. cum seq. Iaso. 13. & Dec. 7. & seq. C. de bo. pos. secundum tabu. & late etiam Iaso. post alios. in l. errore. nume. 7. & seqq. C. de testa. & latius, infra in ultima limitatio. ubi est locus suus particularis ostendemus, ad quas, ampliationibus omnibus his Deo dante expeditis, est deueniendum.

Limitatio ad Regulam.

Testamentum inter liberos non requirit solennem numerum septem testium, sed in eo duo tantum sufficiunt. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Omnis regula patitur exceptionem.*
2 *In testamento inter liberos condito duo testes sufficiunt.*
3 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
4 *Erubescimus cum sine lege loquimur.*
5 *Deficiente lege sufficit allegare rationem naturalem ad decis. causarum.*
6 *Virtus legis cōsistit in ratione naturali.*
7 *Ratio est optimus. legis clipeus.*
8 *Quærere legem ubi habemus rationem est infirmitas intellectus.*
9 *Licitum est arguere per rationem naturalem absque allegatione iurium.*
10 *Lex est quicquid in ratione consistit.*
11 *Veritas omnia vincit.*
12 *Vbi deficit lex, sufficit doc. authoritas.*
13 *Authoritas doct. est probabilis, non necessaria.*
14 *Arg. ab authoritate doct. non concludit de necessitate, nisi sit fulcita ratione concludenti.*
15 *Declaratio ad conclusionem proximā præcedentem.*
16 *Cōmmuni opi. standum est in decis. causarum & nu. 50 cum seqq.*
17 *In testamento inter liberos est remissa omnis solennitas iuris ciuilis.*

18 Et

18 Et est redactum ad meros terminos iuris gentium.
19 Valet arg. de testamento militis ad testamentum inter liberos.
20 Potentius est priuilegium liberorum fundatum in iure naturali, quàm priuilegium militis fundatum in iure positiuo.
21 In testamento inter liberos sufficiunt duo testes etiam non rogati, siue masculi, siue fœminæ, licet regulariter è contra.
22 Quæ fuerit ratio remittendi solennitates iuris ciuilis in testamento inter liberos variæ fuerunt doct. opiniones.
23 Bal. opi. quod fauor liberorum fuerit in causa remittendi solennia testamentorũ, fundatur in æquitate naturali.
24 Timor vero falsitatis euitandæ propter quem l.. induxit solennia testamentorum, fundatur in rigore quodam iuris ciuilis.
25 Maximus, & incomparabilis affectus, & amor parentum erga liberos.
26 Statutum requirens in contractu mulierum præsentiam duorum consanguineorum, non habet locum quando filia contrahit cum patre. & seq.
27 Nullus amor vincit paternum.
28 Statutum vrbis lib. 5. capitu. 19. sub titulo de pactis, & donatio. non valituris; quod hodie in nouiter editis habetur libro 1. cap. 151. & aliud simile eodem libro 1. cap. 149. non habent locum in filia contrahente cum patre prout in Rota sæpius resolutum fuit, & nu. 29.
29 Marcellus bon. memo. Cardinalis Crescentius laudatur.
30 Insinuatio introducta ad fraudes euitandas habet locum in donationibus factis inter personas coniunctas, etiam inter patrem, & filium.
31 Statuta requirentia consensum propinquorum in contractibus minorum, & mulierum sunt maxima æquitate fundata.
32 Metus reuerentialis præsumitur in liberis erga parentes, prout in uxore erga maritum, & in libertis erga patronos.
33 Maius periculum considerari potest quàm do filia contrahit cum patre, quàm cum extraneis.
34 In testamento inter liberos cessat præsumptio falsitatis fraudis, & deceptionis.
35 Prima causa successionis ab intestato est filiorum.
36 Non est præsumendum quod aliqua fraus fuerit adhibita per liberos in testamento paterno, cum ex eo nihil commodi, aut lucri sint reportaturi.
37 Secunda ratio principalis cur in testamento inter liberos sit remissa solennitas iuris ciuilis est, quia causa intestati fouet causam testati, & è contra.
38 Vbi cessat legis ratio, cessat etiam legis dispositio.
39 Ratio falsitatis vitandæ propter quam sunt inducta solennia testamentorum, non est finalis, sed impulsiua.
40 Dictio forte denotat occasionem, & causam impulsiuam.
41 Testamentum minus solenne ex defectu numeri testium nihil valet etiam si partes fateantur in eo nullam fraudem interuenisse.
42 Cessante causa impulsiua, non cessat legis dispositio.
43 Inæqualitas inter liberos est odiosa, & contra naturalem æquitatem.
44 Lex hortatur parentes ad seruandam æqualitatem inter filios.
45 Pater non debet facere vnum filium legitimum, & alium bastardum. & nume. 143.
46 Honor & reuerentia debetur parentibus iure naturali & Diuino, & est primum præceptum secundæ tabulæ inter præcepta decalogi.
47 Testamentum minus solenne inter liberos conditum non seruatur quoad legata extraneis relicta.
48 Ratio fauoris filiorum est communis ab authore approbata.
49 Priuilegia concessa parentibus testantibus inter liberos locum habent vbicunque pater testatur ad fauorem filiorum, secus si in odium eorum, vel alicuius eorum.
50 A communi opi. in dubio non est recedendum.

51 Com-

51 Communis opi. sperni potest ubi conuincetur aliqua concludenti ratione quæ discretę iudicis arbitrio committitur, & numero 105.
52 Item quando communis est nimis rigorosa & contraria æquior.
53 In his quæ sunt de iustitia positiua sufficit quodlibet motiuum legislatoris pro legis ualiditate.
54 Testamentum inter liberos annullatur uitio preteritionis.
55 Dispositio. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. procedit solum ubi testamentum deficit ratione solennitatis probatoriæ nō autem uitio præteritionis.
56 Vitium præteritionis respicit defectum iuris naturalis qui non est relaxatus in testamento inter liberos.
57 Legitima reliqui debet filio tit. institutionis, etiam de iure canonico.
Et an sufficiat iure substitutionis & iure fideicommissi uniuersalis, infra nu. 124.
58 Solennitas tituli institutionis est introducta de iure positiuo ad commodum filiorum.
Et contrario statuto & consuetudine tolli potest.
59 Titulus institutionis dicitur honorabilior & utilior quolibet alio.
60 In testamento inter liberos non est remissa solennitas tituli institutionis, ex quo respicit fauorem ipsorum liberorum.
61 Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.
62 Lex disponens testamentum imperfectum ualere inter liberos, non procedit ubicunque conditio liberorum efficeretur deterior.
63 Cessante causa fauoris, cessat. l. dispositio ob fauorem introducta.
64 Præteritus dicitur qui non est expresse institutus uel exhæredatus, licet de eo sit facta aliter mentio in testamento, uel alio tit. quàm titulo institutionis honoratus.
65 Legis correctio est uitanda ubi expresso non reperitur facta correctio. & num. 57.
66 Inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri.
67 In testamento ad pias causas non est necesse relinquere filio titulo institutionis iuxta communem.
68 Filius magis dolet de inæqualitate in testamento condito inter ipsos filios, quàm in testamento condito ad pias causas.
69 Intellectus. c. rainutius de testa. explanatur.
70 Vbi de aliquo quæritur, præsupponitur habilitas quo ad reliqua.
71 Lex habens uarios intellectus non potest allegari ad decis. causarum.
72 Sententia lata contra legem habentem uarios intellectus mero iure ualet.
73 In testamento inter liberos subintelligitur clausula codicillaris, & clausula omni meliori modo, etiam si non exprimatur, & numero 82.
74 Clausula codicillaris operatur etiam ubi testamentū est nullum ex defectu solennitatis & etiam defectu præteritionis.
75 Clausula codicillaris, & clausula omni meliori modo, an eandem uim obtineant, & quæ sit inter eas differentia.
76 Institutio hæredis in codicillis fieri non pōt.
77 Clausula codicillaris non potest habere maiorem effectum, quàm habeat codicillus ipse. nec potest operari titulum institutionis.
Et an in codicillis titulus institutionis in testa. omissus suppleri & declarari possit, ibid.
78 Testamentum recipit uires ex institutione hæredis nec ex codicillis cōfirmari potest.
79 Virtus clausulæ codicillaris in quo cōsistat.
80 Clausula codicillaris tacite in testamento subintellecta, non est ita efficax sicut expressa & nu. 99 cum pluribus seqq.
81 Clausula omni meliori modo, operatur ualiditatem testamenti nulli ex defectu tituli institutionis.
82 Clausula prædicta semper subintelligitur in testam nto inter liberos.
83 Dictio, credo & dictio, forte, in doctore, non stant dubitatiue, sed assertiue.
84 Regula quod quis uelit ualere actum quem facit omni meliori modo generaliter procedit in qualibet dispositione.
85 Ex qua depromitur alia regula generalis neminem uideri elegisse uiam per quam sua iudicia subuertantur.
86 Lex præsumit quod quilibet uelit facere actum ualidum non autem inutilem.
87 Præsumptio ualiditatis actus ceteris præsumptionibus efficacior.
88 Hæc tamen præsumptio non sufficit ad ualidi-

liditatem actus nulli ex defectu formæ omissæ, quia solum sustinet actum quatenus ualere potest sub ea forma qua gestus reperitur.

89 Testamentum militis nullum de iure communi defectu solennitatis omissæ sustinetur de iure militari.

90 Intellectus ad glo. in l. cohæredi. §. cum filio. ff. de uul. & pup substitu.

91 Testamentum patris inter liberos nullum de iure communi ex defectu solennitatis omissæ ualet in uim codicillorum, uel ut ultima uoluntas in genere de iure speciali.

92 Et tamen non sustinetur etiam de iure speciali ubi est nullum ex defectu tituli institutionis; ubi de ratione.

93 Si non ualet quod ago ut ago ex defectu omissæ formæ, nec etiam ualet ut ualere potest.

94 Maius peccatum est in forma quàm in materia.

95 Præsumptio validitatis actus uincitur à præsumptione surgente ex natura actus.

96 Clausula omni meliori modo sustinet actum peccantem in forma.

97 Regula si non ualet quod ago ut ago, in quo casu procedat.

98 Testator apponendo in testamento clausulam omni meliori modo, non uult se restringere ad formam expressam; sed quod ualeat testamentum etiam iure institutionis, licet id non sit expressum.

99 Differentia ratio quando clausula omni meliori modo est expressa, & quando tacite tantum est subintellecta.

100 Expressa fortius operantur & sunt maioris uirtutis & efficaciæ, quàm tacita, præsertim quando tacitum consequitur solum ex legis præsumptione.

101 Præsumptio ualiditatis actus surgens ex legis præsumptione non tantum operatur quantum si expressa esset clausula omni meliori modo, uel clausula codicillaris.

102 Præsumptiones duo, & duo specialia circa idem simul concurrere non debent.

103 Ludouici Zun. opi. reprobatur, & de inaduertentia notatur.

104 Authoritates doc. sunt probabiles, non autem necessaria.

105 Communis opi. est sequenda quando potest conuinci aliqua probabili ratione.

106 Testamentum patris inter liberos non est nullum ubi deficit titulus institutionis iux communem, nonobstan. quod clausula omni meliori modo in eo tacite subintelligatur.

107 Et tamen sustinetur ubi clausula prædicta in eo est expressa.

108 Tex. in §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appella. cogno. declaratur, & numero 110.

109 Signum maximum quod aliquid sit inductum pro forma quando alias eo omisso actus annullatur.

110 Tex. in d. §. aliud quoque capitulum non requirit specificam mentionem tituli institutionis, sed bene reiicit expressionem alterius tituli particularis.

111 Qui uult consequens, censetur uelle omne necessarium antecedens ad illud.

112 Satis est quod ex quibuscunque uerbis uel coniecturis constet quod testator uoluerit relinquere tit. institutionis, licet formaliter hoc non expresserit.

113 Non omnis testator, nec omnis tabellio scit proferre titulum institutionis.

114 Imperiti & illiterati nesciunt uulgarizare aliud uerbum, quàm relinquo.

115 Expressum illud dicitur quod ex uerbis expressis & ex mente colligitur.

116 Testamentum, in quo est omissus titulus institutionis, ualet ubicunq; ex aliquibus coniecturis constat testatorem uelle relinquere filio eo iure quo debet.

117 Exempla sunt quando esset relictum filio pro sua legitima, pro falcidia pro parte sibi debita.

118 Testator relinquendo filio pro sua legitima, uidetur relinquere eo iure quo de iure relinqui debet; & idem si pro suo peculio.

119 Dictio item est repetitiua omnium qualitatum præcedentium, prout est dictio pariter, & similiter.

120 Relictum filio iure restitutionis, cum dici deberet iure institutionis, non uitiatur.

121 Imperitia notarii partibus non obstat.

122 Relictum filia pro dote, censetur relictum iure institutionis.

123 Testa-

123 Testator mandans testamentum extendi ad consilium sapientis, uidetur uelle relinquere filio iure institutionis.
Sapiens qua in instrumento supplere possit. ibid.

124 Relictum filio iure benedictionis, & de similibus casibus remissiue.

125 Iuramentum appositum in testamento inter liberos, in quo est omissus titulus institutionis, illud sustinet perinde ac clausula omni meliori modo.

126 In claris non est locus coniecturi.

127 Notarius censetur rogatus apponere clausulas consuetas.

128 Clausula consueta apponi, licet sint omissa, possunt postea per notarium apponi.

129 Titulus institutionis in testamēto omissus, an possit postea per notarium suppleri. & nu. 135.

130 Differentia est quod clausula omni meliori modo tacite subintelligatur ex iuris praesumptione, uel quod ex ui consuetudinis habeatur pro apposita.

131 Clausula codicillaris, & similes, quae de consuetudine notariorum apponi solent, non censentur apposita ex deliberata mente partium, & nihil operatur iux. opi. Bar. & sequacium.

132 Contraria tamen opi. uerior & magis communis.
Quicquid per notarium in instrumento scriptum reperitur, censetur scriptum de uoluntate ipsarum partium. ibid. in fi.

133 Notarius quando & quo tempore possit apponere clausulas consuetas, an tantum quando instrumentum est in fieri uel etiam postea.

134 Clausula consueta apponi, si sint omissa, non possunt postea apponi ubicunque respiciunt substantialia actus.

135 Clausula omni meliori modo, & titulus institutionis an in testamento possit per notarium suppleri.

136 [Te]stamentum inter liberos nullum ex defectu tituli institutionis sustinetur iure codicillorum uel efficio iudicis tanquam uoluntas intestati & iure diuisionis paternae.

137 Dispositio. §. ex imperfecto. in l. hac consultissima. C. de testam. non procedit ubicunque pater inter filios inaequaliter testatur, contra tamen nu. 147.

138 Inaequalitas inter liberos est contra naturalem aequitatem, & à iure detestatur.

139 Ex inaequalitate ista oriuntur inuidia, lites, & dissensiones inter ipsos liberos & interdum odium mortale.

140 Frater aequiori animo tolerat ut extraneus etiam sibi inimicus plus ferat de bonis paternis, quàm quod alter frater habeat plus eo unum iota.

141 Sicut inaequalitas est nutritiua discordiae ita aequalitas est nutritiua concordiae & affectionis.

142 Lex laborat quantum potest ut inter filios seruetur aequalitas.

143 Pater non debet facere unum filium legitimum, & alium bastardum.

144 Priuilegium concessum testamento inter liberos & inter uenientes ab intestato cessat ubi non est seruata aequalitas inter eos.

145 Ubi pater inaequaliter testatur inter liberos, causa testati, non potest fouere causam intestati.

146 Et in isto casu subest causa timoris falsitatis & suspicionis & fraudis, propter quam introducta sunt solennia testamentorum, & cessat fauor liberorum propter quem remissa fuerunt.

147 Contraria opi. quod imo non obstante inaequalitate procedat dispositio d. § ex imperfecto.

148 Media opi. Cur. iun qui distinguendo concordat opi. contrarias

149 Inter uarias opi. doc standum est doc. distinguenti tanquam magis appropinquanti ueritati.

150 Et nihilominus haec postrema opi. de qua nu. 147. indistincte ab authore approbatur.

151 Standum est regula in casibus expresse non exceptuatis.

152 Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

153 Pater dummodo legitimam liberis relinquat, in reliquo potest ad libitum disponere nec tenetur ulterius inter eos aequalitatem seruare.

154 Quin & potest uni filiorum totum patri-

patrimonium donare legitima tantum cæteris seruata.

155 *Et potest omnia bona in mari proijcere, & de suo patrimonio ad libitum dispo nere etiam in extraneos.*

156 *Quamuis optimum sit inter liberos æqua litatem seruare, hoc tamen non est de necessitate validitatis testamenti.*

157 *Legum correctio induci non debet, nisi in casu expresso.*

158 *Testamentum non vitiatur, etiam data magna inæqualitate inter liberos, dum modo aliquid minimum sit relictis pro legitima, sed solum agi potest ad eius supplementum.*

159 *Lex omnimodo.C.de inof.test. non immuta tur, quando pater testatur minus solenniter.*

160 *Testamentum inter liberos minus solenne, non irritatur etiam data magna inæqua litate bonorum, dummodo seruetur æqua litas respectu tituli institutionis.*

161 *Aequalitas inter liberos, est de consilio, non de præcepto.*

162 *Et licet in dubio sit seruanda, non tamen quando constat de contraria patris uoluntate.*

163 *Iniuriosa inæqualitas, quæ dicatur.*

164 *Inæqualitas inter liberos, an sit iudicanda fauorabilis, vel odiosa, inspiciendum est quo fine pater mouetur ad sic testan dum, & nu 165.*

165 *Dispositio fauorabilis, vel odiosa ex fine iudicari debet.*

166 *Ad validitatem dispositionis, non requi runtur testes de iure naturali, & gen tium, sed solum de iure positiuo.*

167 *Nullus testis requiritur in testamento in ter liberos pro solennitate, & validi tate, sed solum ad probationem.*

168 *Testamentum inter liberos de quo constat per confessionem partium validum est absque vllo teste.*

169 *Voluntas paterna sufficit quibusuis indicijs co gnoscatur, etiam si nullus testis interfuerit.*

170 *Vbi habemus effectum, non curamus de modo.*

171 *Testamenta militum, & alia in quib. remis sa est solennitas iuris positiui non requi runt testes pro eorum validitate.*

172 *Probatio ex quib. assequatur & perficiatur.*

173 *Probatio plena quid sit, & in quo consistat.*

174 *Diuersæ sunt species probationum.*

175 *Dispositio §.ex imperfecto.l.hac consultissi ma C de testa. procedit, tam in testa mento in scriptis, quàm in nuncupatiuo.*

176 *Et tam in uno quàm in altero nullus testis requiritur, quo ad validitatem.*

177 *Vterque tamen casus suas proprias expostu lat probationes.*

178 *Dispositio d.§ ex imperfecto procedit gene raliter, quo ad omnes descendentes, & ascendentes vtriusque sexus in infini tum, & num.179. & 180.*

179 *Appellatione liberorum, & parentum ve niunt descendentes omnes, & ascenden tes in infinitum.*

180 *Dispositio d.§.ex imperfecto.comprehendit omnes ascendentes, & descendentes, tam masculos, quàm fœminas, & tam ex linea masculina, quàm fœminina.*

181 *Liberi in potestate parentum, in quibus ca sibus testari possint.*

182 *Dictio solus omnes alias personas excludit. quod declaratur nu.194.*

183 *Persona extranea in materia testamenti inter liberos, quæ dicatur.*

184 *Tex.in d.§.ex imperfecto. non habet locum in testamento condito per liberos. ad fa uorem parentum iux. communem reie cta Cur.ium.opi.*

185 *Substitutio exemplaris non potest fieri per filios eorum parentibus mente captis, sed solum per parentes eorum liberis.*

186 *Argumentum à correlatiuis validum, sed non habet locum, vbi non est eadem ratio.*

187 *Magis est debita hæreditas parentum eo rum liberis, quàm è contra.*

188 *Prima causa successionis ab intestato est liberorum.*

189 *Filius & pater sunt in uno, & eodem gradu sibi ipsis coniuncti.*

190 *Si filius, ergo heres.*

191 *Filius est hæres suus, & necessarius patri, licet habeat beneficium abstinendi.*

192 *Filius in dubio præsumitur hæres, & suc cessor patris.*

193 *Filii etiam in vita patris æstimantur qua si domini bonorum.*

194 *Dictio solus, & similes dictiones taxati uæ, & exclusiuæ non excludunt casus si miles, & vbi militat eadem ratio &c.*

195 *Pater & filius una, & eadem persona reputantur.*

196 Prius-

196 Priuilegium testamenti inter liberos non porrigitur ad personas extraneas in eo mixtas.
197 Legata relicta extraneis in testamento minus solenni inter liberos condito liberis accrescunt.
198 Quod declaratur verum esse in testamento nuncupatiuo, secus in testamento in scriptis.
199 Tex. in d. §. ex imperfecto, loquens de liberis, de quibus liberis intelligatur late declaratur, & seqq.
200 Filii naturales legitimati dicuntur vere legitimi, & naturales.
201 Et in eis quoque obtinet dispositio d. §. ex imperfecto.
202 Legitimati per subsequens matrimonium in nullo differunt à verè legitime natis.
203 Dispositio d. §. ex imperfecto, an obtineat in filiabus per statuta, uel per renunciationem exclusis.
204 Et an in filiis adoptiuis.
205 Testamentum nutu conditum etiam inter liberos non ualet iux. communem.
206 Legata licet nutu dari possint, non tamen hæreditas.
207 Claritas & expressio est necessaria in hæredis institutione.
208 Testamentum ad pias causas conditum, & de æquitate canonica nutu factum ualet.
209 Iure naturali & gentium non reperitur prohibitum testamentum nutu fieri posse.
210 Testamentum minus solenne inter liberos valet de iure speciali.
211 Solennis numerus septem testium est vna de quadruplici perfectione testamenti.
212 Testamentum proprie dicitur quod iure perfectum est, cætera uero abusiue.
213 Diffinitio testamẽti tradita per I. ... in l. 1. ff. de testamen, explanatur.
214 Diffinitio demonstrat essentiam, & proprietatem rei diffinitæ.
215 Non est proprie tale, quod non est simpliciter tale.
216 Ex testamento inter liberos minus solenni dicitur succedi ab intestato.
217 Quandiu est locus successioni ex testamento, non potest succedi ab intestato.
218 Testamentum in quo deficiunt solennia iur. ciuilis dicitur potius vltima uoluntas quàm testamentum.
219 Vbi plures opi. recitantur, vltima censetur approbata.
220 Tex. in l. licet. C. de pac declaratur.
221 Valet arg. de testamento militis ad testamentum inter liberos.
222 Testamentum inter liberos minus solenne, an sit proprie testamentum, & multis seqq.
223 Legitimatio & dispensatio quid inter se distent.
224 Testamentum minus solenne inter liberos est uere testamentum, & ex eo succeditur tanquam ex testamento, & non ab intestato iuxta ueram & communem opi ab authore probatam.
225 Testamentum militis, licet minus solenne, ualet tamen iure testamenti.
226 Vbi duo à lege æquiparantur, æquiparatio censetur facta in omnibus, & per omnia.
227 Verbum, est, impertat veritatem, & essentiam rei cui adiungitur.
228 Testamentum factum coram Principe, licet minus solenniter, est uere & proprie testamentum.
229 Ex testamento inter liberos minus solenni succeditur ex testamento, non autem ab intestato iux. communem.
230 Ex hoc itidem testamento reuocatur primum ualidum, & perfectum de iure communi.
231 Secundum testamentum minus solenne ualidum de iure speciali tollit primum ualidum de iure communi, etiam quod in utroque sint liberi instituti.
232 Testamentum minus solenne ad pias causas reuocat primum solenne etiam ad pias causas conditum.
233 Idẽ quoq; in testamento minus solẽni, in quo sunt instituti uenientes ab intestato.
234 Tantam vim habet testamentum ualidũ de iure speciali ad tollendum primum, quantum ualidum de iure communi.
235 Maior solennitas non inducit maiorem perfectionem ubicunq; actus habet suã perfectionem necessariam.
236 Septem testes sufficiunt in secundo testamento ad tollendum primum, in quo essent adhibiti viginti.
237 Testamentum cum duobus testibus inter

liberos ita est perfectum, prout inter extraneos cum septem.

238 *Ius ciuile satis habuit testamentum inter liberos perfectum esse iux. simplices terminos iuris natura'is & gentium, eique tribuit omne iuris fomentum & robur.*

239 *Testamentum minus solenne inter liberos uere & proprie est testamentum de iure naturali & ciuili saltem per approbationem.*

240 *Merito nostro facimus quibus authoritatem nostram impartimur.*

241 *Omnis actus humanus perficitur uoluntate & potentia.*

242 *Tantum ualet dispositio specialis in sua specie, quantum generalis in suo genere.*

243 *Quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris est de parte quo ad partem.*

244 *Testamentum minus solenne inter liberos non dicitur absolute imperfectum, sed respectiue.*

245 *Tex. in l. 2. §. 1 ff. quemad. testa. ape. declaratur.*

246 *Vna pars legis alteram declarat.*

247 *Sufficit diffinitionem ueram esse secundum regulam iuris.*

248 *Exceptio quomodo comprehendatur, uel non comprehendatur, in regula declaratur.*

249 *Exceptio dicitur esse de genere regulæ.*

250 *Testamentum minus solenne inter liberos an comprehendatur. in diffinitione testamenti trad. per. I.C. in l. 1 ff. de testam.*

251 *Testamentum inter liberos est fauorabilius testamento militum.*

252 *Lex declaratur ex titulo sub quo situata reperitur.*

253 *Nigrum dubium recipit declarationem à rubro claro.*

254 *Militis testamentum sola perficitur uoluntate.*

255 *Tex in l. licet. C. de pac. declaratur.*

256 *Effectus potius attendi debet quàm simplex sonus uerborum.*

257 *Testamentum inter liberos cum duobus testibus est uere & proprie testamentum de iure speciali, quod latius declaratur per authorem & num. 259.*

258 *Verbum relinquo adiectum uniuersitati bonorum quando importet hæredis institutionem.*

259 *Testamentum minus solenne inter liberos quod non sit proprie testamentum iux. opi. contrariam quo casu procedat.*

260 *Testamentum imperfectum inter liberos ratione omissa solennitatis licet ualeat, non tamen quando est imperfectum ratione incompleta uoluntatis.*

261 *Qui partem indiuidui fecit, nihil fecisse uidetur.*

262 *Testamentum est quid indiuiduum & ultimo puncto indiuisibili stat forma essentialis testamenti.*

263 *Testamentum imperfectum ratione incompleta uoluntatis an sustineatur inter liberos, & ad piam causam saltem quo ad perfecte disposita.*

264 *Testamentum quando dicatur imperfectum ratione imperfecta uoluntatis remissiue.*

CAP. XVI.

QVAMVIS regulariter in testametis requiratur solennis numerus septem testium, iux. regulá supra firmatam cap. 3. & 12. ampliationibus
1 ampliatam, tamen cum omnis regula patiatur exceptionem iuxta l. regula. in prin. ff. de iu. & fac. igno. l. 1. ff. de reg. cato. & in auth. de non omnis alienan. § ut autem lex. c. quoniam frequenter. in prin. quem tex. ad hoc ponderat Abb. in primo notabili, ut li. non contes. cap. pen. de re iud. cum sim. glo. ord. in rub. de reg. iu. lib. 6. & in l. omnis diffinitio. ff. eo. & not. Dec. in l. 1. num. 15. eo. tit. & alibi doc. passim. hæc quoque regula in quampluribus casibus fallit, ut per Boer. decis. 228. per totum. & ex limitationibus quas hic ordinatim describendas duximus, latius apparebit.

2 Inter cæteros uero casus, in quibus hæc regula fallit, præcipuum locũ sibi

sibi uendicat testamentum conditum inter liberos, in quo duo tantum testes sufficiunt, iux. glos. in auth. de trien. & semis. §. & qđ sæpe. in uerb. subscribere. & in auth. de testa. imperfec. in prin. uer. derelinquant. & in l. fi. ad fi. in uer. excepto. C. de codicil. & in auth. quod sine. & ibi Bal. ante nu. 2. C. de testa. tradunt omnes in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ubi Bar. nu. 3. Pau. de Cast. nu. 2. Alex. 5 Ias. 6. eo. tit. Ias. in auth. nouissima. num. 17. C. de inof. testa. Bal. in consi. 196. uol. 5. Ang. consi. 275. nu. 3. Ant. de But. in consi. 25. nu. 3. Abb. consi. 98. uol. 2. Alex. consi. 4. nu. 6. uol. 7. & cons. 176. nu. 2. uol. 5. consi. 104. nu. 4. uol. 2. & 128. sub nu. 2. uol. 7. Ias. cons. 223. colu. 1. uersic. prima. uol. 2. Dec. consi. 610. nu. 2. Bero. q. 36. sub nu. 4. & 5. latissime Sozi. in consi. 144. num. 31. & seqq. uol. 2. Natta consi. 423. nu. 3. & seqq. Port. consi. 12. nu. 8. & multis seqq. Boer. decis. 228. nu. 4. & decis. 240. nu. 1. & nu. 2. Guid. Papa decis. 538. nu. 2. Gual. tit. 2. cau. 2. nu. 8. Iul. Clar. attestans de communi lib. 3. senten. q. 8. uers. hinc infertur. Couar. in cap. relatum. el 1. nu. 4. & nu. 5. de test. & nouissime Lud. Zun. in respon. pro uxo. nu. 45. & seq. ubi etiam attestatur de communi Francis. Mantica de conie. ult uolunt. lib. 6. tit. 2. nu. 1. cum seqq. & omnium latissime Fernan. Vasq. de success. crea. §. 21. num. 58. 59. & 72. usque 82. ubi plures ex hoc deducit illationes.

Quæ communis conclusio licet nulla expresse lege probetur, cum nullibi expresse cautum reperiatur, quod duo tantum testes sufficiant in testamento cōdito inter liberos, ideo
3 quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. prætor ait. uersi. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. l. dissentientis. ibi nulla iuris præcipit constitutio. C. de repud. cap. illa. ibi, cum nusquam cautum reperiatur in iure. ne sede uacan. c. is qui. ibi, cum id nō sit expressum in iure. de sent. ex com. lib. 6. & ita arguit Bald. in consi. 228. uersi. primo tamē arguitur. uol. 3. & consi. 101. col. prima. uol. 4. & alibi sæpe, & Barba. qui plura cumulat inter consi. Alex. consi. 52. nu. 12. uol. 4. cum alijs latius congestis per Tiraquel. in l. si unquam. uer. libertis. sub nu. 4. C. de reuocan. donā. nam ut dixit Imperator in §. consideremus. in auth. de trien. & semis. & in l. illam.
4 C. de colla. erubescimus cum fine. l. loquimur; prout ibi nott. Bar. & cæteri & plene Iaso. nume. 5. & 6. cum seqq. probatur tamen, ut inquit Bar. in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 3. C. de testa. concludenti ratione, quæ sola sufficit, & idcirco deficiente
5 lege, allegari potest ad causarum decisionem iux. tex. not. in l. scire oportet. §. consequens. uersi. sufficit. ibi tam & si sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. & ibi Bald. post Cyn. & alios per eum relatos. ff. de excu. tuto. & in l. cum ratio. in prin. ibi, quasi lex quædam. ff. de portio. quæ liber. damna. conce. l. in rebus. §. possunt. ibi, naturali etiam ratione ad eum pertinen. ff. commo. & glo. not. in c. consuetudo. uer. ratione. distin. prima. & in c. ego solus. per illū tex. ibi uel probabiles rationes. & c. fi. in prin. distin. 9. & in c. ex eo. uer. rationis. per illū tex. de elec. lib. 6. & facit tex. in c. secundo requiris. in fi. & ibi Abb. & Dec. in ult. notabili de appella. & cap. frustra. distin. 8. & inst. de iu. natu. §. 1. in uersi. quod uero naturalis ratio. quod & per illum tex. adnotauit Specu. tit. de test. §. nunc tractandum. uersi. habeo. tamē. nu. 18. bene Bal. in cōsi. 38. ad fi. uol. 1. & optime Bal. uidē. in l. nemo. nu. 1. & seq. C. de sentē.

& interlo.om.iud. Ias. in l. quamuis. num.6. cum seqq. ff. de in ius uocan. & idem latissime in l.dedi.§.si liber.in 5.notab.ff.de cond.cau.da.& in auth. si qua mulier.nume.11.C.de sacr.eccle.& in l.illam.num.10. C. de collatio.Ripa.in l.1.nume.78.ff. si cer.pet. Cur.Iun.in consi.57.num.12.& consi.58.nume.5.in fi. & seq. Ias. in consil.126.col.pen.circa prin.uol.4.Cagnol. in regula in ambiguis. §. quoties æquitatem.nume.3. ff. de reg.iu. idemque Cagno. in regula qui in alterius.nume.2.ff.de regu. iur. & in l. uni.num.62.C.quan.non peten. par. Nico. Euerar. in locis lega. in præambulis in quinto præmisso. & idem infra centu. 64. littera E. & F. Cassa. decis.uni.de mur. petitio. nu.7.Mantica de coniect.ult.uolun. lib.6.ti.14. nume. 8. quibus addo Ias. qui ita arguit in l.quoties.num.24.in fi.& seq. C.de rei uend.cum aliis latissime adductis per Fel.in c. tua nos. el primo. per illū tex. ibi ratione.& Lateranen. Concilij authoritate iuuetur de iureiur.ubi fortius pōderat quod tex.præmittit rationem ipsam authoritati Canonis, quia uirtus legis consistit in ra-
6 tione naturali à qua deriuatur,ut late supra cap.3.nu.16.& latius infra par. 3.cap.3.num.87.& 88.cum seqq.unde lex speculatur se in natura, & illā imitatur, ut dicit Bald. in l. quoties. circa prin.C.de su.& legi.§. minorē. ibi, adoptio naturam imitatur. inst. de adoptio.l. adoptio.ff.eo.trad.Bar.in l.si is q. pro emptore. nu. 22. cū aliis, ut ibi Ias.p nu.212. & quatuor seqq.
7 ff. de usucap. & illa est optimus legis clypeus,ut dicit idem Bal. in l. uni.§. in primo.in prin.C.de cad.tol.&hinc
8 est quod ut dicit Philosophus,quærere legem ubi habemus rationem,nō est aliud nisi infirmitas mentis & intellectus,quem refert Bald.in rub.ff.

de re.diui.sub nume.32.& in l. actor. ante nu.3.C.de proba. & in l. testiū. ante nu.22.C.de testib.& in l.executorem.col.pen. C.de execu.rei iud.& Ang.in cons.275.col.fi.Ias.in d.l.quoties.nume.25.C. de rei uend. & in d. auth. si qua mulier. nume. 11. & in l. cum filiosam.nume.56.ff.de leg.1.& in d.cons.126.col.pen. in prin. uol.4. Cagnol.in d.§. æquitatem. nu. etiam 4.Cur.Iun.d.consi.57.nu.12.& consi.seq.num.6.& iterum.d.consi.163. ubi supra Nic.Euerar.d.centu.64.litera F.Silua nuptia.alios in id quoq; adducens lib. 5. sub nume. 21. licitum
9 est ergo arguere per rationem naturalem absque allegatione iurium.c.ratio nulla.ubi no.Abb.in prin.de præben.& idem no.Abb.in ca.cum sint. nume.4.de decim. cum aliis per Feli. adductis in d.c.tua nos.el primo,nume.3.de iureiu.& per nos sup. nu. 5. & omnium latissime Tiraq. alia plura cumulans in trac.cessan.cau.limi.j. nume.68.& decem seqq.& in notabili casu Pau. de Cast. qui in proposito not.loquitur in l.Clodius.nu. 6. & 7. ff.de acqui.hære. & in præcisis terminis Fernan.Vasq.de success.crea.§.21.
10 nu.72. cum seqq.nam & lex est quicquid in ratione consistit.d.ca.consuetudo. distin. 1. & d. l. cum ratio .ibi ratio naturalis quasi lex quædam. ff. de portio.quælib.damna.cōce. Abb. in d. c. ratio nulla. in primo notabili, de præb.Dec.in d.c. secūdo requiris. et notabili 1.de appel. Ripa. in d.l. 1. nu. 78. ff.si cer.pet.& latissime per Felin.& Tiraq.proxime allegatos;quib. postremo addo Siluam nuptia. di. libro 5. nu.21.22.& 23. ubi post Bald. not.dicit,quod ratio continet necessi-
11 tatem ueritatis; Veritas autem super omnia præualet, & omnia uincit.Esdre.3.c.3.& 4.c.ueritate. & c.consuetudo.distin.8.& refert Bal.in l.executorem.

torem.col.pen.C. de execu. rei iudi. & late Bal.in consi.343.col.2. ad fi.in uersi.nã ueritas.uol.1.& in consi.284. in prin.uol.3.Pau.de Cast.in consi.19. nume.5.uolumi.1. & de qua late per Dec.in ca.quoniam contra. nume. 5. de proba. cum aliis pluribus in proposito adductis per Cephal. in consil. 454.nume. 58. & pluribus etiam seqq. uol.4. Paris de Puteo in tracta. sindica.in §.restat unum aliud.sub nume.7.in uers.& aduerten.& nume.8. cum cæteris seqq.Mantica de coniec. ult.uolunt.lib.12.titu.ult.num.5. Silua nuptia. omnium latius lib. 5. nume.112. & quamplurib9 etiã seqq. & super omnia amanda est. l. uni. in fin.C. de lati. liber.tol.cum aliis allegatis à Mantica eo.tract.lib.8. tit. 18. nu.18. quam & ipse Deus super omnia diligit. Ecce enim, inquit Psalmista, ueritatem dilexisti.psal. 50. & alibi. ut dicit Bal.in consi.158. uolu.1. pro qua assequenda iudex tanquàm Dei minister in terris omni conatu laborare debet, ut tradd. doc.præallegati.c.iudicantem.30.q.5.c.illi qui.5. q.5.facit.c.afferte. ubi præter alios id not.Abb.in 2.notabi. & Felin.in primo.de præsumptio.& l.2.ibique Balnu.3.Ias. 8. & post alios late Dec.nume.11.& Ripa.nume.13.C.de eden. & bene quoque Pau.de Cast. in consil.380.col.1.par.1.Cum & Saluator noster in hoc natum se esse dicat, & ad hoc uenisse in mundum, ut testimonium perhibeat ueritati.Ioan.18. c.iux.illud prophetę, Veritas de terra orta est, psal.84.Spiritus enim est qui testificatur, quoniam Christus est ueritas, Io.epistola.1.c.5.& ipse quoque hoc attestatur, ait quippe, Ego sum uia, ueritas, & uita, Io.c.14.c.Saluator.de consecra.distin.5.ca.si consuetudinem.& seq.distin.8.c.abiit Iudas. 9.q.3. Soci in consi.102. sub num.2. uol.1.& idem quoque de Spiritu sancto testificatur dum ait, Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem, Io.16.& alibi dicitur, quod Deus est ipsa ueritas, quæ nec fallit, nec fallitur.c. à nobis. el secondo. circa princip. de senten. excommuni. cum aliis infra adductis par.3.c.1.nu.11. & alibi in sacris litteris habetur, Veritas Domini manet in æternum, psal. 116. Ergo pariter ratio naturalis ab ipsa æterna & infallibili ueritate procedens, super omnia præualebit, ut per Tiraquel.& Siluam nuptia.in locis proxime allegatis, ubi tandem dicit, quod homo sine ratione est una bestia; ad quorũ dicta me refero.

12 Prout etiam ad rem redeundo, deficiente lege posset sufficere ad firman. hanc nostram limit. adducere; & allegare authoritatem maiorũ, de quibus sup. nume.2. ut habetur in c. sunt nonnulli, ante medi.ibi tantorũ. Igitur patrum instituti exemplis. 16. q.1.& c.1. ibi, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam. ubi Anto.de But.& Abb. nume.6. de decim.c.2.ibi, dictorum patrum sententiam tenens. de presb. non baptiza.c.in nomine Domini.ibi, si perspectis diuersorum patris regulis.distinctio.23.c.relatum.ibi non secundum traditionem patrum.dist.37.c.de liguribus.23.q.5.not.Ang. per illum tex. in l.si idem cum eodem.in princi.ubi etiam Curtius.in princ.& Dec.nu.13. ff.de iurisdict.om.iud.Felin.in cap. 1. col.pen.in uersicu.nono fallit.de constitu.Ias.in d.l.illam.sub nume.11. ibi item pro diffinitione & Dec.num. 7. de colla.cum aliis adductis per Neuizã in Silua nuptia.lib.5. nume. 24. & latius Anto. Mariam Cora. de com. opi.lib.2. titu.8. nume.22.23. & 24. quibus postremo addo Sacr. Concil.

Trident.

Trident.sess.25.in prin.ibi,& antiqua patrum traditione. nam & doctrinā, quæ per traditionem etiam sine scriptis habetur, non minus quàm quę in scripturis authenticis continetur, eadem Sancta Sinodus suscipit, & ueneratur in decreto de canonicis scripturis sessio.4. Et licet Decius in d.l.si idē cum eadem.ff.de iur.om.iud.& in d.l.illam.C.de colla.uideatur ab hoc recedere eo, quia authoritas doctoris
13 quantumcunque famosissimi est solū probabilis nō necessaria. c. ego solis. in uers.alios autem.distin.9.cum aliis in proposito allegatis per Archi. in c. nolite timere. nume.5.11.q.3.glo.in l.si de interpretatione.ff. de leg. & in l.1.ubi etiam Bart.& alij.C.eod.& de authoritate Bar. supra firmauimus capi.11.nume.25. & ut de lecturis Inn. & aliorum tradd Bar. & cæteri in l.1. ubi post alios Ripa nume.77.ff.si cer.peta.& glo. ord.in c.1. uer. interpretatus, ubi Abb.sub nu.23.uers.quarta specie.dę postula.præl.ubi etiam Decius nu.40.& alii cano.& uoluit Inn. in cap.per tuas.el secondo, ad fin.loquens de opi. Papæ, ubi etiam Felin. ad fin. de simo.& declarat latissime Euerar.in locis lega.cent. 48.in loco suo proprio ab autho.seu exēplo maio.& Sylua nuptia.d.lib.5.nume. 24. cum seqq.nihilominus in terminis huius nostræ limita. sufficit maiorum authoritas, tum quia est fulcita concludenti ratione, ut supra nu.5. cū seqq. iunctis infra tradd.nu.17.& pluribus
14 seqq.quo casu arg.ab authoritate maiorum nedum est probabile, sed necessarium, & illi standū est ex ui rationis, quæ de necessitate concludit, ut se declarat Bart.quem cæteri sequuntur in d.l.1.sub num.23.ff.si cer.peta. ubi expresse dicit de istis authoritatibus docto. quæ dicuntur magistrales probationes, & ita passim nūcupātur quod illis non est stādum nisi probentur per rationem, & nisi quatenus necessario concluderent, & in hoc cum Bar.cæteri communiter transeunt, ut attestatur ibi Cur.iu.nu 47. & declarat ibi Rip.post alios, nu.77. & 78.& latissime Euerar.d.sua centu.48. per totam præsertim pag. 162. littera D. ibi quædam autem sunt scripturæ, tū etiam quia illa communis conclusio,
15 quod authoritas doc. quantumcunq; famosissimi est solum probabilis non necessaria, declaratur procedere respectu authoritatis, & opi.unius, uel aliquorū sing. doc. prout in terminis his loquuntur Bar. & cæteri in d.l.1. ff.si cer.pet.gl.& Abb.in c.1.de postula.præla.cum sim. latius allegatis per Euerar.d.centu.48.& latius ita declarat Sylua nuptia.d.lib.5.nu.75. cum seqq. ubi singulatim loquitur de opi. gl.Inn.Bar.& aliorum, qui ibi recensentur, secus ubicūq; super aliquo articulo prout in isto, de quo ad præsens loquimur habemus communem
16 doc.opi.quia illi standū est i decisionibus causarum etiam si nec legē, nec rationem, nec authenticam scripturā habeamus. quia communis doc. opi. satis dicitur authentica scriptura, & pro lege seruanda est, unde in isto casu sufficit doct.authoritas iux.l.1. ibi, & sanè crebrior apud ueteres opinio est.& ibi no.Bal.ff.de offi.quæsto. & l.athletas.in princi.ibi, & sanè omnes ita opinantur. ff.de his qui no.infa.& c.sunt nonnulli. ibi tantorū igitur patrum instituti exemplis, quibus periculosissimū est refragari. 16. q.1. cum aliis plurib. cumulatis infra nume.50. cum seqq. ubi uidendum est. quam nostram declarationem, & distin.probat opt.tex.in cap.relatum.in prin.non secundum traditionem patrum, sed iuxta suum sensum docere noscuntur. & infra dist.37.unde tanto

to magis ista procederent in terminis huius nostræ limit. quam non solum communiter, sed ab omnibus doc. quotquot sunt qui de hac re loquuntur nemine discrepante approbatam reperies.

Et probatur, ut dixi, concludenti ratione, eo quia, ut dicit Bar in d.l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu.3.C.de testa.in d.testamento inter
17 liberos remota est omnis solennitas iuris ciuilis per illũ tex.in §.ex imperfecto.qui est clauis in hac materia, ut dicit Iul. Cla. d. lib.3. senten.q.8. in prin. qui loquitur de imperfectione respectu solennitatis iuris ciuilis,nam uenit continuatiue ad tex.d.l.hac consultissima. qui loquitur de solennitatibus adhibendis in testamento ex dispositione iuris ciuilis. & est etiam tex. clarus in l.fi.& ibi trad. gl.in uer. impletum.& doc.C.fam.hercis.&per consequens,ut dicit Bar.in d.§.ex imperfecto est remissa ista solennitas numeri septem testium, quæ est de iure ciuili, & redacta hæc dispositio ad merum ius naturale gentium,secun-
18 dum quod in ore duorum uel trium stat omne uerbum, cum quo transeunt ibi Bald.Pau. de Cast.nume.2.& Ias.nume.6. & seq.& cæteri omnes. Bald. in auth.quod sine.nu.2.eo. tit. C.de testa. Alex.in consi.104.nume. 4.& seq.uol.2.Ant. de But. in consi. 25.nume.3. Natta consi.423. num. 5.& seqq. Sori. in consi.144. nume. 31.& 32.uol.2.Ias.in auth.nouissima. nu.17. C.de inof.test. Iul.Cla.d.lib.3. sent. q.8.in prin. cũ aliis adductis per Zun.d.respõ.pro uxo.nu.45.cũ seqq. quàm plures alii ex supra relatis. nu. 2.& prout in terminis istis arguit, & probat Bart.in l. filiusfam.num.4.ff. de dona. & in simili de testamento militis idem Bar.in l.1.ff.de testa.mili. & in l.1.nume.9.ff.de cond.ind.Bar. & omnes in l.milites. ubi post alios Dec.num.9.cum seqq.C.de testa.mili. cum aliis late adductis infra limitatio ne.3.nume.5.cum seq. ualet enim in
19 hac specie arg. de testamento militis ad testamentũ inter liberos,ut ibi diximus, & prout arguit Bald.in l.filii. sub nume.5. C. fam. hercis. quia in hac, de qua agitur uoluntate, miles, & pater æquiparantur. ut latissime deducit Zun.d.respon.pro uxo.num. 650.& 651.& 654. cum seqq.usque 659.quinimo procedit arg.à fortiori cum potentius sit priuilegium libero
20 rum fundatum in iure naturali,quàm priuilegium militum fundatum in iure positiuo,ut bene i proposito dicit, & declarat Pau. de Cast.in auth. hoc inter liberos.num.2.C.de testa. & in d.§.ex imperfecto.num.2. & Ias.ibidem.num.7.& in d.auth.hoc inter liberos.num.4.& est communis opi.ut nouissime attestatur Zun.d.respons. pro uxo.num.647.ubi alios refert,& in simili quoque testamento ad pias causas de iure canonico infra par. 2. c.3.nu.1.& 2.cum seqq & cum hac ratione Bar.in terminis huius nostræ limitationis transeant cõiter omnes doctores, quos supra retulimus.nu.2.& nu.17. & 18.quæ ut in dubia à nobis quoque recipitur & approbatur.

Ex qua ratione legibus & authoritatibus cõprobata deducitur in hoc testamẽto inter liberos sufficere hos
21 duos testes etiam non rogatos,& siue masculos siue fœminas quamuis alias iux.regulam iuris ciuilis in testamẽtis testes debent esse rogati masculi, non fœminæ.l.hæredes palam.§.in testamentis. & l. qui testamento. la 2. §.mulier.ff.de testa.ut deducunt omnes, & post alios Iaso.in d.§. ex imperfecto.nume.6.& seq.& in d.auth. nouissima.num.17.Pau.de Cast.cons. 456. sub num. 7. par. 1. Guid. Pap.

decis. 538. num. 2. Lud. Zun. proxime allegatus. nu. 63. 64. & 65. ubi plures cumulat attestãtes de communi Iul. Clar. etiam proxime allegatus. d. q. 8. per totam. ubi plura alia correlaria hinc deducit post doct. omnes in d. §. ex imperfecto. Bal. & alios in d. auth. quod sine. C. de testa. ad quos me refero; cum principalis noster hic sermo uersetur tantùm circa testium numerum; sed quod de rogitum dictũ est, declara. ut per Ruyn. in simili. in consil. 204. numero 9. in fin. & sequen. uol. 2. & uide, quæ in simili de testamento ad pias causas adduximus infra par. 2. cap. 3. num. 1. 2. 3. & nu. 4.

22 Quæ uero sit ratio cur in testamento inter liberos sit remissa solennitas iuris ciuilis, & redactũ ad metas iur. naturalis, & gentium uarii uaria sen-

23 tiunt, ut nouissime attestatur Ludo. Zun. in d. respons. pro u xo. nume. 47. Bal. in l. hac consultissima. ante nu. 2. C. qui testa. face. pos. sentit hoc statutum fuisse fauore liberorum, quorũ fauor dicit Bal. est de iure naturali. & fundatur in ueritate, & æquitate, ti-

24 mor uero ne falsitas cõmittatur, propter quem lex induxit solennia testamẽtorum iux. l. iubemus. C. de testa. l. fi. C. de fideicom. & late supra ca. 2. ostensum fuit, fundatur in fictione, & rigore quodam iuris ciuilis. & per consequens attenta maiori, & uериori ratione, quæ procedit de iure naturali, debet ualere testamentum fauore liberorum coram duobus testibus secundum metas iuris naturalis omisso rigore iuris ciuilis, & sic in effectu Bald. uult, licet in alio proposito, quod liberorum fauor fuerit ratio huius dispositionis, & specialitatis, in qua fundatur hæc prima nostra limitatio, ut etiam ad hoc eum ponderat, & sequitur ibi Decius nume. 36. & in terminis hanc rationem sequitur, & probat Iul. Clar. d. lib. 3. senten. q. 8. in fi. prin. ubi licet de Bal. nullam faciat mentionem, tamen attestatur, quod ita tenent communiter doc. prout etiam attestatur Natta. per eum relatus in d. §. ex imperfecto. nume. 30.

25 Fauor ergo liberorum, quibus naturæ simul, & parentum cõmuni uoto debetur hæreditas. l. scripto. in fin. ff. unde lib. l. cum ratio. ff. de bo. damna. l. de emancipatis. uers. cum enim & pater. C. de leg. hær. l. nam & si parentibus. ubi opt. glo. ff. de inoffic. testa. & opt. tex. in l. nihil interest. in uer si. faciliorq; suspicio. ibi, cum omnia, quæ nostra sunt, liberis nostris ex uoto paremus. ff. de bo. lib. iux. illud Euãgelii, Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, Ioan. 17. cap. & Luc. 15. Fili tu mecum semper es, & omnia mea tua sunt. l. cum in adoptiuis. in uers. omnia igitur. ibi, & ab eo naturalia debita percipere. C. de adopt. Luni. ibi debitum naturale persoluitur. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. & in auth. de trien. & semis. circa prin. uers. frequenter. ubi bo. glos. quæ allegat 81 concordan. Ias. in l. in suis. nume. 42. ff. de libe. & post. cum sim. allegatis à M. Antonio Cuccho in tract. de legi. in rationibus dubitan. num. 1. & pluribus seqq. & per nos infra late nume. 187. cum seqq. usque 194. fuit causa, & ratio propter quam fuit remissa ista solennitas numeri septem testium in hoc testamento inter liberos, & hanc rationem ante Bal. & cæteros uidetur sensisse glo. no. à nemine, quem uiderim ponderata in l. 1. in glo. 1. ad med. ibi item si dat tutorem. C. de testa. tut. de cuius liberorum fauore ob maximum, & incomparabilem affectum, & amorem paternum erga liberos est tex. in l. isti quidem. in fi. ubi gl. no. ff. de eo quod met.

met.cau.in l.fi.in prin.C.de cura. furio.& in l.nec in ea.ad fi.ff.ad l. Iul.de adul.glo.in l.quidam cum filium. ff. de hær. inst.in glo.1.quæ dicit filium nō habere meliorem amicum quàm patrem.& per eam Bald. consil. 143. uers.& præmitto, uolu. 2. dicit quod inter eos est amicitia qua non reperitur maior.& pulchre Bal. in auth. ex causa, nume. 26. C.de lib. præ.quem ferè de uerbo ad uerbum refert Francis. Mantica de coniect. ulti. uoluntat. lib.4.titu.ultimo.nume.40.in fi.& sequent.& not.Ias.in consi.8. colum. 1. in uer.Item pater. uolu.3. Dec. consil.611.nume.8.Aym.conf.1.num.2. Cepha.consi.94.num.13.uolum.1.& 164.num.21.& seqq.uol.2. cum aliis nouissime cumulatis per Zuntum in respon.pro uxo.nu.439 & alii quoq; proxime allegandi.num. 26.& 27.& omnium latissime more suo trad. Tiraquel.in præfa.l.si unquam. ante nume.3. & 7. cum seqq.usque 37. C.de reuocan. dona. & Alcia. de præsumptio.regula prima, præsumptio prima, & secunda, quos uidere potes. quamuis, ut hoc quoque obiter non omittam, filios propter beneficia maxima, quæ à patre receperunt, quæ non pater à filiis, maiori etiam uinculo obligationis teneri ad diligendum patrem illique subuenien. quàm patrem filios iux. S.Thom.2. 2.q.26.ar. 9.& comprobat Alfon.à Castro de lege pœna.lib.2.q. 26. in uers. hoc igitur iacto fundamento.

26 Hinc multum in proposito no. dicit Bal.in l.pactum.nume.16. C. de colla.quod statutum requirens in contractu mulierum præsentiam duorū consanguineorum, & quod non ualeat earum contractus, etiam cum iuramento absque consensu dictorum consanguineorum nō habet locum, quando filia cōtrahit cum patre, quia propter naturalem affectum inquit Bal. plurimum patri uidetur esse concessum per multa iura per eum allegata, & Ias.ibi nume. 5. & post alios Dec.nume.19.& seq. & sequitur Roma.& Alex.post eum in l.si quis mihi bona.§.fi.nume.8.ff.de acqui. hæred. & idem Alexan.in conf.19. num. 12. uol. 3. Ias.in consi.63. col.2.in uers.2. principaliter.ibi, hinc est quod statutum.uolumi.3 .Ripa lib.3. respon.capi.10.num.1.& seq.etenim,ut dicunt doct.propter naturalem affectum parentum in liberos lex multum confi-

27 dit de patre,nullus enim amor uincit paternum.l.fin.C.de cura.furio.unde inter eos cessat suspicio,& timor falsitatis, propter qua sunt inuentæ huiusmodi solennitates,ut etiā per Dec. consi.26.nume.2. & in consil.180, in prin.& 611. nume.8.Aym. consi.44. nu.4. Ias.in l. transactionem.ad med. uers.cōn.Saly. & in l petens. sub nume.4.in uers.ego ultra omnes. C. de transac.Alcia.de præsump.regula prima, præsumpt.secunda,num.6. bene Paris.consi.106.nume.50. uol.1.cum aliis congestis per Tiraq.de ll.connubia.in l. 16. glos.5.nume.33.& eund. Tiraq.d.præfa.l.si unquam.nume.26. & Gabr.commu.opi.lib.6.titu.de statu.conclu. 2.nu.1.& licet non desint quamplurimi,qui contrarium tenuerint.quos recenset Tiraq.in d.præfa.l. si unquam.nume. 27. & de ll.connubia.ubi supra num.34. & Gabr.proxime allegatus. nume. 3. & seq. tamen ut ipse Gabr.attestatur hæc est magis communis opi.quam in terminis no-

28 stri statuti Vrbis in statutis antiquis libro 5.cap.19.sub tit.de pac. & dona. non ualituris, quod est in nouiter cōpilatis lib.1.ca.151.Rota sequuta fuit in una Rom.dotis pro Curtio,& fratribus de Matthæis coram Thoma.de Ianis sub die.24.Iunii.1542.& ita decisum

cisum fuisse refert Sarnen.decis.100. lib.1.& Anto.Aug.in lib.epit.titu. de dona.nume.4.& in alio simili statuto
29 urbis lib.4.cap.22.quod est in nouiter compilatis lib.1.cap.149.sub titulo de dona.inter uiuos, & cau. mor. fuit resolutum coram bona memoria Marcello Crescentio fratre meo amitino,tunc Rotæ Auditore primario,postea à Fe.Re.Paulo III.ad Cardinalatus dignitatē sublimato in eodemque Sacrosancto Senatu authoritate eminentissimo, demum à Fel. Re. Iulio III. Sacrosancti Conc.Tridēt.ac Bononiæ simul legationis munere decorato, Veronæ diem functo anno Domini 1552.ita inquam fuit coram eo resolutum in una Rom. Parapherni.sub die decima Februarii 1533. ut habetur in eius decis.188. & refert Sarnen.decis.99.lib.1. & Anto.Aug. proxime allegatus sub titu.de dona.nu.2.

Et quamuis contra prædictā Bal. opi.quam, ut dixi, Rota sequuta fuit, & pro opi. contraria multum faciat tex.in l.donationes quas parentes. C. de dona. inter ui. & uxo. & in l.data. C. de dona. ubi expresse deciditur
30 quod solennitas insinuationis inducta ad fraudes uitandas debet maxime adhiberi in donationibus factis inter coniunctas personas, & inter patrē & filium ratione maioris præsumptionis fraudis, quæ inter ipsos militat. quem tex. ad hoc not.ibi Bal.& Paul. de Cast.in consi.90. sub nu.1. par.2. Aret.consi.2.sub nu.5.uers. confirmatur ista conclusio.& in consi.17.nu.7. Dec.consi.426.num.10.Ias.per illum tex.& alia in corroborationem adducens in d.l. pactum. ubi supra. C. de colla. cum aliis adductis per Gabr. commu.opi.lib.3.titu. de dona. conclu.1.nu.3.& de fraude præsumenda ratione coniunctionis personarum, est tex.etiam in l. non solum.in prin. & ibi not.Bart.ff.de ritu nuptia.trad. Bar.in l.post contractum.col.2. in secunda præsumptio.ff. de dona. Aym. consi.82.num.5.unde æquissima sunt
31 statuta requirentia consensum propinquorum in contractibus minorū, & mulierum,ne minis,uel blanditiis, propter ipsarum fragilitatem facile decipiantur, ut per Bal.in l. 2.9.q. C. de rescin.uend. & in l.2. C. de adop. quæ ratio,ut dicit Ias.in d.l. pactum. sub nume.5.C.de colla.magis militat
32 in patre qui facilius potest filiam seducere,quàm in aliis extraneis,unde præsumitur in liberis erga parentes reuerentialis metus,prout in uxore erga maritum, & in libertis erga patronos iux.no. per Bar.in l.1.§.quæ onerandæ. ff. qua. re. actio non datur. ut per Bal.Saly.& alios in l.interpositas. C.de transact. & late per Felin. in capi.causam matrimonij.de offi.delega. quapropter,ut idem Ias. in d.l. pactū. subiunxit, eo magis uidetur habere
33 locum huiusmodi statutum requirēs consensum propinquorum, quando filia contrahit cum patre, quo maius periculum in hoc casu considerari potest, quàm si cum aliis contrahat, argu.c.quiescamus.42.distin.& c.ubi periculum.de elect.lib.6.cum sim. ut latius per Ias. proxime allegatum in d.l. pactum. qui propter hæc, & alia quæ adducit multum dicit se dubitare de opi.Bal.à qua, ut superius dixi multi recesserunt.

Tamen his non obstantibus sequor sententiam Bal.communiter approbatam,& quam,ut dixi, Rota sæpius sequuta fuit;nam & ad fundamēta Ias. contra Bal.proxime relatum singulatim responderi potest, ut per Dec. in ea.l.pactum.num.19.& seq. C.de colla.& post eum plenius Tiraquel.de ll. connubia.in l.16.glo.5.num.34.cum seqq.

seqq. usque 45. & ulterius ad principale fundamentum de fraudis præsumptione in contractibus geren. inter patrem, & liberos fundatum in d.l. data C. de dona. a quo cætera quoque fundamenta dimanant, respõdetur, quod quicquid sit in cõtr actu, & aliis actibus, de quibus ad præsens, non est nostra disputatio, tamen in
34 materia testamenti, de qua nunc agimus, non uidetur præsumenda falsitas, fraus, circumuẽtio, aut deceptio quando pater testatur inter liberos, eo quia etiam absque testamento fi-
35 lii sunt successuri patri ab intesta to, quorum prima est causa in auth. de hær. ab inst. in prin. inst. eo. ti. §. 1. & in auth. in successione. C. de su. & legi. Dec. consi. 628. in fi. unde cum nihil commodi, aut lucri sint reportaturi
36 ex testamenti cõfectione non est præsumendum, quod aliqua fraus, aut deceptio, siue falsitas, & circumuentio interuenerit in huiusmodi testamento in fauorem ipsorum liberorũ condito iux. trad. post Bald. & alios. per Aym. in consil. 18. nume. 22. & consi. 75. nume. 17. & magis in terminis istis præcisis. Pau. de Cast. in l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. nume. 9. in fi. & Ias. num. 4. C. qui testa. face. pos. Ceph. consi. 280. num. 24. & consi. 72. nu. 6.
37 Hinc depromitur secunda ratio principalis, quæ per docto. communiter assignari solet ad hanc primam nostram principalem limit. fundatam in d.l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. uidelicet, quod ex quo filii etiam absque testamento sunt successuri patri ab intestato, & sic causa intestati fouet causam testati, & è cõtra, cessat suspicio, & timor falsitatis, quia non est præsumẽdum, quod per circumuentionem inducantur parentes ad testandum in fauorem liberorum, qui omnino absque testamento sunt ei successuri, & sic cum cesset
38 ratio falsitatis euitandæ, propter quã sunt inuentæ huiusmodi solennitates in testamentorum confectione. iux. l. fin. cum fin. C. de fideicom. cessare quoque debet. l. dispositio. l. quod dictum. ubi Bar. & omnes. ff. de pac. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. & late tractat Euerar. in locis lega. à cessatione rationis centu. 85. & uide infra nume. 63. cum concordan. late adductis per Tiraq. cessan. cau. par. 1. nume. 125. cum seqq. & per nos supra cap. 10. nu. 31. & infra cap. 21. nume. 12. & quod generaliter diffiniuimus supra ca. 2. num. 33. & latius declarauimus infra par. 3. cap. 3. nu. 70. & pluribus etiam seqq. & in terminis hanc rationem cur in testamentis inter liberos sit remissa hæc solennitas numeri septem testium cum cæteris aliis adducit Pau. de Cast. in d. §. at cum humana fragilitas. num. 9. in fin. in l. hac consultissima. quem refert, & sequitur Dec. ibi nu. 36. C. qui testa. face. pos. & ibidem Ias. nu. 4. & illam probat Cur. iun. attestans de communi. in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nume. 3. ad med. ibi, quod ista opi. C. de testa. prout, & hoc idẽ ibi attestatur Natta nu. 127. uidelicet hãc esse rationem, quæ per doc. communiter assignari solet, prout etiam refert Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 8. in prin. & late Cepha. d. consi. 280. nume. 23. 24. & seq. & Ias. in l. 1. lec. 2. sub nume. 27. in uers. non ob. ultimum. C. de sacr. eccl. Francis. Mantica de coniect. ult. uolunt. lib. 6. tit. 2. nume. 9.

Sed tamen ipse Natta, & Iul. Clar. hanc rationem non probant, eo quia ut dicit Iul. Clar. ea attenta sequeretur quod idem dicendum esset, ubicunque

cunque alii quoque succedentes ab intestato essent instituti, quod tamen non est uerum nisi in solis liberis. ut est tex. in d. §. ex imperfecto. ibi inter solos liberos. & rursus ibi, extranea mista persona. nã in proposito, extraneus dicitur omnis, qui non est de liberis, Iul. Clar. d. lib. 3. senten. q. 10. in prin. & infra quoque proxime latius uidebimus. Et præter eos est ad-
39 uertendum, quod ista ratio euitandæ fraudis, & suspicio falsitatis propter quam, ut dixi, inuentæ sunt huiusmodi solennitates iuris ciuilis, non potest dici ratio finalis, licet bene fuerit occasio quædam ad ita statuendũ, quam nos causam impulsiuam, & motiuam appellamus, ut probat tex. in
40 d. l. fi. C. de fideicom. in uer. forte. ibi ne per duos forte testes aliquid falsitatis incurrat; ex quo uerbo, forte, denotatur, quod illa non sit ratio finalis, sed tantum occasio quædam, & causa motiua ita statuendi, itaque ea cessante, non tamen cesset legis dispositio iux. gl. quam omnes ad hoc not. in clemen. prima, in gl. 1. de appella. & declarat Ias. in l. si pecuniam. nu. 19. ff. de condi. cau. da. cum aliis in præcisis terminis per nos adductis supra cap. 2. nu. 20. & pluribus seqq. ubi hoc late comprobauimus, in tan-
41 tum, quod etiam si uere constaret puta per confessionem partium nullam fraudem interuenisse in huiusmodi testamento minus solenni ex defectu numeri testium, nihilominus testamẽtum remaneret nullum prout ibi late ostendimus num. 25. ad fi. & seqq. & per consequens ista ratio, quæ communiter solet per docto. allegari ad hanc nostram limitationem de testamento condito inter liberos, non uidetur bona, nec concludens, post-
42 quàm non est finalis, sed impulsiua tantum, qua cessante, non tamen cessat legis dispositio, gl. in l. 1. §. sexum. in uer. causam. & ibi Bar. & omnes. ff. de postulan. l. 2. §. fi. ubi glo. Bar. & Pau. de Cas. & cæteri. ff. de dona. Dec. in c. cum cessante. num. 1. de appella. cum latissime congestis per Tiraquel. cessan. cau. limit. 1. per totam. & limit. 13. & supra precise ostendimus. d. c. 2. nu. 20. 21. & seqq.

Et per hanc quoque uiam Natta in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 30. C. de testa. & in consi. 423. & 622. per totũ, reprobat etiam primam rationem de fauore liberorum per nos supra adductam num. 18. & seqq. quæ ut idem met Natta asserit est communis, quia illa attenta, inquit Natta, sequeretur, quod ubicunque in testamento condito à patre inter liberos cessaret ipsorum fauor, puta quia liberi essent inæqualiter institu-
43 ti; quæ quidem inæqualitas redundat in odium ipsorum, & iudicari debet odiosa tanquàm contra naturalem æquitatem, ut per illum tex. cum gl. not. Bald. in l. inter filios. C. fam. her. Alex. consi. 163. nu. 8. in fi. uol. 7. & est
44 opt. tex. in §. illud quoque. in auth. de nup. ubi lex hortatur quantum potest parentes ad seruandam æqualitatem inter filios, ubi not. dicit Angel. quod probatur illud uulgare, quod pater non debet facere unum filium
45 priuignum, seu unum legitimum, & alium bastardum, & late Dec. in l. 1. nume. 2. C. unde lib & in l. ut liberis. nume. 3. C. de colla. cum aliis late infra allegatis. nu. 138. & plurib. seqq. sequeretur inquam, quod isto casu testamentum inter liberos conditum absque solenni numero testium non deberet ualere, quia cessaret ratio fauoris, prout ita firmat Rom. & post eum Decius proxime allegatus, cuius tamen contrarium uerius est, ut late per Nattam supra proxime allegatum

gatum attestan. de communi, prout infra quoque latius ostendemus, ex quibus uidetur cõcludendum, quod ista ratio fauoris liberorum, non sit bona, & concludens postquàm non est finalis, sed impulsiua, qua cessante non cessat legis dispositio, prout etiã in præcedenti ratione cõclusum fuit.

Quare his, & cæteris aliis rationibus per Nattam supra allegatum ad plenum relatis, & illis reiectis, & con futatis, probat ipse non fauore liberorum, sed fauore parentum remissam esse hanc, & cæteras solennitates iuris ciuilis in hoc testamento inter liberos, eo quod dispositio. d. §. ex imperfecto. sit fundata in quadam reuerentia debita à liberis eorum parẽtibus, propter quam noluit legislator, quod liberi rescinderent paternũ iudicium in eo, quod ad ipsos liberos pertinet, sed qualecumque esset illud amplecterentur. noluit enim, inquit Natta, lex se mediam facere inter, tã coniunctas personas cum illa rigorosa solennitate testamẽtorum, sed recte habere uisum est, si inter eas ex mera iuris gentiũ æquitate ageretur. hæc formaliter Natta in d. §. ex imperfecto. prout etiam ipsum refert & sequitur nouissime Ludo. Zun. in respõ. pro uxo. nu. 47. cõcludens hãc esse ueram, & germanam, ut ipse ait illius dispositionis rationẽ, & late cõprobat idem Natta consi. 423. nu. 11. & 622. nu. 4. quam quidem rationem ante ipsum probauit Pau. de Cast. consi. 362. nu. 2. par. 2. & nouissime sequitur, & confirmat Fran. Manti. de coniect. ult. uolun. lib. 6. tit. 2. nu. 12. uers. tertio. & infra in uers. quod autẽ. quæ

46 ex eo cõprobari potest, quod honor, & reuerentia debita parentib. est nõ solum de iure gẽtiũ. l. ueluti. ff. de iust. & iu. sed ẽt de iure ipso naturali, & diuino, est enim primũ præceptũ secundæ tabulæ inter præcepta decalogi, honora patrem tuũ, & matrẽ tuã, ut sis longæuus super terrã, quã Dominus Deus dabit tibi, Exo. 20. & Deut. 5. c. & post Thom. & alios Theologos Sũma Asten. lib. 1. ti. 24. per totum, & hanc quoq; rationẽ uidetur probare Dec. i d. l. ut liberis. sub nu. 3. in uers. si tamẽ cõtingerit casus. C. de collat.

Sed hæc ratio ex eo manifeste refellitur, quia ea attẽta sequeretur q? testamentum illud, seu potius hæc nuda, & simplex uolũtas paterna seruari deberet ab ipsis liberis, quo ad oĩa per eorum parentes disposita non solum concernen. ipsos liberos, sed ẽt extraneos, cũ utrobiq; militet ratio ista honoris, & reuerẽtiæ considerata per Nattã, & alios proxime allegatos, quod tamen est contra tex. in d. §. ex imperfecto. & in l. fi. C. fami. hercis. & infra latè no. nu. 196. & seq. ubi apparet, quod huiusmodi testamentũ mi-

47 nus solenne conditum inter liberos non seruetur quo ad legata extraneis relicta, quicquid ipse Natta huic obiectioni respondere nitatur.

48 Ipse ego, ut tandem meam interponam sententiam, cõcludo non esse recedendũ à prima ratione per nos supra deducta de fauore filiorũ, quæ est cõis, ut post Natt. attestatur Iul. Clar. qui eam sequitur lib. 3. sent. q. 8. in fi. prin. cum aliis sup. adductis. nu. 23. & seqq. quo fit, ut hoc, & alia priuilegia quæcunq; concessa parentib. testãtib.

49 inter liberos per d. §. ex imperfecto. & l. fi. C. fam. her. tunc demum uendicent sibi locum ubicunq; pater testatur in fauorẽ filiorũ, secus si in odiũ, uel in fauorem alicuius, & in odium aliorum, ut dicit Rom. in consi. 179. col. 3. in fi. uers. non aduersatur; & consi. 385. in uers. secundo principaliter. refert, & sequitur Cur. iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 3. Dec. i cõs. 105. nu. 6.

M Tiraquel.

Tiraquel.de iu.primoge.q.4.nu.4.Cephal.consi.280.nu.9.& seq.uol.2.Ripa.in l.Cēturio.sub nu.86.ff. de uul. & pup.Paris.consi.34. nu.10. uolu.2. Boer.decis.240.nu. 8. & infra proxime particularibus exemplis rem ipsam declarabimus,& cōprobabimus.

Non obstat contra hanc rationem arg. Nattæ relatum supra sub nu. 42. in uers.& per hanc quoque uiam; & nu.43.cum seqq. nempe quod illa attenta sequeretur, quod ubi essent filij inæqualiter instituti, tale testamentū
50 minus solenne non deberet ualere, quod est contra cōem opi.per ibi, & infra latius adducta, à qua in dubio non est recedendum. l.1. ibi, & sanè crebrior apud ueteres opin.ff. de off. quæsto.l.athletas.in princi.ibi,& sanè omnes ita opinantur.ff. de his qui notan.infam.C.de indiciis.ibi,ī quo plurimi concordant,& ibi gl.3.q.3.c.nouimus,ibi opi.à plurib.approbata.de uer.sig. ubi gl.& Abb.nu.1.c.fi. iūcta gl.1.de pœniten.dist.1.c.in canonicis. ibi proponat eas quas plures grauioresq; accipiunt. ubi melior tex. de toto corpore iuris.19.dist. nam & facilius inuenitur, quod à pluribus senioribus quæritur inquit tex. in c.fi. 20. dist.& idcirco integrum est iudicium quod plurimorum testimoniis comprobatur.c.extra conscientiā.dist.64. c.prudentiam.in fin.prin. ubi Abb.& Dec.in tertio notabili.de off.del.quia per ampliores homines perfectissima ueritas reuelatur inquit Imp.in l.fi. in uers. lex etenim.C.de fideicom.& alibi in l.3. ibi, si cum peritioribus tractatum habuisse.C.de inge.manumiss.ca.per hoc. in uersic.uerum.de hære. lib. 6.cum sim. tradd. Bar. & cæteri. in l.2.C.de pœna iud.cano. omnes.in cap.1.ubi Abb. nume.15.& latissime Felin.nume.54. de constitu. Ias. in l. sciendum.§.fi.nu.7.ff. qui satisd.cog. & in consi.155.in fi.uol.4.Alex.in cōsi.95.sub nu.5.uers.à qua communi & seq.uol.2.& in consi.7.nu.10.uolumi.4. Paris.in consi.73.num.32.cum pluribus seqq.& in consi.110.nu.27. uol.1.& consi.62.nu.23.uol.4.& alibi sæpe Soci.in l.1.nu.65.ff.quis & à quo appel.Corset.in suis sing.uer.opinio.late & bene Ferrat.caut.31.manifestum est. Alexan.in l. cum prolatis. nu.23.ff.de re iud.Ias.in l.2. nu.16.ff. de iureiu. Rebuf.in l.uni.gl.1.nu.102 &gl.in omnib.nu.5.C.de senten.quę pro eo, quod interest profe. Cepha. consi.244. nu.20. cum late congestis per Bero.in d.c.1.nu. 268. cum seqq. & Mantua nu.109. de constit. & Alcia.cum addi.ad ipsum de præsumpt. regula prima,præsumptio.51.per totam. Franc.Mantica de coniec.ult.uolunt.lib.2.ti.ult.nu.10. iuncto nu.præced.& lib.6. ti.6.nu.11. latissime Sylūa nuptia.ubi est recurrendum lib.5. nu.1.& seqq.per totum.& nouissime Zun.in respon.pro uxo.num. 43. ubi alios cumulat, & omnium latius Anto.Maria Corra. de communi opi.libro 2.titu.8. nu.16.quibus postremò addo Nauar.doct.toto orbi terrarum notorium celeberrimum in suo Manua. c.27. nu. 286. cum seqq.& nume. 289. Sarmien.olim Rotæ Auditor selecta.interpret. lib.1. cap.6.pagi. 64. ubi declarat. & per nos supra nu.16.& infra par.2.c.4.nu.74.& parte 3.c.3.nu. 59. hæc inquam non obstant,tum, quia plures sunt non contemnendæ authoritates doct. qui ua-
51 lidioribus fundamētis adducti tenēt contra hanc opi. communem,contra quam teneri potest ubicunq; potest cōuinci aliqua meliori ratione, quod discreti iudicis arbitrio cōmittitur. Abb.in cap. capellanus.nume.3. ubi bonus tex.de fer. & in cap.cum sint, etiam,nume.3. de deci.in c.ex literis. nu. 2.

nu.2.de sponsa.in cap. tua nos. nu. 9. de usu.& in c.nouimus.nu. 1. de uer. signi.& alibi sæpe relatus per Ias. eũ sequẽ.in consi.130.nu.5.uol.4. Alex. in l.cum prolatis.nu.23.ff.de re iudi. Ioan. And.& cæteri in ca.1.ubi Abb. not.nu.15. cum aliis ibi adductis per Feli. nu.54.uersic.secundo limito. & Dec.nu.29.& ibidem latius Bero. & Mantua sup. allegati de constitu. idẽ Dec.consi.23. col.fi.uersi. non obstat si dicatur.& cons.284. nu.16.& 366. nu.7. & 456. nu.9.& 481. nu. 12.& 560.nu.7.& 576.nu.11.& cons.630. nu.9. & alibi passim. & Cepha. consi. 32.sub nu.6.post med. & idem consi. 166.nu.16.Cur.iun.in cons.63.nu.3. idemq; Cur.iun.consi.160.nu. 11. & latissime Cora.d.lib.2.tit.9. num.87. iuncto nu.93. latissime quoque Neuiza.in sua Sylua.nuptia.lib.5.nu.67.& ita in his terminis multum in proposito respondet Ias. in auth.nouissima. ante nu.23. C.de inof.testa.Zun.in re spõ.pro uxo.nu.546.prout ẽt quãdo, prout in casu isto,opi. communis est
52 nimis rigorosa,& cõtraria est æquior. Sylua nuptia.ibi num.68.Alex.in d.l. cum prolatis. ubi supra. ibi item addatis.Cepha.d.consi.166. nu.18.Paris.consi.6.in fi. uol.3.cum aliis adductis per Zun.in d.respon. pro uxo.nume. 566. de quo tamen latius Cora. d.tit.9.nu. 100. cum seqq. Tum quia licet ratio æqualitatis seruandæ inter filios sit fauorabilis,non tamen subinde infertur, ut infra proxime ostendemus, quod contraria patris dispositio sit odiosa, uel in odium filiorum tendat,ut supra dicebatur. nume.43. & seqq. Tum & postremò, quia licet concederetur, quod fauor liberorũ non esset ratio finalis remittendæ solennitatis in hoc testamento inter liberos iux.dispositionem. d. §. ex imperfecto. tamen satis est quod fuerit occasio, & causa motiua ad id statuendum, prout è conuerso ratio falsitatis uitandæ, licet non fuerit finalis,tamen fuit occasio,& causa motiua ad introducendum huiusmodi solennitates in testamentorum confectione iux. l. iubemus. in princip. C. de testa. & l. fin. C. de fideicom. prout latissime ostendimus supra ca-
53 pi. secundo, numero 20. & seqq. usque ad fin. nam in his, quæ sunt de iustitia positiua,sufficit quodlibet motiuum legislatoris pro ratione, & ualiditate legis. iux. l. prima, in §. initium. iuncta glos. in uer. ratus. & ibi not. Bald. ff. de postu. & obtinet. l. non omnium. ubi etiam Bald. ff. de lega. cum sim. adductis per Dec. in cap.quæ in Ecclesiarum. numero 29. de constitu. & Felin. in cap. ad audientiam. el secondo, numero quarto, de rescript. & Tiraquel. in præfa. retrac. lignia. nu.76. cum alijs supra adductis.c.3.nu.24.& pluribus seqq. & in præcisis terminis infra limita. 7. c. 22. latius ostendimus,& comprobauimus.num.48. & seqq. usque 55.

Ex hac igitur ratione fauoris liberorum, quæ per doct. communiter approbatur quam,& nos etiam sequimur, infertur generaliter dispositionem.d.§.ex imperfecto. & d.l.fi.C.famil.her.tunc demum locum obtinuere, ubi testamentum, seu dispositio paterna tendit ad fauorem ipsorum liberorum, secus si in eorum odium, ut sup.proxime nu.49.ostensum fuit, & ex hac generali illatione plura etiã
54 particularia per doct. deduci solent, quale est primo,quod si in dicto testamento inter liberos unus esset præteritus, testamentum esset ipso iure nullum, nec haberet locum dispositio.d. §. ex imperfecto. cũ præteritio tendat in odium filii præteriti, iux. glo. cõiter approbatam. in l. si filius

qui in potestate.ubi Bar.Bal.& cæteri,& post alios Ias.sub nu.25.uers.secunda sol.& nu.25.cũ seq.ff. de libe. & post.& in auth.ex causa.in gl.pen. & fi.in fi.C.de lib. præte.quod & uoluit Specu.de instru.edi.§. cõpendiose.nu.29.quẽ refert & sequitur Rom. in cõsi.385.col.j.in uers.secũdo principaliter.Bal.in d.§.ex imperfecto.nume.2.& ibidem Ias.sub nu.5.uers.sexta limita.Dec.consil. 105. ante nu.6. uers. non obstat, quod sit testamentũ inter liberos . ubi attestatur de cõi Alex.in cõs.126.col.fi. uers.præterea. cum seq.uol.2.Boer.decis.240.nu.11. ad med. Iul. Clar.d.lib. 3. senten.q.8. uers.sed quæro.M.Anto.Cucchus in tract.de legi.in §. quoq; relicti titulo. nu.11.in fi.& 12 cum seq.car.79.& nu.22.car.81.sed hic aduerte, quod istud exemplum parum facit ad propositum nostrum si quidem in isto casu testamentum quantũuis alias solẽne esset nullũ ex defectu præteritionis per l.inter cætera.ff.de libe.& po-

55 sthu.quæ non est correcta per d.§. ex imperfecto.quia aliud est defectus solennitatis probatoriæ, de quo loquitur.d.§. ex imperfecto. aliud est uitiũ

56 præteritionis, ut declarat Bal. ibi nume.2.& ut ibi dicit Ias.sub nu.5.uers. sexto limita. hoc uitiũ uidetur respicere defectũ iuris naturalis per l. scripto.in fin. ff. unde lib.& idcirco talis defectus non est relaxatus in huiusmodi testamento inter liberos.

57 Hinc quoq; inferri solet ad honorabilem titulum institutionis, quo filio relinqui debet,nec enim sufficit si titulo legati, aut alio, quàm instõnis ei relinquatur, quia testamentum esset nullum iux. tex in §. aliud quoque capitulum.ubi gl.in uer. præterire.in auth.ut cum de appel.cogno.gl.celebris,& cõiter approbata in c.si pater. uer.instituit.de testa.lib.6.& in l.Papinianus.§.si quis mortis. ubi Bar.& cæteri.ff.de inof.test. & in §.fi. uer.iure legati.insti.eo.& glo.ord.ubi Cyn.Alber.Bar.Bal.Ang.Salyc.Fulgo.Pau.de Cast. & quotquot ibi scripserunt in auth.nouissima.ubi Ias. num.13.dicit quod ita tenent omnes.C.eo.ti.& ista est regula secundum doc.utriusq; cẽsuræ,inquit Boer.decis. 267.nu.1.& firmant Bal.Imo.& Alex.qui attestatur de communi in l.inter cætera.nu. 2.ad fi.ff.de lib.& post.Guald.titu. 3. cau.1.nu.1.idem Ias. in l.si tibi. nu.4. ad fi.ff.si cer.pet.Alex.consi. 105.nume.3.uolu.4.Dec.consi.105.col.j.uer fi.sed tamen his non obstãtibus.Ruy. consi.1.nu.3.& consi. 15.nu. 16.uolu.2.Natta.d.§.ex imperfecto. q. 23. nume.112. latissime Fernan.Vasq.de success. crea.§. 21.nume.68. & seq. M. Antonius Cucchus in tracta. de legitima,pagi.75.nume. 1.cum seqq. ubi late ; & Couar. in cap. Raynutius. §. 1.nume. 1. de testa. & latius Iul. Clar. d. lib.3.senten.q.38.etiam de iure canonico secundum ueram & magis communem opi.de qua late per Ias.in d.auth.nouissima.nu.31. & seq.& in rub.ff.sol.mat.ttidem nu.31. in fi.& seq.ubi etiam Ripa. qui attestatur de communi.nu.44.& uoluit Alexan.per eum allegatus cons.70 nu.6. uolumi.2. & Couar.d. c.Raynutius. §.1.num.1. Iul. Clar. d.q. 38. in uers. hæc etiam conclusio. quicquid dixerit Alexan.in l.inter cætera.nume. 6. ff.de lib.& post.Ruyn. in consi.11.nume.2.uol.2.& Zun. d.respõ. pro uxo. nume.564.& seq.post Bald.in l. fina. nume. 10. C. famil.hercis.sed latissime Cucchus.d.trac.de legitima.pag. 96.nu.46 per totum,priorem opi.tãquam ueriorem, & magis communẽ

58 sequitur,& cõfirmat; licet enim hæc sit mera solennitas iuris ciuilis nouissime introducta ex dispositione.d.§. aliud

aliud quoque capitulum.trad.Bart.in l.1.nu.62.C.de sacr.eccl.Ias.in auth. nouissima.nume.19.C. de inof.testa. quæ etiam contraria constitutione, & consuetudine tolli potest Bald. in consi.113.in uersi.secundo quæritur. uolum.5.& firmat Boer.d.decis.267. in uersi. uel etiam si esset cõsuetudo. & uoluit idem Bal. in l.maximum uitium.num.15.C.de lib. præte.quem sequitur Pau.de Cast.in d.auth.nouissima.nu.5.& in l.fi.§. in computatióne.in fi.C.de iu.delib.Soc.in l.cum filius fam.num.11.ff.de uer. obli. Alex. in consi.35.nume.11. & consil. 227. num.3.& 249. num.7.uol.6.& præsupponit idem Alexan. sibi tamen in terminis illis contrarius, in l.inter cætera.num.5.ff.de lib. & post. & in l.si quis priore. etiam nu. 5.ff. ad trebel. & Ias.in l.omnes populi.lec.2.nu.61. ff. de iust. & iu. & in d. auth. nouissima.nu.24.& alios refert ibid. M.Antonius Cucch. in uersic. quoque relicti titulo.num.30.& 31.& confirmatur ex late trad. in proposito infra limitatió.7.cap.22.tamen quia hæc solennitas est introducta in commodũ, & fauorem filiorum, quia est titulus honorabilior, & utilior iux. l. filium. uers.sed & si portio.iuncta gl. in uer. pleniore.ff. de leg.præstan. trad.Bart. in auth.de trien. & semis.in prin. sub nume. 4.in uers. & est duplex ratio. Bal.in d.auth. nouissima. nume. 2. & post alios Ias.nume.13.C.de inoffi.testa.Cur.iun.in d.§. ex imperfecto.nume.13.& Natta ibidem proxime alleg.num.112.Pau.de Cast.in l. quoties.nume.3.ibi, sed in quo consistit. C.de hær.insti.Io. dilec. de arte testã. tit.3.cau.1.nu.1.Alex.in d.consi.105. num.3.uol.4.Cucch.d.tract. de legitima.pag.25.nume. 2.& Couar.d. c. Raynutius.§.1.num.1.in fin.Iul. Cla. d.q.3.uers.neq; credas. idcirco etiam in hoc testamento inter ipsos liberos

59 (margin, beside "lennitas est introducta")

60 non censetur remissa iux. communẽ opi.quam dicit tutiorem, & sequendam. d.glo.celebris. in d.ca. si pater. de testa.lib.6.& Alex.in d.l. inter cætera. sub num.3.ubi dicit eam ueriorem. ff. de lib. & post. idem in consi. 76.nume.17.uol.3.& 114. nume. 8. uolu.7. ubi attestatur de communi. licet idem Alex.in consi.168.nu.6.& 176.nume.11.uolumi.5.contrarium teneat post plures per eum relatos in d.l.inter cætera.num.3. in qua opi. fuit contraria glo.in auth. nouissima. uer.titulo.C.de inof.testa. quam etiã sequitur Matthesil. sing. 104. & late Ias.in d.auth.nouissima. nume.17.usque nume.23.per plura fundamenta ibi per eum adducta dicens,quod ista est uerissima, quem refert,& sequitur Zun.d.respon.pro uxo.nume.546.& late etiam Boer. decis. 267. ubi pro hac parte alios plures cumulat,referens pro hac quoq; opi. fuisse de anno 1536.& iterum de anno 1537. iudicatum.

Sed tamen prima opi. est magis cõmunis,ut patet ex adductis per Alexand.in d.l. inter cætera. Boer.& Ias. proxime allegatos, qui quidem Ias. in d.auth.nouissima sub nume.16. in uers.contrarium. dicit quod illam teniet indifferenter utraque scola legistarum, & canonistarum, prout etiã attestatur Bertran.consil.19.col.1.& 13c.sub nume.2.uolu.3.quam etiam sequitur Cur. iun. respondendo ad fundamenta Ias.in contrarium adducta in d.§.ex imperfecto. num.13.& seq.& Natta ibidem d. nume. 112. uersi.ad corroborationem.& nu.114. cum seqq.usque 120.Ioan. dilec.attestans de communi de arte testandi. lib.3.cau.1.num.7.cum aliis adductis per Couar.d. c.Raynutius.§.1.sub nume.2.uersi.uerum contrariam senten

tiam. & seqq. de testa. & Iul. Clar. d. lib. 3. sent. q. 8. uersi. sed pono. & de communi attestatur Fernan. Vasq. de success. crea. §. 21. nume. 68. & distinguit nume. 69. & latissime Cucch. respondens omnibus cõtrariis per Ias. adductis in d. tract. pag. 80. num. 19. & pluribus seqq. & de communi nouissime quoque attestatur Zun. d. respon. num. 545. & seqq.

Ergo ab hac communi opi. non uidetur ullo pacto esse recedendum; nam & ualidioribus fundamentis cõprobatur, & ad fundamenta partis contrariæ optime respõdet Cur. iun. in d. §. ex imperfecto. num. 14. & infra quoque latius clarior patebit solutio. fundatur enim hæc cõmunis opi. in generalitate dispositionis. dict. §. aliud quoque capitulum. supra inductum nume. 57. per quem doct. communiter, & indistincte concludunt, quod necesse est hodie relinqui filio titu. institutionis, alioquin testamentum est ipso iure nullum, ut attesta-
61 tur Ruy. d. consi. 1. num. 3. uol. 2. cum aliis supra adductis d. num. 57. & seq. qui cum generaliter, & indistincte loquatur, generaliter, & indistincte intelligi debet, siue simus in testamento solenniter condito de iure communi, siue in testamento imperfecto inter liberos de iure speciali per iura uulg. ut per Cur. iun. Nattam, & Couar. proxime allegatos. sub num. 60. in uers. sed tamen prima opi.

Comprobatur, quia ut dicit Iul. Clar. d. lib. 3. senten. q. 8. in d. uers. sed pone. ad fi. lex, quæ disponit testamentum imperfectum inter liberos uale-
62 re, fuit cõdita ad fauorem liberorũ, ut latissime supra comprobauimus, quare ubicunque conditio filiorum efficitur deterior, prout efficitur si nõ relinquatur eis titulo uniuersali honorabilis institutionis, sed alio titulo particulari, ut patet ex supra trad. nu-
63 me. 59. non debet habere locũ illius legis dispositio, ut supra generaliter ostensum fuit. nu. 49. & nu. 54. cessante enim causa fauoris, cessat. l. dispositio ob fauorẽ introducta. l. titia seio. §. usuras. ff. de leg. 2. Bal. in l. 1. nu. 8. C. si rector prouin. & multũ in proposito Ang. uiden. in consi. 97. in fi. Dec. consi. 456. nu. 12. cum latissime adductis per Tiraquel. cessan. cau. par. 1. nume. 104. & 105. quibus accedant infra trad. par. 2. ca. 7. nu. 12. cum seqq. & quod generaliter definiuimus supra cap. 2. nu. 34.

Accedit, quod ubicunq; testamentum est nullum ex defectu præteritionis non habet locum dispositio. d. §. ex imperfecto. quæ solum uendicat sibi locum ubi testamentum est nullũ ex defectu solennitatis probatoriæ; quale non est uitium præteritionis, ut post Bal. d. §. ex imperfecto. nu. 2. latius supra nu. 54. in fi. cum seqq. ostẽ-
64 dimus; in proposito uero is dicitur præteritus qui non est expresse institutus, uel exhæredatus, licet de eo sit aliter facta mentio in testamento, uel aliquid ei relictum fuerit alio titulo, quàm titulo institutionis, ut declarat Bar. in auth. ex causa. nu. 10. C. de lib. præ. Pau. de Cast. in d. l. quoties. nu. 3. C. de hær. inst. & in l. humanitatis. ante nu. 3. C. de impub. cum late adductis per Dec. d. consi. 105. col. 1. in d. uersi. sed tamen his non obstan. & est communis opi. ut trad. Alexan. in l. inter cætera. col. 1. ff. de lib. & post. Iul. Clar. d. lib. 3. senten. q. 38. in prin. de quo tamen quomodo, & qualiter procedat uiden. est latius infra par. 2. c. 3. nu. 60. 61. & multis seqq. iunctis trad. nu. 79. & 80. cum aliis pluribus seqq. & per consequens dispositio. d. §. ex imperfecto. non uendicat sibi locum ubi filio, nil est relictũ iure institutionis,

tutionis, prout arguit, & cōcludit Fernan. Vasq. de succes. crea. §. 21. nu. 68. & 69.

Postremò alijs omissis probatur ista conclusio, quia cum tex. in d. §. aliud. quoq; capitulū. nulla habita distinctione, ut dixi, generaliter disponat relin qui debere filio titulo instōnis, & q̄ alias testamentum sit nullum, & non reperiatur hoc expresse correctum ꝑ tex. d. §. ex imperfecto. quippe qui generaliter tātum disponit q̄ ualeat testamentū imperfectū inter liberos, sed non loquitur in casu isto expresse præcisò, ubi non est relictū filio iure instōnis utique, nec nos debemus trahere dispositionem illius. §. ex imperfecto. ad casum istum, quia sic induce

65 retur legū correctio quæ est uitanda ubi expresse non reperitur correcta. l. præcipimus. in fi. C. de appel. l. sancimus. C. de testa. trad. Ripa. in l. si constante. nu. 58. ff. sol. mat. cum sim.

Non obstant ea, quæ in contrariū ꝑ Ias. post alios adducūtur in d. auth. nouissima. nu. 17 cū seqq. C. de inoffi. testa. quia ad illa respondetur, ut per Cur. iun. & latius Natta in d. §. ex imperfecto. & Cucch. in d. trac. de legitima sup. allegatos. nu. 60. in uers. sed tamen j. opi. nēpè ad primum, quod in testō inter liberos sint remissæ oēs solēnitates iu. ciuilis, & redactū ad meros terminos iuris naturalis, & gētiū, respondetur, nō esse remissas solēnitates illas, quæ tendunt ad fauorē, &

66 cōmodum ipsorum filiorū, qualis est titulus instōnis, ut supra cōprobauimus nu. 57. & sex seqq. ea enim, quæ sunt inducta ad fauorē, prout est q̄ testamentū minus solenne, & imperfectū ualeat inter liberos, ut patet ex his, quæ late adduximus supra nu. 2. & plurib. seqq. non debent in odiū retorqueri. l. quod fauore. C. de leg. l. nulla iuris ratio. ff. eo. titu. c. quod ob gratiam. cum sim. de reg. iu. lib. 6.

67 Non obstat secundo, quod cū in testō ad pias causas sint similiter remissæ oēs solennitates iuris ciuilis, & redactū ad metas iuris naturalis, prout est testamentū inter liberos, nō sit necesse in eo relinquere filio titulo institutionis, ut concludit Bal. in l. 1. lec. 2. nu. 62. & seq. C. de sacr. eccle. cuius opi. est cōis, ut attestatur Alex. in l. inter cætera. num. 4. ff. de lib. & post. & idem Alex. late hoc firmans in consil. 105 nu. 2. uol. 4. ubi attestatur iudicio suo nullum hoc habere dubium. Matthes. sing. 104. & Ias. qui ita argumentatur in d. auth. nouissima. nu. 20. Iul. Clar. d. lib. 3. sentē. q. 6. uers. sexto. & late Cucch. d. trac. de legitima pag. 83. nu. 28. cū alijs adductis per Tiraq. de priui piæ cau priui. 14. ubi post relatas authoritates in contrariū facientes tandem primā hanc opi. ut uerio rem ipse quoq; sequitur; & sic pariter per eandem rationem idem quoq; dicendum sit in testō inter liberos, quia præter quod contra præfatam Bar. opi. multum audacter tenet Bal. in d. l. j. pariter. in 2. lect. nu. 58. C. de sacr. eccl. optima etiam ratione motus, eo quia fauore piæ causæ nō derogatur iuri liberorum, ut ibi latius per eum, præterea retēta opi. Bar. & cōi, de cuius ueritate non est hic discutiendū. sed infra par. 2. cap. 3. num. 41. 42. & 43. cum quampluribus seqq. usque 100. ubi late loco suo proprio uidendum est. respondetur, quod diuersa

68 est ratio inter unum casum, & alium, tum quia filius magis dolet de inæqualitate in testamento condito inter ipsos filios, in quo quibusdam hæredibus institutis alijs aliquid simpliciter legatum esset, quàm si nullo eorum instituto, sed ecclesia tantum hærede instituta ipsis filiis pariter iure legati aliquid relictum esset, ut de-

ducit M. Antonius Cucch. proxime allegatus.d.nu.28. in uersi.nec di catur. tū quia prout etiam bene aduertit,& respondet Cur. iun.idcirco in testamento ad pias causas, censetur etiam remissa solennitas institutionis, quia hoc tendit ad eius fauorem,& eius interest, quod censeatur remissa, quod totum contrarium est respectu aliorum quorum interest, quod non censeatur remissa,ut latius per Cur.iun.d. §. ex imperfecto.sub nume.14.

69 Non obstat ponderatio, quæ fit ex.o de tex. in capit. Raynutius. de testa. per Ias.in d.auth.nouissima.sub nume.20.uersi.tertio.quia præter responsiones, quæ dantur ad illum tex. per Cur.iun.& Natt. in d.§.ex imperfecto.respondetur cum communi nēpe,quod ibi Rom. Pōt.succinctè atq; concise narrauit seriem testamenti,in

70 quo præsupponendum est, quod fuerit facta hæredis institutio,cum enim de substitutione in eo facta sit quæstio, præsupponitur habilitas quoad reliqua, & sic quod interuenerit hæredis institutio iux. l. si quæramus. & l.qui testamento. la secunda. in prin. ff.de testam.l.Titius.ibi, si nihil aliud esset impedimento.ff.de obseq.à lib. præstan.cui concinit opt.tex.in l. generali.ibi, quod tamen alia omni iuris ratione munitum sit,C.de sacr.eccle. c. quia diligentia. ibi dummodo alia non impediant, de elec.c.1.ibi, si aliud non obstat canonicum. de ætа. & quali.lib.6. & cōcordat.c.1. de fil. presb.eo.lib.6.& bona glo. in omnibus exemplis per eam trad.in l. fin.in glo. 1.C.sine censu,uel reli.Dec.in c. cum omnes.lec. 2.in uersi. tertio ulterius.col.1. & in c. quæ in ecclesiarū in prin.de constitu.& alibi passim,ut per Aym.de antiqui.tempo. par.3.§. fi.nu.21.idemq; Aym.consi.307.nume.2.& hoc est tritum, inquit Mantica de coniec.ult.uolun. lib.1. titu.13. num.19. quo fit, ut uerba generalia restringantur de habilitate, ut late supra cap. 12.num. 30. & iste est com-

71 munis intellectus, ut attestatur Couar.in d.cap.Raynutius.§.1.in quinto intellectu. nu. 7. & nihilominus cum iste tex. habeat uarios intellectus, ut late per Couar. in d.§. 1. per totum ubi recenset quinque intellectus per doc.uarie controuersos ad illum tex. merito super eo non potest fieri fundamentum ad trad.per Bar. in l.in ambiguo.ff.de reb.dub. Felin.in c.1.col. fi.uersi.tertio no.de consti. cum aliis latissime congestis supra ca.4.nu.38. & seq. quia prout est author Boetius relatus per doc.prædictos,& per nos loco proxime citato, quod multipli-

72 citer intelligitur eius ueritas ignoratur;hinc est quod sententia lata contra legem habentem uarios intellectus mero iure ualet,ut tradd.docto. in locis proxime allegatis, cum aliis latissime congestis per Gabr. com. opi.lib.2.titu.de senten. conclusio.7. nume.19.

73 Non obstat præterea, quod in testamento inter liberos ob liciti amoris ardorem subintelligitur clausula codicillaris,prout etiam clausula omni meliori modo, etiam si non exprimatur iux. glo. quam omnes ad hoc not.& dicunt communiter approbatam in l.cohæredi.§.cum filio. in uer. non ualuit.ubi late Ias. nume.18. dicens,quod in hoc nemo cōtrariatur. ff.de uul.& pup. Bal.in l.si iure. C. de testam. manumiss. Alexan.consi.186. sub nume.3.in uersi. secundo respondeo.uol.5.& consi.105.nu.6.uolu.7. idem Alex.in d.§.ex imperfecto. nume.12.Ias.num.8.& Cur.iun. qui declarat.nume.15.idem Alexan. in l.si. parum sub nu.4.C. de codicil. Rom. consi.179.

consi.179.col.pen.in fi.uersic.secundo dico. Ripa. qui hoc etiam declarat.in l.Centurio.nu.86.ff. de uul. & pup.late Boer.decis.240.nume. 6. ad med.uers.etsi non ualeat.& decis.33. nume.10.Iul.Clar. attestans de communi, & quod ab omnibus est approbata.d.lib.3. senten.q. 8. uersi. unum tamen scias. Tiraquel.in l.si unquam. uer.libertis.num.103.C.de reuocan. dona. late Fernan. Vasq. de success. progress.§.30.nu.43.Aym consi.34. nume.2. Francis. Mantica. de coniec. ult.uolun.lib.1.titu.9.nume.5.& nume.8.& latius lib. 6.tit.2. nume. 25. cum alijs congestis per Anto. Gabr. commu.opi.lib.4.titu. de testam.con clus.5. nu. 2. & num. 6. & nouissime per Zun.d.respon. pro uxo. nu. 568.
74 & omnium latius Tiraquel. in tract. de pen. cau. 22. nume. 26. cum seq. quæ qaidem clausula operatur etiam si testamentum sit nullum ex defectu solennitatis, ut expresse trad. Specu. tit. de instru. edi. in §. compendiose. nu.18. Bar.in l. 1.nu.7.ff. de iu. codicil. etiam defectu preteritionis filii, secundum eundem Bar. post alios an tiquos per eum relatos.in d.l.1. q. 5. ff. de iu.codicil.declarãdo, ut per eun dem Bar.ibi in 6.& 7.q.& in auth.ex causa.nume. 14. C. de lib.præ. idem Bar. in consi.6. nume. 7. in consi 20. nume.4.& seq.uol.1.Bal.in consi.391. in fin. ubi attestatur de communi, & consi.431. uol.3.& idem latius in cõ sil. 36. col.2. in uersi.sed superuenit. eod. uolu.3. & in consi.395. in fi.ubi dicit, quod ista est ueritas, & ita tenendum esse uol. 1. Oldr. consi. 49. nume. 2. Ang. qui attestatur ita quoque iudicatum fuisse Perusii de consilio quasi omnium doc. ibi commorantium in consi.99.col.1. prout etiã attestatur in consi .108. nu.1. col. 1. & seq.Pau.de Cast.in consi.200.nu.4. & 5.& consi.375.nu.6. & consi.411. nume.1.par.1.late Alex. consi.26.nume.5.& consi.37.num.4. & consi.41. nume.5.in fi.uolu.1.& consi.142.nume.4. & consi.161.nume.2. uolu. 2. & consi.87. nume.8.uolu.3.latissime Dec.in consi. 242. col.1.in uersi. sed breuiter.& consi.369. nume. 1. in fi. uersi.sed dato.& num.2.& consi.490. sub nume.10. uersi. similiter. & consil.570.num.4.Cur.iun.in consi.148. nume. 10.Paris.consi.12.nume.2.uolumi.3.idemq; Paris.consi.61.nu. 22. & 23.cum seq.& consi.63.nume.16. & 17.uol.2.& consi.3.num.10.uol.3. decis.Tholos.455.Ang. Aret.inst. de codicil.in prin.num.4.& tenent doc. omnes contra glo. quæ communiter reprobatur in auth.ex causa, ut ibi attestatur Pau.de Cast.sub nume.15. & latius Alex.nume.13.Ias.num. 22. cum seqq.Cur.iun.nume.69.& multis seqq. C.de lib.præ. cũ alijs in proposito congestis per Iul. Clar. lib. 3. senten.q. 46. & nouissime per Zuntum d.respon.nume. 572. cum seqq. & M.Antonius Cucch.in tract. de legiti.in uers.quoquo relicti titulo.nume.37. & ultra omnes latissime copiosissimus Tiraquel. in l.si unquam. uer. donatione largitus. nume. 269. & seq.C.de reuocan. dona. & Gabr. commu.opi. lib.6.titu. de clau.conclusi.7.nume. 1.ubi infinita cumulat, quamuis plures etiam fuerint in contraria.opi.ut per eum ibi num.2. Sed prima est magis communis, ut ipse attestatur nume. 3. & patet ex ibi adductis nume. 1. & per consequens, etiam si in hoc testamento inter liberos sit omissus titulus institutionis, prout apparet in doct. præallegatis prout de dicta clausula omni meliori modo trad. Bal.in l.quoties.nume. 3. C.de hær.inst.& infra proxime osten demus. nam & hæ clausulæ uidentur

parem

75 parem uim obtinere, & promiscue per doct. accipiuntur, cum respectu utriusq; se fundent in d.gl.l. cohæredi.§.cum filio.in uer. non ualuit.cum tamen gl.recte intuendo non loquatur de clausula omni meliori modo, sed de clausula codicillari, inter quas longa est differentia per supra adducta cap.6.nu.28.prout & bene aduertit Cur.iun.in d.§.ex imperfecto. sub num.14.& Couar.in d.c.Raynutius. §.1.sub nu.4. ad fi.& infra latius quoque declarabimus.

Ad clausulam igitur codicillarem optime,&breuiter respōdetCur.iun. in d.§.ex imperfecto;nempe quod licet illa subintelligatur iux.communē opi. de qua supra in hoc testamento inter liberos, non tamen hinc infertur,quod operetur titulum instōnis, quæ operari non potest, quod clarissi

76 me ex eo constat, quod hæredis instō in codicillis fieri non potest, nec in alia dispositione,quàm in testō.l.2.& l.si idem.C.de codicillis.cum aliis la

134 forte responderi potest, quod prædicta conclusio de clausulis consuetis apponendis,etiam si à partibus nihil sit dictum,non procedit in substantialibus, sine quibus actus non potest subsistere, quia illa à principio sic insunt, quod sine illis actus uitiatur, quare postea suppleri non possunt, ut optime in proposito isto, de quo nunc loquimur concludit Ioan. Andr.in addi. ad Specu.d. titu. de instrumen.edi.§.instrumentum.in uers. quid

quid si à contrahentibus. sequitur Felin. in cap. ex litteris. col. 5. in uersi. sed ad hæc, & similia. de fi. instrumen. & in d. cap. cum M. col. 3. in uersi. hæc omnia. nu. 7. & Dec. etiam sub num. 7. uersi. limitatur. & Ripa nume. 44. de constitu. Dec. in d. l. semper in stipulationibus. nume. 16. in ff. de regu. iu. & alios cumulat Gabr. d. conclusio. 3. nume. 27. & idcirco in terminis no-
135 stris uidetur, quod ubi a testatore est omissus titulus institutionis, & clausula omni meliori modo, quod ista per notarium suppleri non possint, cum concernant substantiam, & ualiditatem ipsius testamenti, iux. late supra not. nume. 57. & nume. 81. cum seq. & secundum prædicta redditur dubitabile consi. Aym. 75. in quo consuluit, quod notarius potuerit apponere in testamento paterno titulum institutionis omissum à testatore tanquàm solitum per notarios apponi. quam opi. Gabr. d. conclus. 3. de consuetu. nu. 28. asserit esse communem, quæ tamen ex prædictis redditur ualde periculosa, super quibus ulterius non insisto, ne de nimia digressione à præposita materia notarii, & iuste reprehendi possim.

136 Sed hoc tantum non est prætermittendum, quod ubi hoc testamentum inter liberos esset nullum ex defectu tituli institutionis, & sic uti testamentum sustineri non posset, sustineretur tamen uel iure codicillorum, ut declarat Alex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. sub nume. 2. C. de testam. Ruy. in cons. 126. nu. 3. uol. 1. & nouissime Franc. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 6. titu. 2. nume. 18. uel ut uoluntas intestati officio Iudicis, ubi pro illius obseruatione additus esset tanquàm si bona pater ab intestato inter filios diuisisset, ut post Anto. de But. per eum relatum trad. Alexan. in conf. 168. parum post num. 6. uersi. & licet aliqui. uolu. 5. Natta in d. §. ex imperfecto. q. 23. sub nu. 129. cum aliis relatis nouissime per Zun. d. respon. num. 557. ad quos me refero.

Ad propositam autem materiam redeundo, ex hac ratione communi fauoris liberorum inferri quoq; solet per Doc. dispositionem d. §. ex imper-
137 fecto. cum sim. & consequenter hanc principalem nostram limitationē qua firmauimus testamētum patris inter liberos minus solenne, & cum duobus tantum testibus ualidum esse, non habere locum ubi cunque pater inter filios inæqualiter testatus fuisset, ut uoluit Roma. consi. 385. in uersi. secundo principaliter. Decius in l. ut liberis. nume. 3. C. de colla. & in l. hac consultissima. nume. 37. C. qui testa. facere po. & in l. 1. numero 2. ad fin. C. unde lib. & in consi. 105. numero 6. & 361. nume. 1. ad med. & 631. nume. 2. Cepha. consi. 280. nume. 9. & nu. 21. 22. & seq. Sozi. in consi. 189. num. 85. uol. 2. Ripa in l. Centurio. nu. 86. ff. de uulg. & pup. l. M. Antonius Cucch. d. tract. de legi. §. quoque relicti titulo. nu. 21. car. 80. cum aliis adductis per Gabr. com. opi. lib. 4. titu. de testa. conclu. 6. in uersi. contrarium. Tiraquel. de iu. primoge. quæstio. 4. numero 4. Couar. d. c. Raynutius. §. 1. nume. 3. de testam. & Franc. Mantica de coniect. ulti. uolun. lib. 6. titu. 2. nume. 8. 9. 10. & nu. 11. ubi plures alios cumulat.

138 Hæc inæqualitas autem inter filios est iuri communi contraria, & contra naturalem æquitatem, qua bona inter filios æqualiter essent distribuenda iux. l. inter filios. ubi glo. & Bal. C. fam. her. Alex. consi. 163. num. 8. in fi. uol. 7. Boer. deci. 240. sub num. 1. cum aliis adductis per Tiraquel. de iu. primoge. q. 4. nu. 1. Ruy in cons. 112. num. 7. uol. 2. ubi dicit quod illam lex detestatur,

statur, & abominatur, ut etiam dicit ipse Ruy. in cons. 56. nu. 7. uol. 3. ex
139 inæqualitate enim inter liberos oriuntur inuidia, rixæ, lites, discordiæ, & contentiones iux. l. cum oportet. §. non autem. in fi. C. de bo. quæ libe. dũ inquit, quatenus in omni pace inter se successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam (maxime inter fratres) oriatur occasio. & uulgata gl. in l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. Ang. consi. 394. nu. 2. in fi. & consi. 364. col. fi. in uers. secundo quia non est uerisimile; & iterdũ odiũ mortale, ut habetur in sacra scriptura de filijs Isaac, uidelicet Esau & Iacob. Gen. c. 27. ubi dicitur, Oderat ergo sẽper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei Pater, dixitq; in corde suo, uenient dies luctus patris mei, & occidã Iacob fratrẽ meum. & rursus cap. 37. idem quoque habetur de Ioseph. ubi dicit sacra scriptura, Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. prout in proposito multum not. refert, & probat Pau. de Castro in consi. 150. col. 1. par. 2. cum alijs adductis per Cepha. d. consi. 280. nu. 5. Tiraquel. de iu. primoge. d. q. 4. nu. 10. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum
140 ita. numero 13. ff. ad trebell. unde æquiori animo frater fert extraneum etiam sibi inimicum aliquid habere de bonis patris, quàm quod frater plus eo habeat unum iota, ut not. dicit Ang. in consi. 287. sub nu. 4. idem Ang. in consi. 394. nu. 3. Zanch. d. §. cum ita. d. nu. 13. & nu. 817. cum alijs in proposito adductis per Tiraquel. ubi supra. d. q. 4. nu. 7. & nu. 10.

Et quemadmodum inæqualitas in-
141 ter fratres, ut dixi, est occasio inductiua (ut ita dicam) & nutritiua discordiæ, odij, litium, & contentionis, ita & per contrarium æqualitas inter eos est inductiua, & nutritiua concordiæ charitatis, & affectionis, ut in d. l. cum oportet. ubi supra, ibi, quatenus in omni pace. C. de bon. quæ lib. late per Bal. in l. j. notabili. 1. C. de pac. Sozi. consi. 4. nu. 6. uol. 1. Rubeus consi. 7. nu. 7. Cepha. d. consi. 280. nu. 6. & plura ad propositum cumulat Tiraq. d. q. 4. num. 8. cum seqq. Et hinc est quod lex uoluit filios æqualiter patri succedere ab intestato. d. l. inter filios. C. fam. her. cum concordan. ibi per glo. allegatis & Tiraquel. d. q. 4. nu. 1. & laborat quantum
142 potest, ut inter eos seruetur æqualitas. l. fina. C. com. utri. iud. & propter hoc fuit inductus titulus de collationibus. l. ut liberis. ibique Dec. nu. 3. C. de colla. & idcirco lex hortatur parentes quantum fieri potest ad seruandam æqualitatem inter filios, opt. tex. in §. illud quoq;. in auth. de nup. per quem dicit Ang. ibi probari illud
143 uulgare, quod pater non debet facere unum filium priuignum, & bastardum, & alium legitimum, ut late per Pau. de Cast. d. consi. 150. nu. 1. & 2. par. 2. Dec. in l. 1. nu. 2. C. unde lib. & in d. l. ut liberis. nu. 3. & consi. 26. col. 1. & cons. 59. nu. 3. Ruy. consi. 178. nu. 7. uol. 2. Bal. d. l. j. notabili primo. C. de pac. Rip. lib. 3. respon. cap. 10. sub nu. 2. cum alijs cumulatis per Cepha. d. consi. 280. nu. 1. & pluribus seqq. & Tiraquel. d. q. 4. nu. 1. cum decem seqq. ubi latissime de æqualitate seruanda inter filios. & nouissime Zan. respon. pro uxo. nu. 752. & seqq. & latissime quoque Franc. Mantica de coniect. ult. uolunt. lib. 6. ti. 2. nu. 5. & 6. & nu. 11. ubi etiam alios cumulat; quam semper in dubio pater censetur inter filios & suos descendẽtes seruari uoluisse iux. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. Bar. in l. pa-

tèr filium nu. 3. in fi. ff. de colla. dot. Alex. cons. 100. nu. 3. uol. 4. Aret. consi. 1. num. 14. Dec. consi. 122. in fi. Cur. iun. consi. 98. etiam ad fi. & consi. 111. sub num. 8. & 116. sub nume. 12. Ruy. consi. 112. nu. 7. & 150. nu. 10. uol. 2. Sozi. iun. cons. 160. nu. 20. & alijs seqq. etiam uol. 2. Sozi. sen. consi. 98. in fi. uol. 1. Aym. consi. 133. num. 7. & seq. & late Ruy. consi. 178. num. 7. uol. 2. & bene in consi. 143. nume. 11. uol. 3. & in consi. 92. nu. 8. uo. 5. & idem in consi. 145. nu. 6. cum seq. uol. 2. Ceph. consi. 28. nu. 46. uol. 1. cum aliis late adductis per Mantic. proxime allegatum. d. nu. 5. & Zanch. in d. §. cum ita. in 1. editio. sub num. 11. uersi. secundo principaliter.

144 Et per consequens priuilegium testandi inter liberos inductum fauore liberorum. per d. §. ex imperfecto. saepius allegato in l. hac consultissima. C. de testa. cum sim. cessare debet ubicunq; pater inter eos inaequaliter testatur eo, quia propter inaequalitatem, ut proxime ostensum fuit, cessat iste fauor liberorum à iure considератus, ergo &c. ut supra late nume. 49. iuncto uer. Ex hac igitur ratione. sub nu. 53. & num. 54. cum aliis pluribus seqq. prout similiter quoq; uidemus quod simile priuilegium concessum testamento fauore uenientium ab intestato per eandem l. hac consultissima. in §. si quis autem. tunc demum sibi uendicat locum ubi testamentum continet inter eos aequalitatem, secus si inaequalitatem, ut post Alex. trad. ibi Ias. colu. 2. in uersic. ultimo limit. Dec. in d. l. ut liberis. parum sub nu. 3. ibi & in simili. C. de colla. Cepha. d. consi. 280. nu. 10.

Accedit quod isto casu cessat secũda ratio principalis per doc. assignata ad hãc nostram limitationem de qua supra nu. 37. & seq. nam ubi pater in-145 ter filios inaequaliter se habuit; causa testati non fouet, nec fauere potest causam intestati, ex quo ab intestato filii aequaliter fuissent successuri. d. l. inter filios. C. fa. her. cum sim. & potest isto casu subesse timor falsitatis,

146 & praesumptae fraudis, sicut in aliis, ut dixit Cur. iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 3. ad med. imo data magna inaequalitate maior quàm in aliis, ut per Ias. in l. hac consultissima. sub nume. 4. col. 2. ad med. uersi. sed certe data magna inaequalitate. C. qui testa. fa. poss. & late, & bene explicat & declarat Cepha. d. consi. 280. nu. 23. & seqq. & Francis. Mantica d. lib. 6. tit. 2. num. 9. & quod ex hac inaequalitate inter filios praesumatur dolus & fraus Ruyn. d. consi. 56. nu. 7. in fi. & seq. uol. 3. propter quam fuerunt inuentae huiusmodi solennitates, ut late supra ostensum fuit cap. 2. nu. 13. & per consequens, ubi filii sunt inaequaliter instituti, non uidetur posse procedere haec prima nostra limitatio iux. dispositionem. d. §. ex imperfecto. tum quia militat ratio falsitatis, & praesumptae fraudis prout in aliis, & cessat ratio quod causa testati fouet causam intestati ad trad. supra nu. 37. & seq. & late probat, & declarat in praecisis terminis Cepha. d. consi. 280. nume. 21. & 22. cum seqq.

147 Contrariam tamen op. quod imo testamentum minus solenne inter liberos ualeat iuxta dispositionem. d. §. ex imperfecto. & procedat praesens nostra limitatio, etiam si pater inter eos inaequaliter testetur tenet ibi Paulus de Cast. sub nume. 3. probans quod in hoc consideratur utilitas illius. §. cuius dispositio aliàs redderetur frustratoria, ut ibi per eum, quem refert & latius explicat ibi Cur. iun. nu. 2. prout etiam sequitur, & considerat Alex. in consi. 146. sub num. 5. uersi. & prodest; uol. 2.

uol.2. & idem Pau. de Cast. in l.hac consultissima §.at cum humana fragilitas.nu.9.in fi. C.qui testa. face. poss. Bero.q.36. in fi. sequitur Natta attestans de communi. in d.§. ex imperfecto.nu.30. & consi.423.& 622. supra in proposito per nos relatus, sub nu. 42.in uers.& per hanc quoque uiam. & seqq.& late Boer. d.decis.240. sub num.8. cum seqq.ubi & ipse quoque post Pau.de Cast. considerat quod alias dispositio.d.§.ex imperfecto. redderetur frustratoria. Guli. de Bened. in rep.c.Rainutius.uer. testamentum. 1.nu.32. Rapha. Cuma. Are. Riminal. Corn. & alii relati per Cur. iu.d.§.ex imperfecto.nu.2.& Couar.d.c.Rainutius.§.1.sub num. 3.ubi attestatur de communi.& Gab.com.opi.lib.4.titu. de testa. conclu.6.nu.1. quam opi. latissime probat Paris. consi.34. per totum, & expresse firmat sub nu.25.& 26.& num.50 ad med.ibi non obstat ratio inaequalitatis. uolum.2. Fernan. Vasq.de success. crea.§ 21.num.67.& idem de success. progress.§.30. nu.46. ubi latissime hoc probat, & declarat, & nouissime Zun.d. respon. pro uxo. num.781.782.& seqq usque 788.& Francis. Mantica de coniect. ult. uolun.d.lib.6.tit.2.sub nu.12.in uers.& haec sententia.

148 In hac autem uarietate doc. & opi. diuersitate Cur.iun.d.§.ex imperfecto.sub nu.3.ad fi. foedere distinctionis nisus est rem hanc ad concordiam reducere, uidelicet, quod aut magna est inaequalitas, & procedit prima opin.supra relata.nu. 137. aut inaequalitas est parua, puta quando testator omnibus institutis diuisisset patrimonium inter filios, assignando forte bona aliqualiter meliora uni quàm alteri inspecta qualitate personarum &c. & procedat haec secunda opi. proxime relata, quia tunc cessat timor falsitatis, ut ibi per eum, & probat lata apostil. ad Alexan. in consi.168.uer. quod sic.uolu.5. cui distinctioni optime conuenit & suffragatur tex. in authen.de nup.§.fi.incip. illud quoque. & latius quoque Couar.in d.c. Rainutius.§.1.sub nu.3.qui tamen non loquitur respectu inaequalitatis bonorum, & substantiae paternae, sed respectu tituli institutionis, & alterius tituli ignobilioris, prout etiam loquitur, & declarat Fernan. Vasq. proxime allegatus ante nu.148.& Guil. Bened.in d. uers. testamentum.1.nu.72. de quo dictum est supra latissime nu. 57. & pluribus seqq.

149 Et licet inter uarias scribentium opiniones doctori distinguenti, & uarietates opin.conciliantí uideatur potius standū esse tanquam magis appropinquanti ueritati iux tex.in l.antiqui. in uers.quidam ergo.ff.si pars haered. pet. & inst. quib. ex cau. manumittere non licet.§.fi.ad fi.ibi,ideo nos mediam.& de rer. diuisio. in §. cum ex aliena.uers. & post multam glo. not. in c.scientes. in glo. fin. in fi. quam not. Abb.ibi nu.4. de censi.& fuit doctrina glo. in l.apud antiquos. C. de fur. quae semper ad id allegari solet (distingue tempora & concordabis scripturas) Ang. Aret. insti. de empt. & uend.in princ.nu.2. in fi. Alex. consi. 50.nu.7.uol.7. Cur.iun.consi.20.sub nu.1.ibi, in tanta enim doc. uarietate. Ripa.in l. ita stipulatus. nu.6.ff. de uer. oblig. Paris.consi.92. nume.30.uol.2. Cepha.consi.16.num.75.& consi.32. nu.6.ad fi.uol.1.& consi.195.num.27. & consi.208.nu.2.& 283.num.21.uol. 2.decis.Pedemon.21.num.46. Francis. Mantica alios adducens de coniect.ul. uolun. lib.8.tit.3.nu.9. late Silua nuptia.lib.5.nume.32.cum aliis adductis per Zun.d.respon pro uxo. num. 311. Lancellott. de atten.2. par. cap. 20.limit.

mit.24.nu.26. & cum latissime cumu-
latis per Cora. comm. opi. lib.1.tit.6.
num.80. & 81. cum seq. nihilominus
indistincte hanc ultimam opi. tanquã
150 veriorem, & magis communem atq;
validioribus fundamentis roboratam
probamus, & ab ea nullo pacto rece-
dendum esse ducimus.

Hæc enim opinio fundatur primo
in regula & generalitate tex.in.§.ex
imperfecto . in quo traditur regula
generalis, quod testamentum imper-
fectum ex defectu solennitatis inter
liberos ualet, à qua quidem regula
151 cum casus iste, ubi pater inæqualiter
inter eos testatur, non reperiatur ex-
presse exceptuatus, non est ullo pa-
cto recedendum, quia inhærendum
est regulæ in casibus expresse non ex
ceptuatis iux.glo. in l. omnis diffini-
tio.ff. de reg.iur. & late supra cap.10.
nu.24.cum seqq.& c.11.nu.36.& seqq.
quæ pro repetitis haberi uolumus. &
152 cum tex. in d.§.ex imperfecto. indi-
stincte loquatur, non debemus nos fa-
cere istam distinctionem, an æqualiter,
uel inæqualiter pater testetur, sed in-
distincte prout loquitur intelligi de-
bet.l. de precio. ff.de public. in rem
actio. cum concordan. ibi per glo. al-
legatis, & supra late cap.10.nu.33.

Secundo principali & inuincibili
fundamento probatur hæc commu-
nis conclusio, quia etsi æquum sit in-
ter liberos æqualitatem seruare, &
lex hortetur parentes ad illam seruan-
153 dam, tamen adhoc eos non arctat, nec
per hoc testamentum uitiatur si plus
uni quàm alteri relinquant etiam da-
ta magna inæqualitate, dummodo sal-
ua sit eis portio iure naturę debita,
iux.auth.nouissima. cum ibi no. C. de
inoff.testa.etenim excepta legitima li-
bera facultas est parentibus diuiden-
dæ hæreditatis inter liberos ad eorum
liberum arbitrium, & uoluntatem, &
plus uni quàm alteri relinquere.l. pa-
rentibus. & ibi opt. Pau. de Castr.&
Ias.C. de inof.testa.ubi Pau.not. illum
tex.contra uulgares, qui credunt quod
pater, uel mater non possit plus relin-
quere uni filio, quàm alteri, quia di-
cunt quod non debet esse bastardus
plus unus quàm alter, nam inquit
Pau.non tenentur parentes eos face-
re æquales si plus unum quàm alium
diligant, ut ibi est tex.not. & in l.hac
edictali. in princip.uers. si autem non
pro æquis portionibus. C. de secun.
nup. & melior tex. de toto corpore
iuris in auth. de nup.§.fin. incip. illud
quoque. ubi Imperator hortatur pa-
rentes quod debeant inter liberos
æqualitatem seruare, quod tamen si
facere nolint, sed unum forte magis
dilectum aliis præferre uelint, hoc eis
permittit dummodo non adeo inæ-
qualiter se habeat, ut nec legitimam
cæteris derelinquat, prout expresse
Bar.illum tex.summat dicens, paren-
tes ex principiis oratione debent in-
ter filios æqualitatem seruare, licet
inæqualitatẽ seruare possint si uelint,
dũmodo filiis in legitima prouideant,
& bene Bal.in consi.208. circa princ.
& consi.356.in uers. quo ad tertium.
uol.5.& consi.161. in uers. modo quæ-
ritur quid iuris. uol.1. & idem consi.
328.col.2.in uer. quæritur secundo.
uol.3. ubi in proposito dicit, & bene,
quod filius quæri non dẽt qui habuit
sibi debitũ si pater plus debito gratis
alteri contulit, ubi inter alia adducit
Euangeliũ, in quo dicitur, Amice non
facio tibi iniuriam; nonne ex denario
conuenisti mecum, &c.ut ibi late per
eum Ang. consi.394.in fi. Paris. consi.
106.nu.46. uol.1. Dec. consi.547. nu.
1.Ruy.consi. 56. num.9.uol.3. Paris.in
terminis consi.34.nu.24. & seqq. sub
nu.50.uol.2. late Cepha. in consi.280.
num.12. cum seqq.& in terminis con-
cludit

cludit Fernan.Vasq. ubi supra de success. progress.§.30. sub nume.46. un-
154 de posset pater donare uni filiorum
totum matrimonium, reseruata tamen
cæteris legitima. Bald. in consi.81. uolu.5.Dec.246.nume.4.Cepha. ubi supra nume.13.quinimo, ut ipse ibi subdit nume 14.& 16. potest pater reser-
155 uata filiis legitima disponere de toto
patrimonio ad eius arbitrium etiam
in extraneos, & omnia bona in mari
proiicere, iux.l. cum quæritur. C. de
inof. testa.& opt.tex.in auth.de trien.
& semis.in prin. in uersic. frequenter.
& in auth. ut lic.mat. & aui. etiam in
princi. Bal. consi.24. in uersi. secundo
præmitto.uolu.1.Pau.de Cast. in consil.351. col.2. uersi. respondeo. par.1.
& consi.415.nu.1.par.2. & late quoque Aym. consi.142.nume.1. & 256.
in prin. & idem consil. 217. nume.2.
præsertim quando pater hoc facit cũ
causa, quia forte aliqui ex filiis erant
inobedientes uolentes uiuere ex suo
capite, ut inquit Dec.d.consi.547.nume.1. quibus propterea in aliqua re
particulariter pro eorum legitima institutis potest alios hæredes uniuersales instituere, & eis totum patrimonium relinquere, ut ibi per eum, &
late probat Cur.iun.in consi. 110.nume.8.& nume.10. cum aliis adductis
per Franc.Mantic.de coniect. ulti. uolunta.lib.6.titu.2.nume.7. ualebit ergo testamentum patris inter liberos
minus solenne per d.§. ex imperfecto. etiam si pater inæqualiter inter
156 eos testetur per supra allegata, ex quibus infertur patrem posse maiorem
dotem uni ex filiabus, quam alteri cõstituere, nec eam, quæ minorem dotẽ
habuit, posse agere ad supplementum,
& æqualitatem congruæ dotis, ut latius per Bal.d.consi.328. col.2.in 2.dubio, uolu.3. Dec.consil.26.col.1.late
Ruy.d.consi.56.nume.9.& seqq. uolum.3.& latissime Cepha.d.consi.280.
in primo dubio. per totum. Hinc patet, quod licet optimum sit æqualitatem inter eos seruare, tamen hoc non
est de necessitate ualiditatis testamenti, dummodo legitima ad minus aliis
relinquatur, iux.tex. in d.§.fin. iuncta
glo. in uer.infirmare.in auth. de nupt.
157 cum aliis proxime allegatis, quæ iura
non reperiuntur correcta quando pater testatur inæqualiter inter filios, ergo &c.l. præcipimus. in fin. cum sim.
supra allegatis num.65. C. de appella.& ibi Bar. not. quod non inducitur
iurium correctio, nisi in casu specifico, & expresso qualis nõ est casus iste.

Quinimo fortius est dicendum,
quod ubicunque uni ex filiis aliquid
158 minimum sit relictum, etiam multo
minus quàm sit legitima, iure tamen
institutionis, prout fieri debet, alteri
uero filio tota bonorum substantia,
& sic etiam data maxima inæqualitate etiam infra legitimã, nihilominus
non per hoc testamentum uitiabitur,
sed tantum agi poterit ad supplementum legitimæ per filium cui minus
est derelictum, iux.l. omnimodo. ubi
omnes.C.de inoffi.testa.qui tex. pariter non corrigitur, nec immutatur,
159 ubi pater testatur inter liberos minus
solenniter ex dispositione d.§. ex imperfecto. & idcirco uendicat sibi locum etiam in casu isto, quod enim nõ
mutatur, cur stare prohibetur, l.sãcimus.ubi glo.allegat cõcordan. & Docto.omnes no.C. de testam. ex quibus
tandẽ (ut meum dicam iudicium) con
160 cludimus in hoc testamento inter liberos minus solenniter condito iux.
tex.d.§.ex imperfecto. non esse necesse, ut inter ipsos seruetur æqualitas,
imo ualebit testamentum etiam data
maxima inæqualitate respectu bonorum, ut etiam dixi infra legitimam, dũ
modo seruetur æqualitas respectu ti-
tuli

ad hoc enim potest responderi Paul. de Cast. in consi. 92. in fi. par. 1. Alex. in consil. 197. nume. 2. uolu. 7. Aret. consi. 29. num. 20. Milis in suo reper. lex dicitur fauorabilis. Dec. in l. uenia. sub nume. 5. uersi. circa primum. C. de in ius uocan. & in l. fin. sub nume. 3. C. unde legi. Gozad. consil. 5. sub nume. 6. & optime declarat Aym. in consi. 118. num. 9. & seq. cum alijs late adductis per Tiraquel. de retrac. lignia §. 30. glo. 1. nume. 5. cum seq. & in materia latissime Menoch. de recu. possess. primo remedio, nume. 33. & seqq. usque 39. quibus postremo accedant late in proposito adducta supra cap. 3. nume. 22. & nume. 58. quæ hic pro repetitis habeantur. præsertim, quando id fieret ex causa propter quam excluderetur præsumptio odii ac doli, & fraudis, quæ alias posset præsumi ex huiusmodi inæqualitate in hoc testamento, ut per Dec. d. consil. 547. nume. 1. Paris. 106. nume. 47. uol. 1. & late Ruy. d. consil. 56. nu. 16. & 17. uol. 3. ex quibus tolluntur omnia supra in contrarium adducta, præsertim per Cepha. d. consil. 280. nume. 21. 22. & sequen. & per nos supra num. 145. & sequen. quibus etiam sigillatim respondet (ut ipse ait) Franc. Mantica de coniect. ulti. uolun. lib. 6. titu. 2. nume. 12. ad fin. in uers. neque obstant. cum cæteris seqq. usque nume. 18. sed de his satis.

Testamentum ergo, ut ad limitationem nostram redeamus, minus solenne ex defectu numeri testium, ualet inter liberos duobus tantum testibus adhibitis secundum meros terminos iuris naturalis, ut late supra nume. 14. & 17. & seqq. quinimo, cum in dicto testamento sit remissa omnis
166 solennitas iuris ciuilis, ut inibi late ostensum fuit, nullus testis requiritur pro ualiditate, & solennitate illius, nam quod pro solennitate, & ualiditate dispositionis requirantur aliqui testes, hoc non reperitur de iure naturali, uel gentium, sed tantum de iure positiuo, prout in terminis testamenti probatur per ea, quæ late tradidimus supra amplia. 1. cap. 4. per totum. ualet ergo testamentum hoc inter li-
167 beros absque ullo teste, quia ut dictũ est, testes hic non requiruntur ad solennitatem, sed bene requiruntur ad probationem uolũtatis paternæ, quia si negetur, oportet quod saltem per duos testes probetur inspecto iure naturali, & gentium, ut bene declarat Feli. in cap. cum nobis. col. 3. in fi. uersi. limita tamen hoc. nume. 11. de præscrip. & infra par. 2. cap. 3. nume. 5. 6. & 7. prout probantur contractus, & aliæ dispositiones, & actus humani. iux. l. ubi numerus. ff. de test. cum sim. latissime adductis supra cap. 1. nu. 1.
168 cum seqq. ita quod si de huiusmodi testamento paterno aliter quàm per testes constare posset, puta per confessionem ipsarum partium, illud absque ullo teste ualidũ esset, & seruari deberet, ut bene declarat Natta in d. §. ex imperfecto. num. 151. & 153. post Corn. ibidem nume. 2. & in pulchro casu Bal. in consi. 269. uolu. 2. & latissime Zun. qui alios congerit. d. respon. pro uxo. nume. 66. & 67. cum seqq. ubi alios modos tradit, & explicat quibus hæc uoluntas paterna probabari poterit, quę sufficit quibusuis in-
169 diciis elucescat, & appareat etiam si nullus testis interfuerit, & optime respondit Pau. de Cast. in consi. 374. nume. 1. & 456. num. 10. in fi. par. 1. cum aliis adductis per Zun. d. respons. nume. 70. & latissime quoque Natta d. §. ex imperfecto. q. 29. per totum. & Soci. in consi. 144. num. 35. uol. 2. si enim de uolũtate legitime constet, ad quid ultra egemus testibus? iux. illud Mat-

me.9.uolumi.5.& conſi.105.num. 4. & 8. uolumi. 7. in quibus etiam locis atteſtatur de communi, late Boer. d. deciſio.240.nume.1. Corn. Natta. & Riminal. quos refert, & ſequitur Iul. Clar.d.lib.3, ſenten.quæſtio.11 qui dicit ab hac communi opin. in pratica
176 non eſſe recedendum, & Zun. qui alios cumulat d. reſpon. pro uxo. nume.62.Ideoque tam in uno, quam in altero caſu nullus teſtis eſt neceſſarius quoad ualiditatem, ut dicit nouiſſime Zun.d.reſpon.ſub nume. 52.uerſi. atque in uno, & altero.iuncto num.49. & bene etiam declarat Iul. Clar. d. lib.3. quæſtio. 14. in prin. ſed tantum quoad probationem, prout ultra ſupra trad. nume.167.cum ſeqq.in ſpecie de teſtamento inter liberos in ſcriptis condito tradd.Bald.& Alexan. in d.auth.quod ſine.nume. 4. & Iaſ. ſub nume. 1. & bene etiam declarat Alex. conſi.76.nume.2. & 3. uolu.3. & Iul. Clar. proxime allegatus; poteſt enim pater tam in ſcriptis, quàm nuncupa-
177 tiue inter liberos minus ſolenniter de iure ſpeciali teſtari, & uterque caſus ſuas proprias expoſtulat probationes Zun.d.reſpon. nume. 49. & ſeq. & nuncupatiue quidem, ubi nullam ſcripturam adhibuit; in ſcriptis uero, ubi ſuam uoluntatem in ſcriptis manu propria redegit, iux. diſpoſitioné auth.de teſta. imperfec. in princip. & d.auth.quod ſine.ubi late Docto.omnes materiam hanc tractant. C.de teſta.& latiſſime quoque Iul. Clar. d. q. 14.per totam.& nouiſſime Zun.d.reſpon.num.50.cum ſeqq. uſque 60.

Et quemadmodũ diſpoſitio d.§.ex imperfecto.eſt generalis quoad om-
178 nes ſpecies teſtamenti, ita quoque quo ad omnes liberos non ſolum primi gradus, ſed ulteriores deſcendentes in infinitum, prout etiam è conuerſo generaliter procedit quoad omnes parẽtes utriuſq; ſexus inter ipſos liberos teſtantes.tex.enim d.§. ex imperfecto. generaliter loquitur de liberis, & de parentibus utriuſque ſexus ibi inter ſolos liberos à parenti-
179 bus utriuſque ſexus &c. quorum liberorum, & parentum appellatio cõprehendit omnes deſcendentes, & aſcendentes in infinitum. l. liberorum. de uerborum ſignifi.l.ſed ſi hac. §.liberos. ff.de in ius uocan. & l. quique litigandi. in uerſi. parentem hic utriuſque ſexus.eod.titu. & ideo quo ad omnes in infinitum locum habet iux.communem opinio. ut per Alexan.in conſi.176.colum.3. in uerſicu. non obſtat. uolumi.5. idem in conſi. 114.nume.9.uolumi.7. Sozin. in l. 2. ſub nume. 9.ff.de uulga. & pupil. Iul. Clar.qui atteſtatur de communi. d. lib.3. ſenten.quæſtio. 12. uerſi. quæro etiam. & latiſſime cõprobat Boer. alios referens, & atteſtans de communi deciſio. 241. ſub nume. 3. ibi, tamen ſecundum ueràm, & communem opinio. & ſub nume. 5. & nu.6.
180 cum ſeqq.ubi etiam late probat diſpoſitionem d.§.ex imperfecto.habere locum non ſolum quo ad deſcendentes per lineam maſculinam, ſed etiam fœmininam; & per conſequens comprehendit omnes deſcendentes, & aſcendentes utriuſque ſexus, & per utranque lineam tam maſculinam, quàm fœmininam in infinitum, ut per Boer. latiſſime, & alios Doct. præallegatos, quicquid uelit Curt.iun. in d.§.ex imperfecto.nume. 16. & conſequenter in omnibus his aſcendentibus, & deſcendentibus generaliter locum habet hæc noſtra limitatio fundata in d. §. ex imperfecto.

Sed quod dictum eſt de aſcendentibus, quod in infinitum comprehenduntur in diſpoſitione.d.§. ex imperfecto.ita accipiendum eſt, ubi paren-

tes ipsi testantur inter eorum liberos, secus è conuerso si liberi ipsi testari uellent in fauorem parentum in casibus in quibus testari possunt, puta in
181 castrensibus, uel quasi, iunct. tex. institu. de testa. mili. §. fi. & institu. quibus non est permis. fac. testa. in prin. & l. nemo. ubi late Ias. post alios col. fi. uer sicu. tertio not. C. qui testa. face. pos. glo. & Docto. in l. qui in potestate. ff. de testa. l. fi. ubi post alios Ias. num. 3. C. de inoffi. testa. Specu. in eo. titu. de instru. edi. §. compendiose. uersi. sexto. nam tunc communi iure testari deberent, nec habet locum dispositio d. §. ex imperfecto. quæ solum habet locum, ubi quis testatur inter eius liberos, non autem inter ascendentes,
182 quod expresse probat tex. in d. §. ex imperfecto. ibi inter solos liberos, quæ dictio, solos, omnes alias personas excludit iux. illud Salomonis [Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se] Eccle. 4. cap. monachi. de statu regula. cap. illud. 7. q. 1. c. in omnibus. distin. 81. c. si solus Christus. distin. 5. c. quæsiuit. in prin. de uer bo. signi. & l. 2. ff. de usu, & habita. l. 1. ibi, soli domino. ff. de cond. fur. l. 3. ibi solus princeps. C. si aduer. rem iud. l. j. C. ubi, & apud quem. l. his solis. ff. de cond. ind. & l. his solis. C. de reuocan. dona. l. fi. & ibi Pau. de Castr. nume. 2. C. de leg. & late probat Dec. in l. 1. nume. 5. C. de bo. pos. contra tabu. quod declara, ut infra nume. 194. & rursus in eo. §. ex imperfecto. ibi (extranea
183 mixta persona) Nam licet extraneus pluribus modis quis dicatur, quandoque omnis ille qui non est sub potestate parentum, in §. cæteri. institu. de hær. quali. & diffe. in l. fin. §. simili quoque modo. C. de iu. dot. in l. uni. §. accedit. in uersic. extraneum. C. de rei uxo. actio. quandoque qui non est de ascendentibus, & descendentibus in l. uni. in uersi. cæteri. ubi bo. glo. in uersicu. extraneos. & Bart. in 2. notabili. & Alexan. ad eum qui bene declarat. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. quandoque omnis ille, qui non est de cognatione, ut ibi declarat Alexan. qui alios allegat, tamen in hoc proposito omnis ille dicitur persona extranea, qui non est de liberis. Iul. Clar. d. lib. 3. senten. quæstio. 10. in fin. prin. & Boer. d. decisio. 241. sub nu. 3. ad med. ibi & hanc sententiam. Et per consequens ille tex. non habet locum
184 in testamento condito per descendētes inter ascendentes, seu per liberos inter parentes, sed tantum è conuerso, ut per Specu. in d. §. compendiose. nume. 32. in fin. uersi. quid si filius. & Bal. in l. fin. nume. 5. C. fam. hercis. & post Specu. & Bal. per eum allegatum Alexan. in d. § ex imperfecto. num. 7. & Ias. sub num. 4. in 4. limita. & Natta num. 227. ubi Riminal. nume. 1. attestatur de communi. Ias. in l. filium, quē habentem. ante nu. 10. in uersi. confirmo per aliud simile. C. fami. herci. cū aliis adductis per Boer. decisio. 240. nume. 22. qui in finalibus uerbis attestatur, quod ista est communis opi. quæ non habet nisi unum. Curt. iun. repugnantem, & Fernand. Vasq. qui etiam attestatur de communi, illam probans. de success. crea. §. 21. nu. 61. & Iul. Clar. d. lib. 3. quæst. 12. uersi. ulterius quæro. ubi fatetur hanc opi. propter Docto. authoritatem in practica tenendam esse, licet sibi in pūncto iuris contraria forte uerior uideatur, quam nititur defendere Cur. iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 4. qui in hoc est solus, ut dicit Boer. proxime allegatus.

Et in hoc contra Cur. tenendū est cum cōmuni opi. quæ etiam in pūcto iuris est uerior, quicquid dicat Iul. Cla. quæ, ut dixi, expresse probant uerba tex.

tex.d. §. ex imperfecto. ut supra nume. 182.& seq. quæ etiam optimo simili comprobatur, uidemus enim in simili, quod prærogatiua substituen-
185 di exemplariter filiis mente captis, quæ datur parentibus utriusque sexus per l.humanitatis. C. de impuberis, non habet locum è contra, quod filii possint eorum parentibus mente captis exemplariter substituere, quia tex. ille hoc non dicit, ut post Bar.Bal. & alios concludit ibi Alexan. nu. 4. Iaf. nume. 1. Dec. sub nume. 4. in uers. subiicit. ubi attestatur de communi, Cur. iun. pariter attestans de communi nume. 8. & seqq. Ripa post alios in l.ex facto. sub nume. 59. ff. de uulg. & pupilla.

186 Nec obstat argumen. sumptum à correlatiuis ex l. fin quæ ad id passim allegatur, ubi Bart. & cæteri, & post alios latissime Iaf. per tres primas coll. C. de indic. uidui. tol. & l. si ab eo. ubi id etiam not. Bar. Bal. Pau. de Cast. & cæteri scriben. C. de legi. hęr. & l. j. ubi etiam Bar. & Alex. ad eum ubi firmat regulam. C. de cupres. lib. 11. l. cù emptor. ff. de rescin. uend. & l. fi. ubi not. Bar. in fi. ff. de acceptilatio. & no. Bar. in l. liberorum. §. notatur. in fi. ff. de iis qui not. infa. & in l. 1. etiam in fi. ff. de eo quod met. cau. Bal. in l. nemo martyres. itidem in fi. C. de sac. eccles. Iaf. in l. transigere. nume. 2. C. de transac. & in l. qui condemnare. nume. 9. ff. de re iud. & in l. 1. in 2. notabili. & latissime Dec. ibid. C. de in ius uocan. & late quoque Iaf. in consi. 112. col. 2. per totam, uolu. 1. & Ruyn. consi. 174. nume. 6. uolu. etiam 1. & late Curt. iun. ubi bene declarat consi. 6. nume. 1. & 2. iunctis trad. infra sub nume. 13. in uers. secundo aduertendum. & nu. 14. & 15. Abb. & Felin. in c. fin. nume. 2. de iudę. Abb. post Ioan. de Ligna. in procœm. Gregorius. lect. 2. nu. 20. & ibid. latissime Felin. nu. 4. cum pluribus seqq. & Euerar. in locis lega. centu. 76. cum aliis ad plenum congestis per Gabriel. còm. concl. lib. 6. titu. de leg. conclu. 3. plurima inde deducens & Tiraquel. de retract. l. gnia. §. 1. gl. 9. nume. 171. & seq. quia huiusmodi argumen. non habet locum, ubi non est eadem ratio in utroque ex correlatiuis iux. glo. & Docto. in l. curatorem. C. de interdic. matrimo. Iaf. in d. l. transigere. & in d. l. qui condemnare. ubi supra Dec. in d. l. 1. num. 9. C. de in ius uocan. Ruy. d. consi. 174. num. 9. Abb. in c. 1. de loca. nume. 13. & late comprobat Fel. in d. procœm. Gregorius nu. 10. cum seqq. & Iaf. in d. l. fin. nume. 18. cum aliis seqq. usque 29. C. de indic. uidui. tollen. Euerar. d. cètu. 76. in uers. præmissa tamen limita. cum aliis latissime congestis per Gabrie. d. conclu 3. num. 51. prout etiam in terminis huic argumento respondent Dec. in d. l. humanitatis. ubi supra in uers. sed replicari potest. & Cur. iun. nume. 10. non est enim tanta, nec eadem ratio remittendi solennitates in
187 testamento liberorum erga parentes, prout è conuerso, quia non est ita debita liberorum hæreditas parentibus, prout hæreditas parètum liberis quibus naturæ simul, & communi uoto. parentum debetur hæreditas. l. nam & si parentibus. ff. de inof. testa. l. scripto. in fi. ff. unde lib. l. cum ratio. ff. de bo. damna. cum aliis supra adductis. nume. 25. & infra par. 3. ca. 3. nu. 161. 162. & seq. imo & de iure diuino numeri cap. 27. & probat And. de Iser. quem refert & sequitur Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 95. ff. de libe. & post. quare lex tam Diuina nu. meri d. cap. 27. quàm humana statuit
188 ab intestato primã causam successionis esse liberorum, & ipsos descendètes cuiuscunque gradus, & sexus sint,

omnibus ascendentibus, & transuersalibus præferendos esse, in auth. de hære. ab intestato uenient. in prin. & §.si quis igitur.& institu.eod.titu.§.1. quamuis enim pater, & filius sint in
189 uno,& eodem gradu sibi ipsis, quia filius est in primo descendentium, & pater in primo ascendentium,nihilominus maior ratio est, ut hæreditas patris debeatur filiis,quàm è conuerso iux.glo.no.in d.§.si quis igitur.uer. parentibus.ita ut dixerit Paulus,si fi-
190 lius, ergo hæres,ad Gala.4. quem ibi refert gl.& glo.in l.necessariis,uer.teneantur.in prin.ff. de acquiren. hære. & in l. 1. C. si minor ab hære. se absti. prout etiam concludit glo.no. quæ tamen non allegat dictum Apostoli, in auth. ut ij qui obliga. se habe. &c. in uers.ut autem.uer.parentes.cum aliis in proposito supra adductis num. 25. est enim filius hæres suus, & necessa-
191 rius patris, licet habeat beneficium abstinendi. §. sui autem.inst. de hære. qualita.& diffe. l. in suis. ff. de libe.& post.& in d.l. necessariis.& ubiq; Docto.proxime allegati. ff. de acquiren. hær.cum sim.& naturalis præsumptio
192 est,quod sit hæres, & successerit patri iux.gl.not.in d.uer.parentes.quam sequuntur Iac.de Ra.Pet.& Iacob.de Are.Docto. antiqui, ut refert Bal.in l. si cum dotem. §. transgrediamur. in uersi.quærit glo.ff.solu. matri. & eam pro singu. allegat idem Bald.in l.apud hostes.col.2.in uersi.item sequeretur. C. de su. & legi. & approbat. in c. an agna.uel filius defun.ante nume. 2. in usi.feu.& Alexan.in d. §. transgrediamur.nume.11.Ias.in l. non hoc.col. 1. C.unde legi.Ripa in l.quod te.nu. 58. ff.si cer.peta.cum aliis, ut late per Tiraquel.de retract.lignia.§.1.glo.9.nume. 52. quamuis hæc præsumptio nō sit ita indistinctè probata à iure, sed tantum quando filius agit, & tractatur de eius commodo, secus si conuenitur, uel tractatur de eius præiudicio,ut per Bal. in l.1.in fin. C.com.de leg.& Bal.in cap. 1. in princi.ante nume. 4. de capi. Corra.in usi.feud.ubi dicit,quod filius est hæres in recipiendo,sed non in præstando,tradd.Doct. omnes.Bar.Bal.Pau.de Cast. & cæteri in d.l. 1. C. si minor ab hære. se absti. Bart. & cæteri omnes in l. si filius qui patri. per illum tex.ubi post alios Ias. in 2.& 3.notabili.ff.de uul.& pup.Alexan.in consi.34.sub nume. 4. in uersi. nec obst.& nume. 5. uolu.3. & in hoc ultimo casu procedit opi.glo.in d.l.1. C.si minor ab hære.se absti. & in d. §. transgrediamur.in glo.si.quæ est communis,ut post Bal.Ang.& alios ibi late Alexan.qui de communi attestatur sub nume.10.ad med.in uersi.in gl.in uersi.extiterit.& glo. in l. necessarijs. uer.teneātur.& ibi opt. declarat Bar. & post Bal.ibidem Ang.Imo.Rom. & alios per eū relatos late habetur per Alexan.nume.5. ff. de acqui. hære. & Ias.in l.ei, qui se immiscuit. nume. 1. & seq. eod.titu.& cano.in cap. 1. ubi Abb.nume.3. attestatur de communi de solu.& latius cæteris.Francis.Mantica de coniect.ulti. uolunt.lib.12. titu.10.nu.1. 2. & 3. cum cæteris seqq. ad quos lectorem remittimus. Verū ad rem nostram redeundo,hæreditas
193 paterna in tātum dicitur filiis debita, quod etiam in uita parentum existimentur quasi domini bonorum, ut est tex.not.in l.in suis.ubi late Ias.nume.14.& 15.& nume. 19. & seqq. ff. de lib.& post. cum alis multis in hoc proposito congestis per Tiraquel. in præfa.l.si unquam.nume.19. & pluribus seqq.C. de reuocan. dona.& per nos supra nume. 25. quamuis non sit proprie debita, sed quasi debita, ut infra par.2. cap. 3. nu. 51. cum seqq. quæ omnia cessant in persona parentum

tum, & per consequens cum respectu ipsorum non militet ille fauor, nec eadem ratio, quæ respectu liberorum merito cessat, argumen. Cur. à correlatiuis, prout etiam pariter cessat argumen. ab identitate rationis.

194 Et propterea non obstat si ulterius diceretur, quod dictio (solos liberos) in d. §. ex imperfecto. non excludit personas similes, ut est pater, & filius. ut per Ias. in d. l. 1. nume. 2. C. de bo. pos. contra tabu. cum huiusmodi dictio taxatiua, & exclusiua non excludat casus similes, ubi est eadem ratio, ut ibi latè per Ias. & glo. Bart. & cæteros, in l. ob es. C. de præd. mino. glos. ordi. in l. illud. ubi Bal. nume. 4. & alii. C. de sac. eccle. trad. Bar. in l. serui nomine. ff. de usucap. & in l. si constante. nume. 42. ubi post alios latissime Ias. nume. 84. cum pluribus seqq. ff. solut. matri. Bal. in l. nullus. in fin. ubi dicit quod excludit dissimilia, non similia. C. ad leg. Iul. maie. Ripa qui declarat in l. fina. q. 41. C. de reuocand. dona. Euerar. in locis lega. centu. 721. in 2. limita. de quo late Dec. in d. l. 1. nume. 5. 6. & seqq. C. de bo. pos. contra

195 tabu. quia ex prædictis patet manifeste in terminis istis quanta sit diuersitatis, & dissimilitudinis, ac inæqualitatis ratio inter patrem, & filium, licet alias dici soleat, quod una, & eadem persona reputantur. l. fin. ad fi. ubi glo. & Docto. ubi post alios late Ias. & Dec. nume. 2. & Curt. iun. nu. 5. cum seqq. C. de impube. & in §. si uero. ubi etiam gl. instit. de iusti. & iu. est enim filius pars corporis patris, & de eius substātia, & cum eo una caro, ut ēt habetur in l. cū scimus. in fin. C. de agrico. & censi. lib. 11. cap. contradicimus. ibi, cum una caro probentur pater, & filius. 35. quæstio. 3. glo. in cap. studeat. uer. & sui. distinctio. 50. cap. tibi domino. in glo. magna. in fin. distinctio. 63. & in cap. 5. de pœniten. distinctio. 3. & in ca. super eo. el secondo, in glo. 1. de test. Bal. in consi. 234. col. 1. uersi. cæterum. uolu. 1. & bene Pau. de Cast. in consi. 164. nume. 9. uolumi. 2. quem refert Ruy. consil. 115. nume. 15. & 16. uolu. 3. & Mantica de coniect. ulti. uolunta. lib. 11. titu. 12. nume. 36. & latissime Marsi. qui ex hoc plura deducit, singu. 160. incip. pater, & filius. cum latissime cumulatis per Tiraquel. in d. præfa. l. si unquam. nume. 15. cum pluribus seqq. usque ut aiunt ad nauseam, & consequenter cum dispositio. d. §. ex imperfecto. simulque hæc nostra limitatio non obtineat locum in testamento condito inter parentes, multo minus inter transuersales, & alios extraneos.

Quod ampliatur procedere etiam si de ipsis sit dispositum in eodem te-
196 stamento inter liberos condito, quia & si illud minus solēne, & cum duobus tantum testibus inter liberos ualeat, non tamen quo ad alias personas in eo mixtas, ut est tex. clarus in d. §. ex imperfecto. & in d. l. fi. ubi omnes not. C. fam. hercisc. ne dum respectu institutionis si forte cum filijs fuissēt etiam ipsi extranei instituti, de quo nemo unquam dubitauit, sed nec etiā
197 si eis aliquid fuerit particulariter legatum, nam, & talia legata filiis accrescunt, ut habetur in d. §. ex imperfecto. ubi hoc not. Ias. nume. 9. & Curt. iun. parum post nume. 18. in 2. notabili. Ruy. consi. 1. nume. 11. uol. 2. quicquid uoluerit in hoc Couar. in ca. relatum. 1. sub nume. 2. in uersi. sed nihilominus. de testa. quod & bene declarat Pau. de Cast. in consi. 93. col. 2. in uersi. præterea probatur. par. 1. cū latissime adductis ad utramque partem infra par. 2. cap. 7. nume. 19. ubi de legatis factis in testamento ad pias causas condito, idem quoq; comprobauimus.

198 bauimus. quamuis in testamento in scriptis, de quo loquitur auth. quod sequitur immediate post d. §. ex imperfecto ualeant legata extraneis relicta, ut ibi expresse habetur, ubi hanc differentiam inter unum, & aliud testamentum not. Ias. nume. 1. in fi. Ruy. supra proxime allegatus, ubi hoc late declarat, & bene quoque declarat Alex. in consi. 76. nu. 16. uol. 3. & in d. auth. quod sine. nu. 4. & Ias. in uersi. tu autem plenius. ad quos me refero.

Inter liberos uero, ut dictum est, in infinitum procedit hæc nostra limi
199 tatio per tex. in d. §. ex imperfecto. qui cum loquatur de liberis intelligitur de liberis iustis. i. legitimis, & naturalibus, tam suis, quàm emancipatis, ut est tex. clarus in d. l. fi. & ibi not. Bald. nume. 1. C. fam. hercisc. & in auth. de testa. imperfec. in prin. & Bald. in l. si qua Illustris. ante nume. 8. C. ad S. C. orficia. & Alex. in d. §. ex imperfecto. nu. 10. ad fi. Rom. in consi. 179. col. 5. in uersi. secundo respondetur. ad fin. non autem de naturalibus tantum, minusq; de spuriis, & sim. nam bastardi tanquàm extranei non succedunt ex testamento non solenni, ut dicit & plene probat Bal. in d. §. ex imperfecto. nume. 7. & in l. qui testamento. §. mulier. in fi. ff. de testa. & in d. l. si qua Illustris. nume. 7. C. ad S. C. orficia. in l. parentes. uersi. sed quid dicemus. ff. de in ius uocan. in l. humanitatis. C. de natu. libe. & latius in d. l. fi. col. 1. & 2. ubi late hoc probat, & declarat allegans Thom. de Cursi. & alios plerosque Docto. antiquos idem tenentes. C. fam. hercisc. & alibi sæpe, cum quo transit Ang. in eo. §. ex imperfecto. referens, quod cum quæstio de facto occurrisset, omnes Docto. ita consuluerunt, & sequuntur ibidem Alex. num. 6. & Ias. sub nume. 4. in uersi. secundo limita. ubi alios cumulant, & Cur. iun. nume. 7. & latissime Natta in 14. quæst. prin. & seq. per totas illas duas. qq. & latissime quoque Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus. el primo. num. 48. ff. ad trebel. & Dec. consil. 610. nume. 3. Iul. Clar. d. lib. 3. senten. q. 12. in prin. Tiraquel. plures cumulans in l. si unquam. uer. suscceperit liberos. nume. 60. C. de reuoc. dona. & ultra omnes latissime Boer. d. decis. 240. nume. 12. 13. & seqq. & nouissime Fernan. Vasq. de success. crea. §. 21. nume. 53. per totum, & seqq. qui ferè omnes attestantur de communi, quicquid contrarium uoluerint Specul. Paul. de Cast. Roma. & alii relati per Boer. d. nume. 12. & Tiraquel. d. nume. 60. in fi. & Fernan. Vasq. d. nu. 53. & licet punctus esset disputabilis, ut dicit Boer. tamen pro nunc transeo; cum cõmuni opi. quæ de plano procedit respectu patris, & lineæ paternæ, non autem respectu matris, cuius respectu procedit tex. d. §. ex imperfecto. etiam in naturalibus, nisi sit Illustris, ut per Bal. Alexan. Iul. Clar. Fernan. Vasq. & Nattam proxime allegatos, & late Boer. d. decis. 240. nu. 14. & seqq. & Tiraquel. ubi proxime supra num. 63. ad quos me refero, cum iste non sit locus suus.

200 Præterea si dicti filii naturales, & spurii essent per patrẽ legitimati isto casu, quia uere dicerentur legitimi, & naturales, ut probat tex. in auth. quib. mod. natu. effi. legi. in rub. & nigro per totum, & in auth. quib. mod. natu. effi. sui. in prin. ibi, per quem naturali iure priore liberati legitimi fierent. & rursus, & ex naturalibus ad legitimos eleuare. & alibi pluries, quæ cum sint uerba legis, uere & proprie intelligi debent, non ficte. l. 3. §. hæc autem uerba. iuncta gl. ubi Bar. Bald. & cæteri. ff. de neg. gel. & ita late probat Bar. in l. si is qui pro emptore. nume. 29.

me. 29. ubi latissime Ias. à nume. 224. cum cæteris seqq. usq; 291. ff. de usucap. & fuit opi. Iaco. de Arc. quem in notabili qõne refert & sequitur Io. And. ad Specu. de success. ab intest. in ultima addi. magna ad fin. probat Bal. in l. nuper. in fin. C. de natu. lib. & in l. cum acutissimi. nume. 3. C. de fideicommis. ubi quòd legitimatio est uerus status legitimorum, licet non sit uerum principium. Et in hoc omnes concordant, ut attestatur Pau. de Cast. in l. fin. nume. 5. C. de iis qui ueniam æta. impetra. & idem Paul. de Castr. in rubri. C. de iu. annu. aureo. nume. 3. & idem in consi. 180. num. 14. & 15. par. 1. & cons. 252. nume. 3. par. 2. Alexan. consi. 2. nume. 10. uolumi. 2. Dec. consil. 258. col. 3. uersic. non obstant. consil. 316. nume. 10. 365. nume. 4. in fi. & seq. 356. nume. 2. 399. nume. 5. & alibi sæpe Ruy. consi. 75. nume. 9. consil. 106. nume. 2. uolu. 3. & 194. nu. 6. uolu. 4. & alii consulentes ubique, & late disputat & declarat Bald. in l. manumissiones. in 2. oppo. ff. de iusti. & iu. & Soci. in l. Gallus. §. si eius. num. 5. ff. de libe. & post. & in l. sed si hac. §. patronum. nume. 18. & 19. ff. de in ius uocan. Ias. in l. 2. nume. 20. ff. de uulg. & pup. & in d. §. ex imperfecto. nu. 2. & de communi attestatur Couar. qui articulum late examinat in epito. de sponsa. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 3. & aliis seqq. & Tiraquel alia cumulãs d. uer. susceperit liberos. nume. 77. & pluribus seqq. & nume. 85. & Francis. Mantica late comprobans de coniect. ulti. uolunta. lib. 11. titu. 10. nume. 10. in uersi. hæc autem magis communis sententia. & nume. 11. 12. & 13. cum seqq. & nume. 31. ubi late ampliat, & declarat, idcirco in eis quoque obti-

201 neret dispositio d. §. ex imperfecto, ut ibi late Ias. nume. 1. in fin. & Cur. iun. nume. 5. idem Ias. in d. l. si is qui pro emptore. nume. 237. & in d. l. 2. nume. 20. ff. de uulg. & Tiraquel. proxime alleg. nu. 79. Boer. d. decis. 240. sub nume. 14. Dec. consi. 258. num. 6. & 264. col. 1. in uersi. præterea dato. & latissime Natta d. §. ex imperfecto. ubi plene examinat, quæstio. 12. per totam. Fernan. Vasq. d. §. 21. num. 56. de success. crea. & est communis opi. ut attestatur Iul. Clar. d. lib. 3. senten. quæstio. 12. uersi. sed quid in legitimatis. quicquid uoluerit Dec. in consil. 610. col. pen. in uersi. finaliter tamen resoluendo, per totam illam col. & seq. usq; ad fi. ubi latissime contrariam opi. probauit contra Bal. per eũ relatum in c. de causis. de offi. delega. cuius tamen opinio contra ipsum Decium, ut ex prædictis constat, sine dubio uerior est, & communis, & ab ea non est recedendum, præsertim, si ut

202 dicit Iul. Clar. proxime allegatus, essent legitimati per subsequens matrimonium, qui in nullo differunt à uere legitime natis. c. tanta. iuncta gl. & ibi Abb. & cæteri, qui fil. sint legi. & gl. communiter approbata. in c. innotuit. de elec. Dec. qui attestatur de cõmuni in ca. cum in cunctis. nume. 9. & seqq. de elec. Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. parum post nume. 42. in uersi. sed dubitatur. cum seq. ff. ad trebel. & latissime Couar. in Epito. de sponsa. par. 2. ca. 8. §. 2. nu. 21. cum pluribus seqq. usque ad fi. ubi ex hoc plura correlaria deducit. & Tiraquel. d. uer. susceperit liberos. nume. 71. cum seqq. & latius per eundem de iu. primoge. quæstio. 34. nume. 28. & latissime Franc. Mantica. d. lib. 11. tit. 12. nume. 1. 2. 3. & 4. cum cæteris seqq. usque ad fin. de quo Anto. Gabr. com. conclu. lib. 6. titu. de legitimatio. per tres primas conclu. latissime.

203 Prout etiam habet locum tex. d. §. ex imperfecto. & consequenter præsens

sens nostra limitatio etiam in filiabus exclusis per statuta à successione ab intestato, uel per ipsarum renunciationem, ut per Alex. ibi nu. 10. & Ias. sub nu. 14. ibi, & ista communis conclusio. cum quo transit ibidem Cur. iun. num. 25. & late consuluit Roma. consi. 179. col. 5. in uersi. non refragatur. & seq. Iul. Clar. d. q. 12. uers. & item quæro. Boer. deci. 241. nu. 9. Tiraquel. d. uer. susceperit liberos. num. 124. Cepha. consi. 99. in fi. Zanc. in §. cum ita. l. hæredes mei. nu. 1196. ff. ad trebel. Zun. d. respon. pro uxo. num. 952. Fernan. Vasq. de success. crea. §. 21. nu. 52. Guil. de Benedic. c. Rainutius. uer. testamentum. nu. 81. de testa.
204 qui omnes attestantur de communi, prout etiam de filijs adoptiuis Tiraq. d. uer. susceperit liberos. sub nu. 21. ad med. & latissime Natta. d. §. ex imperfecto. q. 16. per totam, ad quos me refero, cum iste non sit noster principalis sermo.

Valet igitur hoc testamentum inter liberos (ut ad nostram limitationem redeamus) cum duobus tantum testibus, imo & absque ullo teste, ubi aliter de uoluntate patris cõstare posset, iux. late supra trad. sub nu. 165. in fi. uersi. testamentum. & in num. 166. & 167. cum seqq. & nihilominus oportet, quod illa constet ex uerbis, nec sufficeret si ex signis & nutu tantum constaret, quia non ualet testa-
205 mentum hoc inter liberos nutu conditũ, prout patet exemplo illius Episcopi Perusini relati in proposito per Ang. & latius Alex. in l. discretis. n. 6. & 7. C. qui testa. fac. pos. idem Ange. Bal. Pau. de Cast. & post alios Ias. in l. iubemus. nu. 4. C. de testa. Bal. in l. & in epistola. nu. 2. & ibid. Pau. de Cast. C. de fideic. Ias. in l. licet. parum post nu. 7. C. de pac. & in l. tale pactum. §. fi. nu. 12. & 13. ff. de pac. & in auth. si qua mulier. nu. 7. C. de sac. eccle. Soc. in l. cum auus. num. 45. ff. de cond. & demon. Fel. in c. in præsentia. col. 20. in uer. præterea pro ista conclusione. nu. 43. ad med. de prob. Ias. consi. 212. col. fi. uol. 2. Rui. consi. 71. nu. 17. uol. 3. Tiraq. in l. si unquam. uer. donatione largitus. num. 326. C. de reuocan. dona. Franc. Mantica, qui alios congerit, de coniec. ult. uolun. lib. 4. titu. 4. num. 9. quod indistincte procedit in alijs quoque testamentis, prout indistincte firmauimus & comprobauimus infra par. 2. cap. 3. nu. 9. quamuis
206 enim legata nutu dari possunt. l. nutu. ff. de lega. 3. non tamen hæreditas,
207 quia ibi agitur de summa summarũ, & ideo expressio, & claritas est necessaria in hæredis institutione, ut dicit Bald. in d. l. iubemus. nu. 1. etiam inter liberos, ut per doc. supra proxime allegatos. & late Bal. in l. & in epistola. sub num. 2. & ibi quoque Pau. de Cast. C. de fideicom. & nos supra latius cap. præced. nume. 5. & 6. cum seqq. prout etiam dicunt doc. in testamento militis per l. in fraudem. §. 1. iuncta glo. in uersi. nuda. & ibi Ang. ff. de mili. testa. licet secus dicant in te-
208 stamento ad pias causas, & de equitate canonica, quod nutu factum ualet, iux. glo. quam ita doc. communiter intelligunt, & sequuntur, in cap. cum tibi. ubi post. alios late Couar. nu. 6. de testa. Ias. Socin. Ruy. Tiraquel. proxime allegati, & bene Alex. in d. l. iubemus. num. 1. & nos infrà latissime par. 2. cap. 3. num. 10. quia prout dicit
209 Alex. hæc prohibitio testandi nutu non reperitur de iure naturali & gentium, quod solum attenditur in testamento ad pias causas, quod fundamentum concludit etiam in testamẽto inter liberos per quod posset teneri cõtra communem, quod etiam inter liberos ualet nutu factum, quod

pro

pro nunc aliter non examino, sed satis sit hæc summo(ut aiunt)digito tetigisse, & ad loca propria ubi particulariter hæc tractantur, & discutiuntur remisisse.

Hæc autem testamentum inter liberos minus solenne,& cum duobus tantum testibus,licet inter ipsos tantum, & ipsorum fauore ualeat, ut su
210 pra latius ostensum fuit, ualet tamen de iure speciali,iux.l. si non speciali. C. de testamen. quia in eo deficiunt solennitates inductæ de iure positiuo (ut est numerus septem testium &
211 sim.) quæ requiruntur ad perfectionem testamenti de iure ciuili, est enim hęc solennitas una de quadruplici perfectione ipsius testamenti, quæ dicitur perfectio formalis, & legum diligentia,ut tradunt Bald.& Paul.de Cast.nu.5.in l. 1. ff. de testa. & post alios Natta d.§. ex imperfecto.nu.28. & per consequens hoc testamentum inter liberos minus solenniter conditum appellatur testamentum imperfectum. in d.§. ex imperfecto. & in auth. de testa. imperfec.à paren.&c. si in ipsa rub.

Ex quibus uidetur inferri posse, quod istud non sit uere, & proprie testamentum, sed improprie & abusiue dicatur testamentum,per tex.expressum in l.2.§. 1. ff. quemad. testa.
212 ape.ubi est tex.clarus quod testamentum proprie dicitur, quod iure perfectum est,abusiue uero testamenta iniusta,falsa,& irrita, itē īperfecta &c. Pōdera primo, quod proprie dicitur testamentum, quod iure perfectum est, & sic ubi est conditum solenniter de iure ciuili,quale non est istud minus solenne inter liberos,in quo deficit solennitatis perfectio, ut proxime diximus.Secūdo pondera, quod(abusiue) inquit tex. imperfecta solemus testamenta dicere, quia illa qualitas, abusiue, censetur in his uerbis repetita per illam dictionem, item, quæ repetit qualitates præcedentes. l. in repetendis. ubi late Bar.ff.de leg.3.& supra nu. 119. & ita in specie Bar. in d.l.2.§.1.ante nu.2. exemplificat tex. dum inquit, item imperfecta &c. in hoc testamento cōdito inter liberos iux.tex.d.§. ex imperfecto. & sic expresse etiam sentit,quod istud non sit proprie testamentum, sed abusiue, & late supra cap.4. nu.45.46. & seq.

213 Quod maxime confirmatur per tex.in d.l.1.ff.de testa.ubi per I.C.traditur diffinitio testamenti, quod est iusta sententia &c.ubi glo. communiter approbata exponit iusta. i. solennis iuris solennitate subnixa. & post alios latissime Couar.in rub.extra eo. par.1.nu.3.4.cum seqq. & nos supra d.c.4.nu.35. cum cæteris seqq.usque
214 42.inclusiue. diffinitio uero denotat essentiam, & proprietatem rei quæ diffinitur,unde ab ea sumitur propria rei significatio iux.glo.in l.omnis diffinitio.& ibi Dec.de reg.iur.& declarat Bar. in l. omnes populi. nu. 59.ff. de iust. & iure.ubi ad hoc in terminis allegat tex.in d.l.1.ff.de testa.ubi etiā idem Bar.quem cæteri sequūtur, hoc declarat, & Ripa in rub.ff.solu. matr. nu.42.cum alijs,ut supra.d.cap.4.nu. 35.& seq. & per consequens illud proprie dicitur testamentum, quod est perfectum & solēne,prout ex hoc in proposito arguit Ias. in l.nemo potest.lec.2.nu.24.ff.de leg.1.

Præterea hoc idem denotatur ex il lo adiuncto (imperfecto) in d. §. ex
215 imperfecto. si quidem, ut inquit ibi Ias. sub num.15. quando aliquid non profertur simpliciter, sed cum adiuncto non dicitur proprie tale iux.doct. Bar.in l.lucius. §. quæsitum.ff.de leg. 3.prout etiam arguit idem Ias. in l. 1. lect.2.nu.30.C.de sacr.eccl.

Quod

terpret.lib.2.cap.5. nu.3.& 8.usque
ad fi. & late etiam Ruy. in rub. nu.6.
& seq. ff. de leg. 1. & nos infra latius
sub nu.250. in uersi. postremo.& nu.
251.cum seqq.usque 257.cum igitur
221 hoc sit in dispositione militis, ergo
& inter liberos,cum quo ad hoc à pa
ri procedant, & de uno ad aliud re-
cte arguatur, iux.sup.not.num.18.&
& seq.&prout in terminis arguit Bal.
in d.l.filij.sub nu.5.C.fam.hercis.
222 Et ita per prædicta quod istud te-
stamentum inter liberos minus solen
ne iux.dispositionem d.§.ex imperfe
cto. non sit proprie testamentum,sed
ultima uoluntas in genere,habens ta
men uim testamẽti, firmat ibi Ias.sub
d.nu.15.Alex.sub nu. 2. Cur. iun.nu.
24.latissime Natta nu.222.& seq.ubi
hoc comprobat, quia cum nõ ualeat
quo ad alias personas in eo mistas, &
sic quo ad omnia in eo disposita non
potest dici proprie testamentum exẽ
plo legitimationis, quæ ubi est facta
quoad quædam tantum, & non quo
ad omnia non dicitur proprie legiti-
223 matio,sed dispensatio, arg.l.2. C. de
iu.aureo.annu.& Pau.de Cast.in rub.
eo.nu.1.2.& 3.& in l.sed si hac.§.pa-
tronum. per illum quoque tex. nu.5.
& 6.ubi etiam Alex.nu.4.& 5.& Ias.
nu.6.ff.de in ius uocan. & ibid.latissi-
me Sozi.num. 14.& 15.& idem Pau.
de Cast. in l.si ab eo. ad fi. uersi.breui
ter. C. de leg. hær. in l.solet.ubi etiã
Dec.sub nu.7.ff.de iur. om. iud. & in
l.falsa demonstratio.§.1 ff.de cond.&
demon.idem quoque Pau.de Cast. in
l.pactum dotali. in fi.& Dec.num.15.
C.de colla.Soz.in rub.ff.de lib.& pos.
nu.6.& 7. Ias.in l.cum acutissimi.sub
num.6.C.de fideicom.& in d.rub.de
lib.& post.nu.13.cum seq.Dec.in l.1.
nu.10 in fi. C. de bo. poss. con.tabu.
Ripa in l.nemo potest. nu.55. in fi.ff.
de leg.1.apostil.ad Cremen.singu.16.
Guald.tit.3.cau.6.nu.2.M.Ant.Cucc.
in auth.nouissima.C. de inoff.testa.in
præmis.nu.4. Cœpol.caut.114.Ripa
in c.ad aures.nu.36.de rescrip.& late
consuluit Pau. de Cast. in consi. 30.
præsertim nu. 11. par.1.& consi.34.
nu.6.par.2.& consi.200.sub nu.5.in
uersi. præterea.eã.par.2.& Alexan.in
consi. 25.nu. 5. uol.1. consi.30.nu.5.
uol.4.& plenius consi.189.col.1.uol.
5.Ias. qui late declarat in consi.40.uo
lu.3.Dec.consi.52.col.2.in uersi.secũ-
do.& latius consi. 264. nu. 3. idemq;
Dec.in consi.257.sub num.1.& 258.
sub.nu.3. uersi. ult. obiicitur in consi.
338.sub nu.3.ibi,& hoc idem.& con
si.576.nu.6.in fi.Goza.consi.6. num.
3.& nu.63.& 67.in fi.& consi.29.sub
nu.31. uersi. præterea & secundo. &
consi.92.nu.5. Ruy.consi.75. sub nu.
3.& consi.79.sub nu.10. uersi. & alia
ratione. & consi. 106. nu.8.ad fi.uol.
3.& idem latius declarat in consi.86.
sub nu.2.uersi.& ex alio.& nu.3.& 4.
cum seqq.eo. uol.3. Cepha. qui alios
citat consi.278.nu.28.uolu.2.& Pa-
ris.consi.7.nu.6.& aliis seqq. uolu.2.
Corn. consi.9.nu.5.6.& 7.uol.4. So-
zi.consi.246.nume.6.uol.2. Cur.sen.
consi.73.etiam nu. 6. & late habetur
per Anto. de But. & cæteros cano.in
c. per uenerabilem. qui filij sint legi.
& Couar. in epito. de sponsa. par. 2.
c.8.§.itidem.8.nume.1.& aliis etiam
seqq.ut ibi latius per eum; & cum a-
liis adductis per Gabriel.comm. con
clu.lib.6.ff.de legitimatio. conclu.8.
per totam; ad rem igitur ita quoque
inquit Natta,cum istud testamentum
minus solenne inter liberos ualeat
quo ad eos, & non quo ad alia in eo
disposita, non erit proprie testamen-
tum, sed potius ultima quædam uo-
luntas in genere, ut per eum latius
in d.§.ex imperfecto.ubi sup. & ante
omnes hoc uoluit Specu. de instrum.
edi.

& alios late Alex.& Iaf.in d.§.ex imperfecto.sub nume.14. ubi attestatur quod ista est communis opin. contra glo.ibi quæ ab omnibus reprobatur, & ibidem Cur.iu.num.23. ubi etiam Natta ipse hoc fatetur.num. 221.Bertran. etiam attestans de communi consi.141.sub nu.5.uol.3. prout etiã attestatur & sequitur Dec.consi.610. nu.3. ad med.Ruy.consi.1.nu.18.uolu.2.& Iul.Clar.d.lib.3.q.13. Fernan. Vasq. qui alios cumulat de success. crea.§.21.nu.47.nam ad tex.in d.l. filij & l.fi.C.fam. hercis.& in l.hac consultissima.§.si quis auté.C. de testa.in contrariũ supra alleg.nu.216. respondent glo.& doc. in d.l.filii.& late Alexan.in d.§.ex imperfecto. nume 2. & Cur. iu. nu. 23. & alii doc. ubi supra, & per consequens cum ex hoc testamento possit adiri hæreditas ex testamento, uidetur quod istud uere & proprie sit testamentum, ut post Bal. per eum relatum concludit Franc. Cur. in apostil. ad Alex.in d.§.ex imperfecto. in apostil. ualeat ut testamentum, circa fi.

Rursus comprobatur ex alia communi conclusione, quod per huius-
230 modi testamentum minus solẽne inter liberos reuocatur primum perfectum, & solenne de iure communi, eo, quia illud testamentum minus solenne,quoad ipsos liberos est ualidũ, & perfectum de iure ciuili, ut tradd. Bar.in d.l. si ex duobus. §. si prius. in prin.ff.de bo.pos.contra tabu.Pau.de Cast.in auth. hoc inter liberos. nu.6. C.de testa.Alexan.in d.§. ex imperfecto.num.11.& in §. si quis autem.sub nume.10.ubi etiam allegat simile de testamento militis iux.l.2.ff.de iniust. testa. ubi multum in proposito not. Pau.de Cast.qui illam legit sub l.1.sub nu. 2. quod secundum testamentum
231 non solenne de iure communi si est ualidum de iure speciali tollit primũ solenne de iu.communi. Guil. de Benedic.in c.Raynutius. uer. testamentum.j. nume. 75.quem in specie allegat Zun.d.respon.pro uxo.num.596. Alexan.consi.146.nume.12.uol.2.late Iaf.conf.223.uolumi.2.non solum quando in primo solenni sunt instituti extranei, & in secundo minus solenni liberi, ut probatur per argumen.à fortiori in d.l.2.ff.de iniust.testa. & in l.hac consultissima.§.si quis autem.C. de testa.prout in specie loquitur Pau. de Cast.supra allegatus in d.auth.hoc inter liberos nume.6.& Roma.consil. 385. col.1. uersi. prima. cum sequen. & Boer. decis. 240. nume. 11. & late deducit,& probat Zun.ubi supra nume. 705. cum pluribus seqq. de quo nemo unquam dubitauit, sed etiam quando in primo solenni essent pariter liberi instituti,prout loquitur Alexan.d.consi.146.nume.12.& sequen. & in l. hac consultissima. §. si quis autem.nume.10.C.de testamen. Roma. qui eam opi. declarat, & moderatur in consi.179.col.5.in fi.in uers.tertio. & hæc est uera,prout etiam Aym.consil.152.nume.12.Paris.consil.34. ante nume.59.uol.2.& Gabr. latissime qui plures cumulat lib.4.commu.conclu. titu.de testa. conclus. 7. & late etiam comprobat Socin.iun.consil.144.nume.34.40.& 41.& pluribus seqq.uolu.2.quem & alios in proposito nouissime late cumulat Zun.d. nume.596. cum seqq.& nume. 688.& 705. cum seqq.usque 723.& Franc.Mantica de coniect.ultima uolunta. lib.6. titu. 2. sub nume. 17. uersi. sed tamen hoc non uidetur sufficere.& sub num.19. uersi. quæ tamen decisio. & hæc opi. proculdubio uerior est, & communis,ut ex prædictis apparet,quicquid uoluerit Alexan.in d.§. si quis autem. nume.10.iuncto sequen.& Iaf.col. 1.

in

236 quit Bar. si in primo sunt uiginti te stes, requiruntur ne tot in seq. ad tollendum primum? certe non, sed satis erunt septem, qui necessario de iure communi requiruntur; & sequitur Ias. in d.l. si ita sit scriptum. num. 28. de lega. 1. & bene Alex. d. consi. 146. nume. 12. uolu. 2. Dec. in d.l. nihil tam naturale. nume. 5. ff. de reg. iu. & ibidem Cagno. nume. 11. & 12. Paul. de Cast. d. consi. 327. sub nu. 6. cum seqq. par. 1. Couar d. rubri. de testa. par. 2. nume. 1. Zun. qui alios etiam adducit d. respon. num. 561. ex quo inferri potest, quod ita est perfectum testamentum, quo ad liberos cum duobus testibus, prout inter extraneos cum septem. Alex. in d. §. ex imperfecto. sub nume. 11. licet hoc sit perfectum de iure communi illud de iure speciali, & ideo utrunque eandem uim, & parem potestatem obtinet iux. d. l. miles si testamentum. ff. de mili. testa. & consequenter utrunque pariter uere, & proprie erit testamentum, alterum uidelicet de iure communi, alterum de iure speciali.

237

His accedit, quod cum testamentum quo ad sui originem, & substantiam sit de iure gentium, licet quo ad solennitatem formalem sit de iure ciuili, ut supra cap. 2. num. 6. cum multis seqq. certe cum ista solennitas ex eodem iure ciuili sit remissa, & sublata, imo uerius nunquam requisita in

238 hoc testamento inter liberos satis habens illud iux. meros, & simplices terminos iuris gentium conditum esse, illudque pro perfecto, & ualido approbans, & tribuens illi omne iuris ciuilis fomentum, & robur absque ulla alia ciuili solennitate, proinde ac si omnis solénitas interuenisset, ut nouissime per Zun. d. respon. pro uxo. nume. 45. & sequen. & nos supra nu-

239 me. 17. & seqq. sequitur hoc esse uere, & proprie testamentum, tam de iure gentium, quàm ciuili saltem per

240 approbationem, quia merito nostra facimus quibus authoritatem nostrã impartimur, inquit Impe. in l. 1. in uersi. sed neque ex multitudine authorum. C. de uet. iu. enucle. glo. fi. in cap. 1. de transac. cum simil.

Postremo aliis omissis, probatur conclusio uiuo fundamento, si quidẽ teste Boetio, omnis actus humanus

241 perficitur uoluntate, & potentia, licet Aristo adiungat scientiam, ut refert Bal. in l. si testamentum. nume. 2. C. de iu. & fac. igno. & in repet. l. j. sub nume. 55. C. de sacr. eccles. & in consil. 326. col. 2. ubi late uolumi. 1. & Barba. inter consi. Alexan. consi. 52. nume. 30. uolu. 4. ubi attestatur Docto. omnes transire cum Boetio potius quàm cum Aristo. idemque iuncta postil. quæ alios adducit in consil. 123. inter consi. eiusdem Alexan. nume. 1. eo. uolum. 4. Bal. in l. omne uerbum. nume. 8. C. cõm. de leg. Couar, in cap. cum esses. sub nume. 7. uersic. tertio his accedit. de testamen. cui suffragatur tex. in l. cum te sponse. ubi etiam Bart. ante nume. 1. C. de dona. ante nupt. & in cap. cum super abbatia. ubi etiam Dec. in quarto notabili de offic. delega. & idem Dec. in l. quanquam. nume. 14. C. de testa. mili. & nouissime comprobat Francis. Mantica de coniect. ulti. uolunta. lib. 2. titu. 14. nume. 3. quamuis idem Bald. in l. 1. nume. 1. ff. de lega. quattuor requirat, potestatem scilicet, uoluntatem, scientiam, & formam; cum autem pater facit testamentum inter eius liberos cum duob. testibus, concurrit in hoc testamento eius uoluntas, & iuris authoritas ergo est testamentum. d. l. cum te sponse. in fin. ibi,

qu.m tua uoluntas iurisque authoritas fecit ratam. ergo proprie est testamentum, quia hoc pater uult, & potest ex iuris ciuilis authoritate.

Accedit quod lex potuit facere, prout in pluribus aliis casibus facit, quod pater possit facere testamentum inter liberos cum duobus testibus tantum, de cuius ualiditate circa hoc non est ambigendum, prout infra particulariter cap. 22. latius demonstrabitur, & hoc uoluit, prout potuit per d. §. ex imperfecto. cum aliis supra adductis, num. 2. cur ergo istud non sit proprie testamentum, prout illud in quo uoluit septem adhibere, ratio reddi non potest, cum in utroque eadem iuris uoluntas, & potentia concurrat per proxime allegata, nec maior solennitas inducat maiorem perfectionem, cum utrunque habeat solennitatem necessariam à iure requisitam, ut supra nu. 235. & seqq. Ideoq; prout ibi ostensum fuit, istud testamentum cum duobus testibus ita est perfectum quo ad liberos, pro ut illud cum septem quoad extraneos, etenim cum in utroque concurrant necessaria requisita utrunque est solenne in sua specie. iux. glo. nor. & singul. in l. si creditoris. in glos. 1. quam not. ibi Bald. in finalibus uerbis. C. de fideicommis. ergo utrumq; est proprie testamentum, cum utrique competat diffinitio testamenti, quod est iusta sententia, idest solennis &c. iux. l. 1. ubi glos. & Docto. ff. de testa. à qua sumitur propria rei significatio, ut late supra demonstrauimus in argumento facto pro contraria parte num. 213. & seqq. quod hic retorquetur.

Quod ut euidentius pateat, quaero si lex disposuisset, quod regulariter ualeret testamentum cum duobus testibus, uel tribus tantum, prout dispositum reperitur per l. Canonicam. in cap. cum esses. & cap. re quen. de testa. & prout l. Ciuilis dispo nere potest, ut & late infra c. 22. per totum. quis dubitat, quod istud esset uere, & proprie testamentum, cum in eo concurrerent necessaria de iure requisita ad perfectionem testamenti. iux glo. & Bald. in d. l. si creditoris. C. de fideicommiss. & quod testantis uoluntas, & iuris authoritas ratum fecit, ut dicit Imper. in d. l. cum te sponsae. in fin. C. de dona. ante nupt. quod ergo procederet in uniuersum, & quo ad omnes casus, si lex uniuersaliter quo ad omnes hoc disposuisset, id procedere debet quo ad casus speciales, prout est iste de testamento inter liberos, in quibus lex specialiter & particulariter hoc disposuit, quia tantum ualet dispositio specialis quo

242 ad suam speciem, quantum generalis in suo genere. l. si duo. in fi. ff. de adm. tuto. l. si chorus. & ibi Bar. ff. de leg. 3. Bar. in l. sed & si quis. §. quaesitum. nume. 1. & post alios Ias. in primo nota bili. ff. si quis cau. Aym. consi. 162. sub nume. 2. uersi. sed praemissis. & quod

243 iuris est de toto quo ad totum, idem est de parte quo ad partem. l. quae de tota. ff. de rei uendi. l. qui scit. in pr. in. ff. de usu. l. si duo. in fin. ff. de administ. tut. l. si seruus eius. etiam in fin. ff. de acquiren. haered. l. an pars. ff. pro derelict. l. iuris gentium. § ad eo. cum simil. ubique allegatis per glos. & Docto. ff. de pac. & latissime Euerar. in locis lega. centu. 80.

Et ex his potest colligi responsio ad omnia, quae pro contraria parte adducta fuerunt, nam ad primum, quod istud dicatur testamentum imperfectum. in d. §. ex imperfecto. & consequenter nō sit proprie testamen

tum

tum per tex.in l.2.§.1.ff.quemad.te-
sta.ape. ut supra nume. 212. & pluri-
bus seqq. respondetur, quod dicitur
testamẽtum imperfectum habito re-
spectu ad perfectionem regularem,
& formam trad. in l. hac consultissi-
ma.C. de testa. ad quam continuati-
ue, & immediate sequitur d.§. ex im-
perfecto. nam secundum iuris regu-
lam trad. in l. hac consultissima. ue-
rum est dicere, quod omne testa-
mentum, in quo non est seruata for-
ma ibi tradita, est imperfectum; ita-
que testamentum inter liberos cum
244 duobus testibus tantum potest dici
imperfectum non simpliciter, & ab
solute, sed re pectiue, idest imper-
fectum regulari perfect one, sed ta-
men perfectum specialiter, & de iure
speciali; ideoque uere, & proprie est
testamentum de iure speciali, prout
est testamentum conditum iux. for-
mam d.l. hac consultissima. uere, &
proprie testamentum de iure com-
muni, & regulari, & sic utrunque
est perfectum, & uerum ac proprium
testamentum in sua specie, & utrun-
que eandem uim, & potestatem ob-
tinet iux. tex. opti. in proposito in l.
miles si testamentum.ff. de milit. te-
stamen. ut latius supra comprobaui
mus, nume. 230. & pluribus sequen.
u que 238. & ita quoque in effectu
respondet Brum. supra allegatus. nu-
245 me. 204. tex. autem in dict.l.2.§. 1.
ff. quemadmod. testa. ape. loquens
de testamentis imperfectis, quæ abu-
siue dicuntur testamenta, loquitur
& intelligitur de testamentis imper
fectis in suo genere, quæ nullo iure
regulari, aut speciali sustineri pos-
sunt; quod declaratur ex uerbis pro-
xime præceden. ibi quæ falsa sunt,
uel iniusta, uel irrita, uel rupta. &
immediate sequitur, item imperfe-
246 cta; una enim pars legis ex alia de-
claratur.l.utrum.ff.de pet.hæred. ubi
Bart. Bald. & cæteri.l. si seruus plu-
rium.§.fin.in fi.ff.de lega. primo, cum
simi.supra late adductis cap.11. nu-
me.44. præsertim propter uim illius
dictionis (Item) quæ repetit qualita-
tes præcedentes, ut supra illum tex.
ponderauimus nume. 212. qui hoc
modo declaratus retorquetur in op-
positum, si quidem testamentum in-
ter liberos cum duobus testibus est
ualidum, & perfectum in sua spe-
cie licet respectiue dicatur testamen-
tum imperfectum, & sic cum adiun-
cto quo ad perfectionem commu-
nem, & regularem, ut proxime osten
sum fuit.

Prout etiam in contrarium, &
pro parte nostra retorquetur tex. in
L. 1. ff. de testamen. ut latius supra
sub nume. 241. in uersicu. accedit.
247 quæ hic omitto, ne bis eadem (quæ
ibi uideri possunt) repetamus; præ-
ter quod sufficit diffinitionem ue-
ram esse secundum regulam iuris cõ
munis Alexan.in rubri.ff. solut.matri.
sub nume. 26. & sic in d.l. 1. diffini-
tur testamentum, prout est solennis
dispositio secundum regulam iuris
communis traditam in d.l. hac con-
sultissima, à qua, licet excipiatur testa
mentum inter liberos, & alia in qui-
bus non est necessaria, illa solennitas
non sequitur, quod hæc non sint pro
prie, & uere testamenta; imo con-
trarium ex eo inferri potest, quod
248 licet exceptio non comprehendatur
in regula quo ad iuris determinatio-
nem, comprehenditur tamen quo
ad uim uerborum, quia exceptio est
249 de genere regulæ, iux. opin. Pla-
cen. quam sequitur glos. & Dyn. in
rubri. de regulis iuris libro sexto, Bar.
in l.prima, ad fin.ubi cæteri post eum,

P 2 pr-

præsertim Dec.nume. 22. & Cagno. etiam sub nume.22. cum sequen. ff. de regulis iuris tradd. Bart. Bald. Pau. de Castr. & cæteri in l.in iis. ff.de leg. Ias. in l. nummis. nume. 11. ff. de in lit. iur. Aret. consil. 30. nume. 80. Paul.de Cast. in l.pluribus.§.& si placeat.num.2. de uerborum obligatio. & Euerar. centu.3. fol. mihi 24. in uersicu.secundo illud argumentum. Et hinc est quod exceptio non solum firmat regulam in casibus non exceptuatis, ut late supra capitu. 10. nume. 29. sed etiam illam declarat in quibus terminis procedat. l. nam quod liquide.§.fin.in fin ff.de pe.lega. Anchara.in dict.rubric. de regulis iuris, libro sexto, num.9. tradd.scriben. in capitu. qui ad agendum. de procu. libro sexto, ut per Alexan.in l.fin. sub nume.4.ff.quod quisque iu.& Dec.in capitu.cum dilecta.colum.2. de confirma. util. uel inutil. bene Roma. in consil.107.uersicu.secundo. Alexan. consil.216.sub nume.29.uersicu. decimo.uolumi.2. Dec. consil. 520. nume.9. Felin.in dict.cap. quoniam frequenter. in princip.ut li. non contesta. Dec.in d.l.1. sub nume.22. ubi late Cagnol.nume.27.ff. de regulis iuris, & late etiam Euerar.d. centu.3. ubi supra in uersicu.tertio illud argumentum, & Aym.consil.214. nume.14.& 15.& Tiraquel.ad fin.retra. lignia. nume.96.

Pariter in contrarium, & pro parte nostra retorquetur argumentum, quod ex huiusmodi testamento inter liberos minus solenne succedatur parentibus ab intestato.iux.l.filii. C.famil. hercis. cum aliis prout supra in argumento pro parte contraria. nume. 216. si quidem uera, & communis opinio se habet in oppositum, quod imo succedatur ex testamento, ut late supra nume. 229. ubi ad text. in d. l. filii. cum aliis in contrarium allegatis, responsum fuit, licet remissiue, prout uideri potest.

Ad ea quæ trad.Bart.in l. 1.C. de sacr. eccles. in contrarium adducta supra nume.218.in uersicu.& in fortioribus terminis. respondetur, quod dum Bart.uult, quod illud testamentum minus solenne, non sit proprie testamentum, prout diffinitur in d.l. 1.ff.de testa.iusta sententia &c.loquitur respectiue habito respectu ad testamentum solenne de iure communi, & regulari; sed non sequitur simpliciter, & absolutè, quod non sit uere testamentum de iure speciali, prout supra latius ad hoc argumentum fundatum in d.l.1. ff. de testam. respondimus à nume.243. in uersicu. & ex his. cum aliis sequentibus. præterea dici potest, quod etiam accipiendo testamentum, prout diffinitur. in dicta l.1. illud testamentum minus solenne inter liberos, est ue-
250 re, & proprie testamentum, ex quo
inter liberos est perfectum, & solenne, & sic comprehenditur sub diffinitione tradita in d.l.1. ut supra nume.241. clare ostensum fuit, quicquid uelit Bar.in d.l.1. C.de sacr. eccle. in contrarium allegatus.

Postremo ad not. per glo. & Docto.in l.licet.C.de pac. in contrarium supra adducta nume. 219. & seq. respondetur primo, quod licet respectu testamenti militis, de quo tex. glo.& Docto.ibi loquuntur, illa opi. esset uera, non sequitur idem quoq; procedere quo ad testamentum inter liberos, quorũ causa est fauorabilior & magis priuilegiata, iux. communem opi.ut late Zun.respon.pro uxo. nu.647. & supra per nos. num.29.

Præterea

Præterea respondetur, quod quicquid ibi teneant gl.& Bal. contrarium tenent Pet. Cyn. Rapha.& Fulgo. ibi relati per Alex. sub nume. 5. quorum opi. uerior uidetur, qa prout est tex. per eos alleg. in l. milites.C.de milita. testa. ubi in prin. expresse dicitur, qđ si milites postremo uoluntatis affectū cuiuslibet generis homines amplecti uoluerint quomodo possint, & uelint testentur; ergo illud erit testamentum, quod importat illud uerbū testentur, & declaratur ex titulo
252 sub quo est situata illa.l. milites. C. de testa.mili.l. imperator. & ibi Bar.ff.de in diem addic.glo.in prin.l. fin. in uer. repeti. ubi etiam Bar. & Docto. ff. de condi.ind.& bo.glo.in cap.tibi qui. in glo.2. de rescript. lib.6.& in c.si super gratia.de of. delega.eo. lib.6. Abb. in c.bonæ.in fi.de confir.uti.& in c.ad audientiam. nume.3. de reb. ecclesi. alienan. & bene Euerar. post alios per eū relatos centu. 45. in uersi.quarto, potest sumi argumentum,quia, ut & ipse ibi dicit nigrum dubiū recipit de-
253 clarationem à rubro claro. ut not. gl. in l.uni.uer.retractare.& ibi Bal.nu.6. ad fi. C.ne liceat in una ead.cau.tertio prouo.& glo. in l. 1. in glo. magna ad fi. C. ne fideiusso. dot. dentur.Abb.in d.c.bonæ.ubi supra.Ang.Aret.i procе. institu.sub num. 11. uersi.quarto. Alexan. consi.13. nume.8.ad fi.uersi.& sicut per rubricam. uol. 3.& cons. 101. nume.4.eo.uol.3.in consi. 109. nu. 4. uolu. 5.in consil.70. nume.8. uolu. 7. Ias. in consi.198. nume.2.uolu.2.Cepha.consi. 156.num. 7.uolu.2.tradd. cano.in proœ.decreta. rex pacificus. ubi Anto. de But.& Abb.nu.8. tradd. omnes in l. 1. ubi post alios Ias.nu. 2. Dec. lec. 1.nume.9.& lec.2.nume. 21. & Ripa nume. 14. & 15.ff.si cert.peta. Cur.iun.nume. 16. Alex. nume. 3. & cæteri ibid. quibus accedāt infra tradd. par. 2.cap.6. nume.30.cum seq. quælibet igitur uoluntas militis uolentis testari testamentum est, ut est tex. in l.eius militis.§.fi. in fi.ff. de mili. testa.
254 nam militis testamentum sola perficitur uoluntate inquit idem Papinia. in l. sequen.

Si ergo in perficiendo militis testamento sola eius uoluntas attendi-
255 tur, nihil obstat cur in terminis d.l. licet. pactum illud de futura successione inter milites non sit proprie testamentum si ad id concurrat uoluntas militum,prout etiam fatetur Dec. ibi in fi.in uers.fateor tamen. uerum,quia ut dicit ibi Dec. de hoc non constabat, quod eo modo milites illi uoluerint condere testamentum,propterea dubitant ibi Docto. an illud pactum possit dici testamentum, uel donatio causa mortis, seu ultima uoluntas in genere, de quo ad eos latius ibi me remitto, ubi finaliter Bal. Alexan.Ias.& post alios Cur.iun.ibi in fi. concludūt non esse curandum de nomine postquàm idem resultat effectus, qui po-
256 tius attendi debet, quàm simplex sonus uerborum.l. si uno.in prin.ff.loca. l.insulam. ff. de præscript.uer.l.si olei. cum glo. C. loca. bo. tex. quem nemo allegat in l. qui sub prætextu. ibi, sub nudæ appellationis uelamine. C. de sac. eccle. in l.quoniam indignum. C.de testamen. tradd.Bart.in quæstione incip. publicanus. i solutione quæstionis, sub nu. 2. Bal.in l.2. C.cōmo. & in rub. in fi.C.de iu. emphy.& Ias. in l. 1.eod. titu.nume. 45.Abb.in cap. constitutus. num. 22. de religio.dom. Ias. in l. non codicillum. nume. 3. C. de testam. Dec.in l.si pascenda.nu.10. C. de pact.& in cap. ad audientiam.in prin. de appella. Alexan. in consi. 40. parum sub num. 14. ibi pro hoc facit. uolu.4. Dec.in consi.190.col.2.uersi. sexto. in consi.164.nu.3. in cons.305.

nume. 2. & consi. 687. nume. 12. Cur. iun. in consi. 141. nume. 15. & hanc dicit esse ueram iuris conclusionem idē in consil. 82. nume. 1. & sæpe Paris. in consi. 78. nume. 11. & consi. 88. nume. 10. uolumi. 1. consi. 12. nume. 5. uolum. 2. consi. 33. nume. 38. uol. 3. & consi. 72. nume. 14. uol. 4. Cepha. consi. 1. nume. 18. & consi. 178. nume. 7. Aymin. in consi. 20. ubi id declarat. nume. 5. & consi. 301. nume. 1. & alij alibi passim.

Ex quibus finaliter concluditur, quod testamentum patris inter libe-
257 ros cum duobus testibus est uere, & proprie testamētum, licet de iure speciali, & hoc intellige quando pater disposuit per uiam testamenti, ita quod apparet uoluisse condere testamentum, licet minus solenniter (quod ibi permittitur) uel quia id expressit, uel quia usus fuit uerbo instituo, uel hæredes facio, argumen. d. l. non codicillum. cum ibi no. C. de testa. & late declarauimus supra cap. 6. nume. 15. & 16. & pluribus seqq. uel alis uerbis aptis ad hæredis institutionem, ut in
258 terminis tradd. Bal. & Pau. de Cast. in l. filii. C. famil. herc. puta si dicat relinquo omnia mea bona, quod importat hæredis institutionem, ubi alius non est institutus hæres. iux. gl. in l. his uerbis. & ibi Bar. Bal. & cæteri. ff. de hær. insti. & bene declarat Pet. Ghien. de Eugubio inter consi. Bar. 153. ad med. uersi. nam uerbum relinquo. uolu. 1. uel ex aliis uerbis constet de uoluntate patris, quod uoluerit condere testamentum, argumen. d. l. quoniam indignum. C. de testa. quod si id non con-
259 stet, puta quia non fuit usus uerbis aptis ad hæredis institutionem, uel alius ex quibus cōstet uoluisse condere testamentum, sed forte processit diuidēdo bona sua inter eius filios iux. tex. in d. l. filii. cum ibi not. per Docto. C. famil. hercis. uera erit cōtraria opi. quod istud non erit uere, & proprie testamentum iux. not. per Alexan. in d. §. ex imperfecto. sub num. 2. de quo latius Bald. & Paul. de Cast. in d. l. filii. Ruy. consi. 126. nume. 3. uolu. 1. Francisc. Mantica de coniectu. ult. uolunt. lib. 6. titu. 2. nu. 18. quibus adde trad. per nos supra nume. 116. cum aliis decem seqq. ad quæ me refero. quod si clare constet, quòd pater uoluit facere codicillos, non autem testamentum, & filios in codicillis hæredes instituerit, talis dispositio sustineri non poterit, neque ut testamentum, quia noluit neque ut codicilli, quia hæreditas dari non potest nisi in testamento, non autem in codicillis iux. supra adducta cap. 6. nume. 16. & 25. etiam filiis, ut trad. Bald. in l. institutio talis. quem sequitur ibi Pau. de Cast in fi. ff. de cond. inst. & idem Bal. in l. filii. nume. 7. C. fam. hercis. & in l. non codicillum. in fi. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 5. C. de testam. & late cōprobat Roma. in consi. 179. col. 3. in uersi. quo ad secundum Ruy. in consi. 37. nume. 8. uol. 1. Paris. consil. 35. nu. 6. uol. 2. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 2. titu. 3. sub nume. 5. & Ang. in l. militis codicillis. in prin. reiecta contraria opi. Bar. ibid. in fi. ff. de milita. testa. cum quo tamen transit Pau. de Cast. sibi contrarius in d. l. filii. in fi. C. fam. herci. & Alexan. in d. l. hac consultissima. §. si quis autem. sub nume. 9. C. de testam.

Postremo, ut concludamus hæc omnia, quæ de testamento minus solenni inter liberos supra tradita sunt, recipiunt not. declarationem, & in practica maxime necessariam, ut pro-
260 cedant ubicunque testamentū est imperfectum ratione omissæ solennitatis, secus si ratione imperfectæ, & incompletæ uoluntatis; exemplum nobis

bis adfert I.C.in l.fideicommissa.uersi.quoties.ff. de lega.3.in l. ex ea scriptura. & in l.si quis cum testamentū. ubi in specie Bar. & Pau. de Cast.nu. 3.& nu.5.& Aret. ibidem ad fi. uersi. secundo casu.ff.de testa.Bal.& Pau.de Cast.& not.Bal. in l.fi. nume.6. C. famil.hercis. & tradunt omnes in d.§.ex imperfecto.ubi Bar.nume.2.Bal.nu.1. Paul. de Cast. & Alexan. nume.3. Ias. nume.2.uersi.limita.Cur.iun.qui atte statur de communi,nu.1.& post alios latissime Natta nume.139. cum seq. Angel. Aret. qui declarat in §. ex eo. col.fi.uersi.in glo.nullum insti.qui.bus mod. testa. infir. Ancha. in cap.2.nume.10.& in cap.cum esses. nume.22. de testam.& Barba.in cap.relatum.el primo, num.22.& pluribus seqq. eo. titu.& Guil.de Benedic. in cap. Raynutius.uer. testamentum.j. nume.72. eo.etiam titu. de testamen.Bal. consi. 196.uol.5. Fulgo. consi.29. nume.3. Guid. Pap. consi.55. nume. etiam 3. Alex.in l.si certis annis.nume.5. C.de pac. & in consi.76.nume.13. uolu.3. Abb. consi.98.in fin.& consi.105.per totum.uol.2.&in notabili casu.Corn. consi.73. num.8.9. & 10. uol.1. Ruy. attestans de communi in consi.15.nume.2.uolu.2.& consi.7.nume.7.& sequen. & consi.11. nume. 12. uolu.3. Paris.consi.146.nume.7.8.& seqq.uolumi.4. latissime Ias. consi.196.col.4. uolu.2.& consi.8. col.8.uersi.quinto facit.& uersi.sexto.uolumi.3. & idem loquens in testamento ad pias causas, quod æquiparatur testamento inter liberos,in consi.155. num.1. & col. 2. cum sequen.per totum. uolu.4. Sozi. iun.consi.147. nume.29.in fin.nu.50. & sequen.uolumi.2.& 189.nume.94. eo.uol. & consi.71.nume.24. uolu.4. Guid.Pap.decisio.538. ad fin. Gram. decisi.62. sub nume.11. & nume.12. cum seqq. late Boer.decisio.240. nume.5.Gual.titu,2.cau.ii.nume.6. Fernan.Vasq.de success.crea.§.21.n .62. Anto.Gab.commu.conclu.lib.4.titu. de testa.conclu.9.nume.1.2.& per totam, & latissime Iul. Clar.lib.3. senten.quæstio.9.per totam.Lud.Zun. in respon.pro uxo.num.11.& 12. & nume.266.& 267. & num.291. & 292 & Crescen.decisio. 164. lib.1. & prout etiam de testamento ad pias causas Guil.de Benedic.& alii quoque ex supra citatis; & particulariter, & latissime infra par.2.cap.5.nume.1.2.& per totum ostendimus, & declarauimus.

Testamentum enim, ut in proposito dicunt Doctores, est quid indiuiduum, cuius, qui partem fecit, nihil
261 fecisse uidetur.l.furiosum. ubi glo.& Docto.C.qui testa.face.poss.cum aliis supra adductis.cap.8.num.27.cum sequen.& ideo in ultimo puncto indiui
262 sibili stat forma essentialis testamenti, ut not.Bal.in d.l. si quis cum testamentum.quam legit sub l.si is qui. in princip.ff.de testamen.ubi etiam Pau. de Cast.nume.2.& nume.6. Aret.ibidem.in princip.& Imo. in 4.notabili. Franc.Mantica de coniectu.ult.uoluntа.lib.2.titu.4.nume.4.Sozi. & Ias. in rubri.sub nume 12.& 13.ff.de lega.1. & ibidem Ruy.nume.4. & Sozi.iun. num.37.idem Sozi. iun.in consi. 147. nume.16.uolu.2.Ias.d.consi.196. colum.3.uersi.quod autem Alber. & sequentib.uolumi.2.& d.consi.8. col.5. in fi.ibi forma enim essentialis.& col. seq.uolum.3.Cepha. consi.294.nu.5. & multis seqq. ex quibus uidetur in
263 ferri, quod ubi adest imperfectio uoluntatis, non sustineatur respectu liberorum, uel piæ causæ etiam quo ad disposita, ut respectu liberorū no. trad.Bald.in l.fin.nume.6.C.fam. herciscun.& latissime probat Natta in d. §. ex imperfecto.num.140. & in ter-

minis piæ causæ infra par. 2. cap. 5. nume. 7. An autem ex eo, quod fuit uocatus notarius, ut se rogaret de testamento, qui se rogare (testatore morte præuento) nō potuit, & an & quando testamentum dicatur imperfectū ratione imperfectæ uoluntatis, uidendum est infra latius d. par. 2. cap. 5. nume. 8. cum cæteris seqq. tempus est enim, ut huic primæ nostræ limitationi finem faciamus in qua nimium forte digressi sumus, parce autem lector si nimium super ea nos dilatauimus, nam & tanquam prima soboles ampliori dote eam ornari oportuit. Et plurima etiam hic discussa deseruiunt ad declarationem seqq. limitationum, ad quas accedamus.

Limitatio II.

Testamentum in quo sunt instituti uenientes ab intestato, licet non sint de liberis, non requirit solennem numerum septem testium, sed quinque sufficiunt. Cap. XVII.

SVMMMARIVM.

1 *Solennis numerus septem testium non requiritur in testamento, in quo sunt instituti uenientes ab intestato, licet non sint de liberis.*

2 *Testamentum hoc, in quo sunt instituti uenientes ab intestato, requirit tamen quinque testes.*

3 *Quod testamentum illud in quo sunt instituti uenientes ab intestato ualeat cum quinque testibus, an procedat de iure quoque Digestorum, uel solum de iure Cod.*

4 *Testamentum illud an valeat ut testamentū uel vt ultima uoluntas in genere.*

5 *Limitatio debet esse de regula.*

6 *Testamentum hoc cum quinque testibus tollit primum, quantumlibet solennissimum.*

7 *Effectus potius quàm sonus verborum attendi debet.*

8 *Dictio, quasi, est nota impropriętatis.*

9 *Quod participat de duobus indicatur prout de eo in quo magis incalescit.*

10 *Testamentum istud cum quinque testibus ualet quo ad omnia in eo disposita.*

11 *Testamentum quod potest contra tabulari ex consequenti est ualidum, & ex eo potest adiri hereditas.*

12 *Disposita in hoc testamento, an debeantur ut ab intestato, uel vt ex testamento.*

13 *Et utcunque debeantur necessaria est aditio hæreditatis.*

14 *Ad hoc ut legata debeantur ex testamento, uel ab intestato semper est necessaria hæreditatis aditio.*

15 *Dispositio l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. est fauorabilis, & late interpretanda.*

16 *Et procedit tam in testamento in scriptis, quàm in nuncupatiuo.*

17 *Dum tamen omnes ab intestato uenientes sint in eo instituti, qui primum locum ab intestato obtinent tempore mortis testatoris.*

18 *Quod latius declaratur.*

19 *Testamentum hoc non est ita priuilegiatum, ut est testamentum inter liberos.*

20 *Et ideo non consequitur omnia priuilegia, quæ habet testamentum inter liberos.*

21 *Testator qui post testamentum conditum dicit nolle suum testamentum valere, quia vult decedere intestatus, uidetur tacite instituere uenientes ab intestato, & ita tollitur primum testamentum.*

22 *Secus si solum dicat se nolle valere testamentum ab eo factum.*

23 *Voluntas testatoris tantum ablatiua, non est potens ad tollendum primum testamentum, sed bene uoluntas dispositiua.*

C A. P. XVII.

1 NON solum, ubi liberi sunt instituti reperitur relaxata solennitas numeri septem test.um iux. præced. nostram limitatio. sed etiã, ubi sunt instituti alii, qui licet non sint de liberis, sunt tamen successuri testatori ab intestato, puta si liberis non extantibus adsint ascendentes, uel alii transuersales ab intestato proximiores: nam in illo casu ẽt reperitur relaxatus solennis numerus septem test.um, & sufficiunt quinq;
2 tantum, ut est tex.sing. qui alibi in iure non reperitur, & mirabilem appellat ibi Pau.de Cast. & de eo multum exclamat in l. hac consultissima. §. si
3 quis autem. C. de testa. nam quamuis etiam de iure digestorum reperiatur dispositum, quod testamentum minus solenne, in quo sunt instituti uenientes ab intestato, tollat primum solenne in quo sunt instituti extranei, ut habetur in l.2.ff.de iniust. testa. & in l.si duobus.§. si prius.ubi not. Bart. & cæteri.ff.de contra tabu. tamen nõ erat specialiter determinatum, an illud ualeret, & cum quot testibus, quod determinauit postea Imp. in d. §.si quis autem. quod sufficiant quinque testes ad ualiditatem huius ultimæ uoluntatis, non tamen ut ualeat
4 tanquam testamentum, sed ut ultima uoluntas intestati, & ibi not.Bald. Pau.de Cast.Alex.Ias.Cor. & cæteri, & Gulielm.in cap.Raynutius.uer.testamentum.j.num.76.cum seq.ubi late de huiusmodi testamẽto, de testa.

Et quãuis iste casus recte intuendo nõ uideatur recte adduci pro limitatione regulæ nostræ, quæ loquitur de testamento requirente septem testes, hæc autem ultima uoluntas, ut proxime dictum fuit, non ualet ut testamẽtum, & sic limitatio non bona, quia
5 nõ est de regula, prout esse debet, iux. gl.& Dyn.in rub.de reg.iu.lib.6. cum aliis proxime in cap.præced.allegatis. num 249. nihilominus, quia talis ultima uoluntas, licet non ualeat proprie ut testamentum, redigitur tamen ad
6 instar testamenti, quod inde apparet quia tollit primum solenne, & legata, & fideicommissa in eo relicta ualent perinde ac si esset testamentum solẽnissimum, ex quo parem illius obtinet potestatem, ut supra nu.3.& not. Bal.in d.§. si quis autem. ante num.1. & post alios Ias. ibidem col.2. uersi. in tex.ibi, non quasi testamentum. cũ aliis latius adductis supra cap. proxi-
7 mo num.233. Idcirco non attento sonu uerborum, sed potius effectu, qui attendi debet, ut in simili dicunt Docto in terminis.l.licet.C.de pac.& Ias. in l.non codicillum. nu.3. C. de testa. & supra cap.proximo.nu.256.non ab re casum istum inter regulæ nostræ limitationes posuimus: nam & si nõ sit uerum, & proprie testamentum, nec etiam proprie uoluntas intestati, sed
8 potius quædam tertia species, ut uidetur colligi ex illa dictione, quasi, bis posita in d.§.si quis autem. ut ponderat ibi Ias.supra proxime allegatus in d.§.si quis autem.col.2. uers.in tex. ibi, non quasi. quæ dictio est nota improprietatis.l.2.ubi Bar.Pau.de Cast. & alii no.ff.de inof. testa.l. item mela. §.sed si plures.ff.ad leg.Aquil.l. diuortio.§.si fundum.& l.si cũ dotem.§.fin. ff.sol.ma.& no.in l.si ante nuptias. ubi post alios Ias.circa prin.eo.ti.l.posthumorum.ff.de iniust.testa.l.imperialis. uersi.itaque.ibi, quasi nunquã seruissent.C.de nup.Alex.cõs.2.nu.4.& cõsi.15.nu.7.uolu.1.& alij alibi passim. unde merito potest dici ultima uoluntas in genere, & innominata, ut in simili dicunt Docto. in d.l.licet. C. de pact. tamen, quia ut dixi magis parti-

cipat de testô, prout infra quoq; pro
xime ostendemus, merito de ea pro-
ut de testamento iudicare oportuit,
cum in eo magis incalescat, arg. l. quæ
ritur. ff. de sta. hom.

10 Hoc igitur testamentum, in quo
sunt instituti uenientes ab intestato,
ualet cum quinque testibus tantum
non solum quo ad effectum tollendi
primum testamentum solenne, ut ex-
presse disponitur in d. §. si quis autê.
sed etiam quo ad omnia in eo disposi
ta, ita ut ne dum legata & fideicom-
missa ex eo debeantur, ut ibi dicit
Bal. ante nu. 1. sed etiam quo ad hære-
dum institutionem, ut per Fulg. per
eum relatum late trad. ibidem Alex.
sub nu. 9. & Ias. col. 2. uers. in tex. ibi
non quasi testamentum. idem Ias. in
l. si filius qui in potestate. col. 6. in uer
si. & ad fundamentum. sub nu. 34. ff.
de lib. & post. & probat Alex. inter
alia concludenti ratione, nam hoc te-
stamentum de quo loquimur potest
11 contratabulari. d. l. si duob. §. si prius.
& ibi late Bar. ff. de bo poss. con. tabu.
ergo est ualidum, & ex eo potest adi-
ri hæreditas, prout ista consequentia
probatur in l. quod uulgo, & ibi glo.
eo. ti. de quo articulo late etiam Doc.
præsertim Alex. & Ias. in l. si filius qui
in potestate. ff. de lib. & pos. & Corn.
in d. §. si quis autem. num. 8. & ualet
hoc testamentum etiam quo ad ex-
traneos in eo permixtos, ut sing. uo-
luit Ruy. in consi. 1. nu. 10. 11. & 12.
cum seqq. uolu. 2. cuius tamen con-
trarium uoluit Corn. in d. §. si quis au-
tem. nu. 6. post Rapha. Cuma. ibi per
eum relatum, ubi uidendum est, quia
non hic expedit, nec instituto nostro
côuenit circa intellectum d. §. si quis
autem. & quo ad omnes eius circun-
stantias ex professo immorari, satis
autem erit si summatim saltem ea at-
tingamus, quæ in discursu nostri tra-
ctatus inciderint. &c.

12 Et nihilominus siue disposita in
hoc testamento debeantur, ut ex cau
sa testati, ut uidetur per prædicta, si-
ue ut ex causa intestati, ut uidetur
potius innuere tex. in d. §. si quis au-
tem. & ibi Pau. de Cast. in j. oppo. exi-
gitur tamen ut disposita sortiantur ef
13 fectum, quod hæreditas adeatur ab
intestato, ut dicit ibi Bal. ante nu. 1.
iux. l. 2. ff. de fideicommissa. lib. & l.
qui filio. §. seruus [dictu] iuncta glo.
fi. ad fi. & ibi Bart. nu. 1. & 2. & Bald.
qui multum extollit illam glo. ff. de
hær. instit. quia ut ibi, & bene dicit
14 Bald. siue relicta debeantur ex testa-
mento siue ab intestato, ad hoc ut de
beantur semper est necessaria hæredi
tatis aditio, uel ex testamento. iux. l.
si nemo. la 1. ubi glo. allegat concord.
ff. de testam. tut. l. sed si plures. §. si ex
asse. ff. de uul. & pup. l. testamêto. ff. de
manumiss. testa. l. eam quâ. ubi glo. &
doc. oês. C. de fideic. l. 1. C. de fideicô.
lib. & bo. tex. in l. 2. C. si omis. sit cau.
testam. & est regula iuris in l. si nemo.
ff. de reg. iu. uel ab intestato, ut supra.
& idem Bald. qui dicit illam glo. sing.
& not. in auth. ex causa. nu. 25. C. de
lib. præt. & Ias. post alios in d. l. eam
quam. nu. 13. C. de fideicom. Alex. in
l. 3. in princ. & Ias. nu. 4. ff. de leg. 1. &
Alex. in l. nemo potest. sub nu. 10. &
Ias. lec. 1. nu. 23. & lec. 2. nu. 35. eo. ti.
Couar. in c. Rainaldus. §. 3. sub nu. 8.
de testa. Natta consi. 231. nu. 7.

15 Et quia dispositio d. §. si quis autê.
fuit inducta fauore uenientium ab in
testato, idcirco tanquam fauorabilis
est amplianda, & late interpretanda,
16 ut procedat nedum in testamento in
scriptis, ut uidentur innuere uerba
tex. sed etiam in testamento nuncupa
tiuo, ut ibi declarat Ias. col. 1. in ij.
amplia. & ita tam in uno, quàm in al-
tero testamento procedit etiam hæc

nostra

nostra limitatio, prout & praecedens, ut supra cap. proximo nume. 175. & seqq. Guil. de Benedic. d. uer. testamentum. 1. nu. 78.

Et ex hac eadem ratione fauoris uenientium ab intestato infertur dispositionem d. § si quis autem. simulque hanc nostram limitatio. tunc demum procedere ubicunque testator
17 disposuit in fauorem omnium ab intestato uenientium, quia omnes eos simul instituit, secus si aliquos tantum instituit, alios uere praeteriit, ut post Rapha. per eũ relatum declarat Alex. in d. §. si quis autem. sub nu. 9. & Ias. col. 2. in ultima limit. & Corn. nu. 5. & 6. cum seq. & Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 6. tit. 2. nu. 10. & prout etiam in testamento inter liberos late ostendimus supra c. proximo. nu. 49. & nu. 137. 144. & seqq. & intellige ad fauorem omnium in eodem gradu successionis ab intestato, non enim procedit dispositio d. §. si quis autem, in fauorem omnium cuiuscunq; gradus sint, sed eorum qui tenent primũ locum in successione ab intestato tẽpore mortis testatoris, ut declarat Bar. in l. si duobus. §. si prius. ante nu. 5. ff. de bo. poss. con. tabu. & sequuntur omnes, ut dicit Ias. in d. §. si quis autem. col. 2. in 5. limit. & Guil. de Benedic. d. uer. testamentum. 1. sub nu. 76. uer. 4.

18 Ex hac quoque ratione inferri, & declarari potest dispositionem. d. § si quis autem. & hanc quoque nostram limit. non procedere, ubi in primo testamento solenni essent instituti aliqui ex uenientibus ab intestato, & in secundo facto coram quinque testibus essent instituti alii pariter ab intestato uenientes, quia tunc illud secundum, quamuis esset in fauorem omnium, non tollit primum solenne, in quo etiam sunt instituti uenientes ab intestato, licet non omnes, sed solum ubi in primo solenni essent instituti extranei, ut uoluit glo. not. in § ex eo. in uer. perfecte. institu. quib. mod. testa. infir. & Alexan. post Rapha. Cuma. quem refert in d. § si quis autem. num. 10. & seq & Ias. col. 1. limit. 3. & idem Alexan. in l. si filius qui in potestate. col. 3. in uers. sed eam signanter limita. & Ias. ibidem nu. 25. ff. de lib. & post. Ruy. consi. 1. sub nu. 16. uer. secundo illud confirmatur. uol. 1. Guil. de Benedic. d. uer. testamentum. 1. sub nu. 76. uer. tertio requiritur. uel quando secũdum esset fauorabilius ipsis uenientibus ab intestato Alex. in d. §. si quis autem. d. nu. 11. in fi.

Sed & si testamentum hoc inter uenientes ab intestato sit multum fauo-
19 rabile & priuilegiatum respectu numeri testium, non tamen est comparandũ testamento inter liberos quorũ causa est fauorabilior, ut dicit Pau. de Cast. in d. § si quis aũt. in 1. oppo. & iõ nõ consequitur caetera eius priuilegia
20 respectu rogitus testiũ notarii, & sim. quae competunt testamento inter liberos, ut consuluit Rom. consi. 306. proposita consultatio. per totum, ubi loquitur in testamento in quo erant instituti uenientes ab intestato, ut patet in uers. unũ est quod refragatur. & post eum latissime ostendit Zun. in respon. pro uxo. num. 619. usque ad 624. & rursus 680. & plurib. seqq. atque iterum nu. 712. usque ad 718.

Hoc autem testamentũ cum quinque testibus ubi sunt instituti uenien-
21 tes ab intestato ualet nedum ubi sunt expresse instituti, sed etiam si tacite per consequentiam, exemplum trad. Dec. ubi testator post factum primum solenne testamentum, postea coram quinque testibus diceret, quod non uult testamentum ualere, quia uult

uult decedere intestatus: nam per hæc ultima uerba uidetur instituere uenientes ab intestato iux. tex. not. licet uulgatum, quem tamen hic doc. non allegant in l. si quis cum testamentum, & ibi not. Bar. etiam in l. conficiuntur. in prin.ff.de iur.codicil. unde hi ab intestato succedentes dicuntur succedere ex tacito iudicio testatoris, ut not. Bald.in d.l.conficiuntur.Cur.iun.in consi.4. num.8. & hoc sufficit,ut no.determinat Bar.in l.militis codicillum §.ueteranus.ff.de mili.testa.& in l.si iure. sub nume.3.ff. de lega.3.Bal.in d.§.ueteranus. in primo notabili,& in l.sancimus.num.2.in fi. & ibidem Salyc.num.3.& Alexan.nume.9. & post alios late Corn.num.7. cum seqq. & Riminal.col.fi.in uersi.ultimo tractant.C. de testam.Rapha.Cuma. in repet.l. si filius, qui in potestate.nume.42.& seq.ff.de lib.& posthu. Imo.& post eum Alexan.in l.si ita scriptum.§.regula.col.fi.in uersi. plus dicit.not.Bar.ff. de lib.& post.& Ias. ibidem nu.19.& idem Ias. in d.§.si quis autem. col.1. in prima ampliatio. ubi etiam Riminal. sub nume.2. uersi. ex quibus.& Ang.Aret.in §.ex eo autem solo.col.1.inst.quib.ex cau.testa.infirmen. Ancha. in cap.cum esses.nu.20. & Imo. nume.28. de testam. Guil. de Benedic.d. cap. Raynutius. uer. testamentum.j. sub num.18.de testa.Gual. de arte testan. titu.10. cau.3. nume.1. & nume.2. Alexan. consi. 104.uolu.2 & consi. 30.nume.3. uolu.3. & consi. 159.nu. 1. uolu. 7. Ruy. consi. 6. sub nume.5.uol.2. Paris.consi. 10. nu. 66. uolu. 2.late Corn.consi.39.per totum etiam uol.2. Dec.consi. 582. nume.1. Sozin.iun.consi.145.nume. 7. uolu.2. & consi.62. num.1. uol. 3.& idem latius in rub.ff.de acqui.poss. num 126. iuncto nume.136.& multis seqq. usq; 149.late etiam Couar. d.rubri. de testamen. par.2. sub nume. 21. in uersi. sexta conclusio. & Natta in auth. hoc inter liberos.q. 6. C. de testa. Cagno. in l. nihil tam naturale. num.4. iuncto præceden. ff. de reg.iu.cum aliis adductis per Franc. Manticam de coniect. ult. uolunta. lib.2.tit. 15.nume.18. Se-

22 cus autem esset, ut dicunt Doct. si solum testator post primum testamentũ solenne solum diceret se nolle testamentum ualere ab eo factum nõ adiectis his uerbis posterioribus, quia uolo intestatus decedere, quia ista non

23 esset uoluntas dispositiua, sed ablatiua, & iccirco non sufficeret ad infirmandum testamentum iam perfectũ, nisi effluxo decẽnio.iux. dispositionẽ d.l.sancimus. & d. §. ex eo autem solo. institu. quib. mod. testa.infir.& d.l. militis codicillis. §. ueteranus. iuncta glo.in uer. mansisse. quæ allegat concordan. ff.de mili. testa.& tradd. Doc. communiter in d.l. sancimus. & præsertim Salyc. nume.3.Pau.de. Cast.nume. 1.& nu.5.ad fi.uersi.in tex.ibi contrariam. Alexan.sub nume. 8.in uersi. extra glo. Ias. nume. 15.& late Corn. & Riminal. ibidem supra allegati nume.21.& cęteri omnes, quos ibi nominatim citauimus,& præter eos bene Bal.in consil.354. uolu. 5. Paul.de Cast. in auth. hoc inter liberos.nu. 3 ubi id tamen limitat speciali fauore liberorum. C.de testam. quem tamẽ in hoc reprobat ibi Natta. q. 5.ubi indistincte hanc conclusionem firmat. & idem uoluit Bal. in repet.l.1.num.66. C.de sac. Eccle. Ruy.d.consi. 6.nu.1. uolum.2.Alexan.d.consi.159. num.5. & 6. cum seqq.uolu.7.cum aliis adductis per Manticam d.lib. 2.titu.15. nume. 19.licet plures fuerint in contraria opi.quos ipse ibi recenset in uersi. sed contrariam sententiam. cum quibus pertransit, ut ibi latissime per eũ usque ad fi. illius tituli;& ista est notabilis

bilis declaratio ad hanc nostram, secũdam limitationem, simulq; ad tex. in d. §. si quis autem. de cuius pleniori intellectu, & cæteris ad illum pertinentibus remitto me ad ibi not. per doc. cum hic satis sit ea explanasse, quæ ad propositum huius nostræ limitationis facere existimauimus.

Limitatio III.

Testamentum militis non requirit solennem numerum septem testium, sed in eo duo tantum sufficiunt. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Plurima sunt à iure priuilegia inducta ad fauorem militum, præsertim in materia testandi.*
2 *Placentinus doct. antiquissimus, & celeberrimus.*
3 *Testamenta militum nullis iuris vinculis subiiciuntur.*
4 *Simplex & nuda voluntas militis habetur pro solenni testamento, & nu. 7.*
5 *Testamentum militis est redactum ad merum ius gentium, & in eo duo tantum testes sufficiunt.*
6 *Testamentum militis & testamentum inter liberos equiparantur.*
7 *Testamentum militis sola eius perficitur uoluntate dummodo verbis declarata.*
8 *Ad validitatem testamenti non requiruntur aliqui testes, dummodo legitime eius voluntas probari possit.*
9 *Arma potius quàm leges milites scire oportet.*
10 *Priuilegia militibus concessa fuerunt contra regulas iuris ob præsumptam iuris imperitiam.*
11 *Ratio in lege expressa censetur finalis.*
12 *Priuilegia militum non competunt militibus domi degentibus, & nu. 22.*
13 *Ratio imperitiæ militaris non militat in imperitia rusticali.*
14 *Milites qui non vacant armis, non gaudẽt priuilegiis militaribus.*
15 *Ad effectum huius priuilegii de quo in præsenti limitatione, non sufficit sola imperitia absque militia, & è conuerso, sed vtraque qualitas requiritur.*
16 *Iuris ignorantia non excusat ubicunque quis potest consulere peritiores.*
17 *Præsertim in his, quæ respiciunt formam actus*
18 *Priuilegia concessa militibus ob iuris imperitiam non iuuant eos contra quos militat præsumptio scientiæ prout eos qui iura audiuerunt, & similes; & multo minus mi.stes doctores.*
19 *In doctore & aduocato non est tolerabilis iuris error.*
20 *Clerici dicuntur milites cælestis militiæ.*
21 *Nec tamen eis competunt priuilegia militibus concessa ob præsumptam iuris ignorantiam.*
22 *Milites domi degentes non gaudent priuilegio de quo in præsenti limitatione.*
23 *Ad effectum huius priuilegii sufficit milites esse in castris, licet non in conflictu belli.*
24 *Milites nostri temporis, qui quotidie spatiantur per plateas, & vacant mercantiis, & aliis exercitiis potius quàm armis, non gaudent hoc priuilegio militari, & nu. 36.*
25 *Prout milites Florentini & Tusciæ, qui militant potius ad pompam, quàm pro republica & exercent se in mercantiis.*
26 *Negotiationes & cætera exercitia, præter militaria sunt militibus interdicta.*
27 *Iura loquuntur de armata militia, non de inermi.*
28 *Descripti in matricula alicuius collegii, si non exercent professionem collegii, non gaudent priuilegiis illorum de collegio.*
29 *Cessante caussa priuilegii, cessat priuilegium.*
30 *Milites creati à Principe, ut milites laureati, milites sancti Iacobi à spata. & similes, an gaudent priuilegiis militaribus.*
31 *Milites gaudentes qui.*
32 *Ementes Romæ officia militum S. Petri, S. Pauli, Lilii, & sim. an gaudent priuilegiis militaribus.*
33 *Militis nomen generale est, comprehendens oẽs qui in aliqua professione se exercent*

34 Mi-

34 *Militat in suis catulus.*

35 *Milites armatæ militiæ debent habere sex requisita necessaria, ut possint gaudere priuilegiis militaribus & nu. 46.*

36 *Milites hodierni non habentes hæc requisita, & insignia veteris obseruantiæ an gaudeant priuilegiis militaribus, & nu. 38. distinguitur.*

37 *Miles non matriculatus, censetur ut priuatus.*

38 *Distinctio in præsenti articulo ab authore probata.*

39 *Capitanei & stipendiarii nostri temporis actu ipso militiam exercentes gaudent priuilegiis militarib. & nu. 42. & 47.*

40 *Equites Malta succedunt loco equitum Rhodis.*

41 *Specu opi. reprobatur.*

Stipendiarii nostri temporis, licet non obseruent veteres cerimonias gaudent priuilegiis militaribus.

43 *Insignia noua obseruantiæ loco veteris successere.*

44 *Insignia veteris obseruantiæ, licet desierint esse in usu, effectus tamen remanet.*

45 *Lex & qualibet dispositio tollitur per non usum.*

46 *Sex illa requisita (quæ hic per ordinem describuntur) etiam in militibus hodiernis reperiri nouiter hic per authorem demonstratur.*

47 *Milites hodierni dum armis vacant, & in castris degunt, potiuntur priuilegiis militaribus, quamuis extra castra aliis negotiationibus se exerceant, uel otio vacent.*

48 *Nulla est differentia inter milites veteris, vel temporis hodierni.*

49 *Ubi militat eadem ratio priuilegii, idem priuilegium militare debet.*

50 *Priuilegia militum competunt tam militibus equestribus, quàm pedestribus; & tam terrestribus, quàm naualibus.*

51 *Milites vigiles qui & an gaudeant priuilegio hoc iure militari testandi.*

52 *Milites aduentitii (vulgo venturieri) non gaudent hoc militari priuilegio.*

53 *Prout nec milites veterani qui per missionem desinunt esse milites.*

54 *Testamentum iure militari conditum valet etiam post missionem si infra annum miles decedat à die missionis.*

55 *Cessante causa finali non cessat effectus, ubi remanent reliquiæ dignitatis & priuilegii præcedentis.*

56 *Testamentum militis iure militari conditum, qui ob causam ignominiosam fuit à militia missus, statim irritatur.*

57 *Cæterum si miles domum ex iusta causa repetat testamentum in castris iure militari conditum, nunquam irritatur.*

58 *Qualitas militaris requiritur per modum causæ permanentis sed quod in castris degat, requiritur per modum causæ principantis.*

59 *Cessante causa priuilegii, cessare debet priuilegium.*

60 *Imputandum est testatori, qui potuit mutare testamentum iure speciali conditum, & solennitates adhibere, si non fecit.*

61 *Facilius à principio aliquid fieri prohibetur, quàm quod factum est tollatur.*

62 *Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.*

63 *Quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito.*

64 *Non imputatur militi si testamentum iure militari factum non immutat, cum sciat ius suum durare.*

65 *Differentia inter veteres & modernos milites circa testamenta per eos iure militari condita.*

66 *Milites desertores maxima olim pœna plectebantur.*

67 *Priuilegium istud militare non competit bellis officialibus, nisi sint etiam ipsi in conflictu belli, vel nisi quo ad alia priuilegia quæ ratione ordinis, uel dignitatis tribuuntur.*

CAP. XVIII.

1 INTER cætera militum priuilegia, quæ plurima sunt, præsertim in hac materia testandi, ut dicit Iul. Cla. lib. 3. senten. q. 15. in princ. &

2 late plure enumerans Placen. doc. antiquissimus, & celeberrimus in summa. C. de testa. mili. & in eadem summa

ma Azo.num. 3. & seqq. & post Dyn. per eum relatum plenius, & perfectius. Bar. in l.neque etiam. num.3. & seqq. usque ad fi.ff.eo. & Bal.in l.milites. nume.1. & seqq. C.eo.& Paul. de Cast. in rub.eo.ti t.& Ang. Aret.latissi me. in §.penul. nume. 3. usque ad fin. insti. eo. & in tract.de testamen. gl. 2. miles. nume.3. & cæteris seqq. Guil. de Benedict. in rep.c. Raynutius. uer. testamentum.j. num. 22. de testamen. hoc præcipuum est, quod eorum testamentum nullis iuris uinculis subiicitur, sed eorum simplex uolūtas pro iure seruatur, ut dicit tex.not. in l. ex testamento.& l.quamquam. & l. 1. C. de testam. mili. & concordat tex.in l. 1.ff. eo.& institu. eo.in prin.Etenim si quid in uagina, aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut ī puluere inscripserint gladio, sub ipso tempore quo prœlio uitæ sortē derelinquunt huiusmodi uoluntatem stabilē esse oportet, no.inquit in proposito Imp.in d.l. milites.in fi. C.eod. testētur ergo, ut ibi dicit Imper. quo-
4 modo uelint, & quomodo possint,ra ta erit eorum simplex, & nuda uoluntas ab omni iuris solennitate positiui, prout etiam habetur in l.1. & in l. diuus Traianus.ff. eo.cum pluribus sim. quæ adduci possent.

Valet ergo huiusmodi testamentum absque ulla solēnitate ex speciali priuilegio, & iure singulari iux.tex. in l. 2. ff. de mili. testamen. Placen. in summa.C.de testa. mili. in princ.& id circo quamuis legitimum testium numerum non adhibuerint, neque aliā testamentorum solennitatem milites obseruauerint recte, nihilominus testati uidebuntur, ut in specie est tex. eo. in princip. supra proxime allegatus; est ergo in hoc testamento remis-
5 sa omnis solennitas iuris ciuilis, & redactum ad merum ius gentium secū-dū quod duo testes in quolibet actu sufficiunt, iux. regulam, quod in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum, iux. gl. not. in l. lucius. uer. probationibus.ff. de mili. testa. & in terminis præcisis trad.Bar.in d.l. 1. late hoc probans. ff.de mili. testa.& in l. 1.nume 9.ff. de cond. ind. & in l.cum quis. nume.itidem. 9.C. de iu.& fact. igno. & est tex.iuncta glos. & ibi not. Bar. & cæteri in d.l. milites.ubi Alex. nume.3. Ias.num.1. & Dec. post alios nume.9.& seqq. C.de testa.mili.Boer. decisi.228. nume.2. Pau. de Cast. con si.415.nume.2. par.2.Ang.Aret.d.tracta.de testam.glo.2.ad fin. uersi. septimo. & post alios Guil.de Benedic. d. uer. testamentum. j. nume.21. & prout in simili de testamento inter liberos latissime comprobauimus supra
6 cap.16. nume. 2. iuncto nume. 17. & seqq. quæ duo testamentorum species in proposito æquiparari uidentur. ut inibi late ostendimus post Zun. in respon. pro uxo.nume. 651.& seqq. usque 659.

7 Sola igitur nuda, & simplex uoluntas militis ab omni legum obseruatione libera testamenti perfecti potestatem obtinet, quia tale testamentum sola militis perficitur uoluntate, ut præter allegatos est tex.in l. eius militis.§. fi.cum l.seq.ff. de mili.test.dummodo talis uoluntas constet uerbis, non nutu tantum, iux. glo.in l.in fraudem.§.1. in uer.nuda.eod.titu. de quo latius supra cap.16. num.205.& seqq.
8 non ergo requiruntur testes ad eius ualiditatem postquam perficitur sola uoluntate; ualet igitur absque ullo teste dummodo legitimis probationibus.& sic duobus saltem testibus probari possit, ut est tex. in l. Lucius. iuncta glo. in uer. probationibus.eo.titu. & glo. no.quæ distinguen. declarat in l.1. uersi.nuda.eod.titu. & in l.milites ubi

ubi Bar. & alii. C. eod. & in §. plane. in uer. hominibus. iunctis trad. ibi per Ang. Aret. insti. eo. & ante glo. & caeteros optime declarat Placen. in d. sua summa. C. de testa. mili. in uersi. porro. & infra titu. de testa. & quemad. testa. ord. in uersi. excipitur testamentũ militis. ita quod si aliter quàm per testes de huiusmodi testamento constare posset, puta per confessionẽ partis, hoc sufficeret absque ullo prorsus testium interuentu, ex quo testes nõ requiruntur pro solennitate, sed solũ ad probationem, quae aliunde fieri potest, ut in proposito latius supra declarauimus cap. 16. nume. 166. & 167. & seqq. & in specie de hoc testamento. nume. 171.

Hoc autem priuilegium minus solenniter testandi cum duobus tãtum testibus, de quo particularis est sermo, omissis pro nunc aliis, quae non spectant ad praesentem tractatum, ea ratione militibus cõcessum fuit, quia ut in proposito, inquit tex. no. in l. fin.
9 in prin. C. de iur. delibe. arma etenim magis, quàm iura scire milites Sacratissimus legislator extimauit, & idcirco propter militarem simplicitatem,
10 & nimiam militum imperitiam à iure praesumptam hoc eis priuilegium cõcessum fuit, ut est tex. in terminis. insti. de mili. testa. in prin. & l. 1. ff. eo. iuncta l. 2. & l. diuus. eo. tit. & in l. quanquam. ubi Rom. Alexan. num. 6. Ias. 4. & late Dec. nume. 9. cum seqq. C. eo. & bo. tex. in l. 1. ubi no. Doct. & in specie Pau. de Cast. nume. 3. C. de iur. & fact. igno. cum sim. per glos. allegatis in d. l. fi. in prin. uer. arma. C. de iu. de-
11 libe. quae ratio cum sit expressa in lege censetur finalis, iux glos. quam ad hoc no. Bal. in l. cum tale. §. falsam causam legato. ubi Bal. in lib. meo p ꝑposterat uerba, legẽs, legato falsam. ff. de condi. & demon. idemque Bal. in l. 2. §. ultimo. ff. de dona. Oldr. consi. 224. parum sub nume. 18. uersic. praeterea quando causa. Tiraquel. cessan. cau. limitat. 1. num. 29. & 30. & in terminis Syl. in addi. ad gl. in §. ill s autem. uers. adiuuantur. in tertia addi. insti. de mili. testamen.

Nec obstat quod Dec. in d. l. quanquam. in contrarium ponderet, quod istud priuilegium non conceditur rusticis, in quibus tamen militat haec ra-
12 tio simplicitatis, & imperitiae, quinimo nec ipsismet militibus domi degentibus, ut in §. illis autem. insti. eo. de testa. mili. cum sim. adductis infra nume. 22. quod secus esset secundum Dec. si haec ratio imperitiae fuisset fi-
13 nalis, quia ad hoc primo respõdetur, quod ut bene ipse Dec. aduertit ratio imperitiae propter quam fuit concessum istud priuilegium est qualificata, quia est imperitia non omnis, sed militaris, in qua quidem uersatur utilitas publica, argumen. l. milites. C. loca. & l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. & è circo aliud in milite, aliud in rustico, in quo solum uertitur utilitas priuata, ut in terminis hanc differentiam ponderat Bal. in l. 1. nume. 9. C. de iu. &
14 fact. igno. & hinc est, quod etiam ipsi milites si non uacant armis pro utilitate Reipublicae, sed derelicto armorum usu uacãt aliis negotiationibus non fruuntur hoc priuilegio, ut per Bal. ibidem nume. 8. & caeteros, & infra latius ostendemus, quare ad effe-
15 ctum huius priuilegii sola imperitia absque militia non sufficit, & è conuerso, sed utraque qualitas copulatiue requiritur ad late trad. supra. c. 11. nume. 12. & seqq.
16 Sed & generalius secundo respondetur, quod rustici, & milites domi degentes, dato quod dicantur iura ignorare, & in eis militet simplicitas, & iuris imperitia, haec tamen imperitia

tia non debet eos iuuare, quia possunt consulere peritiores. l. in bonorum. ff. de bo. poss. gl. & Doct. in l. iuris ignorantia; ubi post alios Dec. lect. 2. nume. 10. & nu. 16. cum seqq. C. qui adm.
17 præsertim in his, quæ respiciunt formam actus, ut in terminis de numero testium in testamentis adhibendo Bal. ibi nume. 3. Alexan. 4. & Iaf. cum seq. cum latissime cumulatis supra c. 14. nu. 1: etenim hoc casu imputandum esset militi, quare cum potuerit non consuluit peritiores, ut in terminis declarat Bal. in d. l. 1. nume. 8. C. de iu. & fac. igno.

18 Hinc dixit not. Bal. in d. l. 1. nume. 7. in fi. C. de iu. & fac. igno. quod ubi militaret præsumptio scientiæ contra militem, quia consuluit peritos, uel quia ipse audierat iura in scholis, uel esset diligens in litium exercitio, & in foro causarum tunc priuilegia concessa ob iuris imperitiam eum non excusarent neque iuuarent, & multo minus habebunt locum in milite doctore, quia in eo non est tollerabilis iuris error,
19 nec iuris ignoratia, prout nec etiam in aduocato, licet & ipse dicatur militare. l. aduocati. C. de aduo. diuers. iudi. in his enim, ut dixi, non est tollerabilis iuris ignorantia, ideoq; eos non excusat. l. 2. §. Seruius autē Sulpicius, ff. de orig. iur. prout in terminis tradd. Rom. & post eum Alexan. in d. l. quanquam. nume. 7. Iaf. 4. & seq. C. de mili. testa. tradd. Cyn. & cæteri in d. l. 1. ubi post alios Iaf. nume. 7. in fi. uersi. item quæro. C. de iur. & fac. igno. & late Iaf. in l. centurio. num. 6. & Soz. col. 1. per totam. ff. de uul. & pup. ubi etiam Alexan. nume. 7. & Ripa sub nnm. 16. in uersi. & propterea. & in proposito quoque infra cap. 21. nume. 25. Prout nec eadem ratione huiusmodi priui-
20 legia, quæ conceduntur ob præsumptam iuris ignorantiam competunt clericis, licet & ipsi dicantur milites
21 cœlestis militiæ, cum non præsumantur ignorare iura, ut tenēt in d. l. 1. Bar. in fi. & omnes alii prout attestatur ibi Iaf. nume. 8. C. de iu. & fac. igno. Soz. proxime allegatus in d. l. Centurio. & Ripa nume. 19. in fin. quicquid ibi uoluerit Alexan. cuius opi. posset forte procedere in aliis priuilegiis, non in his, quæ sunt concessa ob imperitiam, & iuris ignorantiam, ut latius declarant ibidē Sozi. Iaf. & Ripa supra proxime allegati. & Iaf. in d. l. 1. sub nu. 7. in addi. C. de iu. & fac. igno. & Dec. in rub. C. de testa. mili. nume. 4.

22 Et hinc quoque fit, quod cum milites domi degentes possint consulere peritiores, non gaudent hoc priuilegio de quo agitur in præsenti nostra limita. sed solum, ubi sunt in expeditione, ubi non habetur copia peritorum, iux. l. fi. ibique not. Pau. de Cast. C. de resti. mili. & in terminis limitationis est tex. in l. milites. iuncta glos. & ibi Doc. omnes, & l. penul. C. de mili. testa. & inst. eo. in princ. & §. illis autē. & in §. sed hactenus. ubi tex. declarat hoc debere intelligi, quatenus militant, & in castris degunt. i.
23 siue sint in conflictu, & actu bellandi, siue in castris, licet non in conflictu belli, & actu pugnandi, prout etiam declarat Paul. de Castr. in d. l. milites. quam legit sub l. si à fratre. in princip. Angel. Aret. in §. fin. nume. 1. in fin. & sequen. institu. de testa. Placen. & alii Summistæ, ubi bene hoc declarat Azo. nume. 3. C. de testa. mili. & Aret. consil. 12. nume. 1. quamuis differentia sit inter hos duos casus respectu rogitus testium, ut latius distinguendo declarat glo. communiter approbata. in l. 1. ff. de mili. testa. & in l. milites. & ibi Bar. & alii. C. eod. & glos. in §. planè. uer. hominibus. institu. eod. Paul. de Cast. in consi. 456. nume. 8. par. 1. &

Ang. Aret. d. glo. in tract. de testam. in fi. uers. septimo.

24 Ex his quoque communiter deducunt Docto. quod milites nostri temporis, qui quotidie sedent super banchis, & spatiantur per plateas, nec exercent se in actu militari, nec uacãt armis, sed mercantijs, & alijs exercitijs, non gaudent hoc priuilegio, ut communiter concludunt Docto. Cy. Odofred. Bart. Bald. nume. 8. Paul. de Cast. sub nume. 3. uersicu. in tex. ibi armatæ militiæ. C. de iu. & fac. igno. ubi etiam Ias. nume. 7. qui attestatur de communi, & quod omnes ita tenent, prout etiam tenet Ang. Aret. in §. plane. nume. 4. institu. de testa. mili. Paul. de Cast. in l. scriniarios. nume. 6. C. eo l. & in d. l. fin. nume. 2. C. de restitu. milit. & in consi. 415. nume. 3. par. 2. Angel. Aret. d. tracta. de testa. glo. 2. nume. 1. & 2. Bald. qui eos appellat milites de nocte. in l. fin. C. quibus non ob. lon. temp. præscript. Bald. in consil. 248. in uersic. sed certe. uolum. 1. Aret. d. consi. 12. sub nume. 1. Felin. in proœ. decreta. Gregorius. col fin. sub nume. 43. Lancel. Polit. in tracta. substitu. in titu. de compen. substitu. nume. 13. Mantica de coniect. ult. uolun. lib. 6. titu. 1. sub nume. 33. uersi. sed si eius generis sunt. & nu. 34. cum seqq.

25 prout de militibus Florentinis, & Tusciæ, qui militant potius ad pompam, quàm pro Republica, & exercent se in mercantijs, & dicuntur populares, quod non gaudeant hoc priuilegio tradd. not. Bar. in l. fin. nume. 3. & 4. C. de iur. omn. iudi. & Bald. in l. in testamento. la prima, in fin. C. de testam. milita. Alexan late in d. l. Centurio. nume. 20. & 21. & in his de plano procedit communis conclusio, ut ibi per Alexan. qui alios plures cumulat. nume. 23. & Ripa, qui etiam de communi attestatur, nume. 9. quinimo huiusmodi negotiationes, & cætera exerci-

26 tia præter militaria sunt penitus militibus interdicta, ne illorum occasione, ab exercitio, & usu militari, qui in armis consistit diuertantur. l. milites. C. loca. & C. nego. ne mili. in rub. & nig. lib. 12.

Quæ quidem communis conclusio comprobatur, tum ex præmissa ratione, quia istud priuilegium est militibus concessum ob iuris imperitiam, & non competit his, qui potuerunt consulere peritiores, ut in terminis hanc rationem trad. Bart. in d. l. 1. nume. 8. C. de iur. & fac. igno. & supra la-

27 tius ostensum fuit. Tum quia iura loquuntur de armata militia, non autem de inermi, ut ponderat Paul. de Cast. ibi sub nume. 3. uersi. in tex. ibi armatæ militiæ. & C. negotiato. ne mili. in rub. & nig. lib. 12. & illam sentit Bart. in d. l. fin. nume. 3. & 4. C. de iur. omn. iud. Tum etiam, quia priuilegia militaria non competunt his qui in militia, & armis se non exercent, quamuis essent descripti in matricula militum, ut est tex. in l. scriniarios. ubi tradd. & not. Cyn. Bar. Bald. & Paul. de Cast. Alexan. Ias. Dec. post alios. nume. 14. & seqq. & cæteri. C. de testam. milit. & Bart. in l. ex eo tempore. nume. 7. ff. eo. nam & generale hoc est in

28 omnibus artis, & in qualibet professione, quod illam non exercentes, licet sint descripti in matricula, & recepti in numero aliorum de illo collegio non gaudent priuilegiis collegij. l. qui sub prætextu, & ibi not. Bar. Bal. & cæteri. C. de sacr. eccles. repetita in l. 1. ubi etiam Bar. Ang. C. de collegia. & chartopa. & nummula. lib. 11. & l. j. iuncta glo. & ibi etiam Bar. & ubique late Alexan. in apostil. ad Bart. C. de tyro. lib. 12. l. geometræ. & l. si duas. §. decet. ff. de exec. tut. l. semper. §. final. ubi id not. Bar. ff. de iu. immu. bon. tex.

in

in l. generaliter. in uersicu. eos tamen clericos. C. de episcop. & cler. canonizata in cap. generaliter. 16. quæstio. 1. not. Bald. post Iacob. de Butriga. in prooe. digestorum. nume. 7. Doct. omnes proxime allegati in d. l. scriniarios. & cano. in prooe. decreta. Gregorius. ubi post alios Felin. col. fin. sub nume. 43. Abb. in cap. 1. in fi. ubi etiam Dec. lect. 2. colum. fin. in uersic. ultimo notandum. & Ripa nume. 94. de iudic. Felin. in cap. clerici. sub nume. 3. eod. titu. cum aliis latissime cumulatis more suo per Tiraquel. cessan. cau. par. 1. nume. 206. & 208. pri-
29 uilegii enim causa cessante cessat priuilegium, ut ibi latissime, num. 203. & seqq. usque ad num. 214. & per nos infra cap. seq. num. 7.

Pari quoque ratione milites ex priuilegio tantum, qui actu militiam
30 non exercent, prout sunt milites creati à Principe, non gaudent hoc priuilegio, ut milites laureati, milites Sancti Iacobi a Spata, milites Sancti Lazari Illustrissimi magni Ducis Sabaudiæ, milites Sancti Stephani, qui creantur ab Illustrissimo magno Duce Florentiæ, quos tota die per plateas otio uacare uidemus. Item & milites gaudentes, qui solo nomine
31 militum gloriantur, & quos Italia uocat brauos, ut per Ripam in d. l. centurio. nume. 10. ff. de uulga. & pupill. Ias. in d. l. 1. nume. 7. C. de iu. & fact. igno. Dec. in rub. C. de testam. milita. nume. 2. & sequen. Franc. Mantica. d. libro 6. titu. 1. nume. 33. in fin. nu. 34. & 35. cum sequen. & qui militum of-
32 ficium emunt, ut Romæ milites Sancti Petri, milites Sancti Pauli, milites laureati, milites lilii, & similes, nam hi solo nomine milites dicuntur non re ipsa, & effectu, & idcirco militum priuilegia potiri non deberent. l. uni. & ibi glo. & Docto. C. de nudo. iu. quiri. tol. l. à nullo. quæ semper ad hoc allegatur, ut ibi dicit Paul. de Cast. C. de fer. nisi forte aliter in eorum priuilegiis particulariter, & specifice caueretur. c. porro. & sequen. de priuileg. uel quæ ratione dignitatis tantum conferuntur, ut late per Dec. in d. rub. C. de testa. mili. sub nume. 3. uersicu. & ista conclusio. & nume. 4. de quibus nihil ad propositum.
33 Quamuis igitur nomen militis sit multum generale, quia omnis in sua professione dicitur militare, & est tex. in l. 1. C. de tabula. lib. 10. ibi in quocunque officio militent. iuxt. il-
34 lud, Militat in syluis catulus. glos. in l. aduocati. uer. militare. quam no. Bal. C. de aduo. diuer. iudic. & in l. uni. in glo. penul. ff. de bo. poss. ex testa. mili. tamen ad effectum de quo agimus, militis nomen strictius, & proprius accipitur pro militibus armatæ militiæ, qui arma exercent, & pro salute Reipublicæ bellorum periculis, ubi sese offert occasio, parati sunt se exponere, & re ipsa milites sunt ha-
35 bentes sex requisita necessaria ad hoc ut tanquàm milites gaudere possint priuilegiis militaribus, quæ enumerat glos. magistra, & ab omnibus approbata in l. penulti. ff. ex quibus cau. maio. & similis glo. inst. de milit. testa. in rubri. & in auth. de man. princip. §. fin. in uerb. siquidem; & infra specifice declarantur. nume. 46. istis ergo tantum dicunt glos. competere priuilegia militaria, & non aliis, & sequitur Specul. in titulo de procu. §. 1. uersic. item quod est miles. nume. 21. ubi propterea cõcludit, quod hodie non habent locum ista priuilegia militaria eo, quia istæ solennitates requisitæ in militibus non seruantur, & quamuis aliqui, ut dicit Specul. teneant contra: quia etiã hodie ense cinguntur, ut olim, tamen ipse tenet, ut su-

pra, ut ibi latius per eum.

36 Et consequenter indistinctè uult Specul. quod milites hodierni etiam si uacent armis non gaudent priuilegiis militaribus, quia non habent insignia ueteris obseruantiæ, nec solennia requisita ueteris militiæ, quam etiam opi. tenent Hostien. ut ibi refert Io. And. in addi. & sequitur Bart. in tract. de quæstio. in fin. & idem uoluit Bar. in l. militum. C. de procu. ubi remissiue per Alexan. & idem Alexan. in consi. 103. nume. 11. uolu. 1. & clarius affirmat Abb. in cap. in nostra. nume. 8. de procu. & sentit Abb. in cap. quanto de magis. ubi dicit, quod milites nostri temporis non sunt ueri milites. Aret. d. consi. 12. nume. 1. in fi. &

37 confirmatur, quia si miles non est matriculatus, prout non sunt milites hodierni temporis, censetur ut priuatus, ut late in proposito concludit Alexan. in d. l. Centurio. nume. 23. ff. de uulg. & ideo non debent gaudere priuilegiis militum, ut per eum ibi attestantem de communi, prout etiam attestatur ibi Ripa num. 9.

38 Sed pro clara, & uera resolutione præsentis articuli est animaduertendum, quod licet Alexand. & Ripa simpliciter, & indistinctè attestentur de communi opinio. tamen ipsi postea distinguunt, & distinctio est communis, ut proxime ostendam; nam aut loquimur de militibus inermis militiæ, qui uacant otio, seu aliis negociationibus potius, quàm armis, uel qui solo nomine sunt milites, & cæteris, de quibus supra nume. 24. usque 33. & uerum est, quod communis opinio est, ut non gaudeant his priuilegiis militaribus, præsertim, quæ conceduntur ob iuris imperitiam, ut late supra ostensum fuit, & ita quo ad istud genus militum Alexan. & Ripa bene attestantur de communi, aut uero loquimur de militibus hodiernis armatæ militiæ, qui pro Republica, & seruitio sui Principis bellorum periculis continuo se exponunt, ubi sese offert occasio, de quibus supra uum. 34. & sequen. prout sunt Capitanei, & stipendiarii nostri temporis, qui actu ipso militiam armatam exercent, pro-

39 ut olim paucis ab hinc annis erant milites Rhodiani, de quibus loquitur Ripa in d. l. Centurio. ante nume. 11. & Lancellott. Politus. d. titu. de compen. substitu. nume. 14. quorum loco nunc succedunt, qui uulgo di-

40 cuntur (li Caualieri di Malta) & similes, & quicquid indistinctè Alexan. & Ripa de communi attestentur, tamen authoritates, quas ipsi pro communi allegant, non loquuntur in hoc genere militum, sed in præcedenti, prout etiam bene aduertit Sozi. in d. l. Centurio. nume. 2. & Dec. in d. rubri. C. de testam. milit. nume. 5. præter Specu. & alios supra citatos. nume. 36.

41 Sed tamen quicquid Specu. & sequaces ibi adducti uoluerint, tamen contraria opi. est uerior, & magis communis, ut nunc ostendam, nam quod

42 stipendiarij nostri tēporis, etiam, quod non obseruent ueteres cerimonias gaudeant militarib. priuilegijs tenet & bene Bald. in d. l. 1. nu. 8. C. de iu. & fac. ign. & in d. l. fi. in addi. in fi. C. quib. non ob. longi temp. præscrip. & latius idem probat Bal. in l. 1. in fi. C. qui. bo. cede. pos. ueri enim milites sunt, licet non habeant insignia ueteris obseruantiæ, quia habent insignia obseruantiæ

43 nouæ, quæ loco ueteris successit, ut ibi latius per Bal. & Pau. de Cast. qui bene comprobat. in l. scriniarios. in fin. ubi etiam late Alexan. nume. 7. C. de testa. mili. ubi dicunt, quod licet illa uetus obseruantia, & ueteres cerimoniæ

44 moniæ desierint esse in usu, tamen effectus remanet. l. ex decreto. C. ex qui. cau. in fa. irro. idem Paul. de Cast. in l. fin. C. de restitu. mili. & in consi. 415. nume. 1. in fi. & nume. 2. cum sequen. par. 2. Roma. in consi. 43. in uersicu. ad quartum. & in consi. 506. col. 1. circa prin. Felin. in c. translato. col. 3. uersicu. & adde Bald. de constitu. Dec. d. rub. C. de testa. milita. nume. 5. & latius Alex. in d. l. centurio. sub nu. 25. uersi. hoc tamen fallit. ubi ad hoc quoque allegat Iac. de Rau. Cyn. Gul. de Cun. & alios, ut ibi per eum, & ibidem Sozi. nu. 2. & Ripa ante nu. 15. ex quibus patet hanc esse ueram, & communem opi. prout etiam declarat, & attestatur Bertran. per Ripam allegatus in consi. 196. nu. 1. & seq. uol. 6. & post alios late Mantica d. lib. 6. de coniectu. ult. uolunta. titu. 1. nu. 32. 33. & 34. cum seqq.

Nam ad fundamentum partis contrariæ, quod solum stat in hoc, quod milites hodierni temporis, licet armigeri sint, tamen non habent illa sex requisita, quæ uidentur necessaria ad effectum de quo agitur, & ut quis uere miles armatæ militiæ dici possit, bene respōdēt Doct. proxime allegati, quod illa uetus obseruantia, & cerimonia ab aula recesserit, sed tamen effectus remanet. d. l. ex decreto. C. ex qui. cau. infa. irro. quia noua obseruantia iure cuiusdam trāslationis successit loco ueteris, argu. cap. translato. de constitu. ut latius per Doct. locis proxime allegatis; ergo & si olim milites non descripti in matricula, prout requirebatur, censerentur, ut priuati, ut supra nu. 37. cum tamen hodie, ut Doct. præsupponunt, hæc descriptio non fit in usu, cessat obiectio, quia quælibet lex, & om-
45 nis dispositio tollitur per non usum, ut in auth. quib. mod. natu. effi. sui. §. fin. ibi quoniam. & nō utendo perempta est. l. 2. in princ. ibi inusitato recessit uestigio. & ibi not. Bal. C. de constitu. pecu. l. j. in uersi. sed & si quæ leges in ueteribus libris positæ, iam per desuetudinē abierunt. C. de uet. iu. enucle. l. 1. in princ. ibi, & per desuetudinem abolita. C. de cad. tol. & in prima consti. eiusd. §. quibus. ibi, illis etiam quæ in desuetudinem abierunt. opt. tex. in §. conceptum. uersi. sed hæ actiones. instit. de obliga. quæ ex delic. nascun. & de iniu. §. pœna. in uersic. sed pœna. & de testa. in prin. ibi ex ueteribus temporibus in desuetudinem abierunt. Et rursus, Et hoc in usu esse desiit. & in procem. eiusd. §. igitur. ibi, & quod postea desuetudine inumbratum est. ubi glo. & late Ang. Aret. num. 3. & 4. & alii, & in procem. digestorum. §. & antea quidē. ibi, cæteris iam desuetis. ubi glo. & Bar. not. l. de quibus. in fi. ubi glo. & post alios late Ias. nu. 33. & seq. ff. de leg. & in auth. de hær. & fal. in prin. uersi. sed quoniam. ita positas leges iam plerunq; neglectas. per desuetudinem, inquit ibi glo. & cap. in istis. §. leges. distinct. 4. glo. & Doct. in l. rem non nouam. ubi Bald. num. 7. & late Ias. nu. 4. cum cæteris seqq. C. de iud. per Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. & Io. And. & alios Cano. in cap. Ioannes. ubi late Abb. nu. 9. de cle. coniuga. idem Abb. in cap. cum olim. in 3. notab. eod. tit. & per omnes in cap. 1. de treuga, & pace. & Bart. in l. fi. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furio. & in consi. 144. uolu. 1. Oldr. consi. 259. sub nume. 1. uersicu. secundo, quia illud statutum. Roma. consi. 512. col. fi. uersic. tertio. Alexan. consi. 132. nume. 4. uolu. 1. Ias. in l. si filius qui in potestate. nume. 22. & 23. ff. de libe. & posthu. Nec ligat nisi moribus approbetur, & recipiatur in usum, ut in d. §. leges. distin. 4. & per omnes in d. c. 1. de tregua & pace, ubi plenissime Feln. col. 2. in uersi. lex noua. cūm cæteris seqq. Aret. consi. 11.

sub nume. 5. uersic. sed ostenditur. & 153. col. 1. uersic. sed tamen ex superabundanti. Alexan. d. consi. 132. num. 1. & 2. uol. 1. & consi. 39. uol. 3. Ias. consil. 182. nume. 2. uolu. 2. Ruy. consi. 13. nume. 27. & 28. uol. 2. Goza. consi. 23. nume 9. & no. Bal. ab omnibus in proposito allegatus in auth. omnes peregrini. sub nume. 7. uersic. pone casum. C. commu. de success.

46 Et praeterea recte quoque intuendo responderi potest, quod etiam in militibus hodiernis saltem re ipsa concurrunt sex dicta requisita enumerata per glo. in d. l. pen. ff. ex qui. cau. maio. cum concordan. supra alleg. nu. 35. & sequen. nam quo ad primum quod non sit negotiator. l. uni. C. negotiato. ne mili. lib. 12. nullum ferè hodie uidemus, qui militiae operam dat, quod aliis negotiationibus se exerceat, & saltem uerificabitur hoc requisitum in his qui non negotiantur.

Secundum est requisitum, quod non admittatur ab'que praeuio superioris examine. l. 1. C. qui. mili. pos. eo. lib. 12. Sed nec hodie aliquis admitti solet in numero militum absque aliqua praeuia cognitione sui praesidis, uel Centurionis, qui materna lingua dicitur Capitaneus.

Tertium Sacramentum de non euitan. mortem pro salute Reipublicae, & nunc praestatur à militibus aliquod iuramentum fidelitatis, & saltem à Capitaneo, qui iurat pro omnib. suis militibus, ut dicit Paul. de Cast. in d. l. scriniarios. in fin. C. de testam. milit. & ibidem Alexan. & Sozi. in d. l. Centurio. sub nume. 2.

Quartum, quod ense cingatur iux. l. penul. ff. de mili. tasta. adhuc obtinet, quia cum re ipsa ense cingatur, non refert à quo cingatur, dummodo cingantur; nec lex illa requirit ab aliis potius quàm à se ipsis cingi.

Quintum, quod stigmata militum brachiis infligerentur ad effectum, ut recognoscantur iux. l. 3. C. de fabricen. lib. 11. hodie quoque dici potest uice stigmatum succedere cingulum militare coloris albi, uel rubei, & sim. iux. insign. a sui Principis, quod collo deferunt, ut ab aliis non eiusdem factionis discerni possint, praeter insignia quoque publica, quae uexillis Ducum exercitus ad hunc quoque effectum deferuntur.

Sextum, quod in numero aliorum in matricula describantur iux. l. ex eo tempore. ff. de mili. testam. ubi Bart. & alii utique, & hodie hoc praecipue penes omnes obseruatur; nam cum & hodie prout olim stipendia de publico recipiant iux. l. iubemus. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. Publicus erogator de quo tex. inibi facit mentionem nullum admittit, nisi qui descriptus in matricula reperitur, & saltem ipse est qui eos in matricula adnotat, quibus solatium (ut uerba tex. utar) enumerat, & stipendia praestat; sicque ut uides saltem uirtualiter etiam in militibus hodierni temporis concurrunt sex dicta requisita, & consequenter gaudere debent priuilegiis militaribus, ut supra firmatum fuit.

47 Et ex his quoque rectius intuendo deducitur conclusionem hanc generaliter, & indistincte procedere in omnibus hodierni temporis armigeris militibus, quatenus militant, & in castris degunt iux. tex. in §. sed hactenus. institu. de milit. testam. etiam si alias dum extra castra sunt aliis negotiationibus dediti essent, uel per plateas, & super banchis quotidie uersarentur iux. supra trad. nume. 24. & sequen. quia eo tempore quo extra castra sunt, in confesso est non competere priuilegium hoc, ut supra nume. 22. & seq. sed loquimur ubi in castris militant, tunc

tunc enim cum eadem belli pericula experiantur, & eadem ratio imperitiæ in eis militet, eadem quoque iura in eis merito seruari debent, opt. tex. in proposito in d.l.1.ff.de bon.poss.ex testa.mili. Bertran. d. consil.196.ante nume.2.uersi.hoc tamen fallit.quare nullam in proposito uideo differentiam
48 inter milites ueteris, uel hodierni temporis, ubi enim militat eadem ratio priuilegii ibi quoque idem priuilegium
49 militare debet uulg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. Titio. & ibi late Ias. nume. 6. ff. de uerbo.obliga.cum sim. supra allegatis cap.11.num.3.

Competit igitur hoc priuilegium, de quo in hac nostra tertia limit.etiam
50 nunc militibus nostris armatæ militiæ, qui pro salute Reipublicæ, & seruitio sui Principis belli periculis se exponunt; & tam equestribus, quàm pedestribus (qui uulgo dicuntur fantacini) iux.tex.in l.2. C. de offic. præfect.præto. Africæ.in uersi. quantos autem milites, siue pedites, siue equites &c. & tam militibus terrestribus, quàm naualibus, ut est opt. tex.in l.1.ff.de bon. poss.ex testa.milit.in uersi. item nauarchas. subdens, quod in classibus omnes remiges, & nautæ milites sunt; ergo omnibus his competit hoc priuilegiũ prout etiam post Mart. Laud. per eum allegatum. trad. Dec.in d.rub.C.de testa.mili. nume. 5. ad fin. & Ripa in d.l. Centurio.num.11. uersi. tertio.& uersicu. quinto. prout etiam milites uigi-
51 les (uulgo le sentinelle) in proposito comprehenduntur, unde iure militari eos testari posse nulla dubitatio est, tex.ad literam (ut aiunt) in d.l.1.ff.de bo.poss.ex testa.mili.uersi. item milites uigiles.

52 Sed milites aduentitii quos uulgo (uenturieri) appellamus, quia non recipiunt stipendia publica, nec subsunt Duci exercitus, nec sunt in numero aliorum militum, sed militant potius ad pompam, & possunt ubicunque libet recedere, non gaudent hoc priuilegio, ut etiam per Ripam in d.l. Centurio. sub nume. 11. uersi. quarto dubitatur.

53 Prout nec competit militibus ueteranis. i. militia missis, ut in §. sed hactenus. institu. de milit. testa. quia per missionem milites esse desinunt, & dicuntur ueterani, ideoque iure militari testari non possunt; sed testamentum quod tempore militiæ in castris iure militari cõditum fuit, ualet etiam post
54 missionem si infra annum à die missionis decedunt, ut est tex. in d. §. sed hactenus. & in l. quod constitutum. & l. quod dicitur. ff. eo. & l. ex testamento. C. eod. nam & si alias iux. regulas iuris communis statim, quod per missionem definit esse miles deberet forte irritari per ea, quæ late tradentur limit.proxime sequen. tamen istud tempus anni fuit eis speciali iure indultum in memoriam fortasse militiæ præcedentis argum.l.fi. ff. de decu. l. unius.in uersicu. seruus. ff. de quæstio. l. seruus. la secunda, iuncta glo. & l. nihil. in fin. C.eo.& l.2. ff. rerum amo. glo. in c. accedens. ad med. ibi, in memoriam pristinæ dignitatis, distinctio. 50. & glo. fi. etiam ad med. in cap. si quis episcopi. distinctio. 92. Ioan. And. & alii Cano. in cap. consulti. ubi Abb. nume. 5. de regula. & glo. fin. in §. fi. institu. de tute. trad. Specu. titu. de lega. §. finitur. nume. 8. ubi quod ei qui semel fuit legatus, semper debetur reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis. unde dixit Ioan. de Ligna. in clemen. ne in agro. de sta. mona. quod qui semel fuit Abbas, etiam finito officio obtinet primum locum in choro, & conuentu post Abbatem in memoriam pristinæ dignitatis, & Imo. ibidem quæstione ult. Bal. in l. si genero. sub nume. 2. C

de iu. dot. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. ſub
nume. 26. & 27. ff. de uerbo. obliga. &
Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum. nu-
me. 81. & ſeqq. de conſtit. & plura ad
hoc congerit Marſi. ſing. 107. & 179.
& Tiraquel. ceſſan. cau. limita. 15. per
totam. & per Bald. in propoſito in l.
obſeruare, §. proficiſci. quæſtio. 7. ff. de
offic. procon. nam & ut ibi dicit Bald.
55 adhuc uidentur remanere reliquiæ,
quo caſu ceſſante cauſa etiam finali
non ceſſat effectus, Dyn. in regula de-
cet. & ibidem Ioan. And. in Mercu. de
regu. iur. lib. 6. Bart. in l. 2. §. fi. in fi. ff. de
dona. Bal. in l. patre furioſo. lect. 1. cir-
ca prin. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie.
iur. & in l. fi. num. 11. in fi. ff. de ſer. Ale-
xan. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus.
col. 3. ff. ſolu. ma. Ripa in l. ex facto. nu-
me. 16. ff. de uulga. & pup. cum aliis, ut
late per Iaſ. in l. ſciendum. §. fi. nu. 8. &
ſeqq. ff. qui ſatiſd. cogan. & latiſſime
Tiraquel. ceſſan. cau. limit. 16. per to-
tam; hinc uidemus plurima priuilegia
indulta eſſe ueteranis in memoriam
bene actæ militiæ. ff. de priui. uetera.
per totum. quod uerum eſt, ſi iuſta fuit
56 miſſio, & honeſta, ut dicit Imperator
in d. l. ex teſtamento. C. de teſta. mili.
ſecus ſi in honeſta, & ignominioſa. l. te-
ſtamenta eorum. ff. eo. gloſ. & Docto.
in d. l. ex teſtamento. tunc enim ſtatim
ſoluitur teſtamentum; quod ſi non fue-
57 rint à militia miſſi, ſed ex iuſta cauſa
domum repetant, uel ex caſtris diſce-
dant, teſtamentum in caſtris conditum
nunquam irritatur, quinimo ſemper
durat ualidum quouſque is qui illud
condidit durat miles, ubicunque, &
quocunque poſtea decedat, ſecus ſi
miles eſſe deſinat; tunc enim debet a-
mittere priuilegium militare iux. l. fi-
lius à patre. §. 1. ibi, militare deſiſſet;
ubi Docto. & poſt alios Iaſ. nume. 3. &
58 ſeqq. ff. de lib. & poſt. quia iſta qualitas
militaris requiritur per modum cau-
ſæ permanentis, ſed prima quod fiat
in caſtris requiritur per modum cau-
ſæ principiantis, ut declarat Ripa in
tract. de peſte. inter priuileg. ulti. uo-
lunta. ſub nume. 35. in uerſic. non ob-
ſtant adducta. & nume. 36. cum ſeq.
iux. trad. per Bald. in l. ſi quis hæredem.
nu. 2. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & idem
Bald. in repet. l. iuſiurandum. col. 7. in
uerſic. uiſo unde naſcatur. ibi, quando
uero caſus. & col. 27. uerſic. de tertia
igitur. ff. de iureiu. & Bonauen. & alii
quos in id allegat Tiraquel. ceſſan. cau.
limita. 35.

Et quamuis in milite domum repe-
tente, uel extra caſtra degente uidea-
tur ceſſare ratio imperitiæ, propter
quam fuit conceſſum iſtud priuilegiū,
ex quo poteſt conſulere peritiores, &
conſequenter in hoc caſu ceſſare de-
beret iſtud priuilegium, & irritari te-
ſtamentum uigore huius priuilegii con
ditum iux. late ſupra trad. nume. 10. &
nume. 18. cum ſeqq. uſque 33. nam &
59 ut ibi diximus. nume. 29. ceſſante cau-
ſa priuilegii, ceſſare etiam debet priui-
legium. l. Titia ſeio. §. uſuras. quæ ſem-
per ad hoc allegari ſolet, ubi Docto.
ff. de lega. 2. Bald. in d. l. 1. ante nume. 4.
ff. de offic. eius. Iaſ. poſt alios in l. filius
à patre. §. 1. nume. 3. & ſeqq. ff. de lib.
& poſthu. de quo latius infra cap. pro-
ximo tractabitur, ubi ad hoc plura con
60 geſſimus. nume. 7. præſertim cum im-
putandum uideatur teſtatori ſi cum
potuit mutare teſtamentum iure ſpe-
ciali militiæ conditum, & ſolennita-
tes iuris communis adhibere non fe-
cit, argumen. l. ſi mater. ubi poſt alios
Iaſ. nume. 2. & ſeq. C. de inoffic. teſta.
prout in ſimili de teſtamento peregri-
norum per hanc quoque rationem con-
cludit Pau. de Caſt. in l. nutritoribus.
nume. 4. in fin. C. commu. de ſucceſſ.
Iaſ. in l. fin. ſub nume. 9. C. de teſtamen.
quamuis deciſi. Pau. de Caſt. de teſta-

mento peregrini non possit subsistere, ut latissime supra ostensum fuit c. 13. nume.6. cum pluribus seqq.de quo latius,& specifice in sequenti limita. ubi aptius cadit, differendum est.

Nihilominus quo ad punctum particularem præsentis limitationis specifice respondendo, est aduertendum, quod in principali argumēto adest maxima æquiuocatio; nā uerum est quod si cessat ratio imperitiæ propter quam concessum fuit istud priuilegium minus solenniter testandi, non poterit miles uti hoc priuilegio ad effectum minus solenniter testandi, & ita loquuntur,& procedunt in contrarium allegata; at nos hic loquimur ad alium effectum, ut testamentum iure speciali re-
61 cte conditum, & iam factum tollatur, inter quos casus longa est differentia, cum facilius quid à principio fieri prohibeatur, quàm quod legitime factum est tollatur, argumen. l. patre furioso. ubi latissime Ias.nu. 11. cum seqq.ff.de his quæ sunt sui, uel alie. iur. cum sim. ibi per glo. allegatis, & per nos infra par.3.cap. 3.nu. 142.

Præterea argumen. in oppositum retorquetur, q͂a ratio imperitię propter quam fuit concessum istud priuilegiū non consideratur per se sola, sed copulatiue cum qualitate militari, ita quod ad effectum, ut competat istud priuilegium, duo copulatiue requiruntur.s.iuris imperitia,& militia, prout supra nume.13. 14. 15. quare eodem modo ad effectum, ut testamentum iure militari factum tollatur ista duo quoque copu-
62 latiue cessare oportet, quia omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur.c.1.de reg.iuris.l.nihil tam naturale. & ibi late Dec. ff. eod.&
63 quia quod operatur propositum in proposito, idem operari etiam debet opposito in opposito.l.fin.§.fi.ubi hoc summat Bart. ff. de lega. 3. & in proposito Ripa in l. ex facto. nume. 17. in fi.ff.de uulg.& pup.& Tiraquel.cess.cau.par.1. num. 17.in fi. quare ad hunc effectum non potest dici, quod cessat ratio priuilegii si solum cessat ratio imperitiæ, non tamen qualitas militaris, ex quo hæc duo in concessione priuilegii copulatiue considerantur ad latius supra
64 trad.cap.11.nume. 10.& seqq.merito nihil est, quod imputetur militi si testamentum rite factum non immutat, cū sciat saluum esse ius suum priuilegii militaris, illudq; adhuc durare. l.sicut. §.non uidetur. ff. quib. mod. pign. uel hypo. solu. & in proposito considerat Aret. consi. 165. ante nume. 6. & consil. 93. parum post nume. 5. ibi nec potest releuare legatarium. Tiraquel. in l. si unquam. uer. susceperit liberos. sub nu. 220.C.de reuocan.dona.& Ias. in auth.ex causa.sub num.5. C.de lib. præte.per tex.opt.in l. filio. §.scia.ff.de adim. leg. quem Ias. ibi in alio tamen proposito inducit.

Ad simile de testamento peregrini supra adductum sub nume.60.respondetur primo, quod prout ibi diximus decis.Paul.de Castr. de iure non potest subsistere, & nihilominus quatenus posset subsistere, respondetur secundo, quod illud dictum Pau. de Cast. in l. nutritoribus. C. commu. de success. non sit uerum, ut uidetur clare probari per aliud simile adductum per Bald. de testamento rustici.in l.si quis hæredem.num.2.in fi. C. de inst.& substitu. quem refert, & sequitur idem Pau. de Cast.consi. 184. in fi. par. 2. Ias. in l.fi col.1. in uersi.tertio extende. C.de testa. Ripa d. tracta. de peste. inter priuileg.uolun.num. 35.& seqq.de quorum tamen ueritate in sequenti limit.latius est discutiendum.

65 Et quantum ad hunc effectum potest esse differentia inter ueteres & modernos milites, nam ut plurimum hodie

hodie uidemus milites ad eorum beneplacitum tantum militare, & impune ubilibet recedere, at ubi ex castris recesserint, in militum numero non habentur, idcirco consequens est, ut testamentum iure militari factum debeat irritari, ex quo desinit in eis qualitas militaris, per supra adducta nume. 58. quod secus erat in militibus antiqui temporis, quibus fas non erat post semel assumptam militiam illam deserere, imo maxima pœna desertores
66 huiusmodi plectebantur. l. desertorem. & l. non omnes. per totum. ff. de re mili. l. defunctorum. C. eo. lib. 12. cum sim.
67 Ex præmissis quoque deducitur ipsis militibus tantum in castris degentibus hoc priuilegium concessum esse non aliis belli officialibus, prout sunt scriniarii, qui uulgo cancellarii Capitaneorum dicuntur, & similes, licet & ipsi in castris degant, & in matricula sint descripti, & bello deseruiant, ut est tex. ubi omnes not. in l. scriniarios, ubi post alios bene tas. nume. 1. & seq. C. de testam. mili. nisi sint in conflictu belli iux. l. 1. ff de bon. poss. ex testa. mili. ut tradit glo. communiter approbata in d. l. scriniarios. de quo est particularis tractatus in proxima nostra sequenti limit. uel nisi quo ad alia priuilegia, quæ ratione dignitatis, uel ordinis tribuuntur, ut per Dec. in d. l. scriniarios. num. 15. de quibus nihil ad præsentem tractatum, illis ergo consulto prætermissis ad seq. limit. accedamus.

Limitatio IIII.

Testamentum conditum in loco hostili, & flagranti bello non requirit solennem numerum septem testium, sed duo tantum sufficiunt. Cap. XIX.

SUMMARIUM.

1 *Quilibet etiam non miles si in loco hostili & in conflictu belli decedat gaudet priuilegio militari circa testamenti factionem.*
2 *Priuilegium hoc militare ex parte personarum generale est ex parte vero temporis, & loci particulare.*
3 *I.C. arguit ab identitate rationis.*
4 *Plura requisita ad effectum, vt competat priuilegium de quo in præsenti limit. quæ hic per ordinem describuntur.*
5 *Cessante periculo cessat priuilegium ratione periculi concessum.*
6 *Metus causa cessante cessat dispositio, quæ ratione metus processit.*
7 *Finita causa priuilegii, finiri quoque debet priuilegium.*
8 *Ratio in iure expressa dicitur finalis.*
9 *Cessante causa finali cessat legis dispositio.*
10 *Vulgatum axioma, cessante causa cessat effectus, quando procedat.*
11 *Ambulatoria est voluntas testatoris vsque ad mortem.*
12 *Testamentum non dicitur perfectum perfectione irreuocabili nisi post mortem.*
13 *Testamentum morte dicitur confirmari & eo tempore robur sumit.*
14 *Tempus in quo dispositio confertur inspici debet ad illius validitatem.*
15 *Paria sunt aliquid fieri tempore licito, vel tempore prohibito, & conferri in tempus licitum, & econtra.*
16 *Actus non consumatus vitiatur si ad illum casum perueniat, à quo non poterat incohoari.*
17 *Regula. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verbo. oblig. in quibus casibus procedat. & nume. 66.*
18 *Necessitate cessante, cessare debet quod propter necessitatem contra regulas iuris introductum fuit.*
19 *Imputandum est testatori qui habuit tempus ad mandandum testamentum & sibi preuidendum si non preuidit.*
20 *Testamentum mulieris legitime factum an irritetur propter statutum superueniens requirens præsentiam consanguineorum.*
21 *Testator qui habet tempus mutandi testamentum, si id non facit, videtur velle decedere*

decedere eum eadem voluntate.
22 Voluntas eadem semper durare præsumitur.
23 Militis testamentum rumpitur natiuitate posthumi, quem miles ignoranter prate- rierat.
24 Nec conualescit nisi constet de noua militis voluntate ex verbis, vel indiciis aliquibus.
25 Testamentum militis ruptum agnatione posthumi, si miles efficiatur paganus non potest ex noua eius simplici voluntate reconualescere.
26 Qui scit actum nullum se fecisse & negligit cum potest illum conualidare censetur actum nugatorium facere velle.
27 Difficilius est aliquid de nouo facere quàm id quod legitime factum & ruptum est confirmare.
28 Tex. in l. qui ex liberis §. testamento. ff. de bo. poss secundum tabu. declaratur.
29 Bal. opi. in l. si quis heredem. C. de insti. & subst. reprobatur.
30 Testamentum rustici conditum iux. formam. l. fi. C. de testa. irritatur si rusticus postea in ciuitate decedat.
31 Ripa, Corn. & Boer. reprobantur.
32 Tempus conditi testamenti quo ad solennitates in eo adhibendas, & quo ad interpretandam testatoris voluntatem inspici debet.
33 Quod legitime factum est ex casu superueniente irritari non debet.
34 Cessante causa propter quam remittitur solennitas, cessat remissio solennitatis.
35 Ex separatis non fit illatio.
36 Separatorum separata quoque est ratio.
37 Regula factum legitime. de reg. iu. lib. 6. declaratur. & nu. 57. & 65.
38 Facilius tollitur id quod valet de iure speciali, quam quod de iure communi.
39 Diuersa ratio reformat pactum.
40 Reductio ad ius commune fauorabilis & ampliandas.
41 Irritatio actus dicitur pœna, adeo quod odiosa.
42 Fallit vbi actus irritatur ob non adhibitas debitas solennitates.
43 Omnis recessus à iure communi dicitur odiosus.
44 Sufficit qualitatem adesse tempore requisito, licet postea cesset. & nu 47.
45 Immunitas concessa ob numerum liberorum non cessat, licet postea aliquis ex liberis deficiat.
46 Qualitas loci hostilis, & qualitas militaris ad effectum minus solenniter testandi requiritur per modum causæ permanentis.
47 Vbi limitat eadem ratio, idem ius militare debet.
48 An & quando sufficiat qualitatem adesse tempore actus celebrati, & quando non.
49 Testamenti in instanti perficitur.
50 Causa cessante non cessat effectus consumatus & in esse productus. & nu. 66.
51 Testamentum mulieris iure conditum non irritatur ex superuenien. statuto irritan. testamenta mulierum absque præsentia duorum consanguineorum.
52 Lex iubemus. in fi C. de testam. inducitur.
53 Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.
54 Non est semper in facultate testatoris mutare testamentum antea conditum.
55 Dictio (plerunque) cuius sit efficacia.
56 Arg à contrario sensu non rectè sumitur propter dictionem (plerunque.)
57 Lex noua introducens aliquam solennitatem de nouo in actu adhibendam, an & quãdo porrigatur ad præterita. & nu. 59.
58 Regula factum legitime. de reg iu. lib. 6. quãdo locum habeat, & quando non.
59 Debilius est ius speciale quàm ius commune.
60 Lex noua respiciens executionem actus trahitur ad præterita respectu executionis de futuro.
61 Effectus testamenti non dicitur perfecte consumatus viuente testatore.
62 Effectus consumatus cessante causa quando cesset, & quando non.
63 Dictum doctoris intelligitur secundum legem quam allegat.
64 Ius quæsitum difficilius tollitur ex casu superueniente, quam ius quærendum.
65 Ius nobilis ex facto alieno quæsitum nobis in uitis auferri non potest secus vbi ius adhuc non esset quæsitum, sed quærendum.
66 Regula l. pluribus §. & si placeat. ff de verbo. obl quando procedat, & quando non.
67 In hæreditate viuentis nullum ius re aut spe nobis competere potest
68 Effectus consumatus dicitur ubi ius est nobis.

bis quæsitum irreuocabiliter, secus si reuocabiliter tantum, ad effectum regula cessante causa.

69 *Regula præfata, quod cessante causa non cessat effectus consumatus habet locum quando est consumatus de iure communi secus si de iure speciali.*

70 *Dos restituta mulieri ob uergentiam uiri ad inopiam, cessante inopia non est retradenda uiro iux communem quamuis plures contrarium firmauerint.*

71 *Cessante causa cessare debet legis dispositio.*

72 *Argumentum Ripæ contra eum retorquetur.*

73 *Causa impulsiua cessante non cessat legis dispositio*

74 *Id dicitur fieri posse quod commode fieri potest quod hic declaratur.*

75 *Ea quæ non sunt à iure determinata, remittuntur ad arbitrium iudicis.*

C A P. XIX.

1 QVAMVIS Priuilegium militare minus solenniter testandi ipsis tantum militibus, & non aliis ut diximus concessum fuerit, nihilominus omnibus omnino, qui iure militari testari non possunt si in loco hostili reperiantur, & in conflictu belli decedant, idem priuilegium testandi quomodo uelint, & quomodo possint perinde, ac ipsis militibus tributum est, ut no. respondet Vlpianus in l. 1. ubi assignat rationem quia eadem pericula experiantur de bo. pos. ex testa. mili. & in l. fi. penè per eadem uerba præcisa. ff. de testa. mili. & est glo. communiter approbata in d. l. scriniarios. C. eo. prout attestatur Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 1. & not. Alex. in l. fi. sub num. 5. & Ias. sub num. 3. C de testa. Cur. iun. in l. licet. num. 8. C. de pac. Dec. in consil. 284. col. 2. in uersic. & pro conclusione. Paris. consi. 32. nu. 25. uol. 2.

2 Hoc autem priuilegium, prout ex parte personarum quibus conceditur est generale, quia cuiuscunque generis & conditionis hominibus conceditur, ita ex parte loci, & temporis est particulare, quia in loco hostili tãtum, & eo tempore solum quo sunt in conflictu, & flagranti actu bellandi competit si illic decedant, ut in dd. ll. respondit Vlpianus, & non immerito postquam ut dicit I. C. eadem pericula experiantur, quæ & ipsi milites subeunt,

3 arguit. n. I. C. ab identitate rationis, ut etiam facit in l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum concordan. ibi per glo. allegatis, & Ias. in l. à Titio. nume. 6. ff. de uerbo. obliga.

4 Plura ergo requiruntur ad effectũ, ut competat istud priuilegium. Primo, quod quis sit in loco hostili. i. in loco inimici exercitus, & in hoc differt à conditione militum quos sufficit esse in castris, ut in §. sed hactenus. institu. de testa. milit. & supra cap. proximo, nume. 23. Secundo, quod quis sit in procinctu. i. in conflictu, & acie belli, ut declarat Bart. summans tex. in d. l. 1. ff. de bo. pos. ex testa. mili. & in ipso actu bellandi, ut idem Bart. declarat in d. l. scriniarios. C. de testa. milita. & in hoc etiam differt conditio militum, quos satis est degere in castris, licet non sint in conflictu belli, prout d. nume. 23. ostensum fuit. Tertio, quod illic decedant, cum tamen in milite aliud supra firmatum fuerit, uidelicet, quod ubicunq; postea miles existens decedat, semper ualet testamentum iure militari conditum, ut late supra d. cap. proximo. nume. 54. & seqq. & huius ratio patens est, quia ubi miles testatur, si alibi postea decedat, & cesset ratio imperitiæ propter quam militibus fuit concessum istud priuilegium, iux. l. 1. ff. de mili. testa. cum sim. supra allegatis d. cap. proximo. nume. 10. non tamen in totum cessat ratio priuilegii, cum adhuc ipse miles perseueret, ex

quo

quo ratio imperitiæ, ad hunc effectū consideratur copulatiue, & coniunctim cum qualitate militari, ut ibi sub nu.61.uersi.præterea. & in aliis non militibus si alibi, quàm in loco hostili decedant, cessat in totum ratio priuilegii, prout proxime ostendemus.

5 Cum enim istud priuilegium sit concessum propter pericula, quæ subeunt ij, qui in loco hostili, & in ipso conflictu belli decedunt, quæ ratio expresse assignatur à I. C. in d.l.1.ff. de bo. poss. ex testa. mili. consequens est, ut periculo cessante, cesset etiam priuilegium sub huius prætextu periculi illis concessum. l. 1. & ibi Bald. no. C. de nau. fœno. Dec. in c. cum cessante. in prin. de appel. Ro. cons.4. nu.4. col.fi. ante uers. cæterum. Tiraquel. cessan. cau. par.1. num.198. prout

6 etiam metus causa cessante cessat dispositio, quæ ratione metus procedit ut not. doc. ubi supra, & Tiraquel. d. part.1. num.176. quare cum hi à loco hostili secesserint, & euaserint pericula, quæ fuerunt causa huius concessio-

7 nis priuilegij, merito rumpi debet testamentum sub obtentu huius priuilegij minus solenniter conditum eo, quia cessante causa priuilegij cessare quoque debet priuilegium istud. l. Titia Seio. §. usuras. ubi in proposito ita summat Bar. quod finita causa priuilegij finitur priuilegium. ff. de leg. 2. l. non tantum. §. eos qui. ff. de excu. tut. l. his oneribus. §. auctis. ff. de uaca. mune. Bal. in l. 1. ante nu.4. ff. de offi. ejus, & est opt. tex. in proposito in l. filius à patre. §. 1. ibi cum militare desijsset; & quæ sequuntur. & ibi doc. præsertim Alex. nu.2. & seq. & late Ias. num.3. & seqq. ff. de lib. & posth. & late quoque Ripa. per illum tex. in l. ex facto, nu.11. cum decem seqq. ff. de uulg. & pup. & bo. tex. in c. generaliter. in uers. cos autem clericos. ubi glo. allegat concord. 16. q. 1. sumptum ex l. generaliter. C. de epi. & cle. c. fin. uersus fi. cū glo. in uer. cessauerint. 25. q. 2. c. magnæ in fi. cum glo. etiam fi. de uoto. c. Abbate. ad fi. ubi etiam gl. allegat concordan. & ibid. doc. de uerb. sig. not. Bal. in l. 1. §. & ideo uidetur. ff. de offi. eius. Abb. in c. cum accessissent. sub num.6. de constitu. & faciunt trad. per Bar. & cæteros in l. qui sub prætextu. C. de sac. eccl. cum sim. late per nos congestis supra cap. proximo, nu.28. & ibid. quoque num.24. & in proposito quod de causa fauoris cessante adnotauimus supra cap.16. num.63. & præcise, ac latissime post alios Tiraq. doc. fac. indissimus. d. par. 1. cessan. cau. nu.203. usque 214.

8 Accedit quod cum ratio ista periculi sit expressa in d.l.1. ff. de bo. poss. ex testam. mili. dicitur finalis iux. glo. quam ad hoc not. Bald. in l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & demon. & latius sup. c. prox. num.11. qua cessante,

9 sine dubio cessat ipsius legis dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. l. quod dictum. ubi Bar. & Ang. ita summ. nt. ff. de pac. cum aliis in hoc cumulatis per Euerar. in locis lega. cent. 85. & per totū. & per nos sup. cap.2. nu.34. & ultra omnes latissime Tiraq. d. par. 1. nu.125. usque 174. nā isto casu, ubi ratio est finalis procedit

10 illa uulgata conclusio, cessante causa cessat effectus iux. d. c. cum cessante. & ibi doc. de appel. & declarat Euerar. proxime allegatus, & Tiraq. d. trac. cessan. cau. limi. 1. & per nos sup. d. c. 2. num.34. & infra par. 3. cap.3. nu. 77. ostensum & declaratum fuit.

11 Confirmatur conclusio, quia cum uoluntas testatoris sit ambulatoria usq; ad mortē, & ad eius uitæ supremum exitum. l. cum hic status. ad fi. prin. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. 4. ff. de adim. leg. l. si quis in princ. ff. de leg.

leg.3. gl. in c. ultima uoluntas.13.q.2. Aym. in consi. 143. nu.1. cum sim. ut per Manticam de coniec. ult. uolun. lib.1. tit.4. nu.7. & idcirco non possit
12 dici perfectum testamentum perfectione irreuocabilitatis nisi post mortem. arg.l. omnium ad med. ibi ita demum firmum fit. C.de testa. & est tex. expressus in c. cum Marthæ. de celebra. missa. declarat Bald. & post eum Pau.de Cast. in l.1. parum post nu.5. ibi est quarta perfectio.ff. de testa. & post alios Mantica de coniec. ult. uolunt. lib.3. tit.20. nu.2. unde ait Apostolus, Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin nondum ualet dũ uiuit quia testatus est. ad hebræos
13 9.relat. in d.c.cum Marthæ. propterea inspecto tempore mortis, in quod testamentum confertur, & robur sumit.l. tutoribus. in fi.ff.de testa. & d.c. cum Marthæ. de celebr. missa. ubi gl. allegat concordan. testamentum uidetur factum extra locum hostilitatis, & post pericula euasa, & eo tempore quo is elibi, quàm in loco hostili decedit, ut bene considerat in proposito, & determinat Ang. quem referunt & sequuntur Fel. in c. fi.col.3. uers. & quia uoluntas. de constitu. & Ias. in l.iubemus.col.2.uers. limita.ibi item quia.C. de testam. nam & ut hoc
14 addam, ad ualiditatem dispositionis non inspicitur tempus quo fit dispositio, sed in quod dispositio confertur.l. si certarum. in fi.iuncta glo. in uer. confirmati sunt.ff. de mili. testa. quam ad hoc not. Anch. in c. præsenti. num.1. ad fi. de offic. lega. lib.6. & Fel. in c. cum dilectus. etiam nu.1. de accusa.l.eum qui. & ibi glo. & doct.ff. de iurisd. om.iud. l.titio cũ morietur. ff.de usufruc.l. cum hic status.§.si spõsus sponsæ. & l. si eum seruum. in fi. cum seq.ff. de dona. inter ui. & uxo.l. pen. cum glo. ff. de pac. dota. & l.libertas. cum concordan. ibi per glo. allegatis.ff. de manumiss. testa. Bald.in consi.337. col.1. uol.1. & paria sunt
15 aliquid fieri tempore prohibito, uel tempore licito, & conferri in tempus prohibitum, & econtra, ut ultra supra adducta est tex. in l.quod sponsæ. ubi hoc bene declarant Bar. & Bald. C. de dona. ante nup. & l. in tempus. ubi Bal. Imol. & alij.ff. de hæred.insti.l. si res. ubi not.Bal.ff. de iu. dot.l. stichus seruus.ff.de manumiss. testa.c.de uxore. ubi glo. Host. & præter alios Abb. nu.2. & nu.4. de sepul.not. Bart.in l.si sponsus.§. si uxor.ff. de dona. inter ui. & uxo. & in l.si constante. §. quoties. nu.3. & nu.7.ubi hoc doc. declarant. ff.sol. mat. & in l.cum filiusfam.§.fina. ff.de uerb. obl.late Feli. in d. cum dilectus.colum.1. de accusa. & Tiraq. de constit. part.3.limit. nu.3.cum seqq. & in quæstione de citatione facta die feriata pro non feriata tradd. Cyn. & Bald. in l.dies festos. C.de fer. & Bart. plene in l.1.§. nunciatio.nu.30.& cæteri post eum.ff. de no. ope. nuncia. & cano. præsertim Abb.in c.fi. sub num. 20. de fer. & de filio spurio instituto cum legitimabitur late Alex. & Soci. in l. gallus. §. instituens. col.1.ff. de liber. & posth. & de Papa, quod non possit sibi eligere successorem, quia dispositio confertur in tempus inhabile quo non est futurus Papa, iux. gl. in c. apostolica.8.q.1. & communem late Abb.in c.accepimus. de pac. Ancha. & Card. & alij in clemen.ne romani. de elec. & Tiraquel. proxime allegatus. num.4. quibus accedant not. supra.cap.2.nu.8.

Rursus, quia prout proxime dixi testamentum non dicitur perfectum, & consumatum, nisi post mortem, & is qui extra locum hostilitatis, & euasis belli periculis alibi decedit, nõ posset tunc absque iuris solennitate testari,

16 ri, propterea testamentum eius in dicto loco hostili uigore priuilegij minus solenniter conditum irritari debet, quia actus legitime factus adhuc non perfectus, nec consumatus uitiatur si ad illum casum perueniat à quo non poterat inchoari. l. si in metallum. ff. de his, quæ pro non script. haben. l. pro parte. ff. de seruitu. l. existimo. in fi. princ. & l. si sub una §. 1. & l. plurib. §. & si placeat. & ibi Bart. ff. de uerbor. obliga. & isto casu procedit dicta regu
17 la ibi trad. ut declarat Dyn. in regula factum legitime. ubi allegat concordan. de regu. iur. lib. 6. Dec. in l. in ambiguis. §. non est nouum. nume. 2. ff. eo. prout etiam, quia in casu isto deficit ratio finalis dispositionis. ut supra. nume. 8. num. seqq. nam, & in hoc quoq; casu procedit prædicta regula, ut in l. Vranius. uersi. sed cum duo. & ibi Bar. col. 1. ff. de fideiuss. Dec. d. §. non est nouum. nu. 3.

Et consequenter testamentum isto casu irritari debet, nam cum ex causa necessitatis fuerit in hoc testamento relaxata, & remissa solennitas iuris cō-
18 munis, idcirco post recessum à loco hostili, & euasa pericula, & sic cessante necessitate cessare debet id quod propter necessitatem contra iuris communis regulas statutum fuit. cap. quod pro necessitate. 1. q. 1. c. quod pro remedio, cum aliis ibi per glo. allegatis. 1. q. 7. & cap. 2. de custo. Eucha. cap. ordinationes. in fi. 9. q. 1. cap. in argumentum. iuncta glo. de regu. iu. lib. 6. Ancha. in cap. 1. notabili 7. de statu monacho. lib. 6. & multum clare in proposito Bar. in l. 1. §. nunciatio. nume. 28. ff. de no. ope. ubi dicit, quod quando fit quid propter necessitatem propter quam aliquid contra regulas iuris cōmunis statuitur, eatenus durat quatenus necessitas imminet, & non ultra, ut ibi per eum, & in l. 1. §. fin. per illum tex. ubi etiam Paul. de Castr. nume. 2. ff. de fer. glo. no. & Bar. in l. solet. ff. de tute. & multum in proposito Ripa de priui. ult. uolunta. cau. pes. nu 33. cum aliis cumulatis per Tiraq. cessan. cau. d. par. 1. nu. 179. & seqq.

19 Cōprobantur præmissa, quia cum testator recessit à loco hostili, & habuerit facultatem reficiendi testamentum cum debitis solennitatibus, imputandum est sibi si id non fecit, iux. l. 3. quæ ad hoc semper allegari solet, & ibi late Ias. post alios num. 2. & seqq. C. de inof. testam. l. tractabatur. & ibi not. Bar. quod non subuenitur testatori qui habuit tempus ad mutandum testamētum, & sibi prouidendum si non prouidit. ff. de mili. testa. idem Bar. in l. 1. ante nume. 33. ff. de uulg. & pup. quem plures sequuntur, ut ibi late refert Sozi. sub nume. 36. & in simili hoc eod. argumen. utitur Iaco. de Belui. in sua disputa. incip. quæritur quare pater; quem refert Alexan. in authen. ex causa colu. 7. in uers. tamen in hoc contrarium tenet Iaco. de Bel. C. de lib. præ. refert, & sequitur idem Alexan. consi. 142. num. 6. uol. 2. & in pulchra quæstione hoc argumen. utitur etiam Ange. in auth. ut fac. no. consti. §. 1. per illum tex. à contrario sensu, uidelicet quod mulier, quæ facit testamentum iux.
20 formam iuris communis, deinde facto testamento superueniat statutum disponens, quod non ualeat testamentum mulieris absque præsentia duorum consanguineorum, decidit Ang. quod si mulier ista post conditum testamentum superuixit tanto tempore, quod potuit reficere testamentum cū præsentia consanguineorum, & non fecit, imputandum sibi est, & idcirco testamentum prius factum, licet rite, & legitime iux. for. iur. communis rumpetur; quod in proposito nostro refert, & sequitur Ias. in l. iubemus. col. 7.

ni

in uersi.limita. C. de testam. & in l.lex Cornelia.nume. 12.ubi tamen subobscure, nec se firmat.ff. de uulg. & pup. & Felin.in cap. fi.col.3.in uersi. sed ad intellectum. & Dec.nume.18. de constitu. & in proposito quoque refert Ripa de priuileg. ult. uolunt. caus. pes. nume.31. & licet inferius ibi Ripa sub nu.37.in uersi. ad decisionem. & seqq. late reprobet istam decisio. Ang. prout etiam nos infra falsam esse latius ostendemus, tamen in terminis nostris præcisis arg. recte procedit propter diuersitatis rationem, ut ex infra dicendis latius apparebit.

21 Postremo firmatur conclusio nostra, quia ex quo, ut proxime dictum fuit, testator habuit tempus mutandi, & reficiendi testamentum cum solennitatibus de iure communi requisitis, & facere noluit, uidetur cum eodem testamento minus solenni uelle decedere, & cum eadem uoluntate sic ut est condita permanere iux. tex. in d.l.3.C.de inoff. testa.& gl.in l.athletæ. §. dat remissionem. uersi. nisi postquàm.ff.de excu.tuto. & in simili Bald. in l.1. sub nume. 13. C. de inof.dona. & in pulchra quæstione Pau. de Cast. consi.218.col.1. in uersic. confirmantur autem prædicta par. 1. quem refert Tiraquel. in l. si unquam. uer.susceperit liberos. nume.218.cum latissime congestis supra nume. 163. C. de reuocan.dona. & in alia ardua quæstione Paul.de Cast.in l.sicut certi. num.5. in fi.C.de testa. mili. & in l. 1. sub nume.3.C.de post. hær.inst. & pluries cõsuluit in consi.200. ad fi. par.1. & consi.15.col.pen. in princ.par.2. & iterum in consi.271.colum.fin.in uersi.præterea.& consi.322.in fi.ea. par. 2. Roma. in consi.122.col. fin.in uersi. primo. & not.Ang. consi.99. nu.6. & consi.364. nume.5.Alexan.in consi.123.col.fin.in uersi. & hanc opin. uol. 1. & consi.30. nume.2.& consi.31. nume.6.uolum.3. Ias.in d.auth. ex causa, nume.25.C. de lib. præ. Paris.in consi. 64. sub num.9. uolu. 2. & late comprobat Dec. consi. 490.nume.7.& seq. Cur. iun.in consi. 150. sub nume. 12. Aym.consi.67.nume.2.Parisi. consi. 60. & 61. uolum. 2. Mantica plures cumulans de coniectu. ult.uolunta.lib.12. titu.1. nume. 12. & nume.14. cum aliis latissime in proposito cumulatis per Tiraquel. in l. si unquam.uer.susceperit liberos.num.212. 213.& seq. & iterum nu. 218.& seq. C. de reuocan. dona. & Gabr. commu. opi. lib.6. titu. de clau. conclus.8. nume.15.& licet conclusio de qua per Doct.in locis prædictis sit admodum dubia, & controuersa, ut latissime per Aret.consi.ult. per totum, & patet ex latissime adductis pro contraria opin. per Gabr.proxime allegatum num.16. & per Tiraquel.etiam proxime allegatum nume. 22. & ultra omnes Franc. Manticam proxime quoque allegatum d.nume.14.ad fi.in uersi. sed quoniam. & nume.15. & 16. cum pluribus seqq. ubi attestatur hunc articulum esse difficilem, & de apicibus iuris, & in eo Docto. nostros sibi adinuicem dissentire, & contrariari (quem articulum non est meum hic diffinire) tamen ratio qua Docto. supra allegati mouentur nempe, quod testator censeatur uelle cum eadem priori uoluntate decedere, ex quo illam non mutauit cum potuerit, optime concludit in proposito huius nostræ limitatio. nam & alias

22 uoluntas semper eadem durare præsumitur, nisi constet de contrario.l.3. & l.eum qui uoluntatem. ff.de probat. l. Lucius. in fi. ff. de lega. 2. l.in ipsius. ubi hac not. Bal.C. fam. her. cap. maiores.§.fin. ubi glo. allegat concordan. de baptis. & est tex. opti. in proposito in l.sancimus. in princ. ubi not.Ias.nume.6.C. de testa.cum aliis, ut per Alcia.

ciã.de præsumptio.regula 2. præsumptio.16.Cepha.consi.272.num.92.& 93.cum seqq.Zun.in respon.pro uxo. num.530.& latius Francis.Mantica d. lib.12.tit.1.num.2. cum multis seqq. ubi ex hoc plurima deducit.

23 Quibus ultra allegata optime suffragatur in proposito tex. in l.si filiusfam.miles.ff.de mili.testamen.ubi habetur, quod si miles fecit testamentũ more militari, deide nascatur ei posthumus quem ignoranter pręterierat, rumpitur eius testamentum iux. l. si cum uel iterato. ubi omnes. C. eo. uerum, inquit tex. si post natũ posthumum miles superuiuat, & uoluerit testamentum prius factum ualere, ualebit tanquàm de nouo si adhuc eo tẽpore militet, quod bis in eo tex. repetitur, & subiungit, sed si pagano eo facto, & sic postquàm militare desiit nascatur posthumus, rumpetur testamẽtum, nec poterit postea conualescere ex simplici eius uoluntate superue-

24 nienti. pondera 1. tex. clarum in terminis fortioribus, quod testamẽtum militis ruptum agnatione sui posthumi milite adhuc superuiuente nõ conualescit, nisi ex aliquibus uerbis, uel indiciis constet de eius uoluntate, qđ uoluerit testamentum prius factũ ualere, tunc enim ualebit quasi denuo factum, & in id concordat etiam tex. in l.Titius. ibi, nisi posteaquàm. in eo. titu.ff.de milit.testa. ergo si non constet de hac noua eius uoluntate, testamentum non conualescit, & sic in dubio censetur miles uelle decedere cũ eodem testamento semel rupto, & inutili, prout etiam late in proposito concludit Ang. qui tamen de eo tex. non facit mentionem in d.consi.364. nume. 5. pondera secundo in termi-

25 nis ferè nostris, quod si miles post ruptum testamentum per agnationem sui posthumi efficiatur paganus, testamentum non poterit conualescere, ex noua eius uoluntate, sed opus est denuo, ut cum iuris solennitatibus testamentum reficiat, cuius.l.dispositio uidetur decidere casum nostrum.

Et ex eo tex. ut supra adducto tollitur motiuum, quod in contrarium fieri poterat, nempe quod si, prout proxime dicebamus, testator, qui in loco hostili more militari condiderat testamentum, & post recessum à loco hostili illud nõ immutet, cẽsetur uelle decedere cum eadem uoluntate, per consequens uidetur uelle eius testamentum minus solenniter conditum adhuc ualere, prout illud ualere uoluit quando in loco hostili testatus fuit. hæc enim obiectio tollitur ex tex.d.l.si filiusfam.miles. ubi habetur quod testamentum militis ruptum agnatione sui posthumi non conualescit si miles postea decedat nulla de nouo superueniente uoluntate, & sic miles de nouo nihil statuendo, sed cũ eadem priori uoluntate decedendo, non uidetur uelle illam conualidare, sed cum eadem semel rupta, & sic ut rupta est, uelle decedere; & ratio est, quia cum quis scit, siue scire præsumitur actum nullum, uel irritum esse,

26 & negligit cum potest illum conualidare, censetur actum nugatorium facere iux.l.non solum.in fi. ff. de actio. & obligatio. l. an inutilis. ff. de acceptila. Dec.in l.2.colum.fin. in prin.C. de bo. pos. secundum tabu. cum aliis adductis supra cap.5.nu.7.

Præterea ex eodem tex. apparet, quod si postquam testamentum illud iure militari factum ruptum est per natiuitatem posthumi, miles efficiatur paganus, testamentum semel ruptum conualescere non potest ex simplici superuenienti uoluntate, nisi ut diximus denuo illud reficiat adhibitis solennitatibus de iure communi

requisitis, & consequenter applican. ad casum nostrum, cum is, qui in loco hostili iure militari minus solenniter testatus est, & post recessum à loco hostili testamentum illud iam ruptum non immutat, nec reficit cũ debitis solennitatibus, quamuis censeatur in eadem uoluntate perseuerare, tamen ex quo scit, uel scire debet illam post recessum à loco hostili ruptam esse, uidetur cum ea sic rupta, & inutili uelle decedere, quia & si maxime uellet illam adhuc ualere, hoc tamen non sufficeret, nisi illam reficeret cum debitis solennitatibus, quam rationem in simili quoque adducit Bart. in consil. 210. sub nume. 4. & consil. 225. sub nume. 2. uolumi. primo. Aret. consi. 165. quod est ultimum in ordine, num. 5. quicquid dicat Angel. in consil. 108. sub nume. 3. ubi dicit, quod non est necesse adhibere solennitates, sed sa-
27 tis esset si de noua uoluntate ex aliquibus indicijs constaret, quia hoc non est nouum conficere testamentum, sed iam legitime factum, & postea ruptum confirmare, quod est facilius iux. text. not. & menti tenen. in l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bo. poss. secundum tabu. & Angel. refert Tiraquel. in d. uer. susceperit liberos. sub d. nume. 220. nam in contrarium est tex. clarus in d. l. si filius famil. miles supra per nos alle-
28 gatus, & inductus. nume. 22. 23. & 24. nam tex. in d. §. testamento. in quo se fundat Angel. loquitur inspecta æquitate prætoria, & quo ad effectum excipiendum tantum, non quo ad effectum agendi, ut ibi uidetur uelle tex. in fin. ibi non enim de iure testamenti maxime quæritur, sed de uiribus exceptionis. & ibi glo. d. uer. sed de uiribus exceptionis. ita illum text. intelligit, & declarat, & sequitur Bart. ibidem. uel si uolumus, quod hoc prosit etiam quo ad effectum agen. ut uoluit Nicol. de Matta. relatus per Bald. ubi & ipsum sequitur, & late comprobat in l. sancimus. & ibi etiam Alexan. sub nume. 7. in uersi. in ea. ibi. 5. exceptionis. C. de testa. illud solum procedit de æquitate prætoria, non autem de iure ciuili, secundum quod testamentum semel ruptum non potest ex sola simplici uoluntate reconualescere, ut ibi declarant Bald. & Alexan. proxime allegati, Salyc. & Pau. de Castr. ibidem sub nume. 5. in uersicu. glos. autem. & Bart. in d. §. testamento. text. autem per nos allega. in d. l. si filius famil. miles procedit inspecta dispositione iuris ciuilis, secundum quod ut diximus testamentum semel ruptum non reconualescit ex simplici superueniente uoluntate, nisi in milite, ut ibi est text. ubi hoc aperte deciditur.

Ex quibus finaliter concluditur, quod testamentum iure militari conditum in loco hostili à non milite in terminis præsentis limitationis irritatur, si is postea, qui illud condidit à loco hostili recesserit, & alibi decedat, tum quia non adhiben. cum potuit debitas solennitates uidetur uelle in eadem irrita, & inutili dispositione decedere; tum quia & si maxime uellet illam ualere, non posset hoc facere, nisi adhiben. debitas solennitates; itaque testamentum in hoc casu remanet nullum, tam ex defectu uoluntatis, quàm potestatis.

29 Et ex prædictis aperte confunditur decis. Bald. in l. si quis hæredem ante nume. 3. C. de institu. & substitu. ubi concludit, quod testamentum rustici conditum iuxta formam l. fin. C. de testam. non irritatur, licet postea efficia-

efficiatur ciuis, quem sequitur Paul. de Castr. Ias. & Ripa; quos supra retulimus cap. proximo. sub nume. 64. in uersicu. ad simile. nam cum priuilegium istud concessum sit rusticis ruri tantum testantibus, tam ratione iuris ignorantiæ, quàm etiam ratione inopiæ testium, ut late supra cap. 11. nume. 9. 10. & seqq. & latius etiam uidebimus infra cap. proximo, limita. 6. ubi est locus eius proprius. idcirco postquàm rusticus
30 recessit à rure, & efficitur ciuis, debet tale testamentum irritari eo, quia cessat ratio ignorantiæ, & inopiæ testium, cum in ciuitate adsit, & adesse præsumatur copia peritorum, quo quis consulere potest, & multitudo testium, quos testator adhibere potest, ut bene probatur in d. l. fin. C. de testamen. & consequenter cum cesset ratio priuilegij, debet cessare priuilegium, & irritari testamentum in uim eius priuilegij conditum, quia est imputan. rustico si postquàm est effectus ciuis, & potuit consulere peritiores, & adhibere sufficientem numerũ testium, id facere neglexit, per ea, quæ in terminis huius nostræ limita. late supra deducta fuerunt, & prout etiam dicendum est de testamento condito tempore pestis, si cessante peste testator superuixerit, & habuerit facultatem ad mu-
31 tan. & reficien. testamentum cum debitis solennitatibus, & facere neglexerit, aduersus Ripam, qui cõtrariam opinio. tanquam ueriorem tuetur, in tracta. de priuileg. ultima. uolunta. cau. pes. in 4. quæstio. à nume. 28. usque 42. post Corn. per eum relatum sub nume. 35. & Boer. qui eorum opinio. sequitur decisio. 228. numero 12.

Non obst. ea, quæ pro contraria opinio. Bald. Rip. & sequacium adduci possunt, & primo quo ad formã, & solennitatem inspicitur tempus
32 conditi testamenti, quicquid postea contingat. l. ad testium. §. fin. ff. de testa. l. 1. C. eo. Ias. in l. fin. colum. 1. in uersico. tertio. eodem titu. Ripa proxime allegatus, num. 34. prout etiam quo ad cognoscendam, & interpretandam testatoris uoluntatem, ut latissime habetur per Manticam de coniectu. ultima. uolunta. libro tertio titu. 11. per totum; nam & hoc regu-
33 lare est, quod id quod semel legitime factum est, non irritatur ex casu superuenienti. cap. factum legitime. ubi Dyn. plura iura adducit in exemplum de regulis iu. libro 6. l. in ambiguis. la prima. §. non est nouum. ff. eo. & in præcisis terminis opti. text. in auth. ut fac. no. constitu. §. prouinciarum. ibi, quamobrem ab initio factum recte. ad idem. l. sancimus. la prima, ad med. C. de administ. tuto. quia si intimius consideretur argumẽ. non est ad propositum, quoniam aliud est quod actus solenniter celebratus de iure communi saluus permaneat, nec irritetur, licet aliquid ex solennibus postea deficiat, & procedunt allegata, & iste non est casus de quo ad præsens quæritur, aliud uero quod actus minus solenniter conditus atq; inualidus de iure communi, licet ualidus de iure speciali, ex particulari priuilegio irritetur, & deficiat deficiente causa priuilegij, prout in his terminis procedit conclusio ꝑ nos firmata per latius adducta supra num. 5. cum seqq. argumentum ergo tunc demum procedit ubicunque semel interuenit solennitas de iure requisita in actus celebratione, quia illa postea deficiente, actus legitime celebratus non irritatur, at in terminis testamenti, de quo ad præsens agitur, nõ dicimus quod testamentum irritetur, eo,

quia postea deficiat solennitas semel in eo adhibita, cum nulla solennitas in eo adhibeatur, sed quia cessat causa propter quam solennitas de iure in testamento regulariter requisita in hoc
34 casu particulari remissa fuit, & ideo cessante causa irritatur testamentum, non quia cessat solennitas ad quod tēdit uis argumenti, sed quia cessat causa propter quam fuit remissa solennitas qua cessante cessare debet specialitas, & redeundum est ad ius cōe. l. ex facto. ff. de uul. & pup. c. cupientes. in uersi. insuper. de elec. lib. 6. no. Io. mona. Arch. Io. And. & post eos Anch. in c. uni. in 7. notab. de sta. regula. eo. lib. 6. Tiraq. cessan. cau. par. 1. nu. 234. faciunt supra adducta nu. 5. 6. & 7. & sic
35 ex separatis non bene infertur. l. fin. ff. de calumnia. l. Papinianus. i prin. ff. de mino. separatorum enim separata debet esse ratio. l. si maritus. in fi. ubi gl.
36 in uer. separata allegat concordan. C. de dona. inter ui. & uxo.

Praeterea ad arg. respondetur quod procedit ubicunq; actus est solēniter celebratus & ualidus de iure cōmuni, qui non irritatur ex casu superue-
37 niente, & procedit regula factum legitime. & §. non est nouum. supra allegata nu. 22. at nos loquimur in actu q̄ sustinetur solum de iure speciali, qui ex casu superuenienti facilius annullatur, quia debilius est, & facilius tolli
38 tur. quod ualet de iure speciali, quàm quod ualet de iure cōmuni, ut in terminis testamēti est tex. qui semper ad hoc allegatur in l. eius militis. §. militia missus, ubi Bar. Bal. & caeteri no. ff. de mili. testa. gl. in c. si super. uer. principalis. de offi. deleg. lib. 6. trad. gl. ex sententia Mar. in l. 1. ubi not. Bald. & Pau. de Cast. in fi. C. si aduers. uen. q̄d ibi late comprobat Azo. in summa eo. titu. ubi in id quod allegat opt. tex. in §. quia uero uerisimile. in uersi. oportet. in auth. de non alienan. & glo. ulti. in l. uni. uersic. item quarto. C. si de momen. poss. fue. appel. & glo. magna ad med. in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habean. Bal. in l. si pro ea. nu. 10. C. man. Alex. in l. 4. §. condemnatum nu me. 27. in fi. ff. de re iud. & in cons. 55. nu. 5. in fi. uolu. 5. quod, & uoluit Bar. in l. 1. num. 2. ff. de constitu. prin. cum alijs adductis per Tiraq. cessan. cau. limit. 11. nume. 4. & eund. Tiraq. de retract. lignia. §. 35. gl. 2. sub nu. 8. & gl. 4. sub nu. 42. Gabr. com. conclu. lib. 6. tit. de reg. iu. cōclu. 9. nu. 1. & seqq. & multū bene in proposito Aret. uiden. in consi. ult. parū sub nu. 6. cum ut ibi in simili proposito uoluit Aret. posset imputari culpa testatori si cessante causa propter quam fuerat remissa solennitas non reficiat testamentum minus solenniter conditum de iure speciali cum debitis solennitatibus iuxta supra no. nu. 18. cum seqq. quae culpa non potest imputari testatori, qui testamentum solenniter conditū de iure communi propter casum superuenientem postea non imputat, & idcirco argumentū de actu ualido, & testamento solenni de iure cōi non bene applicatur ad terminos testamēti, q̄d
39 solū ualet de iure speciali, quia diuersa ratio, ut dici solet reformat pactū. l. interpositas. C. de transact. cum sim.

Accedit quod etiam si in testamēto condito de iure communi solennitas sit attenden. tempore conditi testamenti ad effectum, ut ex casu superuenienti non debeat irritari, nihilominus testamentum minus solēniter conditum de iure speciali ex casu superuenienti, idcirco facilius irritari debet, & imputatur testatori si postea cum potuit solennitates non adhibuit, quia per hanc uiam reducitur ad ius commune, quo testamentum cum debitis solennitatibus fieri

fieri debet, alias non ualet, quæ redu-
40 ctio reputatur fauorabilis, & ideo sẽper admittenda, & amplianda, licet propter annullationem testamenti uideretur præiudicialis, imo etiam in correctorijs, quia res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si unus. §. pactus. in fin. ubi glo. Bart. & cæteri, & post alios late Ias. nume. 5. & 6. ff. de pac. gl. in cap. statutum uer. numerandum. de præben. libro 6. & in cap. ab exordio. qui tex. ad hoc allegari solet 35. distin. tradd. Anto. de But. & Abb. in cap. olim tibi. nume. 5. de uerbo. signi. Roma. in consi. 318. in uersi. cæterum. Alexan. in consi. 75. nume. 5. & 7. uolu. 5. & cons. 227. nume. 7. uol. 6. idemque Alexan. in l. si constante. nume. 5. & Ripa post alios nume. 61. ff. solu. matri. Ias. in l. 1. nume. 53. ff. de offic. eius. & in l. nemo potest. num. 40. & Ripa nume. 51. ff. de lega. 1. idem Ias. in l. Marcellus. nume. 47. ff. ad trebell. & in l. tertia nu. 10. ff. de re iud. in l. properandum. in princip. nume. 25. C. de iudic. itemque Ias. in auth. quas actiones. nume. 24. C. de sacr. eccles. & in l. omnium. nume. 10. & 11. C. de testamen. late quoque Ias. in consil. 137. nume. 13. uolu. 4. Aret. in consil. 97. circa princip. Dec. in auth. præterea. nume. 8. ad med. C. unde uir, & uxor. & in cap. ad nostram. nume. 6. in fin. Dec. in l. fin. nume. 3. C. unde legi. & in consi. 11. col. fin. sub nume. 19. in uersi. sexto conseruatur. & consi. 353. nume. 2. Paris. in consi. 35. nume. 37. uolumi. 2. consi. 105. nume. 6. uolu. 3. & alibi sæpe Cur. iun. in consil. 5. nume. 29. & consi. 153. nume. 2. cum sequen. & consi. 102. sub nume. 5. uersi. puto etiam. Goza. consi. 9. nume. 31. Aym. consi. 135. nume. 38. Ruy. consi. 195. nume. 10. uolum. 1. Felin. in cap. cum omnes. nume. 7. & 8. & in cap. cum accessissent. col. 2. in uersi. hanc declarationem. de constitu. & Sarnen. in cap. 1. nume. 71. & 72. post septimum notabile. eod. tit. lib. 6. Euetar. in locis lega. centu. 35. in 4. fallen. Couar. uaria. resolu. lib. 3. cap. 6. nume. 4. Mantica de coniect. ulti. uolunta. lib. 7. titu. 1. nume. 13. Tiraquel. in præfa. retract. lignia. nume. 58. cum aliis late congestis per eund. Tiraquel de iu. primoge. quæstio. 24. nume. 6. & 7. & Marc. Anto. Cucch. in tract. de legitima. in §. quoq; relicti titulo. pag. 55.
41 nume. 33. Et quamuis per hanc uiam redundet annullatio testamenti, quæ potest uideri odiosa, cum imitatio actus sit pœna. l. non dubium. ubi not. Bald. post Iacob. But. & Paul. de Cast. nume. 6. & Ias. post alios nume. 7. C. de leg. in l. turpia. nume. 1. cum ibi late adductis per Alexan & Ias. num. 2. ff. de lega. 1. Pau. de Cast. in l. fin. nu. 5. C. de posthu. hær. inst. Mantica de coniectu. ulti. uolun. lib. 2. titu. 15. num. 4. & per cano. in c. 2. ubi late post alios Dec. nume. 5. & sequen. de constitu. cum aliis late adductis supra cap. 10. num. 60. nihilominus non est pœna-
42 lis, nec dispositio odiosa, quæ annullat testamentum ob non seruatas debitas solennitates, & isto casu annullatio actus non est pœna, ut bene declarat Alexan. in d. l. turpia. sub nume. 2. quia ut dicit Alexan. sequeretur, quod omnes leges, quæ irritant testamenta contractus, & alias dispositiones ob nõ seruatas solennitates dicerentur pœnales, & odiosæ, quod est absurdum, ut in proposito dicit Ioan. And. quem refert, & sequitur ibi Alexan. & Ancha. ibi in cap. fin. colum. fi. in uersi. quarto quæro. de elec. libro 6. prout in proposito late supra declarauimus cap. 10. nume. 60. ubi latius uidendum est; & consequenter ista reductio in terminis, in quibus lo-
43 quimur, est fauorabilis & amplianda,

 è con-

è conuerso omnis recessus à iure cõmuni dicitur odiosus l. quod uero cõtra. ff. de leg. cap. cum dilectus. cum ibi not. per glos. & Docto. de consuetu. cap. 1. in fin. de fil. presby. lib. 6. Abb. in cap. cum dilecti. nume. 5. de dona. & in consi. 1. col. 2. uolumi. 1. & consil. 51. nume. 5. uolumi. 2. Roma. consi. 448. col. 1. uersi. statutum enim illud. Aym. consi. 170. nume. 3. quod & sæpe dixit Corn. relatus per Tiraq. in præfa. retract. lignia. nume. 62. & Mantica de coniectu. ult. uolun. lib. 7. titu. 1. nume. 8.

Prout nec prædictæ principali nostræ conclusioni obst. quod ad effectum, ut possit confici testamentum, ex priuilegio l. 1. ff. de bo. possess. ex testa. mili. requiritur, quod quis sit in loco hostili, & in conflictu belli tempore conditi testamenti iux. terminos præsentis nostræ limitationis, & cum illa qualitas loci hostilis, & conflictus requiratur certo determinato tempore, quo celebratur testamentum, non debet esse in consideratione, quod postea cesset, nec per hoc cessare debet testamentum iure condi-
44 tum, cum qualitas semel adfuerit tẽpore requisito. l. sciendum. §. fin. & ibi Ias. nume. 13. ff. qui satisd. cogan. Bald. in l. generaliter. sub nume. 5. C. de episco. & cler. Dec. in cap. cum cessante. nume. 4. de apellat. & in auth. præterea. ad fin. C. unde uir, & uxor. & in consi. 24. nume. 2. & sequen. Ripa in l. ex facto. num. 17. ff. de uulg. & pupil. cum aliis adductis latissime per Tiraquel. cessan. cau. limita. 4. per totam ex quibus infertur per Docto. prædictos ad illam utilem, & disputabi-
45 lem quæstionem, an immunitas concessa ob numerum duodecim liberorum cessare debeat si aliquis ex liberis deficiat, in qua communis resolutio est, quod non cesset, inter alia, quia sufficit illam qualitatem duodecim liberorum adfuisse tempore concessæ immunitatis, ut concludit Ioan. And. in regula decet. de regu. iu. lib. 6. in mercu. quem late refert, & sequitur Alber. in eod. cap. quem legit sub eod. tit. ff. de regu. iu. idemque Alber. in l. 2. §. 1. ff. de excu. tuto. Mart. Lauden. in tracta. de fisco, conclusio. 198. Fulgo. consil. 52. col. 2. late Ioan. de Ana. in ultimo consil. per totum, & Dec. in consi. 24. colum. 1. in fin. uersi. quinto. in l. fin. in fin. prin. ff. si cert. peta. in auth. præterea. etiam in fin. C. un de uir & uxor. & in l. in omnibus causis. nume. 17. ibique Cagno. in fin. ff. de regu. iu. idemque Dec. in cap. cum cessante. nume. 4. de appella. latissime Ias. in d. l. sciendum. §. fin. num. 3. cum pluribus seqq. ubi etiam late Sozin. nume. 5. 6. asserens, quod ab hac opi. uti magis communi, non est in iudicando, & consulendo recedendum. & Ripa in d. l. ex facto. nume. 13. & seqq. cum aliis latissime usque ad satietatem congestis per Tiraquel. d. limita. 4. num. 10. & multis seqq.

46 Quia pro responsione est animaduertendum, quod qualitas loci hostilis ad effectum, & in terminis de quibus loquimur, requiritur non solum quo ad producendam rẽ in esse, & ut nostri dicunt per modum causæ fiendi, seu causæ principiantis, sed etiam quo ad conseruand. rem in esse productam, & sic per modũ causæ (ut itid. nostri dicunt) essendi, seu causæ permanentis, prout in proposito diximus de qualitate militari, quæ ad hũc effectum requiritur per modum causæ permanentis, ut supra cap. proximo. num. 58. ad cuius exemplum concessum est idem priuilegium testantibus in loco hostili, de quo in præsenti nostra limita. iux. d. l. 1. ff. de bo. possess. ex testa. mili. ut supra uisum est nume. 1.

num. 1. & nulla ratio reddi potest cur
47 magis quo ad milites qualitas militaris ad effectum, de quo agitur, requiratur per modum causæ permanentis, quàm locus hostilis, & conflictus belli quo ad alios non milites, iux. l. à Titio. in fi. prin. ibi ratio reddi non potest. ff. de uerborum obliga. cum sim. supra allegatis cap. 11. nume. 3. & idcirco, prout in milite non sufficit qualitatem militarem solum adesse tempore conditi testamenti, quia si postea desinat esse miles irritatur testamẽtum iure militari factum, ut supra d. cap. proximo. nume. 57. eod. modo dicendum est in terminis præsentis limita. quod per recessum à loco hostili, & conflictu belli testamentum inibi iure speciali conditum irritari debeat, ex quo (ut diximus) ista qualitas requiritur per modum causæ per-
48 manentis, & essendi, & ad conseruandam rem i esse, quod in idem recidit, quo casu non sufficit qualitatem adfuisse tempore actus celebrati, licet secus ubi qualitas requiritur per modum causæ fiendi, & principiantis, & ad producend. tantum quo casu sufficit qualitatem adesse tempore actus celebrati iux. supra in contrariũ allegata nume. 43. & sequen. ut distinguen. declarat Bald. in l. si quis hæredem. nume. 2. C. de instit. & substit. & idem in repet. l. iusiurandum. in 7. col. in uniuers. uiso unde nascatur. & colum. 27. ad fin. in uersi. de tertia igitur pricipali quæstione. ibi, si cõsideretur tertio modo. ff. de iureiuran. Ripa in l. ex facto. num. 17. ff. de uulg. & pupil. & latius Tiraquel. qui ad id Theologos citat d. tracta. cessan. cau. limit. 35. nume. 1. & sequen. Ripa de priui. ulti. uolunta. nume. 36. & 37.
49 Præterea non obst. quod testamentum est quid indiuidum, quod in instanti perficitur. l. furiosum. ubi glos. Cyn. Bart. & post alios Ias. nume. 11. C. qui testa. face. poss. Bald. & Paul. de Cast. in l. si is qui. nume. 6. ff. de testamen. cum aliis supra adductis. cap. 16. nume. 261. & nume 262. & idcirco postquam testamentum semel iure militari recte cõditum, & absolutum fuit, non debet postea irritari, licet cesset causa priuilegij, quia ea cessan-
50 te non cessat effectus in esse productus, & ut dicitur consumatus. Bald. in l. 1. ante nume. 4. ff. de offic. eius. Ias. in l. filius à patre. §. filiusfam. num. 5. ff. de libe. & posthu. Tiraquel. cessan. cau. limita. 12. nume. 3. nam & generale hoc est, quod cessante causa non cessat effectus iam consummatus. l. fi. ff. unde lib. per quem ita ubique firmat Bar. in l. 2. §. fin. nume. 3. ff. de dona. in l. Titia. la seconda. §. Imperator. ante nume. 15. ff. de lega. 2. Cyn. & post eum Bald. in d. l. generaliter. sub num. 6. C. de episco. & cler. idem Bal. in l. ubi. nume. 26. C. de iu. dot. & in l. 1. ante nume. 2. ff. solu mat. Alexan. in l si constante. sub nume. 39. uersi. secundo non obst. & Ias. sub nume. 223. uersi. pro ista parte. eod. tit. ff. sol. mat. Dec. in cap. cum cessante. nume. 3. de appella. idem Dec. in l. 1. nume. 79. ff. de offi. eius. & in cap. quæ in ecclesiarum. nume. 23. in fin. de constitu. & in consi. 24. col. 1. uersi. tertio suadetur. & consi. 31. colum. fi. uersi. tertio non obst. cum infinitis propemodum adductis more suo per Tiraquel. d. limit. 12. nume. 1. & multis seqq. & in terminis Ripa de priuileg. ulti. uolunta. nume. 40. & sequen. sed in casu isto habet locum regula factum legitime. de reg. iu. l. 6. cum concordan. ut latius per Tiraq. d. limit. 12. nu. 15. & seq.
51 Et confirmo per ea, quæ multum in proposito uolunt Doct. contra Ang. in auth. ut fac. no. constit. §. 1. uidelicet, quod si post conditum testamentum

superveniat statutum adiiciés aliquã certam solennitatem, puta quod mulieris testamentum non ualeat absq; præsentia duorum cõsanguineorum, tamen testamentum mulieris ante statutum conditum non debeat irritari, etiam si mulier post statutum diutius superuixerit, ut uoluerũt Pau.de Cas. in l.iubemus. nu. 5.& seq. C. de testa. Corn.consi. 53. præsertim col.pen.ad fi.& seq.num. 11.ad med.ibi,& ex his deducitur.& nu. 12.&13.uol.4.& post eum late etiam Ripa de priui. ult.uolun.sub nu.37.in uersi.ad decisionem Ang.cum seqq.& bene Aret.in consi. 165.sub nu. 5.ad med. ibi quid plura. per tex.clarum in d.l. iubemus.ad fin. ibi quid enim antiquitas peccauit; & in d.auth.ut fac.no.consti.in §.prouinciarum.quorum opinio uerior est aduersus Ang. & eius sequaces supra relatos.nu.19.& probatur,ut dixi,concludenter, & clare in d.l.iubemus.ad
52 fi.ubi præcise decidit Imperator, qđ testaměta ante. l.illam cõdita ualeat, nec irritentur ex eo quod in illis non fuit seruata forma ibi tradita, & assignat rationem Imper. quia nihil peccauit antiquitas si formam illam non seruauit illius. l. inscia, nec distinguit ibi tex.an testator post.l.illam diutius
53 superuiuat, necne, ideoque nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publicia.cum concordan. ibi in gl. allegatis.& supra cap.10. nu.33. ideo satis est, quod testator fuerit inscius tempore conditi testamenti prout ibi uult tex.licet postea superueniat sciẽtia, ut bene cõprobat Ripa aduersus Ias.d.ti.de priui.ult.uolũ.sub d.nu.37.
54 38.& seq. non enim imputandum est testatori si postea non mutauit testamentum, quia hoc non est semper in facultate testatoris, ut est tex. qui ponit (ut dici solet) falcem ad radicem in d.auth.ut fac.no. consti.d.§.prouinciarum.declaran.ut per Aret.d. consi. 165.nu.5.qui bene comprobat,ut refert,& clare explicat,& sequitur Tiraquel.in l.si unquam. uer.susceperit liberos.sub nu.220. C.de reuocan. dona.nam ut dicunt Aret.& Tiraq. proxime allegati, ac etiam ponderat Ias. in l.lex Cornelia.sub nu.12.ff.de uulg. &pup.ratio in eo tex.assignata ibi(plerunque enim incidunt hominib.mors testandi eis potestatẽ auferentes) denotat idem esse etiã in casu quo mors non adimat eis testandi potestatem, & sic etiam in casu quo habeant facultatem mutandi testamentũ, quod denotatur ex illa dictione plerunq;, ut latissime probat Corn. d.cõsi.53. ubi supra col.fi.uol 4.nam, & ut dicit Ripa de priui.ult.uolunt. nu.39.ad fi.cũ
55 illud sit dispositum ratione frequentioris casus, quia plerunque hoc contigit, ergo locum habet etiam in casu quo hoc non contingat, hoc enim casu, ut ipse dicit, non potest sumi argũ à contrario sensu iux. l. meminerint.
56 ibi habito plerunq; colludio. iuncta glo.& ibi Bar.sub nu.10.C.unde ui. & faciunt late adducta infra par.2.cap.6. in fi.nume. 30.

57 Quæ confirmantur ex communi Doc.resolutione in illo diffuso articulo de lege noua, an extẽdatur ad præterita; in quo cõmuniter cõcluditur, quod lex noua introducens nouã formam, seu solennitatem in actu adhibendam, non porrigitur ad actus præteritos, & perfectos ratione formæ, & solennitatis, licet imperfectos respectu effectus qui pendet de futuro, ut in terminis per d.l.iubemus. C. de testa.& l.fi.in fi.C.de cura.furio.&alia iura per eum allegata concludit Bart. quem omnes sequũtur in l.omnes populi.sub nu.44.i sua dist.ibi, aut actus perfectus est ratione formæ.ff.de iust. & iu.& hoc uoluit Guid.de Suza.quẽ refert,

refert,& sequitur Bal. in l.leges,& cõ
stitutiones.sub nu.2.C.de leg.Abb.&
ibi omnes i c.fi.col.fi.in prin. de con-
sti.ibiq; Fel.col.2.in uers.amplia quar
to.&in d.c.per totum diffusius,quàm
aliquis quæstionem hanc pertractat,
ubi uidendum est,& quamuis ibi Fel.
col.3.uers.sed ad intellectum.& Dec.
nu.18.sequantur opi.Ang.ubi testator
habuit facultatem mutandi testamen
tum,quia uidetur imputandum testa-
tori si non mutauit,tamen non intrat
istud motiuum ubicunq; testamentũ
à principio fuit ualidum, & solẽniter
celebratum de iure communi, quia
58 isto casu, quod legitime factum est ex
casu superuenienti,irritari nõ debet,
& procedit regula factum legitime.
de reg.iu.lib.6.& in terminis est tex.
qui hanc rationem assignat, & ponit
(ut supra diximus) gladium ad radicẽ
in d.auth.ut fac.no.consti. d.§.prouin
ciarum.in uersi.quamobrem.ubi Im-
perator postquam disposuit constitu-
tionem illã non extendi ad testamen-
ta præterita,& non esse imputandum
testatorib.si post superuixerint, & nõ
mutauerint testamenta, quia plerũq;
incidunt mortes potestatem mutãdi
eis auferentes (subdit) quamobrẽ ab
initio factum recte eo quod nõ fuerit
mutatum, non arbitramur postea mu
tari,aut aliquo modo infringi, sed im
mutilatum manere, & idcirco nõ im
putandum testatori, qui scit ius suum
durare, ut in proposito per A et.d.cõ
si.165.ante nu.6. & sup.c.ꝓxime.nu.
64.licet secus sit ubi actus à principio
59 solum sustinetur de iure speciali,qđ
debilius est, & facilius tollitur ex ca-
su superuenien. ut declarauimus su-
pra sub nu.35.i uersi.præterea.& nu.
36.cum seqq.& hoc casu,ut ibi dixi-
mus,bene imputatur testatori si non
mutauit testamentum iux. late supra
quoq; adducta nu.18.& seqq. & ꝑ cõ
sequens(ut redeamus ad decisionẽ cõ
tra Ang.) statutum adiiciens nouã so-
lennitatem in testamentis adhibendã
non porrigitur ad testamenta præteri
ta recte condita de iure cõi etiam, qđ
testator superuiuat, & effectus pen-
deat de futuro,ut Bar. & cæteri supra
60 allegati cõcludunt,licet secus,ubi lex
noua respiceret, non dico celebratio
nem,seu formam, & solennitatem in
celebratione actus adhiben. sed effe-
ctum,& executionem actus,quia tũc
bene trahitur ad actus præteritos qua
tenus pendet effectus de futuro, non
autẽ quatenus de præterito effluxit,
iux.l.pen. ubi Bal. in summario. C.de
usu. de quo latissime Fel.i d.c.fi.nu.11.
ꝑ tres coll.de consti.& Tiraq.ces.cau.
d.limit.12.nu.24.ad quos me refero.
Et ut in uiam,à qua digressi sumus
redeamus,dum contra conclusionem
supra firmatã, quod testm̃ in loco ho
stili iure militari conditũ in terminis
præsentis limitationis per recessum à
loco hostili uideatur irritandum, non
obstant ea omnia, quæ in hoc præsen
ti fundamento in contrarium deduxi
mus, quæ in effectu omnia eo tendũt,
qđ cessante causa priuilegij nõ cessat
effectus iam consumatus,& in hoc re
uoluitur totus iste progressus à num.
48.cũ plurib. seqq. quia multipliciter
respondetur. Primo, quia cum prout
supra nu.11.& multis seqq. ostensum
61 fuit,uoluntas testatoris sit ambulato-
ria usq; ad mortẽ, & testamentũ non
dicatur absolute perfectum ante mor
tẽ testatoris,idcirco arg.de effectu cõ
sumato non intrat, nec bene applica-
tur in terminis istis, quia effectus pri-
uilegii loci hostilis,qui consistit in cõ-
fectione minus solẽnis testamenti,nõ
est perfecte consumatus,& absolutus
quousq; testator qui illud reuocare,
& immutare potest,superuiuat, per
ea quæ ibi latius deducta fuerunt.
Secundo

62 Secundò respondetur, quòd arg. de effectu consumato, ut nõ cesset cessante causa, procedit solū i causa essendi, non etiam in causa fiendi, ut & speci fice declarat Tiraq. d. limit. 12. nu. 23. & idcirco non procedit in casu de quo agitur, quia causa huius priuilegij non est solum causa fiendi, sed etiam essendi, ut supra latissime nu. 45. & seqq. ostensum fuit, & idcirco ea cessante non cessat effectus etiam consumatus, ut post Bald. concludit ibi Tiraquel.

Tertiò respondetur, quòd argu. istud de effectu consumato tunc demum procedit ubicunque ex eo est ius quæsitum parti; & ita procedit; prout & loquitur tex. qui ad hoc pro positum per Bar. & omnes allegatur in l. fi. ff. unde lib. unde & i hoc sensu accipi debet quod per eos traditur

63 de effectu consumato, quia dictū Doctoris intelligi debet secundum legē quam allegat Bar. in l. non solum §. si liberationis uerba. ante nu. 8. ff. de liber. leg. in l. cum quidam. ad med. ff. de his quib. ut indi. Dec. consi. 189. circa princ. uers. respondetur. Cephal. consi. 52. nu. 24. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. sub nu. 158. uers. pariter. ff. ad treb. qui & alios allegant, & in terminis per d. l. fi. ff. unde lib. ita præcise declarat Bal. post Pet. per eū relatum in l. generaliter. sub nu. 4. ibi dico igitur quod si quidem. C. de epi. & cler. & idem uoluit in l. filiam. ff. de

64 sena. ubi not. quod ius quæsitum non tollitur ex facto superuenienti secus ius quærendum per plura iura, quæ ad propositum nostrum ibi adducit Bald. & Ias. latissime in l. fin. ubi opt. tex. nu. 2. ff. de pact. & bene declarat Dec. in d. c. cum cessante. nu. 3. de appella. debilius enim est ius quærendū, quàm ius quæsitum, unde & facilius illi, quàm isto præiudicatur. iux. late adducta infra par. 5. cap. 3. nu. 143. & 173. & ita præcise uoluit, prout & loquitur Io. And. in d. regula decet. de reg. iur. lib. 6. in merc. col. 2. ibi, & idem in similibus, ubi ius quæsitū retinetur cessante causa; & procedit decis. 9. ubi per eum formatæ, de qua supra nu. 44. in qua præsupponitur fuisse semel ius quæsitum uigore priuilegij concessi ob numerum liberorum, & latius declarat Tiraq. d. tract. cessan. cau. limit. 11. per totam, ubi

65 enim est nobis ius quæsitum, licet ex facto alieno non potest absque facto nostro à nobis auferri, per regulam q id quod nostrum est. ff. de reg. iu. quæ procedit etiam in mihi debito, ut ibi dicit Cagno. nu. 3. & l. cum maritus. § fi. ff. de pac. dotal. l. in insulam. §. fi. ubi Bal. & Pau. de Cast. inducentes ad not. quæstionem. ff. sol. mat. l. uero procuratori. §. 1. ibi, quia certam conditionem habuit stipulatio quam mutare non potuit stipulator. ff. de solu. cui concordat. l. aliud. eo. titu. l. si post mortem. §. fi. ff. de bo. poss. contra tabu. & d. l. fin. ubi post alios latissime Ias. nume. 2. ubi allegat concordan. & cæteris seqq. ff. de pac. bo. tex. in cap. 1. de alien. pater. feu. in usi. feudo. & glo. in l. certi condictio. §. si nummos. in glo. 1. ibi, sed quid si nomine tuo. ff. si cer. pet. quam sequitur Bart. ibi in fi. & Bal. in l. si absentis. nu. 9. C. eo. tradd. Bar. & cæteri in l. qui Romæ. §. flauius. ubi bene id declarat post alios Sozi. nu. 14. & 18. in 3. & 6. conclu. & Ias. nu. 17. & alijs etiā seqq. ff. de uerb. obl. & latissime Couar. lib. 1. uaria. resolu. c. 14. num. 11. & sub nu. 13. in uer. principaliter & quinto. not. Bald. in l. si constante. ad fi. C. de dona. ante nup. & in l. cum à socero. ubi late de mā. nu. 5. & 6. C. de iu. dot. Fel. in c. uergentis. col. 2. de hæret. Cagno. in d. l. id quod nostrum.

strum. ubi not. ampliat. num. 3. & alijs seqq. late Aret. consi. 74. nu. 9. & 10. in tertio dubio. Alex. consi. 27. nume. 2. uol. 3. Dec. consi. 58. nume. 3. consi. 239. col. 2. in fin. & col. seq in tertio dubio consil. 608. nume. 12. late Ias. consi. 213. sub nu. 3. uersi. confirmatur. cum seq. uol. 2. Aym. consi. 19. nu. 11. ubi doc. alios etiam cumulant, & in notabili quæstione tradd. doc. in l. idem Iulianus. §. si quis alicui. ubi Dyn. Ang. Bal. in fi. Pau. de Cast. nu. 4. Imo. & Alex. qui ponit plures remiss. ff. de leg. 1. & bene Bar. cum lata apostil. in l. ut iusiurandi. §. si liberi. col. fin. ff. de oper. lib. & in consi. 55. in princ. & consi. 60. nu. 4. uol. 1. Fed. de sen. consi. 228. in fi. Iac. Butr. quem refert Bal. in l. item uidendum. §. nunc uideamus. & Ang. ibid. ff. de pet. hær. late Bal. in c. 1. §. hoc quoque. nu. 4. de suc. cess. feu. & Alex. consi. 8. nu. 15. cum latissima apostil. uolu. 3. in consi. 96. nu. 11. consi. 606. nu. 8. & consi. seq. in princ. uol. 4. Dec. d. consi. 239. nu. 6. Grat. consi. 11. nu. 9. & 132. nume. 4. uol. 1. Rui. consi. 43. nu. 4. consi. 48. nu. 8. ad med. & 154. nu. 4. & 213. etiam nu. 4. uol. 1. Ias. quoque d. consi. 213. nu. 4. uol. 2. & latissime idem Ias. in l. 2. nu. 207. cum cæteris seqq. C. de iu. emphy. Couar. in rub. de testa. par. 3. sub num. 26. & idem alios adducens lib. 2. uaria. resolu. cap. 18. nume. 2. & alios quoque adducit Tiraquel. de retract. l. ignui. §. 11. glo. 6. nu. 24. quamuis contrariam partem ultimo loco relatam sequutus fuerit Specu. tit. de emphyteusi. uersi. 78. & alij à Tiraq. citati ubi supra nu. 23. & Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 16. in uers. his præmissis. & in §. feudum. q. 40. in fi. & q. 41. & in alia quæstione Abb. post alios cano. in c. ex conquestione. sub nu. 11. de restit. spolia. Ergo ut redeamus ubi nobis ius est quæsitum etiã facto alieno non potest à nobis absq; facto nostro auferri, secus ubi doct. omnes ubi ius non est perfecte quæsitum, quo casu procedunt trad. per Bar. in d. §. Flauius, ut ibi declarant Alex. & Ias. præfati, & Soci. in quinta con clu. nume. 16. iunctis supra trad. in 3. conclu. nu. 14. & Couar. d. cap. 14. uaria. resolu. lib. 1. in d. uersi. principaliter & quinto. sub nu. 13. ubi uero ius est quæsitum, res non dicitur amplius integra, & isto casu quod legitime factum est ex casu superuenienti irrita-

66 ri non debet iux. l. pluribus. §. & si placeat. & ibi Bar. in summario. ff. de uer. obl. quæ ratio cessat ubi nulli est ius quæsitum, & res est integra, argu. l. fi. ubi Alex. nu. 2. C. de repu. hæred.

Ex quibus constat ad effectum de quo agitur totam uim stare in iure quæsito, uel non quæsito, & per consequens licet testamentum perficiatur quo ad sui formam in instãti quo Testator testatur, tamen quia ante mortẽ testatoris ex eo nulli ius quæ-

67 ritur, cum in hæreditate uiuentis nullum ius nobis competere possit, nec re, nec spe. l. qui superstitis. quæ ad id allegari solet. ff. de acqui. hæred. Bar. in l. post emancipationem. §. illud. ubi hoc bene declarat. ff. de lib. leg. & in l. fi. in fi. ubi Ias. nu. 4. & post alios late Cagno. nu. 281. & 286. cum seqq. C. de pac. & in proposito bene Ripa lib. 3. respon. cap. 16. nu. 6. idcirco in proposito huiusmodi testamentum ex speciali priuilegio minus solenniter conditum cessante causa priuilegii per recessum à loco hostili irritari debet, quia licet effectus priuilegij posset dici cõsumatus, nõ tamen est ius quæsitum quousq; testator uiuit.

68 Rursus non satis esset ad effectum de quo agitur, effectum esse consummatum, & ius parti quæsitum reuocabiliter, sed opus est, ut sit ius quæsitum

ſitum irreuocabiliter, & ſic in propoſito effectus cõſumatus dicitur ubicunque ius eſt parti perfecte, & irreuocabiliter acquiſitũ, ſecus uero ubi reuocabiliter tantum, ut late per Iaſ. in d.§.Flauius.nume. 17. iunctis trad. ſupra nume.14.Dec.d.conſi.58.nu.3. Ripa d.lib.3.reſpon.cap.16.num.6. & poſt alios latius Couar.d.lib.1. uaria. reſolu.c.14.ſub nume.13.in uerſ.principaliter & quinto.cum ſeq.& hoc eſt quod uoluit Bald. in l. ubi adhuc. ſub nume. 26. ibi nec obſtat, quod cauſa ceſſat.C.de iu.dot.in illis uerbis. Nec obſtat, quod cauſa ceſſet propter qđ reſtitutio facta eſt, quia ceſſet eo tempore quo effectus eſt conſumatus per uiam translationis dominii in uxorẽ, ac etiam per uiam liberationis uiri ab obligatione dotis. Hæc ſũt uerba Bal. quæ important, quod ius erat perfecte, & irreuocabiliter quæſitum, & in hoc caſu Bal. admittit argumentum, quod ceſſante cauſa non ceſſat effectus iam conſumatus.

69 Poſtremo reſpondetur, quod tũc demum ceſſante cauſa non ceſſat effectus conſumatus ubicunque eſt conſumatus de iure communi, ſecus uero ubi (prout in terminis noſtris) effectus eſt conſumatus ſolum iure quodam irregulari, & extraordinario ex ſpeciali quadam diſpenſatione, quia tũc ceſſante cauſa ceſſat effectus etiã cõſumatus, quia iſtud ius & effectus productus, & cõſumatus de iure ſpeciali facilius tollitur, quàm ubi eſt cõſumatus de iure communi, ut bene trad. Bald.in l.ſi pro ea.nu.10.C.man. & poſt eum Dec.d.c.cum ceſſante.nume.3. de appellatio. Tiraquel. ceſſan. cau. limit.11.nume.3.& ſequen.cum aliis in propoſito adductis ſupra nume.38.eſt aduertendum, quod Doct. præfati loquuntur non ſolum, ubi effectus eſt conſumatus de iure ſpeciali, ſed etiam ius eſt parti quæſitũ.

Veruntamen in terminis illis, ubi ius eſt quæſitum etiam de iure quodam ſpeciali, irregulari, & extraordinario contra concluſionem Bald. de directo uidetur repugnare alia com-

70 munis reſolutio in q. de dote reſtitũta mulieri ob uergentiam uiri ad inopiam conſtante matrimonio ex iure quodã ſpeciali, & extraordinario ex l.ſi conſtante.ff.ſolu.matri.& l. ubi.C. de iu.dot. quod ſi poſtea ceſſet inopia uiri, & auctæ fuerint eius facultates, & conſequenter ceſſet cauſa reſtitutionis dotis, non tamen ceſſet effectus reſtitutionis iam cõſumatus, quia nõ per hoc dos eſt retrodanda, ſeu retrotradenda uiro, ex quo iam eſt ius quæſitum mulieri per translationem dominii, licet iure quodam ſpeciali, & irregulari, prout firmat glo. in d.l. ubi. uer.abutatur.idemq́ue Bald.poſt Iacob.de But. Cyn. & alios antiquiores ibi in 1.lect.num.26. Bart. in d.l.ſi conſtante.nume. 107.& ſeq. & Alex. qui alios cumulat ibi nume.39.& Iaſ. late comprobat num.223. & ſeqq. ff. ſolu.mat.licet poſtea ipſe contrariam opi.ſequatur, ſed prima eſt uera, & cõmunis, quam etiam tenẽt Bar. & Pau. de Caſt.in d.l.pluribus.§.& ſi placeat. nume.3.ff.de uerborum obli. idemq; Paul.de Caſt.in l.ſciendum.§. fin.in fi. ff.qui ſatiſd.cog. tradd.cano. in c.per ueſtras.de dona.inter ui. & uxo. cum aliis late cumulatis per Tiraq. ceſſan. cau.limit.14.nume.1. ex quibus liquido conſtat hanc eſſe communem opi. ut dixi, licet Specu.in titu.de do. poſt diuortium reſtit.§.fi.nu.23.in fi.ideq́; Bal.ſibi contrarius. in l.ad comparandas.in fi.C.man. & in d.l. ſi conſtante. in fi.ubi Iaſ. ſub nume. 224. alios huius contrariæ opi. refert, & ſequitur nume.229.& alii plures relati per Tiraquel.d. limita. 14. nume.4. contrariam

riam opi. sequantur, quam rem ipse pluribus distinctionibus componere nititur. nu. 6 & seqq. ad quem me refero. hæc enim obiter tantum attingere uolui, ut inde colligi possit hanc superiorem doc. conclusionem de iure quæsito ex iure quodam irregulari & extraordinario, de qua supra proxime. nu. 68. nimium esse periculosam. ad arg. igitur quod causa cessante non cessat effectus consumatus, sufficiant aliæ responsiones, quas supra tradidimus, sub nu. 59. in uersi. & ut in uiam. & nu. 60. cũ seqq. usq; 68.

Ad rem nostram igitur redeundo concluden. est, testamentum minus solenniter conditũ in terminis huius nostræ limitationes irritum fieri, si is qui in loco hostili, & in procinctu belli testatus fuit, inde saluus recessit, & alibi decedat; cui conclusioni postremo non obstat ratio, qua contra mouetur Ripa d. titulo de priuil. ult. uolun. cau. pes. sub nu. 35. ibi, & pro qua facit ratio; ubi in simili dicit, quod cũ tempore pestis ualeat testamentum, cum duobus tantum testibus, prout in testamento condito in loco hostili in terminis præsentis limitationis, & si moriatur tunc testator ualidũ erit, quia non præsumitur interuenisse falsitas; ergo si testator diutius superuiuat, multo magis ualere debet, quia cum illud non immutauerit, ex tali perseuerantia arguitur uoluntas efficacior, quasi uideatur testator cum eadem uoluntate uelle decedere iux. gl. in l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excu. tut. cum latissime congestis supra nu. 20. & seq. & comprobatur. arg. quia si in tali testamento cessat præsumptio falsitatis, non est cur postea amodo quæren. sit de maiori numero testium, quia ut dicit Ripa, inductus fuit ad euitan. fraudes. iux. l. si. C. de fideicom. causa autem legis

71 cessante cessare quoque debet eius legis dispositio. l. adigere. §. quanuis. ff. de iu. patro. Bart. qui ita summat. in l. quod dictum. ff. de pac. cum mille si. usque ad nauseam, ut dici solet, adductis per Tiraq. d. tract. cessan. cau. par. 1. nu. 125. & seq. & ut in terminis sup. deduximus. nu. 9. & 10.

Ad prædicta etenim respõdetur, & primo ad arg. Ripæ de perseuerantia uoluntatis, ex qua arguitur uoluntas efficacior, colligitur clara responsio ex late trad. sup. nu. 20. cum seqq. usq; nu. 28. nempe arg. retorquetur,

72 quia cum post recessum à loco hostili testator potuerit reficere testamentum cum debitis solennitatibus, & facere neglexerit, præsumitur cũ eodẽ minus solenni testamento, & consequenter cum nullo & inualido testamento, & sic intestatus uelle decedere. Et præterea quod testamentum semel ruptum non potest ex simplici uoluntate conualescere, nisi cum debitis solennitatibus reficiatur, ut ibi sub nu. 25. in uers. præterea. & pariter tollitur nostra confirmatio, quia licet in tali testamento cesset falsitas, quæ fuit causa inducendi ampliorem numerum testium, non tamen ualet testamentum cum minori numero; hæc enim causa uitandæ fraudis; &

73 falsitatis fuit causa tantum impulsiua, & occasio quædam ad ita statuẽdum, qua cessante, non tamen cessat legis dispositio, ut latissime sup. cap. 2. nu. 20. & seqq. ostensum fuit.

Quibus omnibus contrariis absolutis remanet firma conclusio supra per nos firmata, quod testamentum minus solenniter conditum in terminis præsentis limitationis irritatur ucunque testator euasis periculis recesserit à loco hostili, & testamentum reficere solenniter neglexerit, quæ locum similiter sibi uendicat, in aliis

quoque

quoque similibus testamentis conditis minus solenniter de iure speciali ex aliquo particulari priuilegio, ut in testamento condito ruri, & tempore pestis in terminis proxime seq. limit. ut supra dedu ximus, nu. 28. & seqq & in aliis similibus.

Hæc autem conclusio temperari debet, ut testamentum ita demum irritetur si testator habuit facultatem ad illud reficiendum cum debitis solennitatibus, & neglexerit. iux. l. 3.
74 C.de inoffi. testa. cum aliis supra allegatis. nu. 18. uidelicet, cum id reficere potuit commode. iux. l. nepos Proculo. ff. de uer. sig. & l. 2. §. confestim. ff. ad tertullia. & l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de colla. bono. & cum aliquo temperamento ita, quod non sit nimis arctandus, nec è contra nimis ei indulgendum. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. & l. tutor, qui repertorium. §. 1. in fi. ibi non quidem præcipiti festinatione, sed nec moratoria cunctatione ff. de admi. tuto. & opt. tex. in l. 2. §. si non propter ualetudinem. in uersi. si quis tamen. ff. si quis cautio. & in l. diuortio. ibi, non enim è uestigio. ubi opt. gl. in uers. si non protinus. ff. de neg. gest. facit. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solu. cum sim. ergo intra modicum tempus quo quis recessit à loco hostili, & similiter à rure, seu postquàm pestis cessauit, dum componit sarcinulas ad uocatum, seu notarium quærit &c. si decedat testamentum, non irritaretur. iux. tex. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ubi glo. Bar. Bald. & cæteri. ff. quibus ex cau. maio. ubi not. quod ubicunque aliquid fieri debet postquam quis reuersus est, intelligitur intra modicum tempus, cū opportunitas sese obtulerit, & in simili gl. & Bar. in l. 3. §. cū igitur. ff. de ui. arm. glo. & cano. in c. significasti. el 2. ubi late Abb. col. fi. de homi. & Abb. in c. olim. el 1. num. 10. de resti. spol. ubi hæc omnia intelligunt attenta qualitate personæ, & rei, & temporis con
75 ditione, quæ remittenda sunt arbitrio iudicantis, qui ex bono, & æquo omnia hæc determinare debet, cum non sint à iure determinata. iux. l. 1. in fi. ff. de iur. delib. l. si domus. §. in pecunia. in princ. ff. de leg. 1. & d. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. c. de causis. in fi. ubi Abb. & Dec. nu. 4. de offi. deleg. c. fi. de transac. cum sim. ut multum in proposito post Hieron. Gabr. in consi. 113. per eum relatum declarat etiam Mantica de coniec. ult. uolun. d. lib. 12. tit. 1. nu. 12. & nume. 22. Et nihilominus hoc plus fauoris in testamēto militis specialiter indultum est, quod non statim, sed post annum tantum à die missionis, ubi missio honesta fuit irritatur eius testamentum. §. sed hæc hactenus. insti. de mili. testa. qui annus indulgetur in memoriam forte militiæ præceden. ut sup. cap. proximo. num. 54. & seqq. latius declarauimus.

Limitatio V.

Testamentum conditum tempore pestis in loco pestifero ab his, qui ibi remanent pro curandis infirmis, & alias pro salute, & seruitio Reipublicæ, non indiget solenni numero septem testium, sed duo tantum sufficiunt. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum tempore pestis conditum regulariter non reperitur priuilegiatum.*
2 *Fallit in testamento eorum, qui remanent in*

in loco peste affecto pro curandis infirmis, & alias pro seruitio, & utilitate Reipublicæ.

3 *Dictio fortasse in Doctore, intelligitur assertiue.*

4 *Pestis dicitur bellum Dei, & ideo ualet argumentum de tempore belli ad tempus pestis.*

5 *In exorbitantibus, & etiam in correctoriis fit extensio per rationem in l. expressam.*

6 *Pestis est fugienda.*

7 *Peccatum est tentare Deum.*

8 *Maxima pestis, quæ sæuit certis temporibus, & locis hic enumeratis.*

9 *Leuis contagio, & leuis febricula non sunt in consideratione.*

CAP. XX.

1 QVAMVIS regulariter testamentum tempore pestis conditum non reperiatur priuilegiatum, & idcirco etiam in eo requiratur solennis numerus septem testium iux. ueram, & magis communem opinioné, ut supra c. 11. latissime ostendimus, nihilominus cõtraria opi. Bal. & aliorum, quos ibi nu. 2. retulimus, locum
2 habet in testamento eorum, qui pro curandis infirmis, & alias pro seruitio, & utilitate Reipublicæ remansissent in loco peste affecto, à quo communiter recedi solet, prout sunt medici, iudices, & cęteri officiales urbis, ut præcise concludit Alex. in l. fin. nume. 5. ad fi. & Ias. nume. 4. C. de testa. nam licet Alex. loquatur per uerbum
3 fortasse, tamen in doctore intelligitur stare assertiue, ut supra cap. 16. num. 83. & ut de eodem Alex. inquit Aym. in consi. 91. nu. 4. & hanc quoque opi. sequitur Ripa de priui. ulti. uolunta. cau. pes. nu. 14. & seq. & post alios Boer. decisio. 228. ante num. 11. ibi, & hæc opi. uera. quam quidem opi. etiã nos probamus, quæ ex proxima præceden. nostra limitatione infertur, & probatur.

Nam qua ratione testamẽtum conditum in loco hostili, & in acie belli, etiam ab his, qui milites nõ sunt, gaudent priuilegio militari, eo quia, cum propter defensionem Reipublicæ eadem pericula experiantur, eadẽ quoque iura sibi uendicare debent, prout ita arguit, & probat I.C. in l. 1. ff. de bo. pos. ex testa. mili. & in l. fin. ff. de mili. testa. cum aliis adductis supra cap. proximo. nume. 1. eadem met quoque ratione eadem iura locum habere debent in testamento eorum, qui pro salute, & seruitio Reipublicæ remanẽt in ciuitate peste affecta, quo tempore
4 dicitur esse prœlium inter Deum, & homines, & ideo de tempore belli ad tempus hostilitatis ualet argu. cum & fortior sit hostilitas Dei, quàm hominis, ut per Bar. in l. naturaliter. nu. 23. ff. de usucap. Bald. in l. cum notissimi. §. imo. ante nume. 7. in uersic. eadem æquitate. C. de præscript. 30. anno. cũ aliis adductis in proposito per Boer. d. decisio. 228. nu. 8. & Balb. de præscriptio. 2. par. 6. partis prin. nume. 5. Ripa in tract. de pest. in præfat. sub nume. 8. & seq. & prout in terminis huius præsentis limitationis cõcludunt Alexan. nume. 5. ad fin. & Ias. nume. 4. in d. l. fin. C. de testam. cum aliis latius supra adductis cap. 11. nume. 16. & seqq.
5 Et confirmatur eo, quia cum ratio d. l. 1. ff. de bo. pos. ex testa. mili. ex qua depromitur hæc præsens nostra limitatio sit expressa, idcirco etiã in exorbitantibus à iure communi, prout in terminis, in quibus loquimur, & etiã in correctoriis de casu ad casum recte argui potest, iuxta glo. ibi per cano. communiter approbatã in clem. j. in uer. eligatur. de elect. Bald. in auth. quas actiones. sub nume. 4. & Pau. de

Cast.sub nume.8.& post alios Ias. parum sub nume.22.in prima fallen.C. de sacr. eccle.cum alijs late adductis per Ripam. ubi bene declarat in l. si constante.nu.63. & seqq. ff.solu.mat. & Tiraq. alios cumulans cessan. cau. par. 1.nu.153.& pluribus seqq.& multum in terminis Paris.consi.32.nu.19. & seqq.uol.2.& Dec. consi. 284. sub nume. 2. uersi. & cum ista ratio. cum alijs latissime supra congestis. cap. 10. nu.142. & seq.

Quibus non obst.quod & in cæteris quoque in loco mortalitatis testantibus.arg. istud de prælio inter Deum & homines, non procedat iux. communem opi.supra firmatam in 8.amplia.cap.11. secundum quam non possunt etiam affecti peste in loco pestifero testari absque solenni numero testium,quia inter istos officiales,& medicos alios ue, qui pro ciuitatis, & ciuium salute tuen.iux.præsentem limita. remanent in ciuitate, & alios, qui pro eorum priuatis negotiis, uel alia ex causa particulari ibi existunt,extat apertum discrimen,cum in primis militet ratio periculi ob seruitiū, & utilitatem publicam, quæ ratio publicæ utilitatis cessat in his, qui pro eorum priuato commodo ibi existunt,ut bene considerat Alex.in d.l.fi.nu.5.C.de testa.Ripa d.tract.de priui.ulti.uolun. cau.pest.nu.14.& 15.& Boer. d.decisio.228. sub nu. 8. ibi licet hæc argumentatio;& nu. 10. ad fi. ubi dicit qđ in isto casu quando quis remanet pro seruitio Reipublicæ militat ratio d.l. 1.ff. de bo.poss.ex testa.mili.quicquid uoluit Paris. d. consi.32. nume.25. & Dec.d. consi. 284. nume. 3. quorum motiuis respondimus supra cap. 11. nume.22. & seq.

Hæc autem præsens nostra limitatio recipit no. declarationem,ut pro-
6 cedat quādo pestis esset magna,à qua deterriti homines iustissime fugere solent,quia pestis est fugienda iux. c.ne gociatorem.88. distin. & in terminis Dec.d.consi. 284. sub nu. 2. ad med. cum late adductis per Paris. cons. 33. nume.12.& 13.uolu.2.quia alias quis
7 diceretur Deum tentare,&peccaret, absque causa in loco pestifero commorando, scriptum est enim,non tentabis Dominum Deum tuum. Matthe.4.& Luc. etiam 4.& Deutero.6. cap.quæritur.22.q.2. cap. si nulla. 23. q.8.cap.si. de purga. uul. ut in terminis per Abb.in c.cum dilecti. sub nume. 16. de do. & contu. Alexan. in l. recusare.§.si quis alio.sub nu. 7. ff. ad trebel.Ripa in d.præfat.trac.de peste. nu.8.& Boer.d. decisio. 228. sub nume.11.qui loquuntur, ut dixi, quando pestis esset magna,& sæuiret in lo
8 co,procedens ab aeris corruptione, prout fuit tēpore Bar.de anno 1348. de qua ipse loquitur in d. l. generaliter.nume.23.ff.de usucap.ubi attestatur, quod erat tanta pestilentia, quod iura non reddebantur in ciuitate; & moriebantur infiniti homines, & eū in hoc refert Pau.de Cast. in l. fin.sub nume.3.C. de testam. & prout etiam fuit sæuissima ultra modum de anno 1522. hic Romæ, & durauit per annos quinque, & ultra,quæ in dicto tēpore se dilatauit per totā ferè Italiā, ut urbi,& orbi est notorium,& à maioribus nostris nos ipsi audiuimus, & de qua loquitur Boer.d. decisio. 228. proxime allegatus, & nos mētionem fecimus supra cap. 11.nu.32.& nouissime temporibus nostris de anno Iubilei 1575.& seqq.grauiter etiam sæuit in pluribus ex ciuitatibus Lombardiæ.prout de ciuitate Patauii attestatur Mantica de coniect. ulti.uolunta. lib.12.titu.1.sub num.8.uersi. cum autem. secus autem, ubi esset leuis, & non timenda, prout in terminis nostris

ſtris declarat Ripa. de priui. ult. uolũt. can. peſ. nu. 11. & latiſſime Boer. d. deciſ. 228. num. quoque 11. & Gabr. com. op. qui alios in propoſito adducit tit. de teſta. conclu. 8. nume. 2. leuis
9 enim febricula non eſt conſideranda, ut dicit I.C. in l. 1. §. ſed ſciendũ. uer. proinde leuis febricula. ff. de ędil. edi. ex quibus abſoluta remanet hęc quinta limitatio.

Limitatio VI.

Teſtamentum ruſticorum ruri teſtantium valet abſque ſolenni numero ſeptem teſtium; dummodo quinque modis omnibus adhibeantur. Cap. XXI.

S V M M A R I V M.

1 *Simplicitas ruſticalis regulariter non excuſat in his, quæ ſunt formæ, & quæ tendunt ad rigorem iuris conſeruandum.*
2 *Teſtamentum ruſtici ruri teſtantis, valet cum quinque tantum teſtibus.*
3 *Tex. in l. fi. C. de teſta. declaratur.*
4 *Vbi plura ſimul requiruntur, in aliqua diſpoſitione non habet illa locum, niſi omnia requiſita concurrant.*
5 *Priuilegium d. l. fin. C. de teſta. non habet locum in ruſtico in ciuitate teſtante, nec in ciue teſtante ruri.*
6 *Priuilegium d. l. fi. non eſt ſimpliciter conceſſum loco, ſed perſonis in loco.*
7 *Priuilegium contra ius commune non extenditur, de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*
8 *Inopia teſtium non fuit ratio d. l. fi. C. de teſta. contra Bal. & ſequaces.*
9 *Imperator in d. l. fi. noluit diſpenſare cum Ruſticis, niſi in quinque teſtibus tantũ, & idcirco non valet teſtamentum ruſtici cum paucioribus, quamuis quinque haberi non poſſint.*
10 *Verba modis omnibus, & nullo modo ſunt verba præciſa, quæ non admittunt diſpenſationem aliquam in contrarium.*
11 *Tex. in d. l. fi. C. de teſta. non fundatur ſimpliciter, et abſolute in ſola inopia teſtiũ.*
12 *Ratio finalis non reſtringitur per diſpoſitionem, ſed econtra.*
13 *Natura rationis finalis eſt, ut ipſa diſponat de lege, non econuerſo.*
14 *Ratio, quæ non eſt æque generalis, ut legis diſpoſitio, non dicitur finalis, ſed impulſiua.*
15 *Rõ finalis colligitur ex præfatione diſpõnis.*
16 *Cauſæ plures ubi ſimul & copulatiue conſiderantur, oẽs ſimul concurrere debent.*
17 *Secus ubi diſtinctim, & diſtributiue requiruntur.*
18 *Vbi diſpoſitio habet duas cauſas finales, ſufficit unam adeſſe, licet altera ceſſet.*
19 *Diſtinctio Ripæ reiicitur.*
20 *Diſpoſitio legis, quæ loquitur cum aliquo præſuppoſito, non habet locum niſi illud præſuppoſitum verificetur.*
21 *Plura requiſita ad hoc, ut competat priuilegium d. l. fi. C. de teſta. hic per ordinem recitantur, & explanantur.*
22 *Primum requiſitum reſpicit perſonam.*
23 *In ruſticis præſumitur iuris ignorantia.*
24 *In rure raro reperiuntur homines literati.*
25 *Priuilegium d. l. fin. non competit ciuibus Doctoribus, aut Aduocatis, prout nec alia priuilegia, quæ competunt ob præſumptam iuris ignorantiam.*
26 *Ruſtici in propoſito qui dicantur.*
27 *Priuilegium conceſſum ob imperitiam ruſticalem locum non habet in ruſtico ſagaci, vel ſquadrato.*
28 *Secundum requiſitum reſpicit locum.*
29 *Nomẽ ruſtici et ruſticani deriuatur à rure*
30 *Priuilegium d. l. fi. eſt conceſſum ruſticis ruri teſtantibus.*
31 *Rus quis locus ſit.*
32 *Rus in terminis d. l. fi. accipitur pro villa, & comitatu.*
33 *Plura vocabula locorum circa orbis diuiſionem, quæ hic per ordinem declarãtur.*
34 *Orbis diuiſio ortum habuit de iure gentiũ.*
35 *Doct. Nauarra laudatur.*
36 *Villa apud noſtrates quæ, & quæ apud Gallos.*
37 *Tertium requiſitũ reſpicit inopiã teſtiũ.*
38 *Priuilegium d. l. fi. habet locum tàm in teſtamẽto in ſcriptis quàm nuncupatiuo.*
39 *Teſtamentum ruſtici, qui poſt illud conditum ad ciuitatẽ ſe transfert, irritatur.*

CAP. XXI.

1 ETSI simplicitas rusticalis non excuset ab obseruantia formæ à iure in celebratione actus requisitæ, & in his, quæ tendunt ad rigorē iuris conseruandum, prout in terminis testamenti not. Bal. & cæteri post eū in l.iuris ignorantia. in fi. C. qui adm. & nos supra cap. 14. per totum latius demonstrauimus, in uno tantum casu inuenitur in terminis istis dispensatū,
2 ut ualeat testamentum Rustici absq; solenni numero septē testium ubicūque Rusticus Ruri testatur, & in eo loco non adsit copia Peritorū, & sufficiens numerus testium, hoc enim casu ualebit testamentum Rustici absq; solenni numero septem testium, quinque tamen modis omnibus adhibendis. iux. dispositionem. l. fi. C. de testa. ubi Imperator Iustinia. eorum antiquam consuetudinem in hoc tantum casu pro lege haberi decreuit, ubi omnes hoc not. & Iul. Clar. lib. 3. sent. q. 56. uers. sed quid in testamento. & Ang. Aret. in trac. de testa. glo. 5. nu. 7.
3 Ad hoc igitur, ut d. l. pariterq; præsens nostra limitatio. in d. l. fundata locum habeat, plura simul requirūtur, primo quod is q. testatur sit rusticus, nam de his tantum personis specialiter loquitur Imp. in d. l. fi. per totam. Secūdo, quod testetur Ruri simili ue loco, ubi communiter hoīes literati, & copia peritorum adesse non solet, ibi in uers. sancimus. iuncto infra uers. in illis uero locis. Tertio, quod in eo loco non adsit tempore quo testatur copia hominum sufficiens ad supplēdum numerum solennem septem testium, ut ibi in uers. sin autem in illo loco. prout etiā supra declarauimus cap. 10. nu. 45. & seq. & c. 14. nu. 4. ita quod prout ibi etiam declarauimus si aliquod istorum deficiat, puta quis sit rusticus, & testetur in ciuitate, uel sit ciuis, & testetur Ruri: imo & si sit rusticus, qui & Ruri testetur, & tamen ibi adsit copia hominum, saltē tanta, quæ possit supplere numerum septem testium, non erit locus dispositioni. d. l. fi. prout & considerat ibi Bar. num. 2. & Pau. de Cast. & cæteri;
4 quia ubicunq; prout in casu isto plura simul considerantur, & in dispositione enumerantur, non habet locū dispositio, nisi omnia requisita simul concurrant. iux. l. si hæredes plures. ff. de hære. insti. cui concordat tex. inst. eo. §. pe. in fi. & l. fi. i uers. ait lex. ff. de diuor. l. 3. §. hoc autē à superiore. & ubique not. glo. quæ allegat concordan. ff. de iti. actuq; priua. l. cum ij. §. si prætor. ff. de transa. l. si quis ita stipulatus. ubi late Ias. post alios. ff. de uerbo. oblig. c. licet causam. & ibi cano. omnes, præsertim Dec. nume. 24. de proba. & tradd. cano. quoque in c. 2. ubi post alios bene Ripa nume. 39. de rescrip. & in clem. in plerisque præsertim Ancha. nu. 6. de elec. glo. not. in c. 1. uer. & contra iustitiam. de re iud. lib. 6. Io. And. in regula sine culpa. col. 1. uers. & hoc sic fortificatur. in Mercuria. tradd. legistæ in l. 1. ff. de iust. & iu. & in l. diuus. ubi post alios late Ias. nu. 19. cum alijs seqq. ff. de re iud. Bar. & post eū & alios Sozi. in l. si is qui ducenta. §. utrum. num. 3. ff. de rebus dub. & declarat Bart. in l. l. Fulcinius. §. cū hoc. ff. quib. ex cau. in pos. ea. Bald. dicens quod istud est arg. multum nor. in materia probationis. in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. & in l. titia. in princ. ff. sol. matr. & pluribus exemplis probat Old. cō si. 262. in prin. Pau. de Cast. consi. 44. sub nu. 8. in uers. breuiter. par. 1. Roma. consi. 131. in princ. 138. in uers. præmissis tamen non refragantibus. & 166. col. 1. uers. quo ad secundum.

Alex.

Alex. consi.48.num.3.uolum.1.Dec. consi.89.col.2.in prin.& 417.num.1. Paris.consi.19.nume.27.uol.2. Aym. consi.80.nu.13.Cur.iun.consi.89.nume.5 late post alios Ias.in l.dedi.la prima, in 1.notabili.ff.de cond.cau.da.& Euerar.in locis lega.centu.26.cũ aliis latissime congestis per Tiraq. ubi declarat cessan.cau.limita.22.nu.14.15. & aliis etiam seqq.quib.postremo accedant infra per nos trad.nu.16. cum seq. quæ omnia requisita infra latius nu.21.22.& plurib.seqq. explicantur.

5 Ex quibus infertur, ut dixi, quod si rusticus ciuitate testetur, uel ciuis Ruri non competit hoc priuilegium, ut determinat Iac. de Aret. & post eum Bar.in l.conficiuntur.§. codicilli.nu.1. per illum tex.ff.de iur.codicil. & in d. l.fin.nume.2.quem ibi sequuntur Fulgo.& Alexan.num.2.& post alios per eum relatos Ias.sub eo. num.2.in uersi. tene contra hanc extensionem. C. de testa.contra Bald.ibidem num. itidem 2.contra quem tenet etiam Pau. de Cast.ibi nu.3.ad fi.& contra quem est cõmunis opi. ut attestatur Afflict. decisio.25.sub nume.2. Angel. Aret. in tract.de testam.glo.5.sub nume. 8. in uersi.quæro,& num.9 ubi finaliter residet cum hac cõmuni opi.attestans quod ista opin.seruaretur in practica, licet altera sit multũ æqua, ut ibi per eum. sed & communis uerior, & idcirco ab ea non est recedẽdum, quia

6 ut dixit Bar.istud priuilegium non est simpliciter concessum loco, sed personis in loco, & idcirco non competit ciuibus, licet ruri testentur, nec rusticis extra locum Ruris testantibus, ut per Bar. cum quo est cõmunis opi. ut attestatur Iul. Clar.d.q.56.in d.uersic. sed quid in testamento.ad fin. & cum

7 istud sit priuilegium contra ius commune non est nostrum illud extẽdere ad alias ꝑsonas, nec alios casus, quàm ibi expressos.cap.sane.ubi opt.tex.de priuileg.l.si uero.§.de uiro.ff.sol.mat. Bar.in l.1.in fi.C.de iu.& fac.igno. & in proposito Ripa de priui.ult.uolun. nume.6.cum aliis supra adductis late cap.13.nu.13.& 14.

Nec obst.quod in ciue Ruri testante militet eadem ratio inopiæ testiũ saltem quando ibi casu repentino infirmaretur, ita quod non posset reuerti ad ciuitatem pro conficiendo testamento, uel illuc mittere ad cõuocandos testes, ut in his terminis sequitur Bald.& eius sequaces. Ripa ubi supra

8 nu.3. quam rationem inopiæ testium finalem esse dicit Bal.in d.l.fi. ante nume.2.ibi ratio ergo finalis, quem in hoc sequitur Dec.consi.284.col.1.uersi.sed supradictis non obstan.& Ripa ubi supra sub nu.2. uersi. tu uero ad-

9 uerte. hoc enim esse falsum apertissime ex eo conuincitur, quod Impe.ibi noluit dispensare, nisi in quinq; testib. tantum, non autem in paucioribus, in tantum, quod si quinq; non reperirentur, nihilominus cum paucioribus testamentum non idcirco ualeret, ut clare habetur in illo tex.in uersic.sin autem.ibi, usque ad quinque modis omnibus testes adhiberi uolumus, minus

10 aũt nullo mõ cõcedimus; quæ uerba, modis omnibus, & rursus, nullo mõ sunt tãtæ efficaciæ, ut nõ admittãt dispensationẽ, aut interpretationẽ aliquam in contrariũ, ut late supra c.10. nu.39.& seqq.i terminis ostensũ fuit.

11 Et per consequens, licet Imper. in d.l.fi. cõsiderauerit casum, quo testes septem haberi nõ possent, non tamẽ simpliciter, & absolute uidetur habuisse respectum ad carẽtiam, & inopiam testium, quia non se restrinxisset ad numerum quinque, ut fecit, sed ad illum, qui reperiri potuisset, prout nec etiam restrinxisset dispositionem illam ad rusticos tantum, & eo casu so-

lum quo Rustici testantur, sed absolute
id disposuisset, quo ad omnes perso-
nas, & omnes casus in quib. copia se-
ptem testium haberi non posset, pro-
ut etiā dicit ibi Alex. ante nu. 3. & Ias.
sub nu. 2. uersi. secundo, & fortius, qđ
per illa uerba, ad Dei humanitatē re-
spicientes, ibi posita, Imperator nō ui
detur se principaliter fundare in iure
Diuino, quia eo attento ualeret testa-
mentum coram duobus testibus, qđ
tamen ibi negatur, quo fit, ut sola ino
pia testium non possit dici ratio fina-
lis huiusdispositionis, ex quo est restri
12 cta ad limites dispositionis illius. l. qđ
uidetur contra naturam rationis fina
lis, quæ non restringitur per disposi-
tionem, sed ipsa dispositio per ipsam
rationem finalem restringitur, & am-
pliatur. l. cum pater. §. dulcissimis. ubi
Bar. Bal. Pau. de Cast. & cæteri. ff. de le
gā. 2. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pa-
tro. l. quod dictum. ubi post alios late
Ias. in 1. & 2. notabili. ff. de pac. l. regu-
la. §. si quis. & ibi Bar. & Bal. ff. de iu. &
fac. igno. Aym. consi. 135. sub nu. 32.
Cepha. consi. 134. num. 33. & seqq. &
latissime Tiraquel. cessan. cau. par. 1.
nume. 159. cum seqq. iuncto nu. 149.
& aliis plurib. seqq. & nos supra c. 10.
nu. 31. & etiam cap. 2. num. 34. & late
declarauimus infra par. 3. c. 3. nu. 70.
& pluribus seqq. etenim ubicunque
13 prout in casu isto lex disponit de ra-
tione attendi debet lex, & non ratio,
eo quia ratio non potest dici eo casu
finalis. de cuius natura est, ut ipsa ra-
tio disponat de lege, non è conuerso.
Aym. cons. 221. hucque spectat, quod
ubi ratio non est æque generalis, ut
legis dispositio, tunc non dicitur fina
14 lis, sed tantum impulsiua, ut per Io.
And. & cæteros post eum in c. quo-
niam. per illum tex. de immu. eccles.
lib. 6. Bar. in extrauag. ad reprim. in
uer. ac ex eorum absentia. in prin. Bal.
in l. de quibus. col. 10. in uersi. quo ad
sextum. ff. de leg. idem Bald. in l. gene-
raliter. sub nu. 3. C. de epis. & cle. Feli.
in c. cum nuntius. col. 1. de testibus.
Ias. in auth. quas actiones. nu. 18. C. de
sacr. eccle. Euerar. in locis lega. à cessa
tio. ratio. centu. 85. in fi. Aym. in con-
si. 192. sub num. 21. in uersi. quinto. &
post alios per eum relatos latissime Ti
raquel. d. tract. ces. cau. limit 1. nu. 62.
15 Confirmantur præmissa, quia pro-
ut ex præfat. d. l. fi. C. de testa. colligi-
tur, ubi non semel, atque iterum de
simplicitate rusticali fit mentio princi
palis, & finalis ratio, in qua se fundat
Imper. est imperitia rusticalis. ad l. fin.
quæ est melior lex, quæ in iure repe-
riatur, ut ibi no. Bar. Bald. & cæteri. ff.
de hæred. insti. Bal. in l. ut liberis. nu. 1.
C. de colla. Aym. consi. 135. num. 32.
Dec. consi. 10, nu. 2. ad med. & alibi sæ
pius, ut per Cephal. consi. 5. nu. 28. be
ne Cur. iun. in cons. 185. quod est om
nium ultimum. num. 2. Paris. cons. 69.
nu. 5. uolu. 4. cum infinitis prope sim.
congestis per facūdum Tiraq. cessan.
cau. limit. 1. nu. 64. & seqq. & per nos
supra propius cap. 11. nu. 9. ita quod
cum ratio inopiæ testium non per se
sola consideretur, sed simul cum im-
peritia rusticali merito non potest di
ci ratio finalis dispositionis. d. l. fin. ut
per eundem Tiraquel. d. tract. limita.
22. nume. 3. & per consequens sola
inopia testium non sufficit, ut sit lo-
cus dispositioni. d. l. fi. si cesset ratio im
16 peritiæ rusticalis, quia ubi plures cau-
sæ, prout in casu isto, simul, & copula
tiue considerantur, necesse est omnes
quoque simul concurrere debere, ut
locum habeat dispositio, & si una ces
sat etiam dispositio, ut per illum tex.
not. Abb. in cap. quoniam frequen-
ter. §. porro. in fi. ut lite non contest. &
in cap. cum cessante. sub nu. 2. de ap-
pella. & late trad. Bart. in extrauag an.

ad

ad reprim. uerſi.ne ex eorum abſentia nu.15.& ſeqq.Bal.not.in l.1.nu.12. C.de cond.ind.Abb.in c.cũ nuntius. & Fel.quoq;nu.1. de teſtib. idemque Abb.in conſi.70. in uerſi.tertio probatur. uol.2. Ripa in l. ex facto. ſub nume.14.ff.de uul.& pup.Iaſ.in l.de di.la prima. nu. 4.& ſeqq.ff.de cond. cau.da.cum aliis cumulatis per Tiraquel.d.limit.22.num.12.& ſeqq.quibus accedant ſupra trad.num.4.licet ſecus eſſet ubi eſſent duæ cauſæ, non
17 ſimul,& copulatiue, ſed de per ſe diſiunctim & diſtributiue conſideratæ, ut per Abb.Bar.& Bald.& Fel.proxime allegatos & latiſſime Tiraquel. uſque ut dici ſolet ad nauſeam. d. limit.22.nu. 1. & decem ſeqq.

Et conſequenter ſola inopia teſtium non eſt ſufficiens,ut quis poſſit teſtari cum quinq; teſtibus iux. diſpoſitionem d.l.fi.C.de teſta. cũ ibi plures cauſæ copulatiuæ & ſimul aſſignentur, ut etiam ibi cõſiderat Iaſ. ſub nu. 2. uerſi.nec eſt bonum fundamentũ. ex quo tollitur motiuũRipæ,qui ponderat has duas cauſas, inopiam ſcili-
18 cet teſtium, & imperitiã ruſticalẽ ad partem contrariã de priuileg.ult. uolunt. ante nu.3. ex eo quod cum ſint duæ cauſæ finales,ſufficit unã adeſſe, ut locũ habeat diſpoſitio, licet altera ceſſet iux.§. affinitatis.inſt. de nup.cũ aliis late adductis infra c.23. nu. 27. tum quia id procedit prout loquitur tex. per eum allegatus in §.affinitatis. ubi ſunt duæ cauſæ finales,ut ibi not. Ang. aret. in tertio notab. Bar. in l.ſi uentri.§. in bonis.ubi hoc bene declarat Ripa nu.13. cum ſeq. ff. de priui. credi.Abb.& Dec.in d.cum ceſſante. in 4.fallen. de appella. at in terminis d.l.fi.inopia teſtium nõ eſt eius.l.cauſa finalis,ut ſupra oſtenſum fuit.Tum etiam quia motiuum non procedit ubicunq; prout in d.l.fin. plures cauſæ ſimul & copulatiuæ conſiderantur ut etiam proxime declarauimus.

Nec obſt. dum diſtinguendo Ripa declarat has duas cauſas in d.l.fi.conſiderari ad diuerſos fines, & effectus, uidelicet ut ſimplicitas ruſticalis fuerit cauſa remittendi alias ſolẽnitates, quæ communiter requiruntur in teſtamento in ſcriptis, ſed inopia teſtium fuerit ſolum cauſa remittendi
19 numerum ſeptem teſtium, quia iſta ſua diſtinctio nec ſapit, nec iure probatur, quinimo contrariũ probat tex. in d.l.fi.ubi dum loquitur de inopia teſtium, præſupponit, prout expreſſe loquitur, quod Ruſticus teſtetur, & quod Ruri teſtetur, prout ſupra uerba tex.põderauimus.nu.3.ergo quod
20 ibi ſtatuitur propter inopiam teſtium non habet locum niſi alia ibi præſuppoſita uerificentur, iux.no.per glo.& doc.in l.mancipia. C.de ſer.fugi.Roma.ſing.489.Dec.in conſi.259.nu.6. & conſi.644.nu. 15. & ſeqq. & alibi ſæpe cum aliis in propoſito late adductis ſupra cap.10. nu. 148. & ſeq. ita quod (prout ſæpius dictum fuit) ſola inopia teſtium non eſt ſufficiens, ut remittatur ſolennitas numeri ſeptem teſtium.

Id quod etiam apertiſſime probat tex.in l. conficiuntur. §.codicilli. ubi in terminis.q.noſtræ de ciue Ruri teſtante hoc not. Iac. de Are.& poſt eũ Bart.ff. de iu. codicil. & ad hoc illum tex.adducunt cæteri quoque doc.per nos ad id allegati ſupra nu.5.& ſeq.& late etiam oſtendimus ſupra cap. 10. num.34.& 35.& tribus ſeqq. ubi late explicauimus intellectũ d.§.codicilli. & faciunt oĩa,quæ in d.c.10.adducta fuerunt ad proban. quod ẽt propter neceſſitatem non ualet teſtamentum abſq; ſolenni numero ſeptem teſtium iux.d.noſtram ſeptimam limitationẽ, ubi id latiſſime comprobauimus.

21 Plura igitur simul requirũtur(ut in prin.huius cap.diximus)ad hoc,ut cõpetat priuilegium. d.l.fi. Primum aũt & principale requisitum respicit per-
22 sonas, quia Rusticis tantũ concessum est,quibus communiter non est litterarum peritia, ut habetur in prin.d.l. fin. & merito in eis præsumitur iuris
23 ignorantia. l. fin. in princ. iuncta glo. uer. per errorem.ff. de do. excep.l.1. in fi.ff.de eden.l.si quis graui.§.quoad causam. in uers. si quis ignorans.ff.ad Silla.l.2.in fi.ff.de iu.fisc.glo. in l.quicũque. & ibi doc. omnes tradd. C. qui admi. in l. si quis id quod.per illũ tex. in uers. doli. ubi post alios late Ias. nu. 32. & Dec. etiam nu. 32. ad fi. & nu.33. cum seqq.ff.de iurisd.om. iud.
24 & not. Bald.in l.2. nu.3. C. de fideic. Præsertim ruri degentibus,ubi homines literati quos consulere possint raro inueniuntur, ut in terminis ponderat tex & considerat Imp.in d.l.fi. nõ
25 ergo ciuibus, non Doctoribus, non Aduocatis,qui ius per se aut per alios quos consulere possunt iura scire debent.arg.l.constitutiones.C.de iur.& fac. igno.cum sim. in proposito supra adductis.c.18.nu.18.& seq.ubi latissime ostendimus hæc & alia priuilegia concessa ob præsumptam iuris ignorantiam non competere Doctoribus, & alijs contra quos militat præsumptio sciẽtiæ iuris. Rustici uero in pro
26 posito dicuntur qui continuo cõmorantur extra ciuitatẽ in uillis,& comitatu.iux. l. 1. ibi, extra muros. C. ne Rustica.ad ullũ obse. deuocen. lib.xj. declarat Bar.in d.§. codicilli. ante nu. 4.Ias.in d.l.fi.nu.1.Ang.Aret.d.glo.5. in tract. de testa. nu. 8. quibus, ut dictum est,propter imperitiam rusticalẽ hoc priuilegium specialiter indul-
27 tum est; quare non uidetur sibi uendicare locum in rustico sagaci, uel squadrato. iux. gl. in l.athletæ.§.de rusticis.uer. interdum. ff. de excu.tuto. quæ uult quod in casibus quib.rusticitas excusat, id fallit in rustico sagaci Alex.in d.l.si quis id quod.nu.10. Ias. sub nu.32.uers. prædictam regulã. & Cur.iun.nu.36.ad med. ff. de iur.om. iud.quãuis in hoc contrarium, & forte melius præsertim in terminis nostris teneat ibi Dec.nu.34. eo quia licet reperiãtur rustici sagaces in eorũ exercitio, uel in actibus moralib.non tamen habẽt iurisperitiã pp quod indulgetur eis hoc priuilegiũ in d.l.fi.

28 Secundũ principale requisitum respicit locũ extra ciuitates, & castra, cui concessum est huiusmodi priuilegiũ in d.l.fi.uers.sancimus.iũcto uers. seq.in illis uero locis.qui quidẽ locus licet ibi noĩe proprio nõ specificetur,
29 tamen quia Rusticis, & Rusticanis cõceditur,quorũ appellatio à Rure deriuatur, idcirco locus de quo meminit Imperator ibi proprio Ruris uocabulo continebitur, prout clare ẽt præsupponunt, ibi Bal. & cæteri oẽs,ubi
30 expresse dicunt id concessum esse rusticis Ruri testantibus,& ponunt qõnẽ de ciue Ruri testante, ut ibi per Bal.& Alex.nu.2. & ita summãt Pau. de Cast.& Ias.& expresse ẽt I.Clar.d. lib.3.sent.q.56.uer.sed quid in testõ. & Boer. d.decis.228. parum sub nu.
31 10. est autem Rus locus extra ciuitates & castra, ut in d.l.fi.ubi agri & uillæ positæ sunt, teste Cornucopio, & Ambr.Calepino in uer.Rus.& habetur in l.fundi.& in l.ager.iuncta glo. in uer.uilla.ff. de uer.sig. Rus ergo in
32 proposito accipitur pro uilla, & comitatu,ut in d.l.fundi.ubi ædificia rustica uillæ appellantur;Ager locus ruris sine ædificio. & ita pro comitatu, & uilla in terminis.d.l.fi. accipiũt ibi Doct.ut per Bart.ibi. nu. 2.& Bald.in summario,ubi loquuntur de comitatu.Alex.nu.7.& Ias.post alios nu.1.& seq.

ſeq. ubi loquuntur de uilla, itaque in terminis iſtis de Rure Comitatu,&u.l la promiſcue Doct. loquuntur,

33 Circa quod notandum eſt,quod in iure habemus plura nomina,ſeu uocabula in diuiſione orbis diſtiĉti in tres partes principales Aſiam,Africam, & Europam,quę ſunt Mundi Regiones, & ſic Regio,Regnum,Prouincia, Ciuitas,Caſtrum,Villa, ut dicit Anch.in cap.ſtatutum.§.nec audiatur. num.4. de reſcrip.lib.6.& latius declarat Bar. ſuper conſtitutio. qui ſunt rebel. in uer.Lombardiæ. per totum. Et pleraque alia,ut Vrbs,Caſtellum, Comitatus,Diſtrictus,Burgus,Pagus,Vicus, Ager,Oppida,Pertinẽtiæ, Suburbia, Municipium,Territorium,Patria,Metropolis, Diœceſis, Parochia, Terra, Inſula, Colonia, Locus,& ſimilia,de quibus habetur in cap. cum in partibus.de uerbo.ſigni. in cap. ſi ciuitas. ubi late Gemin.de ſenten.excommu. lib.6.in cap. tuæ. de cle. non reſiden. in cap.ego Lodouicus.ubi glo.& Docto.in uer.territorijs. diſtinct.63.c. 1. cum cæteris ſeqq.diſtin. 80. cap.prouinciæ.& ſeq. diſtin.99. clem. ne Romani.§.ſane.de elec. in cap.1. ubi bene Abb. de Ciuitate,urbe,& diœceſi in 3.4.& 5.notabili.de offi.ord.& ibidem late Barba.poſt alios à nu.1. uſq; num.11. ubi num.2. de Ciuitate Metropolitana poſt Bal.in l.ſi in aliquam. ff.de offi.proconſ.& de quo late quoque Arch.& poſt eum Io.And.in cap. fœlicis.nume.11.12. & ſeqq. Ancha. col.fin.& cæteri, de pœn.lib.6. c. Rodulphus. ubi de materia gl. late Abb. & cæteri cano. & latiſſime Felin. per quatuordecim prędictas coll.de reſcr. & de parochia,extra de paroch.& ibi Ioan.And.& Abb.in rub. & in l.2.& l. utAlphenus.& l.pupillus.§.urbs.§.oppidum.& §.territorium. & l.fundi. & l.Ager.& l.locus. & l.municipes.ff.de uerbo.ſigni. in l.1.§. ſiue autem intra oppida. ubi Pau.de Caſt. & latiſſime, & remiſſiue Alex.ff.de nou.opc.nunciа.in l.qui ex uico.ff.ad municipa. in l.nam quod liquide.§.ſi ita legetur. ff. de pe.lega.& in l.1.§.permittitur.ibique Bar.nume.8. ff.de libe. agno.in l. uxorem.§.legauerat.& ibi etiam Bar. ff.de leg.3. in l.ſi duas.§. grammatici, & §.decet.ubi etiam Bart.nume.5.ff. de excu.tuto. & in l. ſi hæres.§. uicis. ubi Bar.& poſt alios late Iaſ.ff.de leg. 1.in l.1.in l. colonia. & l. fin.ff.de cenſib. in l. inſulæ. ff. de iud. in l. inſula.l.adeo.§.inſula.ff.de acqui. re.dom. & inſtit.de re.diui.§.inſula.& in l.uni. ubi late Bart. & Alexan. ad eum qui alia adducit. C.de metro.beri, lib.11. & in l.2.ubi de caſtello, & territorio. C.de fundis limitro.eo.lib.11. per gl. paruulam.in l.ex hoc iure. uer. collata.ff.de iuſti. & iu. & late Bart. d.uer. Lombardiæ. & Ancha. d. §. nec audiatur. nume.4. & habetur per Inno. in cap.ex literis. nume.5. de iu.patro. in cap.cum ad ſedem.col.1.ubi etiam Abb.nume. 11. cum latiſſima apoſtil. de reſtitu.ſpo.& per Bar.in l.fi.col. 2. in princ.ff. de colleg.illi.& in l.1.§.ſin autem. cum concordan. ibi adductis per Alex.ff.de nou.ope.Old.latiſſime de territorio in conſi.121.nume.1. & decem ſeqq.& de oppido Bald.in l.1. nu.1.C.quæ ſit longa conſuet.&idem loquens de terra & patria in l. ſi non ſpeciali.nu. 6.7.& 8. C. de teſtam.& de pertinentiis idem Bal.in cap.1.nume.2.de capita. qui cur. uendi. in uſi. feudo.&Sozi.in l.1.num.7. in fi.ff.de reb.dub.Papien.in for. libel. in actio. rea.uerſ.cum pertinentijs.Alex. conſi.23.nume.5.cum ſequen. uolumi.5. Dec.conſi.516. nume. 23. cum ſeqq. & latius per Alexan.in l.3.in prin.nume.23.24.& ſeqq.ff. de acqui. poſſeſ. & de oppido Cagno.in procem.dige

 ſtorum.

ſtorum.§.illud uero. nume.274.& de diſtrictu, & territorio tradd. late Bal. in conſil.499.uolu.4. Aret. conſi.77. nume.4.Abb. conſ.20.nume.2.uol.1. Ripa in l.quominus.num.93.ff.de flumi.& Alexā. ubi ponit quot homines conſtituant uillam, & caſtrum in l.fin. nume.7.C.de teſtam. late Bal. qui loquitur de differentia inter diœceſim territorium, & ciuitatē in conſi.326. col.fin.& conſi.ſeq.col.1.uerſi.præte-
34 rea diœceſis.uol.1.quæ quidem orbis diuiſio, & diſtinctio ortum habuit de iure gentium, ut habetur in l. ex hoc iure.ubi glo.& Docto.ff.de iuſt.& iu. cuius.l.intellectum noue explicat do
35 ctiſſimus, & nunquam ſatis laudatus Nauarra in ſua celeberrima relec.c. nouit.de iud.in 3.notabili.nume.95. idem trad.Bar.d.uer.Lombardiæ. nume.2. & latiſſime declarat Domi. Soto de iuſti.& iu. lib.4. quæſtio.3.articulo 1.

In propoſito igitur hoc priuilegiū de quo loquimur conceſſum eſt ruſticis extra ciuitates,& caſtra, Ruri tantum.i.in uillis,& comitatu teſtātibus, nam in his locis raro inueniuntur homines literati,& legum peritia pollētes,ut habetur in d.l.fi.C.de teſta. uil-
36 la autem in propoſito dicitur quædā unitas domorum abſque muris uallata extra caſtra, & ciuitates poſita, ut habetur per Bar.& poſt eum Iaſ. in d. §.uicis.nume.7.& ſeqq. Abb. in cap. uenerabili.nume.1.de cenſ.& in cap. tuæ.in 2.notabili.de cle. non reſiden. ubi etiam ponit notabilem differentiam inter caſtellum, & caſtrum, & de comitatu late Felin.d. cap. Rodulphus.col.12.uer. comitatus.ubi poſt Imo.ſubdit,quod in iſtis maxime etiā attenditur communis uſus loquendi, unde uidemus,quod licet aliud ſit ciuitas, aliud ſit uilla, tamen in Francia apud Gallos ciuitas dicitur uilla. ut dicunt Bar.in d. uer. Lombardiæ. nu.3. Iaſ.in d.§.ciuis.& Abb.in d.cap.uenerabili.nume.1.de cenſi.ſed de his ſatis.

37 Deuenio ad tertium requiſitum.d. l.fi.quod reſpicit inopiam, ſeu penuriam teſtium, nam in hoc tātum caſu, ubi ſeptem teſtes eo loco non reperiuntur,priuilegium teſtandi cū quinque teſtibus conceſſum eſt, ut habetur in uerſi.ſin autem, ex quo inferūt Doct. quod licet ſex teſtes haberi poſſent, tamen ualebit teſtamentum cū quinque tantum,quia ſufficit non poſſe haberi ſeptem.ut ibi tradd. Pau. de Caſt.ſub num.4.Alexan.ſub num.10. in fin.& Iaſ.nume.11.& hinc quoque apparet, quod ratio inopiæ teſtium non eſt finalis, ex quo lex diſponit de ratione, & ratio reſtringitur ad limites ipſius diſpoſitionis, ut latius etiā ſupra nu.12.& ſeqq.

38 Hoc autem priuilegium generale eſt tam reſpectu teſtamenti in ſcriptis, quàm teſtamenti nuncupatiui iux. opi. quæ communiter de conſuetudine obſeruatur, ut dicit Bar. in d. l.fin.nume.1. Alexan.ſub nume. 8. & poſt alios Iaſ.col.1. in uerſ.quarto extende.Iul.Clar. atteſtans de communi d.lib.3.ſenten.q.56. in d. uerſi.ſed quid in teſtamento.

39 Quod ſi ruſticus poſt teſtamentum cum quinque teſtibus, ex priuilegio d.l.fin. conditum transferat ſe, ut ſæpe uidemus, ad ciuitatem ibiq; moram trahat, eiuſq; ciuitatis incola fiat, ſicque ruſticus eſſe deſinat, utique teſtamentum iſtud irritabitur, ut late ſupra cap. 19.nume. 28. & ſeqq. oſtenſum fuit, quæ ne hic iterum fruſtra repetamus, conſulto omittimus.

Limitatio

Limitatio VII.

Testamentum non requirit solennem numerum septem testium, sed duo tantum sufficiunt ubicunque per legem Principis, seu statuta particularia, & consuetudinem ciuitatum esset in eo remissa iuris solennitas. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Libera facultas testandi concessa persona inhabili intelligitur concessa seruatis iuris solennitatibus.*

2 *Testamentum ualet absque numero septem testium ubicunque per legem seu statuta in eo est remissa iuris solennitas.*

3 *Papa, & Imperator sunt Principes supremi.*

4 *Supremus Princeps potest tollere solennitates introductas de iure positiuo, cum ipse sit supra ius positiuum.*

5 *In his, qua sunt iuris positiui uoluntas Principis est pro causa, & ratione. & nume. 49.*

6 *Supremi Principes, qui non recognoscunt superiorem, dicuntur habere iura Imperii.*

7 *Principes non recognoscentes superiorem sunt Rex Francia, & alii, qui hic late enumerantur.*

8 *Princeps non recognoscens superiorem tantam potestatem habet in locis suis, quantam Imperator in imperio suo.*

9 *Principes supremi potuerunt de iure prascribere hanc superioritatem, & supremam potestatem saltem ex communi obseruantia de facto recepta. & an Imperator sit Dominus totius orbis.*

10 *Populi & Principes ex consuetudine temporis immemorabilis possunt prascribere iura Imperii, & alia regalia reseruata in signum suprema iurisdictionis.*

11 *Facultas condendi legem generalem, competit habentibus perpetuam iurisdictionē.*

12 *Quod testamentum ualeat cum duobus tantum testibus etiam per statuta particularia inferiorum à Principe introduci potest. & nu 14.*

13 *Vbicunque in testamentis est relaxata solennitas iuris ciuilis ualet testamentum cum duobus tantum testibus.*

14 *Iuris solennitas in testamentorum confectione potest remitti per statuta municipalia, & consuetudinem ciuitatis iux. communem.*

15 *Dispositio iuris ciuilis per aliud ius ciuile tolli potest.*

16 *Statuta particularia, moresque ciuitatis dicuntur ius ciuile.*

17 *Consuetudo ciuitatis, quo ad ciues ipsos habetur pro iure communi, quin & ipso iuri communi praualet.*

18 *Consuetudo dicitur lex non scripta.*

19 *Ciuitas qualibet habet potestatem legis condenda, & consuetudinem introducendi etiam Principe ignorante ex generalis ipsius Principis permissione.*

20 *Regia potestas competit ciuitatibus, tam de iure gentium, quàm de iure natura ab exordio mundi.*

21 *Tex. in l. 2. C. quemad. testamenta aperi. inducitur.*

22 *Ias. non bene percipit uim arg. & inductionem Bar. de d. l. 2.*

23 *Vbi per statuta est remissa solennitas in confectione testamentorum cesset suspicio falsitatis, & prasumitur ex iusta causa remissa.*

24 *Lex si non speciali. C. de testam. declaratur.*

25 *Quod multipliciter exponitur, eius ueritas ignoratur.*

26 *Quod lex non dicit, nec nos dicamus, sed uerbis legis contenti simus.*

27 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

28 *Persona extrinsecus subaudiri non debet.*

29 *Statutum, & consuetudo potest probationem de iure inualidam facere ualidā, & è conuerso. & nume. 34.*

30 *Statutum disponens, quod testamentum ualeat cum paucioribus, quàm septem testibus est fauorabile, & ampliandum.*

31 Redu-

31 *Reductio ad pristinum ius gentium reputatur fauorabilis.*

32 *Statutum prebens occasionem delinquendi, tanquam irrationabile non ualet.*

33 *Statutum, & consuetudo contraria legi rationali uidetur irrationabilis.*

34 *Statutum, & consuetudo ualidans probationem de iure inualidam non ualet, ni si ubi utilitas, uel necessitas subest.*

35 *Statutum, uel consuetudo contra ius commune in dubio irrationabilis iudicatur. & nu. 44.*

36 *Statutum iniustum irrationabile, & dolo conditum, an sit ipso iure nullum.*

37 *Statutum & consuetudo, quod ualeat testamentum cum duobus tantum testibus, an sit bonum, & fauorabile, uel prebeat occasionem fraudibus, & occasionem delinquendi.*

38 *Vbi adest statutum predictum cessat timor falsitatis propter legalitatem personarum, quæ præsumitur in loco, ubi statutum uiget.*

39 *Ex uarietate temporum, & locorum ius commune, & statuta ipsa consuetudinesque uariantur.*

40 *Lex debet esse loco temporique conueniens.*

41 *Legum mutatio, & uariatio est non solum utilis, sed & quandoque necessaria.*

42 *Duo statuta contraria consideratis diuersis finibus, & motiuis possunt simul esse rationabilia.*

43 *Statutum, & consuetudo, quod ualeat testamentum cum duobus, uel tribus testibus uidetur per Papam approbari, & ius ciuile in contrarium reprobari.*

44 *Statutum, & consuetudo contra ius commune in his, quæ sunt de iure positiuo, in dubio præsumitur rationabilis.*

45 *Consuetudo, tanquam lex municipalis derogat legi generali in loco, ubi consuetudo uiget.*

46 *Consuetudo sumit authoritatem ex generali legis approbatione.*

Consuetudo est ius non scriptum habens

47 *eundem uigorem, quem lex scripta.*

In his, quæ sunt de iure positiuo, lex est iusta eo ipso, quod hic opinatus est legis

48 *lator.*

49 *Et in his procedit illud uulgatum, sic uolo sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.*

50 *Sublato iure communi per contrariam consuetudinem non potest illi quis inniti etiam sub pœna falsi.*

51 *Distinctio Doc. inter statutum, & consuetudinem insipida reiicitur.*

52 *In his, quæ sunt iuris positiui ratio, non est de substantia statuti, et consuetudinis.*

53 *Valet statutum, & consuetudo contra rationem, & statuta humana, dummodo non sint contra ius diuinum, nec contra fidem, nec contra mores bonos naturales nec alias prebeat occasionē delinquendi.*

54 *Intellectus l. prospexit ff. qui, & à quib.*

55 *Consuetudo, quæ absque iusta causa uult adhiberi plenam fidem dicto unius testis, uel scriptura priuata non ualet.*

56 *Papa, & Imperator orbis duo magna luminaria.*

57 *Tex in l. fin. C. de testa. quid disponat circa consuetudinem diminutiuam numeri septem testium in confectione testamentorum.*

58 *Reprobatio consuetudinis porrigitur nedum ad præteritam, sed etiam ad futuram.*

59 *Prohibitio per uerba præcisa, & uniuersalia aufert omnem dispensationem in contrarium.*

60 *Intellectus l. fin. C. de testa. explanatur.*

61 *Aliud est quod lex resistat, aliud quod non assistat.*

62 *Lex quæ tendit ad approban. & ualidandum non debet operari reprobationem, & inualiditatem.*

63 *Tacita reprobatio consuetudinis non porrigitur ad futuram, sed ad præteritam tantum.*

64 *Tacita prohibitio, & reprobatio non est eius efficacia, prout expressa.*

65 *Statutum, & consuetudo per rusticos induci non potest.*

66 *Consuetudo contra ius commune reprobans etiam futuras consuetudines potest ex noua, & iusta causa denuo introduci.*

67 *Consuetudo immemorabilis præsumitur, ex iusta causa introducta, licet a iure à iure sit reprobata.*

68 *Et talis consuetudo habet uim priuilegii à Principe concessi.*

69 *Et operatur etiam in his in quibus ius commune repugnat.*

70 *Et habet tantam potestatem, quantam habet Imperator, quando cum causa procedit.*

71 *Consuetudo immemorabilis ubicunque est damnata ut irrationabilis, denuo introduci an possit.*

72 *Bal. in l. si non speciali. C. de testa. reprobatur.*

73 *Numerus duorum testium tanquàm de iure naturali, & gentium per statutum, & consuetudinem tolli non potest.*

74 *Papa & Imperator, & alii supremi Principes non possunt statuere, quod indistincte uni tantum testi plena fides adhibeatur.*

75 *Non possunt statuere contra ea, quæ sunt iuris diuini, uel gentium.*

76 *Non ualet constitutio, quæ inuitat ad delinquendum.*

77 *Possunt tamen Papa, & Imperator ex causa statuere in aliquo casu particulari, quod unus testis plene probet.*

78 *Statuta & consuetudines sunt paris efficacia, ac lex Imperialis.*

79 *Papa licet non possit tollere ius diuinum, potest tamen in aliquo casu particulari illud limitare, & declarare.*

80 *Statutum, & consuetudo, quæ in aliquo casu speciali, ex aliqua causa adhibet plenam fidem uni tantum testi non est irrationabilis, secus si sit indiscreta.*

81 *Vbi dispositio Principis non ualet nisi ex causa, in dubio causa non præsumitur.*

82 *Statutum, & consuetudo potest inducere, quod ualeat testamentum absque ullo teste, dummodo possit aliter constare de uoluntate testatoris.*

83 *Castrum, & uilla, an possint statuta condere, & consuetudines inducere.*

84 *Consuetudo an per unam progeniem, uel familiam introduci possit.*

85 *Statutũ, & consuetudo, circa solennitatẽ in testamentis adhiben. an comprehendat forenses ibi testantes, uel subditos alibi testantes.*

86 *Et an hoc statutum porrigatur ad bona extra territorium sita.*

87 *Testamenta condita in locis infidelium, testamenta Iudæorum, & Paganorum, an requirant solennitates iuris ciuilis.*

88 *Instrumentum non est de substantia contractus, & testamenti, sed ad faciliorem probationem.*

89 *Instrumentum, ut probet debet continere descriptionem testium.*

90 *Ex instrumento nullo, quis agere non potest, licet contractus aliunde probari possit.*

91 *Contractus potest esse ualidus, licet instrumentum sit nullum, & è contra.*

92 *Contractus, & instrumentum sunt diuersa.*

93 *Instrumenta publica ex generali consuetudine habent executionem paratam.*

CAP. XXII.

1 QVAMVIS supra cap. 13. in 10. amplia. conclusum fuerit, quod per liberam facultatem testandi non intelligatur remissa iuris solẽnitas ubicunq; illa concessa fuerit personæ alias inhabili ad testandum, & idcirco hoc etiam casu requiritur solennis numerus testium, licet secus si talis facultas concederetur personæ alias habili iuxt. not. per glos. & Docto. in l. si quando. C. de inoffic. testa. ut ibi plenius declarauimus, tamen ubicunque

2 per legẽ, seu statuta particularia expresse in testamento remissa, seu sublata esset iuris solennitas, tunc sine dubio indistincte ualet testamentum absque solenni numero septem testium, ex quo ista est solennitas iuris inducta, per tex. l. hac consultissima. C. de testa. cum aliis late adductis supra cap. 2. num. 1. ideo & c. l. si non speciali. & ibi not. Docto. C. de testam. qui tex. ita per omnes intelligitur, ut dicit Iaf. in l. 1. sub num. 38. C. de sum. Trini. & ad hoc semper allegari solet.

3 Et in supremo Principe, ut est Papa & Imperator teste Bal. in l. 1. nu. 7. ff. de

ff.de constitu. prin. & duo urbis magna luminaria, ut infra num. 56. omnes hoc admittunt iux. glos. in d. l. si non speciali. quæ dicit [ab Imperatore] & sequitur Oldr. cum quo transit Bald. ibi nume. 5. & de Papa probat tex. in cap. cum esses. extra eod. titu. de testamen. iunctis late trad. ad interpretationem illius tex. infra par. 2. cap. 8. præsertim. nume. 20. & seqq.
4 quia cum Supremus Princeps sit supra ius positiuum. cap. proposuit. de concess. præb. cum alijs ad hoc allegatis per Aym. de ant. tempo. par. 1. sectio. 1. nume. 38. nulli dubium, quod istas solennitates introductas de iure positiuo tollere pōt, sine causa quoque, iux. Innocen. in cap. cum ad monasterium. nume. 2. de sta. monacho. & not. per cano. omnes in cap. quæ in ecclesiarum. ubi Abb. nu. 17. & Dec. qui adducit concordan. nume. 29. de constitu. & in proprijs terminis Ang. consi. 88. col. j. Ias. proxime allegatus in d. l. 1. lec. 1. nume. 38. C. de sum. Trini. Anto. Francis. ad Abb. in cap. 2. ante nume. 5. uer. consuetudo. de probatio. Paris. consi. 46. num. 32. cum seqq. uolu. 3. Natta in repet. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nume. 21. & sequen. C. de testamen. & Fernan. Vasq. de success. crea. 1. par. lib. 1. §. 2. nu. 19. quib. in proposito accedant late trad. infra cap. proximo. nume. 3. cum seq.
5 in his enim, quæ sunt iuris positiui, uoluntas Principis est pro causa, & sufficit pro ratione uoluntas, ut infra nume. 48. cum sequen. & late supra cap. 3. nume. 24. & prout in plerisque casibus hanc iuris solennitatē in proposito relaxatam esse præced. nostris limitationibus ostendimus.

6 Et consequenter hoc etiam est admittēdum in alijs supremis Principibus, qui habent iura Imperij, & non recognoscunt superiorem, prout est
7 Rex Franciæ, qui est super omnes Reges, ut dicit Bald. in cap. imperialem. §. fi. nume. 24. de prohi. feu. aliena. per Fede. & late cōprobat Boer. in tract. de authorita. magni consi. qui alios ad hoc citat. nu. 48. imo concurrit etiam cum Imperatore, ut ibi late nume. 47. de cuius præeminentia, & superioritate extat peculiaris tract. de iur. & priui. Reg. Frāciæ, Rex Angliæ, Hispaniarum, & similes, de quibus in cap. per uenerabilem. ubi bene Abb. nu. 9. & 10. qui filij sint legi. ubi etiam late Præpo. nume. 90. per glos. & scriben. in cap. Hadrianus. el secondo, distin. 63. prout de iure extat celebre consi. Oldr. 69. & per eund. in consi. 231. num. 1. ad med. ibi, nisi forte quis non improbabiliter diceret. & Bar. in l. hostes. nu. 6. ff. de cap. & in l. si duas. §. grammatici. lec. ult. sub nume. 2. ff. de excu. tuto. ubi loquitur de Rege Franciæ, prout etiam Specu. de appella. in §. nunc tractemus. in prin. & per Io. And. in addi. ad eum de instru. edi. §. porro. uer. subscribat. in fin. & Alexandri. in cap. ius quiritum. uersi. no. quod omnes reges. distin. 1. Abb. d. cap. quæ in ecclesiarum. num. 6. ubi etiam Felin. colum. 12. uersic. tertius casus. sub nu. 33. de constitu. & Bero. num. 82. Abb. in c. nouit. sub nu. 16. de iud. in c. pastoralis. nu. 2. de offi. deleg. Franch. in rub. de appel. col. 3. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 25. ff. de ius. & iu. Balb. de præscript. 2. par. 5. par. princip. quæstio. 2. nume. 5. Cagno. in procem. digestorum. num. 23. Restau. de Impera. quæstio. 54. nume. 7. in fi. & sequen. & idem latissime de Rege Fran. & alijs eo. tract. quæstio. 53. per totam, & Purpura. in rub. ff. de iurisd. om. iud. col. 2. latissime Feli. in c. cum non liceat. col. 5. de præscrip. Couar. in relec. regulæ peccatum. par. 2. §. 9. nume. 9. de reg. iu. lib. 6. Gabriel. com.

conclu.lib.5.de requi.re.domi. conclu.3.nume.3.cum seqq.Gaspar Valla in repet.l.Imperium.nume.93.& pluribus seqq.ff.de iur.om.iud.& plene Corset.de potes.regia par.3.nu.19.20.& 22.cum cæteris seqq.ubi hos, & alios Reges specifice recenset, qui non recognoscunt Imperatorem in Dominum, nec alium superiorem, & par.5.q.10 1.nu.66.cum seqq.

Et de Serenissimo Dominio Venetorum Alberic.& post eũ Ias.in d.l.1.lecti.num.11.& præcise ad effectum, de quo loquimur.nume.38.& lec.2.nume.81.C.de sum.Trinit.& in d.l.ex hoc iure.nume.26.& 27.& idem Ias.latissime in consil.20.col.1.& seq.uolumi.3.Sozi.iun.in consi.100.nume.10.& 11.uolu.2.quod & uoluit Bald.in rub.ff.de re.diui.num.6.quia ut ipse dicit de iure gentium ciuitas fundata in mari est libera eorum, qui eam ędificant; prout etiam de Ianuensibus idem Bal.in consi.182.col.2.uersi.præterea alia ratione.uolu.5.Dec.consi.534.& 629.col.1.Rolan.à Valle consi.29.nume.20.uolu.1.latissime Contar.inde oriundus.in l.uni.C.si de momen.poss.fue.app.limita.22.nume.12.& pluribus seqq.ubi idem subdit de Venetis,& de Republica Florẽtina, prout de ea, & de ciuitate Pisana Bar.in d.l.hostes.ad fin.ff.de capt.Abb.consi.91.col.3.uol.1.Roma.consi.456.circa prin.Dec.consi.357.nume.1.in fin.& seq.Felin.latissime in proposito de quo agimus in cap.quæ in Ecclesiarum.col.2.in uersic.prima conclusio.numi.2.de constitu.& col.12.in uersi.tertius casus.idem Felin.qui idem firmat,de suo Excelso Duce Ferrariæ in cap.cum a nobis.col.2.de testibus.Ias.d.consi.90.col.2.uersicu.hinc est.uolu.3.& Gabriel.d.conclu.3.nume.13.& pluribus seqq.qua Republica subacta hodie succedit illi Magnus Dux Etruriæ, prout etiam succedit in ciuitate Senarum libera olim Republica,ut per Abb.consi.20.nu.1.uol.1.Sozi.eiusdem ciuis in consil.63.nume.6.uolu.4.Rolan.d.consi.29.nume.21.&de Serenissimo Duce Sabaudiæ Sozin.Paris.& alij plures relati in decisi.Pedemont.155.nu.1.Gabriel.d.conclus.3.in fin.latissime Ias.consil.227.col.10.uersi.duodecimo.& seq.uolu.2.Purpura.d.rubri.de iurisdiom.iud.col.3.& de Duce olim Mediolani Ias.in d.l.ex hoc iure.nume.25.in fin.Ripa,qui alios citat,lib.2.respon.c.3.in fi.late Pau.de Cast.consi.34.col.fi.par.2.Bald.in consi.359.uolu.3.Alex.in consi.2.nume.9.uolu.1.Paris.consi.1.nume.25.ubi alios etiam citat uolumi.1.& Curt.iun.in consi.etiam 1.nume.29.&seq.& consil.61.nu.8.9.& 10.ubi etiam loquitur de Marchione nunc Duce Mantuæ, de quo etiam Paris.consi.69.nume.2.cum seqq.uolumi.1.& d.decisio.Pedemont.155.sub nume.1.de quibus,& alijs Principibus,& ciuitatibus Italiæ non recognoscen.superiorem Bar.in l.infamẽ.

8 ad fin.ff.de pub.iudi.latissime Restau.d.q.54.nume.9.cum cæteris seqq.Hi enim omnes tantam habent potestatem in Regnis, ac locis suis quantam Imperator in Imperio suo. Et ideo omnia possunt,quæ potest ipse Imperator; ut latissime habetur per supra allegatos Doct.& præterea Bar.in l.1.§.de qua re.ff.de postulan.in l.quidã consulebat.in fi.ff.de re iud.in d.l.infamem.etiam in fin.ff.de pub.iudi.in l.1.§.fi.nume.3.ff.a quib.appell.non licet.in l.1.nume.11.C.de bo.uacan.lib.10.& alibi sæpe, ut per Alexan.in consi.15.nu.4.uol.5.& idem Alexan.in consi.1.nume.28.& 29.eo.uolu.5.Bal.in l.exemplo.num.4.C.de proba tio.& in l.donationes.in fin.sub rub.C.de dona.regis in reginam.& sequitur

tur Abb. in consi. 103. uol. 1. & in d. c. quæ in ecclesiarum. num. 6. ubi etiam Felin. proxime allegatus de constitu. Abb. in cap. pastoralis. nume. 5. cum concordan. ibi adductis per Dec. col. 1. uersi. & quod dictum est. de appel. idem Abb. in cap. cum te. nume. 19. de re iud. & in d. c. per uenerabilem. nume. 10. & Præpo. nume. 90. qui filii sint legi. Corn. consi. 200. nume. 1. uolu. 1. & repeten. supra allegati in d. l. imperium. nume. 93. & alijs seqq. de iurisd. omn. iud. late Dec. in cons. 191. col. 2. Aym. qui alios cumulat in consil. 135. num. 2. Cepha. in consi. 3. nume. 24. & in consi. 58. num. 65. uol. 1. Paris. consi. 25. nume. 53. cum seqq. uolu. 1. Sozin. iun. de communi consil. 92. nume. 3. uol. 2. & alii cumulati in d. decisi. Pedemon. nume. 155. num. 1. & per nos infra nu. 10. & 11. & c. 24. nume. 6. & 7.

9 Et potuerũt hi omnes de iure præscribere hanc superioritatem iux. cõmunem, ut patet ex latissime ad utrãque partem adductis per Felin. in d. c. cum non liceat. col. 3. in uers. cæterũ, & cæteris seqq. de præscrip. de qua attestatur Balb. eo. tracta. de præscrip. d. 2. par. 5. par. quæstio. 2. num. 5. & seq. Gabriel. d. conclu. 3. nume. 15. & latissime per Aym. de ant. temp. par. 4. sectio. materia ista. nu. 72. & 73. cum seqq. ubi etiam ipse atteſtatur de communi, & Restau. d. quæst. 54. & de cõmuni pro hac parte attestatur quoq; Couar. in relect. regulæ peccatum. par. 2. §. 9. ad fin. uersi. imo & præscriptione. quam etiam opi. sequitur, & erudite probat Nauar. uir profundæ scientiæ, & omni laude dignus in sua relect. cap. nouit. de iudi. in 3. notab. corrola. 3. 56. 2. 63. & 65. nume. 116. & seqq. num. 158. cum quinque seqq. & nume. 167. quibus in locis fortius probat, nec de iure Imperatorẽ fuisse, nec esse Dominũ totius orbis contra communem, neque totam Hispaniam unquam illi subiectam fuisse, q & ultra omnes latissime comprobat Domi. Soto de iust. & iu. lib. 4. q. 4. articu. 2. per totum, & Couar. in relect. regulæ peccatum. par. 2. §. 9. nume. 5. cum cæteris seqq. usque ad fin. & ante omnes doctissime, & latissime hoc probat, & firmat Old. d. consi. 69. per totum. quamuis Antoninus ipse Impe. contra dicens, Ego quidem mundi Dominus. in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. quam quæstionem ultra omnes latissime discutit Ioan. Bap. de Sancto Seuerino. in repe. l. cunctos populos. num. 1. usque 10. C. de sum. Trini. ubi tandem residens cum communi. nume. 9 attestatur, quod cum ea uidetur tenere Sancta Mater Ecclesia, & Sancti, & Catholici Pontifices in c. cum ad uerum. 96. distinctio. & aliis in locis per eum latissime cumulatis. prout etiam cõmunem latissime probat Restau. de Impera. q. 52. per totũ, ita ut contrarium asserere forte hæreticum esse asserat Bart. in l. hostes. nu. 7. ff. de cap. & postlim. reuer. quod minime est admittẽdum per late adducta in proposito per Nauar. d. 3. notabili. c. nouit. nume. 41. ad fi. in uersi. ex qua resolutione. & nume. 42. cum sequen. sed & quod de iure non potuerint Reges, & alij Principes præscribere hanc superioritatem, ut non recognoscant Impe. in dominum tenent Hostien. & post eum Abb. in d. cap. per uenerabilem. num. 37. ubi dicit, quod non uidetur de iure possibile, quod Princeps possit præscribere, ut non sit sub Imperio, licet bene possit præscribere iura Imperij, ut ibi per eum, & alios cano. ibidem, & in d. c. cum non liceat. ubi idẽ firmauit Abb. nume. 26. de præscript. cum alijs pro hac parte adductis ibi per Feli. col. 6.

in

in uersi.contrariam partem. num.11.
& cæteris seqq. & Aym.d.4. par. de
ant.temp.sectio.materia ista.num.72.
quod hic discutere esset nimis alienũ
à propria materia, nam etiam quic-
quid sit de iuris rigore, & subtilitate,
satis est quod ex communi obseruan-
tia ita fuerit receptum, ut per Felin.
in d.cap.cum non liceat.col.4.præte-
10 rea Docto.omnes conueniunt, quod
possunt populi, & Principes isti præ-
scribere iura Imperij, ut dictum est, &
alia regalia reseruata in signum supre
mæ iurisdictionis saltem ex consuetu
dine temporis immemorabilis, iux.c.
super quibusdam.ubi Abb.num.2. de
uerbo.signi.& Balb. de præscript.d.2.
par.5. partis prin.in prin. nume.1.&
latissime infra ea.par.in 1.& 2. princi
pali.q.per totum, cum aliis adductis
per Aym.de ant.temp. par.4. prin. se-
ctio.absolutis differentiis.nume.13.&
seqq.& copiosissime cumulatis ꝑ Ga-
briel.com.conclus.lib.5.titu. de præ-
scrip.conclu.1.in prima amplia. nu.3.
& seq.inter quæ est potestas legis cõ-
11 dendæ, ut per Bar. in l. imperium.nu-
me.8.cum quo omnes transeunt.ff.de
iurisd.om.iud. cum nulli dubium, qđ
potestas ista condendi legem genera-
lem in eorum territorio cõpetit istis
Principibus, & alijs habentibus per-
petuam iurisdictionẽ.ut ibi per Curt.
iun.nume.82.& per consequens pos-
sunt etiam remittere istas iuris solen-
nitates ad trad.per Bar.in l.omnes po
puli.in 4.q.1.quæstionis prin.num.8.
ff.de iust.& iu.& Pau.de Cast.in con-
si.34.nume.9.ad med.par.2.quem se-
quitur Alexan.consi.2.nume.9. uol.1.
cum aliis late adductis per Curt.iun.
in consi.61.nume.8. in fin. cum seqq.
& Dec.in cap. pastoralis. colum. 1. in
fin.de appel.& late Dec.in consi.516.
nume.3.& 4.& Præposi. in d.cap.per
uenerabilem.nu.91.& Cor.cõs.200.
col.1.& seq.uol.1.Ruy.consi.187.nu
me.9.uolumi.2.Cepha.consi.152.nu
me.47.uolu.2.Ripa.in l. nemo potest.
nume.17. ff. de leg.1.& plures etiam
ex supra allegatis.nume.7. & 8.& in
terminis per Ias.in l.1.lec.1.num.38.
lect.2.nume.81. C. de sum. Trini.&
Alexan.in l.fin. sub nume. 5. ad med.
ibi tamen concordando opi. C.de te
sta.mili.& cum aliis in proposito in-
fra adductis.cap.24.nu.6.& 7.
12 Quinimo, quod tamen magis du-
bitabile uideri potest, etiam per sta-
tuta inferiorum à Principe hoc statui
potest, quod ualeat testamentum abs
que solennitatibus iuris positiui, &
consequenter cum duobus testibus
13 tantum (est enim animaduerten.) qđ
in casu isto cum sit relaxata solenni-
tas iuris ciuilis, uidetur testamentum
redactum ad pristinum ius gentium
ita ut ualeat cum duobus testibus tan
tum iux.not.per Bar.in l.filiusfam.nu
me.4.ff.de dona.& in proprijs termi-
nis bene probat Bar.in l.1.ff.de milit.
testa.& in l.cum quis.sub nume.9.C.
de iu.& fac.igno.pulchre Bald. consi.
285.in princ.uolu.3.& late in prima
nostra limita.cap.16.nume.17.18.&
19.cum seqq.& limita.3. cap.18. nu-
me.5.& seq. ostensum fuit, ut igitur
14 repetamus etiam per statuta munici-
palia, & consuetudinem ciuitatis re-
mitti possunt huiusmodi iuris solen-
nitates, nam de statuto, & consuetudi
ne doc.promiscue loquuntur, cũ quo
ad hoc sint paris potentiæ, ut infra nũ
me.47. ut in proposito bene conclu-
dit Ang.in consi.88.& consi.226. nu-
me.1.& seq.& idem uoluit Bald.in l.fi.
nume.3.& num.6.C. de testa.in l.de-
functo.in fi.C.ad Tertullia.& in l.fin.
nume.6.C.de fideicom.Bar.in termi-
nis proprijs, ubi promiscue loquitur
de statuto, & consuetudine ciuitatis.
in l.de quibus.nume. 28.ff. de leg.&
in

in repet.l.1.nume.22.& sequen.C.de summa Trin.ubi latissime Ias. in 1.lec. nume.33. cum pluribus seqq.ubi pro ista parte attestatur de communi sub nume.37. in uersi. contraria opi.& in 2.lect.nume.71.usque 82.ubi pariter sub num.80. attestatur de communi, itidem in uersi.contraria opi.& tradd. omnes in d.l.si non speciali. ubi not. Bal.sub nume.5.& Pau.de Cast.nu.1. Alex. qui alios cumulat, & attestatur etiam de communi.nume.2.& seq.C. de testa.Bal.referens Andr.de Pisis,& Cyn.ita determinasse,& post eũ Paul. de Cast.qui etiam attestatur, quod ita communiter tenetur, & seruatur in l.3.sub num.11.in uersi.an autem per statutum.usque ad fi.ff. de testa. referens hanc fuisse quæstionem disputatam per Iacob.de Aret. super statuto Venetorum.Angel. Aret.in §.fin. sub num.2.uersi.no.quod ualet statutum. inferens ad statutum Senarum, instit. de testa. Dec. qui loquitur in statuto Burghi Sancti Sepulchri in cõsi.612. nume. 1. & post alios latissime Ioan. Annibal.in repe.l.nemo pot.nu.145. cum multis seqq. usque nume.164. ff.de leg.1.& per cano.in c.2. de proba.ubi latissime Abb.nu.5. cum seqq. usque 10.ubi nume. 9. concludit pro ualiditate statuti, & consuetudinis, prout etiam Dec.nume.12.in fin. ubi etiam ipse attestatur de communi; & quod ab ista communi opi. non est recedendum, licet articulus sit disputabilis, & ita quoque attestatur Cephal. consil. 32. nume.6. licet ipse inclinet postea ad partem contrariam, prout etiam facit Ang.Aret.in tracta.de testamen.glos.6.nume. 1. de quo extat in fortioribus terminis consi.collegii Padua.inter consi.Alexan. consil.87. sub nume.6.ubi pro hac parte attestatur de communi obseruantia.uol.7. & latissime Natta in l. hac consultissima.§.ex imperfecto.num.25.& seqq. C.de testam.& Fernan. Vasq. de success.crea.lib.1.§.2.num.20.usq; ad fi. & lib.3.§.21.nu.44.

15 Quæ quidem opin. ultra quod tot Doc.authoritate roboratur, præterea ex eo potissime cõprobatur, quia huiusmodi numerus testium, prout etiã aliæ solennitates inductæ de iure ciuili per d.l.hac consultissima. C.de test. per aliud ius ciuile tolli possunt, ut in §.sed naturalia.institu. de iu. natu. & prout etiam in multis casibus huiusmodi iuris solennitates relaxatas uidemus, ut supra dictum fuit, & bene in terminis arguit, & probat Ang.d.consil.88.num.2. & consequenter etiam

16 per statuta particularia moresque ciuitatis relaxari poterunt, quia & ipsa dicuntur ius ciuile, ut in §.ius autem ciuile.& in §.sed ius quidem ciuile.iũcto §.ex non scripto.insti.de iu. natu. l.de quibus.ff.de leg.c. consuetudo. ɉ. dist.in.& l.omnes populi.ubi Bart. & cæteri.ff.de iust.& iu.& quo ad ipsos

17 ciues eorum statuta, & consuetudines habẽtur pro iure communi, quin & iuri communi præualent, Bald.in l. qualem.id j.ff.de arb. & in l.illa instit. ad fin.prin.ff.de hær.institu.Bal.tit. de pac.constan.in prin.sub nume.22.ibi porrò etiam locales consuetudines & in l.2.in fi.C.de bo.quæ lib.Abb.in rubr.de consuetu.cum aliis adductis per Dec.consi.685.nume. 1.& seqq. & Ias.in l.præscriptione.ubi latissime à nume.18.usque 22.C.si contra ius. & latissime quoque Dec. in cap. licet causam in 2. notabili. de proba. & Gagno.in l.2.nume.259.C.de pac. inter emp.& uẽd.& Boer.decis.284. nume.6.Felin.in c.ius generale.col.j. ad fin.uersi.sed pro opi. d.Abb.1. dist. Ripa in l.hæredes mei.§.cum ita. sub num.29.ubi latissime Zanch.in 1.edi. nume.1119.ad fin.& num.1144.ff.

18 ad treb. est enim consuetudo lex non scripta, & paris potentiæ cum lege scripta, ut infra. nu. 47. quælibet autem ciuitas, & omnes populi habent
19 potestatē legis condendæ, & introducendi consuetudines, quæ dicuntur iura municipalia etiam Principe ignorante, & absq; alia speciali eius confirmatione, & approbatione, ut in terminis probat Bar. in d.l. 1. nume. 22. ad fi. & seq. C. de summa Trini. & Abb. in c. fi. nu. 13. de consuetu. ex generali licentia, & permissione ipsius Principis, qui eis concessit, quod possint facere leges & statuta, per d.l. omnes populi. & ibi declarat Bart. nu. 4. & post eum latissime Ias. num. 7. cum pluribus seqq. ff. de iust. & iu. & idem Bar. in l. relegati. nu. 4. ff. de pœn. & in l. de quib. ff. de leg. Bal. in l. receptitia. sub nu. 7. C. de constitu. pecu. & sic possunt statuta condere etiam iuri cōmuni contraria, dum tamen non reprobata. l. item eorum. ff. quod cuiusque uniuer. nomi. l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. Bar. in l. Antiochensium. ff. de priui. credi. cum alijs adductis per Dec. in d.c. quæ in ecclesiarum. num. 4. de constitu. late Ias. in l. omnes populi. nume. 7. & seqq. ff. de iust. & iu. Bar. ibi. nu. 26. per cano. in c. quod clericis. & ibi late Abb. sub num. 45. de fo. compe. & in proposito nostro late Ang. d. consi. 88. & 126. nume. 2. & Pau. de Cast. in d.l. si non speciali. etiam nume. 2. C. de testa. ubi not. in proposito dicit Bal. sub nu. 3. quod generalis consuetudo totius mundi seruat quod Patriæ, & Ciuitates uiuunt sua lege, & consuetudine, & quod hoc consonat cū iure gentium, ut ibi per eum; & quod ēt de iu
20 re naturę, & ab exordio mundi cōpetat ciuitatibus hæc regia potestas latissime probat Nauar. d.c. nouit. notabili. 3. nu. 112. & trib. seqq. & rursus 119. & seq. & originem huius rei multū docte, & latissime explicat Inn. i c. quod sup his. de uoto. & post eū, & alios Nauar. proxime alleg. n. 94. & seq.

Præterea & secundo magis specifice, quod solennitates testamentorum possint per statuta particularia, & cōsuetudinē ciuitatum tolli, minui, mu-
21 tari, & alterari, probat tex. in l. 2. ibi secundum leges moresq; ciuitatum. & ibi Bar. C. quemad. testa. ape. per quem ita in proposito nostro concludit Bar. in d.l. 1. nu. 22. in fi. cum seq. C. de sum. Trin. & Ang. consi. 126. nu. 1. in fi. & seq. quicquid respōdeat Ias. in d.l. 1. C. de sum. Trin. lec. 1. sub nu. 37. in uers. pro ista sententia. dicens quod in apertura, & publicatione testamenti in terminis. d.l. 2 quemad. testa. ape. non ita militat suspicio falsi propter præsentiam iudicis, & testium, prout militat in confectione testamenti, ubi non interuenit solennis numerus testium facit l. fi. C. de fideic. cum si. nā
22 salua pace Ias. non bene percipit uim argumenti, & inductionem Bart. de tex. d.l. 2. quia licet uerum sit quod de iure communi in publicatione testamenti reperiatur præsentia iudicis, & testium, propter quā, ut dicit Ias. cesset præsumptio falsitatis, hæc tamen solennitas secundum Bart. pōt per statuta locorū tolli, & alterari, arg. illius, tex. qui bene probat opin. Bart. quicquid dicat Ias. cuius motiuū de suspicione falsitatis in confectione testamenti, ubi nō adhibetur solennis numerus testiū, tollitur ex eo, quia ubi-
23 cunq; per statuta, & consuetudinē ciuitatū reperitur relaxata iuris solennitas, & numerus testiū in confectione testamentorum, idcirco nō militat suspicio falsitatis, quia præsumitur quod ciues hoc statuerint ex iusta, & rationabili causa, quia scilicet in illa ciuitate sint homines legales, & bonæ uitæ

T nec

nec subest memoria quod in illo loco
unquam fuit commissa falsitas, ut in-
fra latissime ostendetur. nu. 37. & 38.
Tertio, ad idem magis in terminis
24 adducitur tex. in d. l. si non speciali.
quem omnes ibi ad hoc not. C. de te-
sta. ubi uidetur clare probari, quod iu
ris solennitas ex speciali priuilegio ci
uitatis in confectione testamẽti remit
ti potest, etsi illud genitiuum (Patriæ
tuæ) regitur ab illo uerbo Priuilegio.
& sic quod Priuilegium sit per Patriã
concessum, ut ibi dicit Ias. sub nu. 1.
ibi erit tex. pro hac parte clarus; si ue
ro inquit Ias. illud genitiuum (Patriæ
tuæ) refertur ad illud participium, re
laxata, ut sic sit sensus, quod iuris so-
lennitas ex speciali priuilegio Patriæ
concesso scilicet ab Imperatore, ut
ibi exponit glo. (sit relaxata) nihil pro
bat, & idcirco cum ille tex. dupliciter
possit exponi, non uideatur super eo
posse fieri fundamentum, quia, ut ait
Boetius, qđ multipliciter exponitur,
25 eius ueritas ignoratur, & multum in
proposito trad. Bald. in consi. 228. in
uers. cum igitur. uolu. 3. cum latissime
adductis sup. c. 16. nu. 71. & seqq. ni-
hilominus prima expositio uerior ui-
detur, quia magis amica literæ, & iuri
consona si quidem ibi de cõcessione
facta ab Imperatore uerbum nullũ,
26 unde quod lex non dicit, nec nos di-
camus, quia uerbis legis debemus es-
se contenti, ut bene in proposito per
Bal. in d. consi. 228. loquens super in-
tellectu cuiusdam statuti cum aliis su
pra adductis. c. 16. nu. 3. loquitur enim
lex simpliciter de priuilegio Patriæ,
nec distinguit à quo fuit concessum,
an ab Imperatore, an ab ipsa Patria,
27 unde nec nos distinguere debemus,
ut etiam dicit Bal. in d. consi. 228. cum
aliis supra adductis. c. 10. nu. 33. & cũ
tex. de Imperatore uerbum nullum
faciat, nõ debemus nos persona Im-
82 peratoris subaudire, quia persona ex-
trinsecas subaudiri non debet. l. si ita
stipulatus. §. Chrisogonus. in fi. ff. de
uerb. obl. & idcirco primus uidetur
uerior intellectus.
29 Quarto, statutum, & cõsuetudo po
test probationem de iure inualidam
ualidam facere, & ecõuerso. iux. tex.
meliorem de corpore iuris loquentẽ
de consuetudine Patriæ. in c. cum di-
lectus. ubi post alios Feli. nu. 35. de fi.
instru. & de Priuilegio Patriæ. in d. l. si
non speciali. ibiq; omnes præsertim
Ias. in 1. & 2. notabili. C. de testamen.
& est communis conclusio cano. in c.
2. de proba. ubi Abb. & late Fel. nu. 6.
& Dec. qui plures cumulat. nu. 9. Bar.
in l. 2. sub nu. 2. ff. de stipu. ser. Bald. in
rub. C. de fi. instru. nu. 45. & in l. com-
parationes. sub nu. 10. uers. ego addo.
eo. titu. & in l. receptitia. sub nu. 7. C.
de constitu. pecu. & in l. quædam. §.
nummularios. ubi post alios late Ias.
nu. 2. & seqq. ff. de eden. Fed. de sen. in
consi. 119. in fi. Alex. consi. 53. col. 1.
in uers. attamen uigore capitulorum.
uol. 1. Dec. in consi. 618. nume. 1. cum
alijs adductis per Aym. de antiq. tem-
po. par. 1. sectio. uiso de uerbis. nu. 27.
& Ias. in repet. l. admonendi. sub nu.
120. in uers. ultra Bart. ff. de iureiu. &
consequẽter ualebit statutum, quod
testamentũ ualeat cum paucioribus
quàm septẽ testibus, prout in specie
habetur per doc. oẽs supra allegatos
nu. 14. præsertim quod hoc statutum
30 uidetur fauorabile, & ampliandum,
tum per adducta, per Bar. qui expres-
se hoc firmat, in l. 1. nu. 23. ad fi. C. de
sum. Trin. & Abb. in d. c. 2. nume. 9. de
proba. Tum ẽt quia per illud reduci-
31 tur testamentũ ad pristinũ ius gentiũ,
ut sup. nu. 13. & ad regulã iuris cõis,
quod est fauorabile. c. ab exordio. 35.
distin. cum sim. allegatis per Fel. in c.
cum oẽs nu. 7. & 8. & in c. cum acces-
sissent.

sissent.col.2. in uersi. hanc conclusionem. de constitu. & Sarnen. ubi id optime declarat in cap.1.nume.71.& 72.de constitu.lib.6. & per nos supra cap.19.num.40.& infra par.2. cap. 1. nume.21.

Et per consequens, ut concludamus, nō solum per legē Imperialē, & statuta Principum, qui iura Imperii obtinent, sed etiam per statuta municipalia aliarum ciuitatum remitti possunt huiusmodi solēnitates iuris positiui in condendis testamentis, quo casu ualebit testamentum cum duobus tantum testib. iuxt. præsentem nostrā limitationē, quia per hoc uidetur redactum ad terminos iuris gentium, secundū quod duo tantum testes sufficiunt; nam reliquus numerus testiū ultra duos est introductus per ius positiuum ex l.hac consultissima.cū sim. C.de testa. & idcirco per aliud ius positiuum tolli potest etiam sine causa per adducta supra nu.4.cum seqq.

Nec obst. si dicatur, quod ius commune requirens septem testes in testamentorum confectione, est fundatū in ratione falsitatis euitandæ, ideoque iusta, & salubris in hoc fuit prouisio legalis, ut latissime ostendimus supra c.2.nu.3.& seq.& rursus nu.13.usque 19.& c.3.num.1.& 2. adeo quod statutum illi contrarium pariterq; cōsuetudo posset uideri irrationabilis,
32 tanquam præbens occasionem delinquendi, & uiam aperiens fraudibus; & malitiis hominum, ad quas euitandas fuit inducta prouisio legalis, & ideo non ualere.cap. ex parte. ibique Abb.nu.3.de consuetu. Host. Ant. de But.Card.Abb.& cæteri cano.in c.fi. eo.titu.& multum in proposito Bal.in l.uni.ante num.14.C.de confes.quem sequitur Ias.in l.quædam.§. nummularios.nu.5.ff.de eden.& l ite Alexan.in consi.3.nu.6.uol.2.idem q; Alex.in ultimo omnium consi.217.nu.7.uol.7. cum aliis adductis per Fel.d.c.2.nu.5. & Dec.nu.10.de proba.& Aym.d.sectio.uiso de uerbis.sub nu.32. & Ias. in d.repet.l. admonendi. sub nu.122. cum seqq.& Alex.consi.3.nu.5.& seq. uol.2.cum aliis infra late adductis.nume.76.& supra cap.3.nu.12.& infra par.2.cap.9.nu.14.& seq. ubi ampliauimus, & declarauimus.

Et post Iac.de Aret.per eum relatū in nostro proposito trad. Io. Andr. in addi.ad Specu.de instru.edi.§.cōpendiose.in uersi. sed nunquid de consuetudine. & bene in proposito Dec. in d.cap.2.sub nu.8.in uersi. confirmatur hoc.de proba.& in terminis præcisis Ias.in d.l.1.lec.1.nu.34.& lect.2.
33 nu.72.C.de sum.Tri. quia si lex ciuilis requirens septem testes ad euitandas fraudes est rationabilis, per consequens statutum, & cōsuetudo illi contraria uidetur irrationabilis, ut in proposito considerat Abb.in c.fi.nu.6.de consuetu.ergo nulla.c.erit autem lex. 4.dist.& d.c.ex parte. ibiq; Abb. in 2. notabili.eo.titu.

34 Quæ quidem ex eo confirmantur, quia non ualet statutum, uel consuetudo ualidans probationem de iure inualidam, nisi ubi subest necessitas uel euidens utilitas, & sic iusta, & rationabilis causa, & nō alias, ut per Io. And.supra relatum.nu.32.& est conclusio communiter recepta per cano. in d.c.2.ubi Abb.& Feli.nu.6.& Dec. nu.9.& seq.de proba.prout ita declarari debent adducta supra in quarto fundamento num.29.& seqq. de qua causa, & rationabilitate statuti, & consuetudinis constare debet, quia in du-
35 bio uidetur irrationabile iudicandum eo ipso, quod est contra ius commune, præsertim ubi ius commune est fundatum, prout istud de numero septem testium in iusta, & rationabili

cauſa, ad tradd.per Abb.in c.3.nu. 5. de eo qui mit.in poſſ. cau. rei ſeruan. & in d.cap.2. ubi Felin. ſub nume. 5. uerſi.limita ſecundo, & ſub nume. 9. uerſi.limita ſecundum do.Abb.ubi la tiſſime Dec.num.8.de proba.Sarnen. in cap.1.nu.224.in fi.de conſtit. lib.6. qui ita concludunt in conſuetudine contra ius commune.

36 Eſt enim pro reſolutione aduertendum primo nō eſſe ſimpliciter uerū, quod ſtatutum irrationabile ſit nullū, imo etiam ſtatutum iniuſtum, quin & dolo conditum dummodo ſolenniter, ualidum eſt donec per ſuperiorē tollatur.Bal.not.in titu.de pace. conſtan.in prin.nume.22.Alex.in l.1. nume.4.& Iaſ. 5. ff. quod quiſque iu. & in l.2.ubi Ang.& Pau.de Caſtr. nu. 4. Alexan.num.1.& Iaſ.2.eo. titu. & tenent Vin.& Doct.omnes in cap. cum omnes;excepto Abb.ut ibi atteſtatur Felin.ſub nume.4.& Dec.ſub num. 5. in uerſi.tertio.ubi atteſtatur de communi, ibi ſed tamen communis opin. de conſtit. & poſt alios Sarnen. in c.1. ſub num.131. in uerſi. circa ſecundam concluſionem.eo.titu. lib.6.ubi pluribus modis reſpondent ad tex.qui pro parte contraria allegatur in cap. erit. diſt.4. quibus adde infra trad. nu. 52. & ſeqq. quamuis in hoc cōtra ſit Bar. in d.l.omnes populi.num.26.ad med. ibi,ratio quia lex,& ſtatutum.ff. de iuſti.& iu.Abb. & quidam alii relati per Dec.in d. cap. cum omnes. quod diſcutere hic nimis eſſet alienū à propoſito principali huius noſtri tractatus.

37 Et idcirco ſecūdo principaliter reſpondetur. negando quod hoc ſtatutum, nec non conſuetudo, quod ualeat teſtamentum iuris omiſſa ſolennitate cum duobus tantum teſtib.aperiat uiam fraudibus,& præbeat occaſionem malignandi, & delinquendi quinimo uidetur bonum,& fauorabile,tam ratione perſonę teſtātis,quàm eorum quib.relinquitur, quàm teſtiū ne à ſuis negociis auertātur, ut in terminis not.reſpondet, & late declarat Bar.in l.1.ante nu.24.C.de ſum.Trini. nam licet iſte numerus ſeptem teſtiū

38 fuerit à iure inductus ad euitādas falſitates, tamē pōt eſſe, quod in aliquo loco,ubi uiget iſtud contrarium ſtatutum ceſſet iſte timor propter legalitatem forte perſonarū illius loci,in quo etiam nō ſit memoria,quod unquàm propter defectum numeri teſtiū fuerit in teſtamento adhibita fraus, uel commiſſa falſitas;itemque forte difficile erat habere ſemper ſeptē teſtes, & ex defectu numeri teſtium ſæpe deficiebant morientium uoluntates; & ſic ex iuſta cauſa præſumendum eſt, quod ciues ita ſtatuerint,prout in terminis de huiuſmodi ſtatuto, & cōſuetudine ciuitatis Venetiarum trad.no. Abb.in d.c.2.ſub num.9.de proba. & poſt Bar.per eum relatum Iaſ.in d.l.j. lec.2.ſub nu.72.C.de ſum. Trini. ubi enim ceſſat timor falſitatis propter legalitatem perſonarum, ut præſumitur ceſſare in loco, ubi uiget iſtud ſtatutum, ſequenda eſt uoluntas teſtatoris etiam abſq;numero ſeptem teſtiū, cum & ipſæ leges etiam abſq; ullo teſte uelint conſeruare teſtamenta certa,& indubitata, ut in terminis quoq; conſiderat,& trad.Bal.uiden.in d.l. ſi non ſpeciali.ſub num. 5.C.de teſta.& Fernan.Vaſq. de ſucceſſ.crea.§.2.nume.20.uerſi.quid dicendum.& in eo. §.nu.7. & ſic ubi ceſſat timor iſte falſitatis propter legalitatem perſonarum,iſta eſt iuſta cauſa ſtatuendi contra ius commune, ut per Docto.proxime hic allegatos.

Et ceſſat motiuū, quod ius cōe requirens ſeptem teſtes ſit fundatum in iuſta cauſa ad uitandas fraudes, & falſitates, quia poteſt eſſe, ut dixi

quod

quod in multis locis propter legalitatem personarum cessct timor falsitatis, & causa ista iur. communis, qua cessante, pôt fieri iuste statutũ contra ius commune, ut in proposito bene trad. Bar. in d.l.1.sub nu.41.in uers.ad cõtraria.C.de sum.Trin. & late Abb. in d.c.2.sub nu.4. de proba. & Fern. Vasq. in d.§.2. nu.7. & num.20.unde non mirum si ex uarietate temporũ,
39 & locorum statuta, necnon consuetudines cõtra ius cõe introducuntur, & ex tempore ipsa quoque statuta, &
40 consuetudines uariantur, quia lex debet esse loco temporiq; conueniens. d.c.erit autem.4.distin. c.si.dist.14.c. sciendum. & duobus seqq. distin.29. c.non debet. ubi Abb. nu.2. de consan. & affi.c. quia sancta. in §. uerum. & ibi glo. 63. distin. & not. Bald. per illum tex.in l.uni.nu.8.C.de cad. tol.
41 & opt.tex. in c. alma mater. in princ. de senten. excom. lib.6. ubi expresse probatur posse iustissime mutari, & abrogari ueteres leges, quæ etiam iustissimæ conditæ sint, si postea successu temporum uisum fuit subditorum utilitati id expedire, ubi Couar. in 2. par.in princ.nu.2. allegat concordan. & parum infra in uers. nihilominus constituendum est. probat post grauissimos authores per eum relatos hanc legum mutabilitatem non solũ permissam esse, sed admodum utilẽ, & frequenter necessariam fore non solum in lege humana, canonica, & ciuili, sed etiam diuina, ut est tex.clarus in d. c.non debet.in prin.ibi quoniam ipse Deus ex iis, quæ in ueteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo, & idem Couar. ubi sup. in uers.ad primum igitur. usque ad fi. respondet iis, quæ in contrarium adducta fuere, quibus addo Fel. in c. si quando. col.9.in princ.de rescrip.ubi ex hoc infert ad extrauag. Benedicti xj. inter communes in titulo de schisma. per quam fuit reuocata restitutio Bonifacij.8.edita in confusionem domus de Columna in c.1.eo.tit.lib. 6. ut ibi per eum, & late Dom. Soto de iust. & iu.lib.1.q.7.art.1. per totũ.

Quamuis igitur in proposito nostro lex cõis de numero septem testium fuerit iusta, & rationabilis, & ex iustissima causa introducta; non tamen subinfertur, quod statutum nũc diminuens istum numerum tanquam legi iustæ contrarium sit iniustum, & irrationabile, ut supra proxime demonstrauimus; nam consideratis di-
42 uersis finibus, & diuersis motiuis, possunt duo statuta contraria simul esse uera, & rationabilia, ut bellissime in proposito probat pluribus exemplis Abb. in c.si. num.6.de consuetu.& in c.1.nu.7.de no.ope. nuncia. & est gl. not. & sing. in c.2. uer. lex ciuilis. de arb.lib.5. si enim in proposito consideremus, quod propter multitudinẽ astantium plurimorum testium occurritur multis fraudibus, quæ in testamento committi possent, prouisio legalis fuit iustissima, ut late supra cap.2. nu.3. 4. 5. & nu. 12. cum pluribus seqq. & rursus cap. 3. nu.1. & seqq. ostendimus. si tamen consideremus, quod multoties propter defectum numeri testium solent deficere morientium uoluntates, contra tex. in l. 1. C. de sacr. eccl. & alias rationes, quas pro iustificatione, & rationabilitate huius statuti considerat Bart. in d. l. 1. ante nume. 24. C. de sum. Trinit. certe hæc erit iustissima ratio statuendi, ut ualeat testamentum cum minori numero testiũ contra ius commune, præsertim in locis ubi propter legalitatem personarum cessat timor falsitatis, ut supra nu.38. & seqq. latius quoque ostendimus, præsertim etiam, quia tale statutum

reducit nos ad pristinum ius gentiū, & ad regulam iuris communis, secundum quam in ore duorum, uel triū stat omne uerbum; quæ reductio fauorabilis, & rationabilis iudicatur, ut supra nu. 31. & conformatur cum iure Diuino, & Pontificio iux. c. cum esses. extra de testa. ut infra proxime latius ostendemus.

Ex his igitur tollitur obiectio, quod statutum contra ius commune, in dubio iudicatur irrationabile, nisi de iusta causa, & rationabilitate statuti constet, & idcirco non ualeat in proposito statutum ualidans probationem de iure communi inualidam, nisi ubi subest euidens utilitas, uel necessitas, ut supra num. 34. Tum quia ex præmissis constare potest de rationabilitate statuti, quæ quidem rationabilitas statuti in præcisis nostris terminis potissime comprobatur ex tex. not. in d. c. cum esses. de testam.
43 ubi summus Pontifex expresse reprobat consuetudinem huic statuto contrariā per quam scilicet rescindebantur testamenta in quibus non erant adhibiti septem, uel quinque testes, secundum quod leges humanæ decernunt, eo quod nimis aliena uideatur à lege Diuina à sanctorum Patrū institutis, & à generali ecclesiæ consuetudine, secundum quam in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum; statuens propterea ualere testamenta duobus, uel tribus tantum testib. adhibitis præsente Parrocho; & per consequens statutum istud ualidans testamēta cum duobus, uel tribus testib. expresse uidetur per Pōt. approbatum, & dispositio ciuilis illi contraria sub interminatione anathematis expresse reprobata; nemo tamen sani capitis dixerit determinationem Pont. ibi esse irrationabilem, quinimo inde potius colligitur nimia rigorositas iur. ciuilis, prout ibi latius habetur, per Abb. de cuius tamen decretalis intellectu infra in 2. par. prin. huius tract. latissime est tractandum, satis nunc est ex præmissis ostendisse rationabilitatem huius, de quo loquimur statuti, & conformitatem quam habet cum iure Diuino, & Pontificio, & per consequens falsum esse, quod iudicari debeat irrationabile, quamuis aduersetur iuri communi legum ciuilium.

44 Tum etiam quia licet statutum sit contra ius commune, non subinde infertur in dubio iudicari debere irrationabile iux. supra allegatos doc. nu. 35. quin præter quod præfati doct. loquuntur de consuetudine iuri contraria, non autem de statuto quod in his, quæ sunt de iure positiuo clarum est, quod præsumitur rationabile, ut sentit Dyn. in c. fin. de reg. iur. lib. 6. quem ad hoc allegat, & sequitur Bald. in consi. 218. col. 1. uers. præterea in statuto. uolu. 2. idem Bald. in consi. 89. uers. item fratres. uolu. 3. & in c. 1. uers. extra quarto. col. 1. de constitu. Tiraq. in præfa. retract. Lignia. nu. 77. quicquid sit respectu consuetudinis, ut declarat distinguēdo Dec. in c. 2. sub num. 8. in uers. non obstant rationes Aret. de proba. præterea ēt respectu cōsuetudinis, in his, quæ sūt de iure positiuo, idē uidetur concludendū, quod in statuto nēpe quod in dubio præsumi debeat rōnabilis, & ex iusta causa processisse, ut dicit not. Bal. in l. de quibus. parum sub nu. 33. ff. de leg. Tiraq. d. nu. 77. ēt contra ius cōe, secundum opi. Ant. de Butr. quā comprobat Aret. in d. c. 2. de proba. ut ēt ibi attestatur Dec. sub d. nu. 8. & sequitur Alex. in cōs. 223 nu. 2. uol. 5.

Et hæc opinio in his, quę sunt de iure positiuo, proculdubio uerior uide-
45 tur etiā respectu consuetudinis, quæ dicitur

dicitur lex municipalis, & derogat legi generali contrarium disponenti in loco quo uiget. l. item eorũ. in prin. iuncta gl. in uer. uel perpetua. ff. quod cuiusq; uniuer. l. prohibere. §. plane. iuncta glo. in uer. municipalis. quæ allegat concordan. ff. quod ui, aut clam. l. 1. iuncta etiam glo. 1. C. de eman. lib. & in pluribus aliis casibus not. per gl. in cap. frustra. distin. 8. & in cap. consuetudo. distin. 1. & hoc idem in terminis probat tex. i l. 2. & ibi Bar. C. quẽad. testa. ape. prout supra adduximus. nume. 21. & seqq. in quibus tamen iuribus nulla apparet ratio consuetudinis contra legem adductæ. Nec dicatur hoc procedere propter specialem approbationem legis in casibus illis

46 particularibus, quia imo si recte perpendamus, iura illa se potius fundant in authoritate, quam habet consuetudo absque aliqua speciali approbatione legis, ex illa generali approbatione. de qua in l. omnes populi. ubi Bar. nume. 4. ff. de iusti. & iu. & in l. de quibus. ff. de legi. & in terminis Bart. in l. 1. nume. 22. in fi. & seq. C. de sum. Trinit. & Bald. in l. si non speciali. sub nume. 5. ubi in proposito dicit, quod generalis consuetudo totius mundi hoc seruat. C. de testa. cum aliis adductis supra nume. 17. & seqq. nullum est enim ius mere positiuum, quod consuetudine mutari non possit. Bald. in cap. uni. §. præterea ducatus. nume. 3. de prohi. feud. aliena. per Fride. Abb. consi. 7. col. 4. ad fin. uol. 2. Aym. consi. 238. num. 7. est enim consuetudo ius

47 non scriptum, habens eundem uigorem quem lex scripta. §. ex non scripto. inst. de iu. natu. gen. & ciui. d. l. de quibus. & d. l. omnes populi. iuncta glo. & cap. consuetudo. distin. 1. cap. 1. in prin. de iure iu. lib. 6. not. Fede. de Sen. consil. 17. col. fin. uersi. non obst. quod quinto loco. & sunt paris potẽtiæ, ut est optimus text. in proposito, de quo nunc loquimur in d. l. 2. ibi, secundum leges moresque locorum insinuentur, & ibi Bar. C. quemad. testa. ape. l. fi. ibi, quibus hoc facere, uel legibus, uel ex longa consuetudine permissum est. C. de eman. lib. & in auth. iubemus. in fi. ibi legibus, & moribus consonãtem. ubi post alios Ias. nume. 2. & 3. C. de iudi. & in cap. cum uenissent. ibi secundum ius, & bonã terræ consuetudinem. de eo qui mitti. in poss. facit. l. 1. C. de ser. & aqua. l. circa. C. loca. l. an in totum. ubi gl. allegat cõcordan. C. de ædifi. priui. cap. in his. distin. 11. tradd. cano. in cap. clerici. ubi Abb. in 3. notabili. de iudi. & bene declarat Bal. in l. 2. sub nume. 4. C. quæ sit longa consuetu. ubi quod statutum, & consuetudo non differunt penes causam efficientem, & eius potestatem, sed tantum penes modum, & formam, ut ipse ibi declarat, & per Alex. in consi. 190. num. 11. & 12. uolu. 2. & consil. 52. nume. 7. uolu. 5. & 225. nume. 6. uolu. 6. Ruy. consi. 25. nu. 15. uolu. 2. & consil. 156. nume. 8. uolu. 4. unde æquiparantur, & sunt idem in effectu, ut in pulchra quæstione etiam trad. Ioan. And. in regula nemo potest. col. 2. in uersi. item statutum. de regu. iu. lib. 6. in mercu. Bal. in l. 2. ad fin. C. de bo. quæ lib. Felin. in cap. quod super his. num. 10. de maio. & obed. Sarnen. in cap. 1. nume. 58. & nu. 123. de constitu. lib. 6. late Aym. d. consi. 238. sub nume. 5. uersi. ex qua ratione. & nume. 6. cum plurib. seqq. & alijs pluribus in proposito adductis per Manticam de coniect. ult. uolunt. lib. 6. titu. 8. etiam in his quæ sunt de iure Diuino positiuo, ut bene probat & sequitur Abb. in c. fin. super glo. 2. nume. 3. de consuetu. quibus adde late trad. & cumulata in proposito supra nume. 16. cum seqq.

quamuis statutum, & consuetudo in multis etiam differat, ut patet ex not. in d.cap.fin.ubi Abb.nume. 8.& 9.de consuetu.& Sarnen.post alios in d.c.j. in 4.notabili.nume. 58. cum seqq. de constitu.lib.6. ita quod non ualet absolute argumen. de uno ad aliud, ut ibi per eum.

48 In his ergo (ut ad rem redeamus) quæ sunt de iure positiuo statutum, & consuetudo etiam contra ius commune præsumitur iusta, & rationabilis, & ex iusta causa introducta, ut supra nume.44. eo ipso quod id opinatus est legislator, ut de lege, statuto, & consuetudine simul nor. Bal.in l.1. §.initium.in prin.ff.de postu. ubi glo. in uer.ratus.dicit, quod ista est mirabilis ratio in omnibus, quæ sunt de iustitia positiua.idem not. Bal.in l.non omnium.in prin.ff. de leg.cum aliis adductis per Dec.in cap.quæ in ecclesiarū. nume.29.de constitu.& Aym.in consil.135. nume. 41.& habet locum il-
49 lud uulgatum, sic uolo sic iubeo, sit pro ratione uoluntas, ut late supra c. 3.nu.24.& seq. etiam ad tollendum, & immutandum ea, quæ de iure communi ex iustissima etiam causa introducta fuerunt, ut bene probat Couar. in cap.alma mater.in prin.2.partis.nume.2.de senten.excommu.lib.6.cum aliis supra adductis.nume.41.Nam & quia, ut dixi, ī his, quæ sunt de iure positiuo, est pro ratione uolūtas, ubicunque constat de uoluntate, ibi quoque dici potest constare de ratione sufficienti pro huiusmodi statuti, & consuetudinis ualiditate.

Ex his quoque colligitur responsio ad fundamenta Dec. qui respectu consuetudinis contrarium tenet in d. c.2.sub nume.8.de probatio. nam ad primum, quod ille qui nititur iuri cōmuni habeat intentionem fundatam, respondetur id procedere, donec uiget ius commune, sed ex quo consuetudo potest induci contra ius commune, ut supra nume.46. & seq.ideir-
50 co sublato iure communi per consuetudinem contrariam, non potest quis amodo illi inniti, ut multum in proposito respondet quoque Dec.in cap. licet causam.sub nume.4. in uersi.unde quarto & ultimo.de probat. etiam sub pœna falsi.l.uni.in uersi.hanc igitur.& ibi no.Doct.C.de Iustinia.cod. confir.l.ulti.in uersi.has itaque leges. ibi falsitatis crimini subiectus. C.de uete.iu.enucle.l.fin.iuncta gl.ubi plene Bart.cum latissima apostil.ff.de fal. Bar.in d.l.omnes populi.nume.68.ff. de iust.& iu.& in l.1.in fi.prin.ubi declarat.ff.de coniūgen. cum eman.lib. glo.& scriben.in cap.nouit.in gl. quicunque.de iud.Abb.in procem.decreta.rex pacificus.nume.7.& cano.omnes.in cap.1.ubi latissima apostilla ad eum in uer.abrogata. ibique Felin.nume.19.Dec.num.11. & cæteri de constitu.Bald.in l.fin. sub nume.14.C. de edic.di.Adr.toll.Ad cætera uero, quæ omnia ad hoc tendunt, quod consuetudo ad hoc, ut tollat legem, & ius cōmune debet esse rationabilis.c. fi. de consuetu. ex proxime adductis patet responsio, nēpe quod in his, quæ sunt de iure positiuo est pro ratione uolūtas, & idcirco non requiritur, quod sit rationabilis, sed satis est, quod sit tolerabilis, & usu approbata, ut dicit Bal.de feud.cogni. nume.4.nec in his stringit argum. Dec. uidelicet, quod ex quo lex est rationabilis consuetudo contra legem debeat iudicari irrationabilis, nisi constet de ratione, ut latius ostendit Couar. proxime allegatus in d. c. alma mater. in prin. par.2. nū.2.præsertim in uersi. ad primum. ibi, & præterea non ita cogit.ubi hoc argumen.soluitur, potest enim lex ex iusta causa inducta ex alia quoque iu-

sta causa per cõsuetudinem tolli, hæc enim ex uarietate temporum, & locorum se ad inuicem compatiuntur, ut in terminis supra latius ostẽdimus.
51 nume.41. Vnde insipida est distinctio. Dec. inter consuetudinem, & statutũ, cum in his, quæ sunt de iure positiuo tam in statuto, quàm in consuetudine sit pro ratione uoluntas, & utrunque sit eiusdem rigoris, & paris potentiæ per supra latius deducta.
52 Quæ confirmatur ex eo, quod ubi statutum, & consuetudo disponit in his, quæ sunt de iure positiuo, ratio non est de substantia statuti, & consuetudinis, sed sufficit pro ualiditate sola authoritas, & idcirco tam statutum, quàm consuetudo ualent, licet careant ratione, l. non omnium. & ibi Bal. in prin. cum l. sequen. ff. de leg. & idem Bal. in l. de quibus. sub num. 32. in uersi. & primo quo ad primum. eo. titu. & in l. lege. ante num. 2. C. de leg. hær. & in consi. 473. col. 2. uersi. item ratio non est de substantia. uolumi. 5. & ideo ubi habemus determinationẽ statuti non debemus quærere rationem, ut dicit idem Bald. in l. Gallus. §. si eius notabili. 2. ff. de libe. & posthu. & in l. 1. col. pen. uersic. item allegatio Inno. C. si plu. una senten. Ias. in consi. 188. ad fin. uolu. 2. Dec. consi. 563. nu
53 me. 7. quinimo ualet statutum, & consuetudo, licet sit contra rationem, & statura humana, dummodo nõ sit contra ius Diuinum, ut dicit Bal. in d. l. de quibus. ubi supra, nec sit cõtra fidem, nec præbeat occasionem delinquendi, nec alias sit contra mores bonos naturales, ut post Bal. Io. Fab. & alios late habetur per Tiraquel. in d. præfat. retract. lignia. nu. 76. per totum quem in hoc nostro proposito refert & se-
54 quitur alios adducens Fernan. Vasq. de success. crea. lib. 1. §. 2. num. 7. quibus adde late adducta supra num. 36. & ita procedit text. in l. prospexit. ff. qui & à quibus, ut dicit Tiraquel. de cuius. l. intellectu late habetur per Felin. in cap. si quando. nume. 11. de rescript. & supra cap. 3. nume. 28. & ita declarari debent, quæ uidentur approbare consuetudinem, dummodo non sit contra legem, secus uero si sit contraria iuri scripto, ut habetur in l. 2. & ibi late Bal. C. quæ sit longa consuetudi. & in cap. consuetudinis. 11. dist. & in cap. frustra. ubi glo. ordi. 8. distin. uidelicet, ubi consuetudo contra ius scriptum esset contra bonos mores, uel esset occasio delinquendi, uel contra rationem iuris naturalis, ut latissime per Abb. ad quem me remitto, in cap. fin. nume. 3. 4. & 5. cum sequen. & nume. 22. cum seqq. usque ad fin. de consuetu. prout etiam declarari debet communis conclusio cano. in d. c. 2. de proba. ubi in proposito concludunt, quod consuetudo faciens probationem ualidam de iure communi inualidam, non ualet absque iusta, & legitima causa, ut ibi late p Dec. post Abb. & alios num. 10. iux. supra trad. num. 34. quia Doct. loquuntur de con-
55 suetudine, quæ absq; aliqua iusta causa uellet adhibere plenam fidem dicto unius testis contra regulam. l. ubi numerus. ff. de test. cap. in omni. & cap. licet uniuersis. extra eo. fundatam in iure Diuino, & lumine iuris naturalis iux. latissime supra trad. cap. 1. nume. 1. & pluribus seqq. uel scripturæ priuatæ ad fauorem proprium, qđ esset præbere occasionem fraudibus, & materiam delinquendi, & in similibus casibus, prout patet per exempla tradita per Dec. proxime allegatum; in his enim fatendum est statutum, & consuetudinem imò legem ipsam, quinimo Imperatorem, & Papam, in temporalibus, & spiritualibus
56 Supremos Principes, orbis duo magna

gna luminaria, ut habetur in cap.solitæ.de maio.& obe. nihil posse absque iusta,& rationabili causa iux. not. per Doct.in l.fi. C. si contra ius.& in cap. quæ in ecclesiarum.de constitu.& pręcise, & latissime infra nume. 73. 74. cum aliis seqq. usq; 80. ubi latius declarauimus. secus in his solennitatibus de iure positiuo, in quibus nulla requiritur causa per supra allegata.

57 Postremò nõ obstat, quod consuetudo diminuens solennem numerum septem testium in testamẽtorum confectione uideatur reprobata per l.fin. C. de testa. ubi Imperator approbat tantum consuetudinem rusticorum diminutiuam numeri septem testium dummodo quinque interuenerint, minus autem nullo modo concedit ex quo tex. uidetur inferri, quod omnis alia consuetudo præterquàm rusticorum diminuens numerum septem testium, indistinctè sit reprobata, & prohibita omnis dispensatio in contrarium iux.late adducta supra c. 10. nume. 39. cum sequen. prout in terminis ille tex.per Doct.pluribus modis inducitur, ut habetur per Ias. in l. 1.lect.1.sub num.34.cum seqq.& lec. 2.nume.72.& seqq.C.de sum.Trinit. ubi inquit Ias. quod ille text. infinitis

58 modis inducitur,& per Dec.in d.c.2. nume.12.de proba.hæc autem reprobatio porrigitur nedũ ad præteritas, sed etiam ad futuras consuetudines iux.communem opi.de qua post Bar. & alios attestatur Alexan. in l.si mihi & tibi.§.in legatis.sub nume.7.& seq. & Ias.in l. 1.lect.nume.21.& lect.2.nume.14.ff.de leg.1.& in terminis idem Alexan.in l.si non speciali.sub num.2. ubi de communi attestatur.C. de testa.Ias.in l.de quibus. nume. 55.ff.de leg.& ĩ l.j.lec.j.nu.35.& lec.2.nu.73. C.de sum.Trinit.Felin.& Dec.post alios cano.in d.cap.2.num.11. de proba.& plures cumulat Alexan. in consil.196.num.13.uolu.2. & cons.134. nume.35.uol.6. Ruyn. consi. 109.nume.14.uol.4.& consi.32.nume. 1.uolu.5.Couar.uaria.resolu.lib.3.cap.13. sub nume.4.in 2.conclu. Sarnen.in c. 1. nume. 230. de constitu.lib.6. cum aliis latissime cumulatis per Tiraquel. de retract. lignia. in præfa. nume. 18. in tantum quod nõ uidetur posse de nouo introduci, ex quo semel est reprobata, quia eo ipso uidetur damnata ut irrationabilis, ut per Doct. proxime allegatos; nam in hoc casu, ubi esset reprobata ut irrationabilis, sine dubio reprobata esset tam præterita quàm futura, ut per Bal.in l.dudum. nume.2.C. de contrahen. empt.& in auth.omnes peregrini. nu.4. C. com. de success. cum late adductis per Tiraquel.proxime allegatum nume.19. & hęc est communis opi.ut dixi, quãuis in contrarium sit glo.ord.in clem. statutum.uer.consuetudine. de elect. quam plures sequuti fuerunt, ut per Couar. proxime allegatum.nume. 4. & late recenset Tiraq. ubi supra nu-

59 me.17. præsertim, quia uidetur prohibita consuetudo per uerba negatiua geminata præcisa, & uniuersalia posita in d.l.fin.C. de testam. per quæ uidetur prohibita omnis dispensatio, & dispositio in contrarium, ut in terminis ibi ponderat Ias. ante num. 11. ibi, item dicta uerba. & in d. l. 1. lect. 1.num.36.& in 2.num.76.C.de summa Trini.Alexan. in l. si non speciali. nu.3.C.de testa.Dec.in d.cap.2.col.8. uersi.tertio.inducitur. tex.de proba. cum aliis adductis supra cap. 10. nume.39.& seq.

Ad hoc fundamentum multipliciter respondetur per Ias. in d.l. 1. tam in prima, quàm in secunda lect. C. de sum.Trini.& Dec.in d.cap. 2. de proba.quorum dicta nõ est opus hic transcribere

scribere cum in locis suis uideri possint, & enim ut bene aduertit Ias. in d. l. j. lect. 1. sub nu. 36. & latius lect. 2. nume. 77. & seq. C. de sum. Trini. est animaduertendum quod in d. l. fin. nulla
60 consuetudo reprobatur, quia de reprobatione ibi uerbum nullum, sed bene consuetudo rusticorum approbatur ibi[per præsentem legem Rusticanis concedimus eorum antiquam consuetudinem legis uicem obtinere] quæ quidem sunt uerba clara consuetudinis approbatoria, non autem reprobatoria, & licet talis consuetudo limitetur, & approbetur usque ad numerum quinque testium, & non ultra ibi [minus autem nullo modo concedimus] non tamen ex hoc infertur, quod sit reprobata consuetudo cum minori numero, sed tantum nõ approbata, quę duo inter se ualde differunt, aliud enim est quod lex resi-
61 stat, aliud uero quod non assistat, iux. Docto. Bar. in l. sed & si lege. §. scire sub nume. 4. ff. de pet. hær. & multum ad propositum idem Bart. in l. omnes populi. sub nume. 26. ff. de iusti. & iu. cum aliis adductis supra cap. 3. nume. 67.

Præterea quamuis concederemus, quod in d. l. fin. C. de testa. esset reprobata consuetudo rusticorum cum minori numero quinque testium, ut uoluit Dec. supra allegatus in d. c. 2. de proba. reprobata doctr. Saly. in qua se fundat Ias. supra etiam allegatus in d. l. 1. lect. 2. nume. 77. in fin. & seq. C. de sum. Trinit. de qua late Alexan. in l. 1. nume. 6. ff. de libe. & posthu. & in consil. 24. nume. 3. uolu. 4. & Ias. in l. non dubium. parum post nume. 18. C. de leg. quam hic non expedit examinare, nihilominus ex hoc non esset reprobata aliorũ consuetudo, quinimo in d. l. fin. nihil immutatum est circa aliorum testamenta, ut ibi expresse cauetur per illa uerba, nullamque ex præsenti lege fieri innouationem, & late probat Dec. in d. c. 2. sub num. 12. in uersi. sed tamen aduertendum est. de probat. & idcirco non potest sumi argumen. ex approbatione consuetudinis rusticorum ad reprobationem aliarum consuetudinum; quia prout & bene declarat Dec. per hoc fieret maxima innouatio, quia sic reprobaretur consuetudo futura, quæ prius non erat reprobata, quod esset con-
62 tra illum tex. ut latius per Dec. proxime allegatum, præsertim quia dispositio. d. l. fin. quæ tendit ad approban. non debet operari reprobationem, & inualiditatem, ut in proposito not. respondet Petrus, quem refert & sequitur Bar. in l. si quis in principio. nu me. 2. in fi. ff. de leg. 3.

63 Et nihilominus ista tacita reprobatio aliarum consuetudinum, quæ sumeretur ex approbatione consuetudinis rusticorum, & sic à contrario sensu non porrigeretur ad futuras consuetudines, sed tantum ad præteritas, ut in terminis respondet Ias. in d. l. 1. lec. 1. nume. 35. in fi. & lect. 2. num. 73. ad fin. C. de sum. Trinit. post Aret. in cap. 2. de proba. argumen. l. fin. iunctis ibi no. per Bar. ff. de leg. 2. & trad. Bar. in d. l. si quis in prin. nume. 2. de leg. 3. Bald. in l. humanum. sub nume. 3. uer-
64 sicu. secundo casu. C. de leg. cum tacita prohibitio, seu actus reprobatio, non sit eius efficaciæ, prout expressa, ut multum not. per Sozi. in l. 1. nu. 5. ff. de lib. & posthu. & in l. 1. in prin. ante nume. 65. ff. ad leg. Falci. & faciunt plura trad. per nos supra cap. 16. nume. 100. & seq. quamuis Dec. in d. c. 2. sub nume. 12. in uersi. ista responsio. conetur hoc fundamentum impũgnare, ut ibi latius per eum, de cuius ueritate non expedit hic latius discutere, præsertim quia illa approbatio consue-

consuetudinis rusticorum in d. l. fin. fuit quo ad eos necessaria, quia alias absque specifica legis approbatione fuisset inualida, tum quia uidebatur potius introducta per errorem, & imperitiam rusticorum, quàm ex aliqua
65 causa rationabili, tum quia apud eos ruri degentes non est iurisdictio statuendi, & per consequens inducendæ consuetudinis, ut ibi not. trad. Bal. nume. 3. Pau. de Cast. sub nu. 2. in fin. & late Ias. sub num. 10. de quo tamen ultimo uiden. est infra nume. 82. in fi. & nume. 83. & idcirco ex eo tex. non bene infertur ad consuetudines aliorum non rusticorum in ciuitate commorãtium, apud quos est potestas inducendi cõsuetudines, & præsumuntur moueri ex iusta, & rationabili causa, ut per Bal. Pau. de Cast. & Ias. proxime allegatos.

Postremo, ut omnis cesset difficultas, quamuis uerum esset, prout non est, quod per d. l. fin. esset reprobata consuetudo diminuens numerum septem testium, & traheretur ad futuras etiam cõsuetudines, nihilominus
66 est aduertendum, quod hoc non obstante potest consuetudo de nouo introduci ex noua causa superueniente post legem cõsuetudinis reprobatoriam, uel etiam ex antiqua causa tunc uigente, sed tamen per legem ueterẽ non consideráta, ut not. declarat Abb. in d. c. fi. nume. 24. de consuetu. & no. idem Abb. in proposito nostro in d. cap. 2. de proba. nume. 8. & ibi quoq; Feli. sub nu. 11. & Dec. ante num. 12. ibi & declaratur. idem Abb. in consil. 7. col. 4. in fi. in uers. quinimo si ius reprobet. uol. 2. cum aliis adductis per Couar. uaria. resolu. d. lib. 3. cap. 15. sub nume. 4. in tertia conclu. ubi attestatur de communi, ideoq; in proposito nostro præsumendum est, q̃ consuetudo ex iusta causa de nouo introducta fuit, uidelicet propter legalitatem personarum, de quibus non subest timor falsitatis, iux. latius adducta supra nume. 37. & pluribus seqq.

67 Et præsertim ubicunque essemus in consuetudine immemorabili, quæ ex cursu tanti temporis semper præsumitur ex iusta causa introducta, licet alias à iure sit reprobata, ut per Abb. qui hoc probat in pulchra quæstione in d. consi. 7. col. 4. in uersi. his præmissis. uolu. 2. cum aliis adductis per Gabriel. commu. conclu. lib. 5. tit. de præscrip. conclu. 1. nume. 41. nam & per uerba quantumcunque generalia nunquàm talis consuetudo censetur sublata, ut per Couar. d. cap. 13. sub nume. 5. cum latissime adductis per Tiraquel. de retract. conuen. §. 1.
68 glo. 2. nume. 25. habet enim talis consuetudo uim priuilegij cõcessi à Principe. ut Abb. dicit iux. cap. super quibusdam. §. præterea. iuncta glo. in uer. non extat memoria. & ibi Docto. de uerbo. signi. cum infinitis sim. adductis per Gabr. commu. conclu. lib. 5. d. tit. de præscrip. conclu. 1. nu. 1. 2. & seqq. & idcirco nulli dubium, quod isto casu cõsuetudo posset tollere solennem numerum testium iux. tex. in terminis in l. si non speciali. iuncta gl.
69 C. de testa. nam & talis consuetudo operatur etiam in his in quibus ius commune repugnat, ut latissime per Gabriel. proxime allegatum. nume. 9. & latius nume. 27. & seqq. & habet
70 tantam potestatem, quantam habet Imperator quando cum causa procedit, ut etiam latissime per Gabriel. ibi. nume. 67.

71 An uero, & quando talis consuetudo immemorabilis operetur, & de nouo introduci possit ubicunque esset damnata ut irrationabilis, uidendus est Couar. d. cap. 13. nume. 5. per totum, & latissime Gabriel. ubi supra nu. 36.

nu.36.& seqq. iunctis supra nume. 9. 13.& 14.& nume. 27. 28. & seqq. ad quem in materia recurrendum est, quia non expedit hic latius insistere.

Ex quibus tãdem satis clare, ut puto probatur conclusio supra per nos firmata iux. communem sententiam, quod ualeat statutum, & consuetudo relaxando iuris solennitatem in testa mẽtis, & sic tam tacite quàm expresse diminuens solennem numerum septem testium, & disponens ualere testamentum cum duobus tantum te-
72 stibus, quicquid dixerit Bal. in l. si non speciali. nume. 3. C. de testa. cum quo simpliciter ibi transit Pau. de Cast. nu. me. 2. dicentes, quod ita demum ualet statutum, & consuetudo in diminuendo hoc septenario numero testium, dum tamen interueniant quinque testes, non autem minus per tex. ibi minus autem nullo modo concedimus, nam ad illum tex. latissime supra respondimus nume. 60. cum multis seqq. cum enim ultra numerum duorum testium reliquus numerus sit solennitas iuris positiui, merito talis solennitas per statuta, & consuetudines ciuitatum tolli potest, ut latissime supra ostensum fuit, iure ergo merito hæc restrictio Bal. reprobatur per eundem Pau. de Cast. in l. 3. ad fin. ff. de testa.

73 Est tamen hæc communis conclusio declaranda, ut bene declarat Pau. de Cast. dummodo statutum, & consuetudo requirat saltem duos testes, qui quidem numerus est de iure Diuino, naturali, & gentium, qui merito per statutum, & consuetudinem tolli non potest iuxt. not. per cano. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitu. & in terminis tradd. Ang. Imo. Pau. de Cast. proxime allegati in d. l. 3. ad fi. ff. de testa. Ias. in l. uni. lec. 1. num. 39. & lec. 2. nu. 82. C. de sum. Trini.

74 Quinimo nec ipse Supremus Princeps, prout est Papa, Imperator, & Reges, alijq; non recognoscentes Imperatorem, iuxt. supra tradd. nume. 3. & nume. 7. cum seqq. potest minuere numerum duorum testium, & statuere, quod uni tantum testi plena fides adhibeatur Rom. sing. 707. & sing. 356. quem refert, & sequitur Felin. in cap. constitutus. col. 7. sub nu. 16. ibi non dicas hoc esse clarum. de rescrip. & in cap. sicut. de senten. excommu. & lata apostil. ad Abb. in cap. post translationem. in finalibus uerbis. uersi. numero testium. de renuncia. & alia apostil. Zachariæ ad eundem Abb. in cap. cum contingat. in 2. notabili. de rescri. Ias. in repet. l. admonendi. num. 191. ff. de iureiuran. ubi declarat hoc uerum esse, ubi indistincte, & absque legitima causa id statueret, prout infra proxime latius declarabitur. Nam præter
75 communem rationem, qua Doc. mouentur, quod Papa, & Imperator nõ possint absque legitima causa statuere contra ea, quæ sunt iuris Diuini, & gentium, prout est iste numerus duorum testium, præterea talis constitu-
67 tio inuitaret ad delinquẽdum, & ideo non ualet. l. conueniri. ff. de pac. dota. l. si unus. §. illud. & ibi late Ias. num. 1. & 2. cum cæteris. seqq. ff. de pac. Host. in pulchro articulo in summa qui filii sint legi. §. qualiter, & à quo. sub nume. 13. uersi. quid si Imperator. ad fin. late Fede. de Sen. consi. 227. nume. 2. & cõsi. seq. cum late adductis per Ias. in l. ait prætor. la prima. in prin. nu. 8. & pluribus seqq. ff. de iureiu. & Aym. in consi. 229. nume. 4. & Dec. in cap. cognoscentes. nume. 2. de constitu. Feli. in rub. de homicid. & de statuto, & consuetudine tradd. cano. Hostien. Anto. de But. Abb. & cæteri in c. fin. de consuetu. & latissime Aym. in consi. 137. nu. 1. 2. 3. & 4. quod & indi-

stincte

stinctè procedit in omni materia, ut ibi per eum cum aliis supra etiam adductis.nume.32.& ut supra cap.4.nume.12.& infra par.2.cap.9.nume.14.& seq. ubi ampliauimus, & declarauimus,& iux.not.in terminis per Felin. post alios per eum relatos in cap. 2. nume.8. & Dec.nume.10.de probat. & eundem Dec.in cap.1.nume.11.de appella.& praeterea esset dare occasionem auferendi ius unius, & dare alteri,ut considerat.d.apostil. ad Abb. in d.cap. post translationem,de renunc.

77 Est tamen aduertendum, quod, ut proxime dixi, licet Papa, & Imperator non possit simpliciter, & indistincte hoc statuere, quod in omni casu unus tantum testis sufficiat, prout in terminis loquuntur Docto. praedicti, quia hoc esset in totũ tollere ea, quae sunt iuris Diuini, & gentium, contra nota.in d.cap. quae in Ecclesiarum .& in l.fin.C.si contra ius,uel util. publi. & in terminis supra in prin.tract. nume. 33. cum seq. tamen quod in aliquo casu speciali unus testis plene ꝓbet, uel qđ stetur dicto alicuius certae personae attenta illius casus,uel personae particularis qualitate, & cõditione,hoc bene statuere possent, ut post Inno.not.trad.Abb.in cap.nuper. nume. 1. de test. licet de hoc dubitet ibi Felin.sed & idem concludit Ias. in d. repet. l.admonendi.d. nume. 191. & ita quoque dicendum est de statuto,

78 & consuetudine, quae sunt paris efficaciae, ac lex imperialis iux. late trad. supra nume.16.17.& seqq. iuncto nume.45.46.& seq. uidelicet, qđ in aliquo casu particulari iducere possit,ut uni tantum testi credatur, licet non simpliciter, & indistincte,prout in terminis distinguit Mathesila. singu. 51. quia hoc nõ est tollere ius Diuinum, seu naturale,& gentium, sed limitare

79 in aliquo casu particulari,qđ ex causa Papa, & Supremus Priceps facere potest,ut tradd.omnes in d.l.si.C.si contra ius.& in d.cap.quae in Ecclesiarum de constitu. & in terminis de consuetudine hoc idem trad.no. Abb.in c.si. col.2.sub nume.3.in uersic. Item non intelligas.de consuetu. & in cap.2.nume. 6.in fin. cum sequen. de probat. prout in pluribus casibus ex causa hoc statutum reperitur,ut ibi late per Abb.& post alios latissime Gabriel.ti. de testi.conclu.1.nume.7.& seqq.iuncto nume.16.& seqq.usque ad fi.cum concordan. per nos adductis supra in prin.Tract.nume.20.& 36. cum caeteris seqq.& latius infra par.3.cap.3.nume.224.227. cum seqq. ubi hanc distinctionem latius comprobauimus.

80 Nec in hoc casu potest statutum, lex, & consuetudo iudicari irrationabilis, aut occasionem praebens malignandi, & delinquendi postquàm nõ indistincte hoc inducit, sed ex causa in aliquo casu speciali, & particulari attenta casus,uel personarum qualitate,& negotii circunstantiis circunspectis,licet secus,ubi esset indiscreta,ut not.in proposito,& in fortioribus terminis trad.Bal.in l.uni.nume.13.ad fi. C.de cõfes. Alex.in l.quaedam.§.nummularios. nume.1. & latissime Ias.nume.2.& seqq.ff.de edend.Abb.in cap. bonae.el secondo,nume.30.de postula.prael.Dec.in d.cap.2.sub num.10. de proba.& in c.2.nume.18.& Felin. nume.26.de fi. instru.Aym. de antiq. temp.par.1.sectio.1.uidimus,& abunde nume.6.cum seq.

Et quamuis in diminuendo numero septem testium, qui usque ad numerũ duorum dicitur numerus solennitatis iuris positiui,ut supra cap.5.nume. 38. & seqq. nulla causa requiratur, quia pro iusta causa est uoluntas, quinimo in dubio iusta causa adesse praesumitur,ut supra nume.44.& 48.

cum

cum latius adductis superius cap. 3. nume. 24. cum pluribus seqq. tamen in diminuendo numero duorum testium, qui est numerus ueritatis de iure naturali, Diuino, & gẽtium, ut eo. cap. 5. ubi supra requiritur iusta causa, & idcirco in dubio non præsumi-
81 tur adesse, sed oportet, quod de illa constet aliter, quàm per assertionem ipsius Principis, ex quo ista derogatio non dependet à sua libera uoluntate, nec ualet, nisi ex causa, iux. l. si forte. cum ibi not. per Bart. ff. de castren. pecu. glo. & Docto. in l. si donatione. ubi post alios late Dec. nu. 18. cum seqq. & sub nume. 30. in uersicu. quinto. C. de colla. & cano. in d. c. quæ in Ecclesiarum, ubi in terminis idem Dec. sub nume. 16. in uersicu. secunda conclusio. & sub nume. 27. in uersicu. sed circa istam conclusionem. & nume. 28. de constitutio. & Oldr. in consi. 226. nume. 6. ad fin. cum seq. & late Ioan. Andr. in rubri. ad Specu. de reb. Ecclesi. alienan. Alexan. in consil. 55. nume. 3. & consi. 101. col. 3. in fin. uers. Præterea dato. uolu. 1. & consi. 43. nume. 4 uol. 4. Ias. in consi. 101. col. pen. in uersi. secundo respondetur. uolu. 1. & in consi. 233. nume. 3. uolu. 2. Dec. in consi. 544. nume. 16. & 357. nu. 5. & 576. col. fin. & 602. nume. 15. Ruy. consi. 41. nume. 12. uolu. 1. & consil. 99 sub nume. 7. uol. 3. Paris. consi. 11. nu. 48. in fin. uolu. 1. Cepha. consi. 43. nume. itidem 48. uol. 1. Ripa lib. 2. respon. cap. 19. nume. 19. Aym. consi. 5. nume. 5. idem Aym. in consi. 135. nume. 41. & idẽ latius de antiqui. temp. par. 1. sectio. 1. nu. 18, 19. 29 & 32. cũ seqq. & late etiam Alcia. de præsumptio. regula 3. præsumptio. 8. per totum. quicquid inadue tenter dixerint Alex. in consi. 2. nume. 20. uolu. 1. & in consi. 1. nume. 5. prout ubique aduertit apostil. uolumi. 2. & Ias. in consil. 217. col. 15. in uersic. in tali autem Principe. uolu. 2. & alibi, ut etiam aduertit Aym. proxime allegatus; nam contraria per Alexan. & Ias. allegata, & per eund. Ias. in consi. 236. col. 2. uolu. 2. procedunt in his, quæ sunt iuris positiui, in quibus Princeps etiam sine causa ad libitum disponere potest, ut bene distinguendo declarat idem Ias. in l. quominus. nume. 5. 6. & 7. ff. de flumi. & in l. si testamentum. nu. 2. 3 & 4. C. de testa. & in d. consi. 233. nume. 31. uol. 2. & Aym. Ripa. Alcia. proxime allegati.

Et per consequens cum per legem, statutum, & consuetudinem possit libere tolli solennitas iur. positiui, quo casu reducitur res ad primæuos terminos iur. naturalis, & gentium, ut supra nu. 13. idcirco isto casu nedum ualebit testamẽtum cum duobus tantum testibus, ut late supra ostensum fuit, sed quod est fortius etiam absq; ullo teste, dummodo aliter constare
82 possit de uoluntate testatoris, puta per scripturam eius manu scriptam, aut subscriptam, & recognitam, id quod etiam expresse per statutum, & consuetudinem induci possit, ut in terminis in quibus consuluit Alex. in consi. 87. num. 6. uolu. 7. quæ confirmantur, & declarantur ex his quæ in terminis latissime supra tradd. fuerũt cap. 16, nume. 166. 167. & pluribus seqq. potest enim statutum, & consuetudo loco testium prouidere de alia specie probationis, quæ plures sunt, ut ibi nu. 172. & seqq.

An autem in terminis propositis sufficiat statutum, & consuetudo unius castri, uel uillæ, tradit Specu. de instru. edi. §. compendiose. nume. 15. ubi determinat, quod sic, quem refert, & sequitur Ange. Aret. d. tracta. de testa. in gl. 6. circa prin. quod quidem dependet ab illo articulo, an castrum,

83 strum, & uilla possint statuta cōdere, & consuetudinem inducere, nam qui unum potest, potest & aliud Bar.in repet.l. de quibus.nu.11.ff.de leg.quod possint uidetur text.expressus forte à nemine alleg. in cap. statutum ciuitatis, castri, uillæ, uel alterius loci.ubi hoc no.Ancha. & alii de hæret. lib. 6. de quo articulo Bar.in l.1. nume.3. ff. de dam.infec.idem Bar.in l.omnes populi. sub nu. 3. ubi post alios late Iaf. col.7.in uersi. & quod uillæ, & castra. in 2.lec.ff.de iust.& iu.Bal.in l.1.nu.1. C.quæ sit longa consuetu. & in auth. defuncto.in fin.C.ad sen. Tertul.Alexan.in l.fin.nume.10.C.de testa. idem Alexan.in l.1.in princi.nume.11.ff. si quis ius dicen. non obtempe. & late
84 per Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum. nume.5.& Dec.num.11.& 12.de constitutio. Et de consuetudine unius familiæ, & progeniei trad.Ioan.And. ad Specul. proxime allegatum in parua addi.incipien.interposuit.& post eum Alexan.in terminis de quibus agimus in l.si non speciali.num.5. C. de testa. Ang.Imo.& Rapha.Cuma. ī l.3.ff.eo. Ruy.consi.19.nume.6.& consi.34.nume.5.uolu.1. & consil. 208. ubi bene declarat eo.uol.1.& consi. 144. nu.3. & nume.18.uolumi.2.Paris.consi.72. num.11.uol.4.& Ias.in d.l.omnes populi.in 2.lect.nnme.42.ff.de iust.& iu. quod pariter ab eodem articulo depēdet an una scilicet familia, & progenies possit statuere, & cōsuetudinem inducere, de quo ultra Doct.in locis nunc allegatis late A. Gabriel. commu.conclu.lib.6.tit. de consuetu.conclu.5.per totam, & latissime ad utrāq; partem Valenti. Fonterus in tract. de success.ab intest.pag. 118. quæstio. 3. per totam, & Tiraquel.de iu.primoge. q.16.etiā per totā, quib. in locis alios latissime cumulatos inuenies, ad quos me refero, cum iste nō sit locus suus.

85 Et an tale statutum, & consuetudo comprehendat forenses ibi testantes,
86 uel subditos alibi testantes, & cōprehendat bona extra territorium sita, & de materia uidendū est in terminis per Specu.d.§. compendiose. nu. 16. & in titu.de sen.§.qualiter.uersi. item pone quod Flandrensis.& Bart. in repet.l.de quibus.nume.29.ff.de leg. & latissime Cyn. post Iacob. de Are. & alios antiquiores. in l. uni. ubi etiam Bar.nume.24.Bal.Salyc.Fulgo.& late Ias.lec.1.nu.40.& lect.2.sub num.82. 83.& seqq.C.de sum. Trini.Bald.Pau. de Cast.& cæteri in l.2.C. quemad.testa.ape. idemque Bal.in l.si non speciali.nume.2.& late Alexan.nume. 4.& cæteri.C.de testa.Bald.quoque in l. in hac.nume.2.C.de dona.& in l.si arrogator.col.pen.in uersi.& facit ad plures.qq. post Bar.ibid. in repet.illius. l. nume.22.& latissime Ias.num.40.41. 42.cū pluribus seqq.ff.de adop. Ang. Aret.d. glo.6.in tract.de testamen.nume.2.& nume.5.& 6.Bald.itid. consi. 119.col.fin.in uersic.restat.uolumi. 3. in consi.418.uolumi.4.& consi.60.& 226.uolumi.5.Ang. consi. 233.nu. 2. Cald.consi.17.titu.de constitu.& late inter eiusd.consi.Fran.de Rampo.consi.34.titu.de testa.late quoque, & no. Lap.alleg.91.nume.2.& num.7.cum cæteris seqq. & Rom.in consi.39.per totum Signo.consi.66. etiam per totum. Alexan.consi.16.& 128.uol.1. & consi.44.uol.5.& consi.141.nu.7. uolumi.7.Aret.consi.54.col.1. in uersi.tertia ratio principalis.& col.seq.& consi.73.sub nume.5.uersic.his ergo præmissis.& nume.6.cum seqq. Goza.consil.49. & in eodem casu Paris. consi.12.uolu.3.& Paris.consi.99.nume.56.cum cæteris seqq.uol.1.Ruyn. consi.201.uolu.1.consi.53. nume.13. cum seq. uolu. 2. & consi. 48. & 49. uol.3.& 160.uol.4.Gram.decis. 103. nu.17.

nu.178.& pluribus seqq.Bero.q.109.
& 117. per totum.Fel.in c. postulasti.
col.2.& seq.de fo.compe.& doc.com
muniter in l. fi. ubi latissime Dec. per
tres coll. ff. de iur. om. iud. cum aliis
cumulatis per Ant.Gabriel. com.con
clu. lib. 6. titu. de statu. conclu. 8. &
9.& in terminis lib.4.de testam. con-
clu.4. & Manticam de coniec.ult. uo
lunt.lib.6.titu.8.nume. 13. & 14. ad-
do Guald.titu. de testam. ord. cau. 6.
num. 3. late Papien. in for. libel. quo
petitur hæred. ex testam.num.4.cum
seqq. Et de testamentis conditis extra
87 Rom. Imperium in terris infidelium,
uide not.Bar. Pau. de Cast. & alios in
l.qui à latronibus.ff. de testam. Bald.
Pau. de Cast.& Alex.in l. 1. C.quem-
ad.testa.ape.Pau.de Cast.in l.nutrito-
ribus. nume.6.C.com. de succes.Bal.
in l.ius ciuile. & ibi late Ias. nume.33.
34.& 35. de iust. & iur.& Bald.super
quodam testamento condito in Da-
masco in consi.265.uol.4.& in consi.
308. in uers.& quia testamentũ fuit
factum apud infideles. uol.3.ex quib.
inferri põt ad testamenta iudæorũ &
aliorũ infidelium an in illis requiratur
solennis numerus septem testium, an
uero sint soluta à solennitate iuris ci-
uilis, de quo uideatur Pau. de Cast.in
consi.378. uolu. 2. quibus conferunt
multum ad propositum supra trad. in
princ.tract.nu.30.

Postremo pro complemento præ-
sentis limita. est aduertendum quod
quamuis,ut sup.diximus nu.72.&73.
numerus iste septenarius sit numerus
solennitatis iuris positiui,& numerus
duorum testiũ sit numerus ueritatis
iuris naturalis,Diuini,& gentium;ni-
hilominus hoc ultimũ non est ita ab-
solute intelligendum,quin etiam non
possit pertinere ad solennitatẽ ubicũ-
que ius positiuum illum ad solennita
88 tem requireret, prout uidemus in cõ-
fectione publici instrumenti, quod li-
cet non sit de substantia contractus,
sed fiat ad proban. ueritatem contra-
ctus,& ad illius faciliorem probatio-
nem.l.cõtrahitur.ff.de pig.l.neq;.la 1.
C. de nup. & in terminis testamenti
trad.Soz.iun.& Ferrian.Vasq.nouissi-
me relati per Lud.Zun.in respon.pro
uxo.nu.508.& seq. quia quoad essen-
tiam, & ualiditatem testamenti non
differt testamentũ scriptum à nõ scri
pto,sed tantum quoad executionem,
ut not.trad. Bal.in l.generali.nu.2. C.
de sac.eccle.quem refert, & sequitur
Ana.consi.57.relatus per eundem Zũ
cum,ubi sup. nu. 670. & 671. tamen
ad hoc, ut instrumentum probet, &
89 ualeat,requiritur quod habeat debi-
tas solennitates, inter quas est descri-
ptio testium saltem duorum, ut in au
then.de instru.cau. & fide. in §. sed &
si instrumenta.glo.in l. generali.C.de
tabula.lib.10.&opt.gl.in auth.de hær.
& fal.§.si uero absunt. uer. quantũ ad
hoc.Spec.de instr.edi.§. breuiter. nu.
10.Bal.in l.1.nu.5. C. ad Velleia. cum
aliis adductis per Alex.in l. iurisgen-
tium.§.quod ferè.nu.3. & seqq. ff. de
pac.& per cano.in c.1,ubi Abb.Fel.&
Dec.nu.12.de fi.instr.quod tamen fal
lit,ut infra c.prox.seq.nu.13.& nu.15.

90 Hinc est quod ex instrumento nullo
ex defectu omissæ solennitatis descri
ptionis testium non potest quis age-
re,licet actus, seu contractus de quo
fuit confectum instrumentum possit
aliunde probari, puta per testes non
descriptos in instrumento qui inter-
fuerunt contractui,iux. l. 1.& l. si con
stiterit.& duabus seqq.cum sim.C.de
fi.instru.nec tamen ex eo quod instru-
91 mentum sit nullum erit ẽt nullus con
tractus,ex quo ut dixi instrumentum
non est de substantia contractus, &
idcirco contractus põt esse ualidus li
cet instrumentũ sit nullum,& e cõtra

92 cum sint diuersa contractus, & instrumentum. l. si quis legatum. ubi Bar. sub nu. 2. ff. de fal. Bar. in l. 1. §. & parui. nu. 4. ff. quod ui aut clam. l. fi. & ibi Bal. C. de fal. cau. adiec. lega. Ias. post alios in l. seruum filii. §. eum qui chirographū. nu. 7. ff. de leg. 1. tradd. Doct. in l. 1. § si quis ita. ubi post alios Ripa. nu. 38. & seq. ff. de uerb. ob. Dec. consi. 17. nu. 3. & 4. Boer. decis. 183. ad fi. sub nu. 16. uers. & ideo aduocatus. & in terminis testamenti latissime probat Ruy. consi. 1. nu. 21. & 22. uol. 2. Couar. in c. relatum, el. 1. sub num. 11. in uers. prima equidem assertio. & uers. tertia cōclusio. de testam. Zun. in respon. pro uxo. nu. 10. cum seq. & Natta in l hac consultissima. §. ex imperfecto. q. 36. C. de testa. & consequenter poterit quis agere ex contractu, non tamen uigore
93 instrumenti quod potest esse maximi effectus propter paratam, & faciliorē executionem quam hodie habent instrumēta publica ex generali consuetudine, & dispositione statutorum, ad not. per Bar. in d. §. & parui. nu. 3. cum seqq. & in urbe instrumenta in For. Cam. de quibus extat plenus tracta. Ant. Gallesij olim in Rom. Cur. præstantissimi in foro causarum Procuratoris.

Limitatio VIII.

Testamentum factum coram Principe non requirit solennem numerum septem testium, sed in eo duo tantum sufficiunt. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps est supra ius positiuum.*
2 *Testamentum coram Principe conditum omnium testamentorum solennitatem superat.*
3 *Præsentia Principis supplet omnem defectum iuris positiui, & eius scientia supplet omnem defectum cuiuslibet solennitatis.*
4 *Princeps ubicunque procedit ex certa scientia, censetur tollere omne obstaculum, & uti plenitudine potestatis ad hoc ut actus ualeat.*
5 *Et eius scientia habet vim clausulæ non obstante, & de plenitudine potestatis.*
6 *Coram Principe præsumitur semper adesse multitudo nobilium personarum.*
7 *Et coram eo nihil occultum fieri potest.*
8 *In priuilegiis, & bullis Papæ non apponuntur testes.*
9 *In testamento facto coram Principe cessat timor fraudis, & suspicio falsitatis.*
10 *Et huiusmodi testamentum censetur notorium.*
11 *Et in eo duo tantum testes sufficiunt, qui debent reddere duplicem rationem ueritatis scilicet, & notorietatis.*
12 *In instrumentis, quæ fiunt in publico parlamento non sunt necessarii testes, prout nec in instrumentis, quæ fiunt coram Populo.*
13 *Testamentum factum coram Principe nullum testem requirit pro solennitate, uel ad eius ualiditatem: sed tantum ad probationem.*
14 *Communis opi. quæ uidetur requirere duos testes declaratur.*
15 *Instrumentum testamenti confectum coram Principe non potest impugnari propter omissam solennitatem descriptionis testium.*
16 *Et in hoc superat cætera testamenta, in quibus est remissa solennitas iuris positiui.*
17 *Instrumentum testamenti est diuersum ab ipso testamento.*
18 *Ex instrumento testamenti quod caret descriptione testium agi non potest, nec ex eo probatur dispositio testatoris.*
19 *Testamenta condita secrete coram principe, an gaudeant priuilegio. l. omnium C. de testa.*
20 *Testamenta condita coram DD. Inferioribus Principe nō gaudent Priuilegio. d. l. omnium. iuxta opin. Bal. um Co. Sar. um & Soci. sum ab authore tamen reprobatam.*

Prin-

21 *Princeps habet iura omnia in scrinio pectoris.*
22 *Et ubi est princeps tota legalis Philosophia concurrit ad testimonium perhibēdum.*
23 *In Principe non cadit iuris ignorantia, licet quandoque eos errare contingat.*
24 *Papa est doctor utriusq; iuris, eo ipso quod est Papa.*
25 *Et in eo. & quolibet supremo Principe præsumitur iuris scientia propter multos peritos, quos penes se habere debet.*
26 *Princeps in actu coram eo celebrato præsumitur uti plenitudine potestatis ad hoc ut actus valeat.*
27 *Ex duabus rationibus in lege expressis, quarum quælibet per se sufficit, satis est, quod una locum habeat, licet altera cessat.*
28 *Princeps in quantum est homo errare potest.*
29 *Princeps dicitur habere omnia iura in scrinio pectoris authoritate non scientia.*
30 *Nec propter se. sed propter consiliarios, qui sibi assistunt.*
31 *Contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis.*
32 *Admittitur tamen per indirectum.*
33 *Testamentum quando dicatur factum coram Principe.*

CAP. XXIII.

QVANTA sit potestas Principis in his, quæ sunt introducta de iure positi-
1 uo, ut est illa solennitas numeri septem testium, cum ipse sit supra ius positiuū.cap. proposuit. ubi glo & Doct.de concess.præben clare patet ex trad.supra cap.proximo, præsertim nume. 3. & pluribus sequenti-
2 bus, & idcirco omnium testamentorum solennitatem superare uidetur testamentum, quod coram Principe conditum reperitur.ut est text.in quo præcise probatur hæc nostra præsens limitatio.in l.omnium.ubi Docto.omnes no. & in specie Bart. nume. 1. dicens ualere testamentum factum coram Principe cum duobus testibus. C. de testa.Couar.extra eod. in rubri. par. 2. nume. 2. & late Corn. consil. 200.col.1.& col.3.uolum.1.Iul.Clar. libro 3.senten.quæstio.56.uersicu. est etiam alius casus. Sozin. iun. in consil.138.nume.10.par.1.attestantēs de communi, à qua non est recedendum in iudicando, aut consulendo.
3 Etenim præter quod, ut diximus, Princeps est supra ius positiuum, & idcirco eius præsentia uidetur supplere omnem defectum iuris positiui, ut præcise per d.l.omnium.no.Innocen. in cap.1.ante num.2.& Abb.num.20. & Felin.nume.9. de lit. contesta. Ripa in l.Centurio.sub nume.20.in uersicu.tertio, quia præsentia.ff. de uulg. & pupil.substi. & bona gl.quæ similiter alleg. d.l.omnium.in cap.1.in glo. fin.in fi. de transact. quia actus factus in eius præsentia uidetur factus de eius scientia, & conscientia, ut præcise not. Ias.in d.l.omnium.nume.2.cuius quidem scientia, & conscientia supplet defectum cuiuslibet solennitatis.Bal.in l.nullus.num. 1.C. ad leg.
4 Iul.maiest.ubicunque enim Princeps procedit, ex certa sciētia, uidetur tollere omne obstaculum iux.l.idem Vlpianus. in fin. ff. de excusa. tuto. & l. quidam consulebant. etiam in fin. & ibi Docto. ff. de re iudi. ubi late Alexan.nume. 6.7. & sequentibus,& gl. not.in cap.ad hæc.uer. elegerint.in fi. ubi cano. omnes præsertim Abb. & post alios Dec. de rescript. & glos. in cap.1.uer. noscatur. ubi late Sarnens. post alios. nume. 195. de constitu. libro 6.& latissime comprobat Oldr. in consi.257. nume. 12.13.14.& 15. idem in effectu uoluit Innocen. in c. fin.ut lit.penden. ut ibi bene declarat

8 Alter fuit intellectus antiquorum, quod testator nolens solenniter testari,forte nolens,quod testes scirent eius dispositionem, omnia posuit in fide sui hæredis, cui i secreto exposuit suam uoluntatem circa legata, & fideicommissa,rogans eum,ut uelit uoluntatem suam, licet minus solennē, adimplere; hoc enim casu duobus his concurrentibus,uidelicet quod testator noluerit solennitas testari,&quod elegerit fidem hæredis, non est opus alijs testibus,sed hæres,cuius fides est electa,& ipsemet factus testis in causa propria, non potest recusare sacramēti delationem, nec se tueri ex defectu solennitatis testium, sed soluere compellitur ex minus solenni uoluntate postquàm testator, de eius fide confisus non curauit alios testes adhibere; qui quidem intellectus uidetur probari in d.§.fi.inst. de fideicom.hære.& illum sequuntur Francis. Accur. Mart.Silym. & alii Docto. antiqui de quibus attestatur Bart.in d. l.fin.C. de fideicom.in uersi.alii uero.& sequuntur Pau.de Cast.num.4.ad fi.cum seq. & Ias.sub num.12. in uersi.secunda lectura.& nu.13.cum seq. Ripa in l.nemo potest. nume. 29.in fi.cum seq. & Alcia.nu.26.in uersi.excipit.ff.de leg. 1.& nouissime Mantica d. titu.13. sub d.nu.5.in uersi.quin etiam plerique.

9 Ex qua lect.infert Bart. ibi in fin.ad quæstionem illam de testatore qui iussit soli omnia contenta in schedula, quam dimisit, apud Guardianum fratrum Minorum, quam latius tractat, concludens hanc dispositionem ualere in l.si ita scripsero.ff. de cond.& demon.& in l.quē hæredi.ff.de reb.dub. Ripa in d.l.nemo potest.nume.31. & post Saly. Ang. & alios per eum relatos sequitur Ias.in d.l.fin.nume.15.C. de fideicommis. & licet respectu institutionis hæredis, qui debet nominatim institui. Pau.de Cast.in l.si ita scripsero. dicat semper se dubitasse de opi.Bar.ut per eum ibi nume.3.& seq. & quod solum procedat respectu legatorum, & fideicommissorum, non autem respectu institutionis hæredis dicat Aret. in l.hæredes palā.in princ. ff.de testa.& Ias.in l.hac consultissima. §.per nuncupationem.num.1. & seq. C.de testam. latius in l.ubi autem.§.illud.nu.3.& seq.ff.de uerb.obli.tamen quod opi.Bar.indistincte procedat,ēt respectu institutionis hæredis tenent, Doc.omnes communiter Bal.in l.asse toto.in fi. ubi etiam Ang. per illū tex. ff.de hær.inst.& idem Bal.in l.captatorias.nu.10.C.de testam.mil.& ipsemet Pau.de Cast.in d.l. hæredes palam. in prin.nu.2.cum seq.& in d.§.per nuncupationem.nu.3.&in d.l.ubi autem. §.sed qui uirum. nu.2.& Alex.ibidem sub §.illud.nu.3.ff.de uer.obl.& Alex. in l.ait Prætor.§.si iudex.nu.2.& ibidē Ias.sibimet contrarius nu.3.ff.de re iudi.idemq; Alex.in l.hac consultissima. nu.8.in fi.cū seq.C. qui testa.fac. pos. Bal.in cōsi.169.i fi.uol.2.Pau.de Cast. in consi.93.sub nu.3.cum seq.par.j.& consi.415.col.fi.in uersi.secundo pōt

X 2 defendi.

defendi.par.2.Sozi.consi.142.num.6. uol.1.& 173.nu.2.uol.2.Goza.cōs.3. sub nu.11.& nu.12.usq; 17. Alexādri. consi.14.nu.7.late quoq; Alexan con. si.176.nu.6.& seqq.uol.5. & idem in consi.76.nu.5.& seq.uolu.3.& consi. 14.nu.16.& consi.239.col.1.uol.6.& 114.nu.5.uol.7.& Ruy.consi.193.nu me.10. uol. 2. & latissime Paris.ubi alios cumulat, & attestatur de cōmuni in consi.19.nu.12.13.& 14.uolu.3.& Sozi.qui late comprobat respondens cōtrariis.in d.l.si ita scripsero. nu.3.ff. de cond.& demō.& Couar.in cap.cū tibi.nu.5.de testam. Gual. de arte testan.tit.2.caut.4.Guil. de Benedic. in cap.Raynutius.uer. in extremis positus.nu.37.& nu.42. de testam.Ruyn. ubi declarat in l.Gallus.§.& quid si tātum,sub nu. 106. uersi. sed in contrarium.cum seq.ff.de lib. & posthu.Iul. Clar.lib.3.senten.q.36. uersi.sed quid si testator.ubi attestatur de cōi obseruātia, & quod ab hac opi.ēt respectu institutionis hæredis, non est in practica recedendum,& idem ibidem.q. 4. uersi.sed pone.Riminal.consi.254.nume.5.& nu.7.Alcia.consi.126.nu.1.& 2.tomo 3.lib.9.Affli.decis.143. nu. 6. ad fi.& seq.lateBoer.decis.240.sub nume.5.ad med.ibi per quæ est dare responsum.Crot.in l.1.§. si quis ita.lect. 2.nu.4.ff.de uerb.obli. Natta in auth. quod sine.n.10.&11.C.de testam.Fernan.Vasq. de success.crea.§.11.sub nume.16.& nu.19.cum aliis plene congestis per Anto.Gabri.com.conclus. lib.4.ti.de testam.conclu.11.per totā. & Lud.Zun.in respon.pro uxo.nu.71. cum seq.iuncto nu.75. & 76.cum tribus seqq.& rursus nu.98. & nu. 236. cū seqq.&Fran.Mit.de cōie.ul.uo.li.j. ti.7.nu.7.& latius lib.4.tit.13. nu.11.

Nam ad motiuum in contrariū adductum, quod hæres nominatim institui nomenq; eius exprimi debeat.iux. l.iubemus.C.de testam. & l. hæredes palam.in prin.ff.eo.doc. respondēt,&
10 latius cæteris Ruy.distinguēdo triplicem expressionē, & noiationem in d. §.& quid si tantū.nu.167.alteram uidelicet generalē,& hāc impropriam, alteram uero specialē, & alterā singularem,& utranq; propriā,&uerā,quæ doctr.nō est sua sed Bar.in l.fi. ad fi.C. si contra ius.& in l. si quis. in princip. nu.10.ff.de leg.3.& i l.1.nu.7.ubi oēs, & ipsemet Ruy.nu.20.& seqq. & post alios latissime Ripa nu. 50.cū plurib. seqq.ff.de uul.& pup.& idē Bal.in l.1. in fi.ubi latissime Ias.nu.xj. cū cæteris seqq.usque ad fi. ff.si quis in ius uoca. Anch.i cap. duob.q.3. de rescri.lib.6. Pau.de Cast.in cons.278. nu.4.& seq. & 441.sub nu.13.par.1.cum aliis late adductis per Tiraq.de legib.cōnubia. gl.7.nu.86.& infinitis sequentib.usq; 152.ubi de hac triplici expressione latissime tractat,& rursus ibidē nu.194.
11 sed i proposito hæc expressio, quæ fit per relationem ad aliquod certum,& determinatū,dicitur uera, & propria saltem specialis, licet non singularis. l.pluribus.in prin.ubi Ang.ff.de uerb. obl.& bene per Ruy.d.§.& quid si tantum.num.107.& latissime Tiraquel.d. glos.7.nu. 182.& 20.seqq.præsertim nume.194.cum sequen. & nouissime Zun.d.respon. pro uxo.nume. 500. cum seq. & idcirco sufficit etiam, ubi
12 requiritur uera,& formalis, ac solennis expressio, ut respectu iuramenti not.declarat Abb. in cap. penul. col. fin.uersi. secundo modo potest considerari. de iureiu. quicquid indistincte per illum tex.dicant Cano.ibi. & Tiraq.post alios per eum relatos d. glos. nume.189.& 199.& respectu sententiæ iudicis est tex. in l. ait prætor.§. 1. & ibi glo.& doc.omnes,Dyn. Iac. de Rauen. Alber. late Bar.qui concordat contrarias opi. ibi nu.2. Pau. de Cast.

&

& post alios latissime Alexand.nume. 10. & 11.cum. seqq.Ias. nume.18. & pluribus seqq. & Ripa num.8.& pluribus etiam seqq. ff. de re iud. & l.in summa.eod.titu.& l.3. ubi etiam glo. & doc.C. de sent.quæ sine cer. quanti.profe.c.cum uenerabilis. ibi per authentica scripta. iunctis tradd. ibi per Inn.& cæteros cano.præsertim Abb. num. 48.& pluribus seqq. & Feli.latissime nume.41. 42. & 43. cum aliis seqq. de excep. & in c. cum uenerabilis.ubi etiam cano. de religio.dom. bene Bal.in l.1.in fi.C. de sent.ex breui.recitan.& late Ang.Aret. in §.curatre.nu.4.cum seq.ubi Ias.latissime nume.36.& pluribus seqq.inst.de actio. & Abb.in d.c. pen. ubi supra de iureiur.Alex.consi.53.nu.19. uol.5.& respectu causæ in appellatione ab inter locutoria iux.clem. appellanti.de appella.ubi Ancha.late num. 2.& cæteri scriben.Bal.in l.minorib.num.5.C.de his quibus ut ind. late Franch.in c.cõsuluit.el 2.col.fin. quicquid ibi teneat Dec.de appel. Alex. in d.l.ubi autem. §.illud.nu.2.ff.de uerb.obl.& in l.hac consultissima.nu.9. C. qui testa.face. poss. & in consi. 80. parum sub nu.9. in uersi. unde dicimus. uol.1 .Fel.in c. accedens.el 1.col.3.ut li.non contest. de quo latissime Rota decis. 2. de appel.in no.& Thom.Fasto.dubio Rote. 43.& Tiraq.d. glo.7. nu. 191. ubi nu. præced. allegat cõtrariæ factionis authores, sed & respectu institutionis hæredis est tex. in l.quoties. §. si quis nomen.ff.de hær.inst. & præcise in d. l.asse toto.cum concor.ibi per glo.allegatis,& ibi in terminis Bal.& Ang. eo.tit. & trad. glo. & Doct. in d.l.hac consultissima.ubi hoc mirabiliter põderat Ias.nu.11.& 12. C.qui testa. face.pos.Tiraq.ubi sup.nu. 193.& Zun. d.nu.500.cum seqq.& uolunt omnes supra allegati,nu. 9.

Nec obst. quod cum pro forma requiratur, quod nomen hæredis nomi
13 natim exprimi debeat, idcirco non sufficiat exprimere implicite per relationem ad aliud,quia forma non põt adimpleri per æquipollens, ut trad. Bar.quem omnes sequuntur in l.1.ubi late Alex.num.5. & seqq. & latissime Ias.nu. 7. cum multis seqq.usque nu. 27.ff.de lib.& post.& tradd.doc.in d. l.hac consultissima.ubi Alex.nu.4.Ias. nu.12.& Dec.nu.19.& seqq.C.qui testa.face.pos.Tiraq.d. glo.7.nu.188.cũ sim.adductis supra cap.4.nume.25.& seq.& in terminis arguit Ias.in d.l.ubi autem.§.illud. col.2.in ner.ego teneo
14 contrarium.ff.de uerb.obl. Tum quia in hoc habemus iura clara, quod sufficit nomen hæredis exprimi per relationem ad aliud certum. in d. l. asse toto.ubi Bald. & Ang. not. ff.de hær. insti. & per quamcunque aliam certam demonstrationem absque nominis proprij expressione. i d.l. quoties. §.si quis nomẽ.ff.de hær.inst.ita quod negari potest, quod talis expressio sit de forma,cum ista repugnent, quod sit de forma,& quod possit adimpleri
15 per æquipollens,ut declarat, & in terminis respondet Dec.in d. l.hac consultissima.ante nu.23. C.qui testa. face. pos. Tum quia dato quod expressio hæredis nominatim fienda esset de forma testamenti,non tamen modus per quem fieri debet expressio dici debet de forma, & idcirco sufficit
16 quocunque modo exprimatur hæres, & nominetur, ita quod de corpore certitudinaliter constet,iux. tex.in d. §.si quis nomen, & in l.2. ff. de lib.& pos. & ibi Doc. & post alios late Ias. nu.1.& seqq.l.nominatim.ff.de manu miss.testa.& l.certum.ubi glo. & doc. ff.si cer. pet. & ita declarari debet declaratio Ias. & Dec. ibi ad illum tex. dum dicunt regulam illius tex. quod

X 3 sufficiat

sufficiat aliquid esse certum per se, uel per relationem ad aliud declarari debere nisi expressio esset inducta pro forma, quia non sufficeret tunc certitudo & expressio per relationē, ut per Ias. ibi, sub nu.1. & Dec.nu.3. nam rursus hoc uenit declarandum, ut procedat quando tam expressio, quàm modus exprimēdi esset de forma, secus si expressio tantum, & non modus, ut supra proxime in proposito nostro declarauimus, & declarat Ruy.in d.l.1.nu.4.& sub nu.6.ff.de lib.& posf.& prout in simili de titu.institutionis quo filio relinqui debet, cuius expressio licet sit de forma testamenti, nō tamen modus per quē exprimi debeat, & idcirco sufficit quod quouis alio modo constet quod ei sit relictum iure institutionis, licet hoc non sit singulariter, & formaliter expressum, sed per quæcunque uerba idem importantia id declaretur, ut latius supra declarauimus.c.16.nu.110

18 111.& pluribus seqq. Tum ēt postremo tollitur motiuum, quia cum ista expressio nominum hæredum in testamento requiratur pro forma non absolute, sed ad certificandum personā hæredis, ut probatur in d.§. si quis nomen.& in l.hæredes palam.in prin ci.ff. de testa.ad effectum ne aliqua falsitas circa hoc committi possit, ut probatur in d.l.iubemus.circa prin.C.eo.

19 idcirco isto casu forma impleri potest per æquipollens, ut declarat Dec.in l. si mater.in 2.notab. C.de insti.& sub. Sarnen.in regula de publicā.resignat. q.xj.& Ruy.proxime allegatus in d.l. 1.nu.4.ff.de lib.& posf.& in l.gallus.§. & quid si tantum.in addi.nu.40.eo.ti. & ante eum Sozi.in ea.l.1. ad fi.ff. de lib.& posthu.& latissime trad.& comprobat Brun.in trac. de forma in rub. de implemen.& obseruan.for.col.15. in j.fallen. Ceph. consi.35. nu.45.& 46.uol.1.& in præcisis terminis ac in indiuiduo (ut aiunt) trad.Paris. consi. 33.nu.34.uol.2.prout etiam uidemus in conditione, quæ formam inducit, Bal.qui ad hoc passim allegari solet in auth.matri & auiæ.ī uer.sed hic quæritur.C. quādo mulier tut. offi. fung. posf.& quē ad id allegat Ias. in l.2.§.1. nu.21.ad med.ff.sol.ma.& in l.gallus. §.quidā recte.col.1.uers. sed aduerte. ff.de lib.& posf.& in l.si is qui pro emptore.nu.44.ff.de usucap.Fel. in c.cū dilecta.col.5. in uer. secundum signū. de rescrip.& in rub.de prob. col.2.in uers.sed aduerte.& in c.quoad consultationem.col.8. in uers. remedia. ibi & ultra eum.de re iud.Dec. consi.11. nu.9.Paris. consi.19.nu.184.uol.2.& consi.97.nu.86.uol.1.Ruy.199.nu.1. uol.1.& consi.17.nu.3. uol.3. Goza. consi.73.nu.13 Afflic.deci.355.nu.5. Tiraq. de retract.conuentio.§. 2.gl.1. nu.3.& quæ in forma specifica adim-

20 pleri debet, uulg.l.qui hæredi.& l.meuius.cum sim.ff.de condit.& demonstra. quod ubi in ea est consideratus effectus, potius quàm modus, & est in

21 ducta ad aliquem effectum, potest eo casu adimpleri per æquipollēs, ut uolunt Bar.& Doc.in d.§. & quid si tantum.ubi bene declarat Soz.num.6.& Ruy.in lec. nu.60. & hoc est notabile dictum Bald. in l. fideicommissa. §. si cui ita.ff. de leg.3.& in l.si duo patroni. §. si quis iurauerit. sub num.1. uersi. undecimo. ff. de iureiu. ut bene declarat Alexan. in consi. 100. nume.6.uol.4.& Paris.consi.97.nu.118. uol.1.Ruy.consi.137.num.9.uol.1.& consi.81.nu.2.& nu.15.ubi id not.declarat.uol.2.& consi.166.nu.7.& 24. uol.3.& consi.89.nu.5.uol.4.& consi.74.nu.5. uol. 5.Socin.iun. in consi. 42.nu.25.uol.1.& 181. nu.30.& nu. 51.uol.2.Dec.consi.227. ad fin.Grat. consi.103.nu.10.& seq.uol.2.Euerar.

centu.

centu.55.Cagno.in l.si quis maior.nu me.218.decis.Pedemon.62.num.15. cum aliis adductis per Tiraquel. in l.si unquam.uer. reuertatur. nume. 352. C.de reuocan.dona. & per nos supra late cap.16.nu.170. sed de his satis.

22 Ergo ut ad tertium, & postremum no.intellectum.d.l.fi.C. de fideicom. accedamus, quem ad illum text.trad. Bar.in l.nemo potest.col.1.ff.de leg.j. hic est quod testator elegit fidem hæredis, q a in testamento fecit sibi promitti ab hærede, quod solueret legata, & alia per eũ disposita, & quia ista

23 promissio hæredis de soluendo legata &c. sapit naturam contractus, hæres poterit conueniri tanquàm ex cõtractu, ad cuius probationem duo tantum testes sufficiunt, imo si hęres hoc neget, & delato ei iuramento recuset iurare, tenetur tanquàm conuictus absque nullo penitus teste, iux. dispositionem d.l.fi.quam sic not.intellexit Bar.in d.l.nemo potest.ut bene Alex. post Imo. per eum relatum. nume. 9. in fin.uersi. ex uerbis. Bart. & ibi late Ias.in 1.lect.nume.18. ad fi.& nu.19. cum seqq. ubi dicit se ualde dubitare de hoc intellectu Bar.& lect.2.sub nume.27.uers.extra glo.usque num.33. ubi illum impugnat, & idem Ias.in d. l.fin.sub nume.17.pariter in uersi.extra glos. & nume.18. C. de fideicom. ubi licet dicat se dubitare, tamen attestatur, quod omnes usq; ad illos dies tenent istum intellectum Bar. & idem Ias.in l.2.num.11.C.de bo. pos.secundum tabu.quem late sequitur, & defendit ab obiectio.Ias. Ripa in d.l.nemo potest.sub nume.31.uersi. secundo sol.Bar.cum seqq.usque nume.36. ex quo sumitur pulchra cautela, quã ponit Cœpol.hunc intellectum probans caut. 129.legata communiter. Gual.titu.2.cau.3.nu.1.& seq. quem intellectum probat Bart. argu. l. quidam cum filium.ff. de hære.instit. ubi idem Bar.in fin. uerbis eundem intellectum trad.ad l.fi.C. de fideicom.

24 Potest enim hæres se obligare testatori in confectione testamenti ad soluendum legatariis, ut probat d. l. quidam cum filium; & pariter tutor ad suscipiendum tutelam.l. spadonẽ. §.1.ff. de excu.tuto. nam & generali-

25 ter uerum est, quod contractus possunt fieri in testamento iux.glo.no.& singu.licet uulgatam in l hæredes palam.§.fin.ubi Bar.Bal.Pau.de Cast. & cæteri.ff.de testa.Dyn.in cap.quod semel placuit.ad fin.de regulis iu.lib.6. Oldr.consi.114.nume.2. Bar.in l. cum quis decedens.§.codicillis.nume.5.ff. de leg.3.Bald.in l.ex testamento.nu.1. & seq.C.de fideicõ. & in l.si auia. ubi etiam Salyc.Aret.Paul. de Cast. Alex. Ias.& Corn.nume.2. C. de iu. delibe. ubi fortius not. quod unus, & idem actus potest operari cõtractum, & ultimam uoluntatem; sed & quod contractus possint fieri i testamẽto tradd. Cyn.Bald.& cæteri in l.cum antiquitas.ubi post alios late Ias.num.3. cum seqq.usq; 7.C. de testa. Alber. in rub. C.de dona.nume.2. Ancha.in rub.de testamen.nume.7. & ibidem Imo.nume.10.Lap.allega.91.sub nu.5. uersi. super secundo membro. & seq. Butr. cons.21.in prin.Gual.& Cœpol.supra proxime allegati.Dec.consi. 293.col. 1.in fi.in uersi.uerum supradictis non obstantibus.& consi. 195.in uersic.ex quibus omnibus.& est cõmunis omnium sententia secundum Rom.in cõsi.171.col.2.ad med. & in consil.293. col. 1.in fi.uersi.uerum supradictis nõ obstantibus.Paris.consil. 2. nume. 19. uolu.3.& consi.46.nume.36.& seqq. uol.4.Couar.i rub. de testa. par.3.sub nume.17.Boer.decis.353.nume.4.& sequen.Iul. Clar. lib.3. senten.q. 75. per totam. Natta in repet. auth. hoc

X 4 inter

inter liberos.nume.65.& nume.76. cum seq. C. de testamen. Mantica de coniect.ulti.uolunta.lib.3.titu.18.nume.31.cum seqq.& lib. 8. titu.1. nu-
26 me.36.cum cæteris seqq.& tales contractus, licet facti sint in testamento retinent naturam contractus, & sunt irreuocabiles, licet testamentum reuocetur, ut declarant Bal. & Paul. de Cast.in d.l.hæredes palam.§.fin.Oldr. Dec.Paris.Rom.& Boer.proxime allegati Bal.in l.fi.ff.de reb.eo.& no.idem Bal.& cæteri supra allegati in l.si auia, nume.2.C.de iu.delib. & in d.l.ex testamento.C.de fideicom.& late Rom. in consi.171.col.2.in fi.uersi. præmissis tamen nõ refragãtibus, cum seqq. usque ad fi.Natta in d.auth. hoc inter liberos.nume.77.Mantica d.lib.8.tit. 1.num.36. Tiraquel. ad fi.tituli de retract.lignia.nume.7.& comprobat Ripa aduersus Ias.in d.l.nemo potest.nume.34.& seq ff.de leg.1.ubi sufficienter respõdet omnibus contrariis per Ias.adductis ad hunc tertium no. Bar. intellectum, quem & ueriorem,& cõmuniter probatum nos quoque recipimus, & probamus, quicquid etiam per Alcia. per eum relatum nouissime uoluerit.Francis.Mantica d.lib. 2. de coniect.ult.uolunta.tit.13.sub nume 5.uersi.subiunxit. & num.6. cum sequen.

Limitatio XIII.

Testamentum cuius scriptura est deperdita, potest probari duobus testibus, quamuis septem haberi non possint. Cap. XXVIII.

S V M M A R I V M.

1 Numerus septem testium non solum est de forma substantiali, sed etiam probatoria.

2 Vbi de testamento est confectum publicum instrumentum cum numero septem testium, si illud casu fortuito postea sit deperditum, testamentum poterit probari per duos testes.

3 Generale est, quod ubi actus est probandus per scripturam, quæ casu fuerit deperdita, potest casus ille, & tenor scripturæ probari per testes.

4 Ratio est, quia in casu isto non agitur de probando testamentum principaliter per testes, sed accidentaliter, & in consequentiam.

5 Casus fortuitus non debet rescindere, quæ legitime gesta fuerunt.

6 Testes in proposito præsentis limita. tria probare debent, actum, scripturam, & casum.

7 Testes in casu proposito non oportet fuisse præsentes celebrationi actus de quo testificantur, contra Ang.

8 Differentia est in probando actum per testes qui in eo præsentes fuerunt & per testes qui in eo non interfuerunt.

9 Testes qui deponunt de tenore scripturæ, & de actu qui in scriptura continetur, debent esse periti, & ualde experti.

10 Vbicunque scriptura est subtracta, seu deperdita dolo aduersarii, non est opus testibus, sed statur iuramento partis de contentis in ea.

11 Scriptura deperdita in dubio, an præsumatur casu fortuito, uel dolo aduersarii, & cui incumbat onus id probandi.

12 Testes deponentes de tenore scripturæ, oportet quod illam diligenter legerint, & examinauerint.

13 Nisi sint talia acta, quæ per alios legi, & recitari consueuerunt.

C A P. XXVIII.

1 QVAMVIS solennis numerus septem testium non solum sit de forma substantiali testamenti, sed etiam de eius forma probatoria, ut late supra cap.4. & 5. ostensum fuit, in

tantum, quod non ualet, nec etiã probari potest per pauciores, quàm septem testes, ut d. cap. 5. nume. 5. cum pluribus seqq. nihilominus si de testa-
2 mento esset confecta scriptura cum solenni numero septem testium, prout bene hodie communiter fieri solet, & illa postea casu quodam fortuito sit deperdita, puta bello, incendio, fluuii inundatione, & simili probato huiusmodi casu, poterit testamentum probari per duos testes, argum. l. testium. & ibi Bal. in ultimo notabili. Ang. Salyc. & alii. C. de test. Alex. in l. si unus. nume. 2. C. de testa. & in l. 2. ubi late num. 8. Ias. 12. & Dec. sub nu me. 6. uersi. in uno tamen casu. C. de bo. pos. secundum tab. Ias. in l. hac con sultissima. sub num. 4. uersi. item alius casus sing. C. de testa. Dec. in cap. 2. pa rum sub num. 14. in uersi. tertio si instrumentum; de proba. Guald. titu. de testa. ordinan. cau. 2. nume. 6. quod la te comprobat Marsi. sing. 156.
3 Prout etiam generaliter uidemus, quod ubicunq; aliquid uenit probandum per scripturam, quæ casu fuerit deperdita, probato casu actus ille, & tenor scripturæ probari potest per te stes communes. i. duos alias idoneos, ut habetur in d. l. testium. C. de testibus. & ibi no. Bar. in 1. & 2. lect. nu. 11. Pau. de Cast. nume. 9. Bal. in cap. 1. nume. 5. qui test. sint necessarii ad proban. no. inuesti. & habetur in cap. cum olim. el primo. & ibi Abb. nume. 4. & nume. 8. de priui. no. Bar. in l. 1. §. suffi cit. nume. 2. ff. de bo. pos. secundum ta bu. Bar. Bal. & Pau. de Cast. in l. emancipatione. nume. 1. C. de fid. instru. & in l. sicut iniquum. Ias. in l. 1. num. 63. C. de iu. emphy. eo. tit. & Abb. in cap. sicut. in tertio notabili. ubi etiam alii scriben. de re iud. Fel. in cap. quoniam contra. col. fi. & Dec. num. 53. de proba. & idem Dec. in d. cap. 2. sub nu. 14. uersi. tertio. eo. titu. & ultra omnes latissime Felinus, qui alia cumulat in d. cap. sicut. per septem primas coll. de re iud. præsertim col. 1. in uers. ubi scriptura. & seqq. & col. 4. uersi. limita. nã prout in proposito dicit Dec. in d. l. 2. C. de bo. poss. secundum tabu. ubi supra non agitur in hoc casu principa-
4 liter de probando testamentum per duos testes, sed hoc uenit accidentaliter, & in consequentiam adducit in argum. no. caute. Cœpol. 250 in prin, ut ibi latius per eum, nec debet casus
5 fortuitus rescindere ea, quæ legitime facta fuere. Bal. d. cap. 1. quot testes sint necessarii ad proban. nouam inue stitu. num. 5.
6 In hoc autem casu tria debent testes probare, uidelicet actum, scripturam, & casum, ut trad. & declarat Bar, in d. l. testium. lect. 1. num. 5. & lect. 2. in ultimo notabili. C. de testib. & in d. l. emancipatione. lec 1. C. de fid. instr. Abb. in d. cap. cum olim. nume. 8. de priui. & per Bart. in auth. si quis in aliquo. nume. 6. ibique post alios Ias. col. 3. & Dec. nu. 28. & sequen. C. de eden. Alex. consi. 196. num. 9. cum seqq. uo lu. 2. tradd. cano. in cap. Albericus. de test. & sequitur post alios Dec. in d. c. 2. proxime allegatus, de proba. ita qđ in proposito nostro isti duo testes debent probare actum. i. testamentum, siue eius tenorem; scripturam, i. instrumentum testamenti cum omnib. suis solennitatibus re quisitis, & per consequens septem testes in eo fuisse descriptos. & casum idest dictum instrumentum casu deperditum, & amissum fuisse.
7 Circa quod notandum est primo, quod quicquid uoluerit Angelus relatus per Alexan. in d. l. 2. nume. 8. C. de bo. poss. secundum tabu. uolens quod oporteat testes fuisse præsentes celebrationi actus de quo ipsi testificãtur, tamen

tamen Bar. proxime allegatus hoc nō requirit, quinimo contrarium sentit idem Bal. in l. sicut iniquum. & expresse Pau. de Cast. ibidem nume. 2. C. de fid. instru. Alex. proxime allegatus, uolentes satis esse, quod testes legerint scripturam, & sic deponant de eius tenore, licet in celebratione actus, de quo confecta fuit scriptura testes non
8 interfuerint. Secundo est aduertendum, quod differentia maxima est in probando actu per testes, qui in illius celebratione interfuerunt, quia satis est, quod sint testes communiter idonei, aut per testes, qui non deponunt de celebratione actus, quia nō interfuerunt, sed tantum deponunt de tenore instrumenti, & consequenter de actu per lecturam scripturæ in qua actus continetur, & isto casu non sufficiunt testes communes ad plenā pro-
9 bationem, nisi sint testes maxime periti, & ualde experti, ut magni Doctores, & Aduocati, & notabiles notarii, ut per Bar. in d. l. testium. lect. 2. nu. 19. & in d. l. sicut iniquum. in 1. & 2. lect. ibidem etiam Pau. de Cast. nume. 2. & Bart. in l. 2. §. diuus. ad fi. ff. de iu. fis. & in auth. si quis in aliquo. sub nume. 6. & bene Dec. ibidem nume. 28. C. de eden. Abb. in d. cap. cum olim. num. 8. ad fin. in uersi. sed aduerte. de priuile. Alex. in d. l. 2. num. 8. C. de bo. poss. secundum tabu. Dec. in d. c. 2. sub nu. 14. ubi supra de probat. & in cap. quoniā contra. in fi. eo. titu. & in consi. 82. nume. 3. & latissime Felin. in d. cap. sicut.
10 col. 1. & 2. de re iud. Tertio aduertendum est, quod ubicunque scriptura, puta in terminis nostris instrumentū testamenti esset amissa non casu fortuito, sed dolo forte aduersarij, qui illam subtraxisset, tunc non esset opus aliquibus testibus ad probandum tenorem testamenti, & uoluntatem testatoris, sed probata huiusmodi subtractione de contētis in scriptura standum esset iuramento partis iuxt. not. per doc. in l. de possessione. ubi Bart. nume. 4. Pau. de Cast. nume. 3. & cæteri. C. de probatio. Paul. de Castr. in d. l. sicut iniquum. etiam num. 3. C. de fid. instru. Alexan. in d. auth. si quis in aliquo. col. fi. uersi. item in quantum. Bar. C. de eden. de quo late Specu. titu. de instru. edi. §. restat. nume. 20. & latissime Feli. uiden. in d. cap. sicut. nume. 7.
11 de re iudi. quomodo uero, & qualiter probetur amissio, & subtractio scripturæ, & cui incumbat onus probandi amissionem, & dolum aduersarii, uel casum fortuitum ultra ea, quæ habentur in locis præallegatis, quia hęc non est nostra principalis materia recurrendum est ad late trad. per Bart. in l. si quis ex argentariis. §. an & hæredi. cuius doctr. est communiter approbata, ut ibi late per Alexan. & Ias. sub §. prætor ait. ff. de eden. & latissime Feli. in d. cap. sicut. nume. 8. & seq. de re iud.
12 Postremo notandum est, quod ubi testes habent probare cōtenta in scriptura, & actum ipsum per lectionem scripturæ, quando non fuerunt præsentes illorum celebrationi iuxt. trad. supra num. 7. & seqq. necesse est quod ipsi illam legerint, & diligenter inspexerint, nec sufficit si ab aliis audiuerint legi iux. trad. per cano. in cap. pe. ubi Abb. & Felin. num. 2. de test. & ut declarat Dec. d. consi. 82. col. fi. parum
13 sub num. 3. ibi (& maxime) nisi sint talia acta, quæ per alios legi, & recitari cōsueuerunt, puta sententia, quæ cū per iudicem fertur, per notarium legi, & recitari consueuit, & instrumentum, quod per notarium rogatum stipulatur. iux. trad. per Bal. in d. l. fin. nume. 18. C. de re iud. & latissime Felin. in d. cap. sicut. col. 7. in octaua declaratione. nu. 10. quod tamen intelligi debet

debet quando audiuerunt ea à notario dum actus celebratur, quia isto casu nedũ militat ratio per eos assignata, sed etiam quia fuerunt præsentes in actus celebratione, secus uero ubi postea illam à notario legi audiuerint, quia tunc notarius non legit authoritate publica, sed ut priuatus, & sic ratio per eos considerata non militat in isto casu, super per quo finem faciamus, & ad reliquas limitationes pergamus.

Limitatio XIIII.

Testamentum in publicam scripturam redactum probatur absque depositione testium. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, an probetur per publicum instrumentum absque depositione testium, quæstio inter Docto. satis controuersa.*

2 *Testamentum per omnes septem testes probari debet, in tantum quod uno deficiente non est locus iuramento suppletiuo.*

3 *Opinio Azo. et antiquorum, quod testamentum non probetur per publicum instrumentum absque depositione testium.*

4 *Contraria opi. quæ fuit Ioan. & Hugo præualet de consuetudine, & de iure etiam uerior, & communis.*

5 *Publicum instrumentum æquiualet tot testibus quot sunt necessarii ad ualiditatem actus, de quo est confectum instrumentum.*

6 *Et hæc etiam opinio procedit, tam respectu testamenti nuncupatiui, quàm testamenti in scriptis.*

7 *Cautela quod de testamento in scriptis semper rogetur notarius.*

8 *Notarius de testamento rogatus, an & quando computetur in numero testium.*

CAP. XXIX.

1 ERGO ex præcedenti proxima limit. pulchra sese offert occasio ad illam satis cõtrouersam & disputabilem quæstionem, an probetur testamentum per solam publicam scripturam absque depositione testium, de qua fuerunt opi. inter antiquos glossa. & glos. late tractat, & disputat in l. fi. in uer. ostenditur. C. de fideicom. nam cũ iste numerus septem testium non solum sit de solennitate, sed etiã de forma probatoria testamenti, ut late in secunda amplia. ostensum fuit, in tãtum quod
2 per omnes septem testes probari debet, adeo quod uno deficiente, non potest esse locus iuramento suppletiuo in defectum probationis, prout in quinta ampliatione latissime ostendimus, idcirco non uidetur, quod suf
3 ficiat publicum instrumẽtum in quo sint descripti septem testes ad probationem testamenti, nisi etiam omnes dicti testes super eo examinentur, & deponant, prout uoluit Azon. & alii antiqui quos refert Hostien. in Summa tit. de testamen. §. quot testes. uersi. quid si quis concedat; & illum refert, & sequitur frater Astesa. in sua doctissima summa, lib. 3. titu. 3. articulo primo. uers. quid si quis condat; per plura fundamenta relata per glo. in d. l. fin. C. de fideicommiss. quę dicit esse ualidiora, quàm sint fundamenta partis contrariæ.
4 Et nihilominus contraria opi. quæ fuit Ioan. & Hugo. præualuit de consuetudine generali, ut late concludit glo. quam etiam tenuerunt Placen. & Marti. quos refert Host. ubi supra in uersi. Placen. uero. quam etiam de iure ueriorem esse dicit Dyn. & ibi late defendunt Docto. ut per Bar. num. 4.

&

& latissime Bal. num. 15. cum seqq. in d.l.fi.C. de fideicomm. & idem concludunt glo. & Doct. in l. 1. in uer. usque adhuc. & ibi Bar. nume. 2. & bene & clare Bal. nume. 15. & Alexan. ante nume. 7. C. de testa. & glossa. in l. 2. in uer. publicum. & ibi late Bar. ff. quemadmodum testa. ape. & alia gl. in l. hæredes palam. in prin. & ibi late Bar. nume. 3. & seq. & Bald. in uersi. secundo quæro. cum seq. & Pau. de Cast. nu. 9. ff. de testa. Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. nume. 5. ff. de iu. codicil. Pau. de Cast. in l. hac consultissima. in prin. nume. 2. C. qui testa. face. poss. & Ias. in l. 2. nu. 3. & ibidem etiam Pau. de Castr. sub eo. nume. 3. in uersi. item si tale testamentum. ibi, & loquor quando de testamento. C. de bo. poss. secundum tabu. & uoluit idem Pau. de Cast. in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. ante nume. 2. C. de testa. Guald. titu. de testa. ord. caute. 1. num. 4. Ias. consi. 67. col. 1. uolum. 3. Afflict. decisio. 166. nume. 2. late Abb. in cap. fin. nume. 9. ad fin. cum sequen. de fid. instrumen. Couar. in cap. cum esses. sub num. 1. de testamen. & post alios latissime Francisc. Mantica de coniect. ult. uolunt. lib. 1. titu. 6. nume. 6. & lib. 2.
5 titu. 12. nume. 1. & 2. quia ut dicunt glos. & Docto. prædicti publicum instrumentum æquiualet tot testibus quot sunt in eo descripti, & necessarii ad substantiam actus, & ualiditatem, prout bene declarant Bal. & Paul. de Cast. proxime allegati in d.l. hæredes palam. & Bal. in l. in exercendis nu. 2. ubi etiam Pau. de Cast. C. de fi. instru. & uoluit Innocen. in cap. cum Ioannes. col. 1. uersi. alii dicunt. cum seqq. extra eo.

Et procedit hæc præsens nostra limitatio, & communis hæc Doct. conclusio non solum respectu testamenti nuncupatiui, sed etiam respectu testamenti in scriptis, de quo sit rogatus notarius, & confectum publicum instrumentum, ut bene declarat Bart. in d.l. 2. ff. quemad. testa. ape. & Bal. in d.l. fin. nume. 15. ad fi. C. de fideicom. & in d.l. 1. nu. 4. C. de testa. & tradd. Docto. in l. publicati. ubi late Alexan. & Ias. nume. 4. eo. titu. Gual. d. titu. de testa. ord. cau. 1. num. 3. Pau. de Castr. in consi. 93. num. 3. par. 1. & hinc sumi-
7 tur cautela, ut de testamento in scriptis semper rogetur notarius ad effectum, quod si testes ante illius aperturam moriantur, testamentum non deficiat, ut per Bart. in d.l. 2. ff. quemad. testa. ape. Guald. etiam d. caute. 1. nume. 2. & 3.

8 Notandum tamen est in terminis præsentis limitatio, plurimum referre, an testamentum probetur per instrumentum ipsum testamēti, uel depositionibus testiū in testamento descriptorum. Primo enim casu tabellio non computatur in numero testium, itaque non satis esset sex testes in instrumento describi, & tabellio; secundo uero computatur, ita quod sex testes, & tabellio de testamento deponentes satis essent ad illius probationem iux. distin. Baldui. antiqui glossato. communiter receptam per glo. & Doct. in l. hac consultissima. ubi Cyn. & Bar. nume. 3. qui attestatur eum dicere ueritatem Bal. Ang. Albe. Salyce. nume. 7. & 8. Pau. de Cast. Alexan. & Corn. in fin. C. qui testa. face. pos. & Doct. communiter in l. Domitius. ubi Dyn. Bar. etiam nume. 3. Bald. Paul. de Cast. & cæteri. ff. de testamen. Io. And. ad Specu. in rub. de instru. edi. in uers. demum aggreditur quartum. Bald. in auth. sed nouo iure. post Nico. de Matta. per eum relatum sub nume. 19. C. si cer. peta. & in l. fi. nume. 18. C. de fideicommis. & in tit. de pace constan. in §. uassalli nostri. nume. 3. in usibus

feudo.

feudo.Alexan.consi.146. nume.9. & 153.nume.17.uolu.2.Paris.consi.34. num.44.etiam uolu.2.& consi.51.nume.3.uolu.3.Ruyn.consi.itidem. 51. nume.13.uolu.1.& consi.1.nume.21. ad med.uolu.2.Calca.consi.91. col.2. in uersi. nec obst. quod notarius probat,& de communi attestaturCouar. in cap. relatum. el j. sub nume. 11. in uersi.tertia conclusio.de testam. & ex his breuiter absoluitur præsens limitatio.

Limitatio XV.

Testamentum non requirit solennem numerum testium ad probandam uoluntatem declaratoriam testatoris, sed duo tantùm sufficiunt. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *In probanda uoluntate testatoris declaratoria duo tantum testes sufficiunt, licet secus in dispositiua.*

2 *Solennitas requisita in principali dispositione non est necessaria in dispositione declaratoria.*

3 *Qui declarat, nihil de nouo facit.*

4 *Declaratio trahitur ad dispositionem declaratam, & fingitur una, & eadem cum ipsa.*

5 *Vbicunque agitur de dispositione iam facta, declaranda duo testes sufficiunt.*

6 *Declaratio uera, & propria, quæ sit.*

7 *Tex.l.duo sunt Titii.ff.de testamen.tutel. declaratur cum seqq.*

8 *Incertitudo personæ circa legatum, tutelam, & institutionem, an uitiet dispositionem.*

9 *Testator post conditum testamentum potest dispositionem iam perfectam, & apud se certam, licet apud nos obscuram, coram duobus testibus declarare.*

10 *Dispositio dubia,& obscura testatoris committitur declarationi iudicis.*

11 *Declaratio propriè dicitur, ubi tendit ad reddendam certam dispositionem, quæ erat obscura, secus ubi de iure erat certa.*

12 *Declaratio, quæ respicit dispositionem de iure certam, non dicitur propriè declaratio, sed noui iuris datio.*

13 *Differentia, an declaratio respiciat circunstantias, uel substantiam actus, reiicitur contra Bal. & sequaces.*

14 *Dubia uoluntas testatoris per quem declarari possit.*

15 *Duo testes etiam non testamentarii possunt declarare dubiam uoluntatem testatoris.*

16 *Declaratio uoluntatis est personalissima, nec ad hæredes transire solet.*

17 *Secus ubi declaratio non consistit in mera uoluntate disponentis, sed ex rerum diuersis argumentis deprehendi potest.*

CAP. XXX.

1 QVAMVIS uoluntas testatoris non possit probari, nisi per solennem numerum septem testium, ut late supra cap. 5. & cap. 8. ostensum fuit, tamen quando agitur de probanda uoluntate non dispositiua, sed declaratoria, tunc non requiritur solennis numerus septem testium, sed duo tantum sufficiunt iux.tex.in l.hęredes palam.§.si quid post. iuncta gl. in uer. posse. & ibi bene declarat Bart.nu.4. Pau.de Cast.num.13. ff.de testa.& cæteri ibidem, ubi etiam Bal.in §.sed & si notam.in fi.Bart.in l.1.nume.2. Bal. in fi.Paul.de Cast.num.3.& alii quoq; ibid.C.de codicil.& idem Bar.in l.moribus.nume.30.cum quo cæteri transeunt,ut attestatur ibi Ias. num.36. ff. de uulg.& pupil. substitu.Bart.in l. in testamento.la prima,num.2. C.de testa.mil.& uoluit Bal. in l.errore.nu.4. C.de testa.& in l.precibus. nume.11. & 12.C.de impub. & in l.quãuis.sub

num.1.

num.1. cum concordan.ibi alleg. per Alex.nume.1.& Ias.sub num.1.in prima fallen.eo.titu. idem Bald.in l.certum.num.23.in fi.C.unde legi.& uoluit per plura recte intuendo Oldr. consi.297.nume.7.Bal.consi.440.uolum.2.& clare Alexan.consi.54.nu.5. uolu.3.& consi.100.nume.12. uol.4. & consi.75.nume.14.uolu.5.Sozi. in l.1.parum sub num.33. uersi. tertio.ff. de uulg.& pup.Paris.consi.34.nu.36. & consi.79.nume.12.& consi. 94.nume.46.& 47.uol.2.& consi.13.nu.14. uolumi.3.& consil.58. nume.31.eod. uol.3.& late Cur.iun.cons.56.nu.10. cum aliis nouissime adductis per Fracis.Manticam de coniect.ult.uolunta. lib.3.titu.1.nume.12.& lib.5. titu.14. etiam nume.12.& lib.11.titu.20. nume.10.& lib.12.titu.16.num.2.& cæteris seqq. ubi fusius declarat & Ant. Gabriel.commu.conclu.lib.6.titu.de regu.iu.concl.3.num.30.iuncto præceden.non enim requiritur eadem so

2 lennitas in dispositione declaratoria, quæ requiritur in ipsa principali dispositione,quæ declaratur,sed sufficit forma communis, ut probat tex. qui semper allegari solet in d.l. hæredes palam.§.si quid post.& ibi doc.ff. de testa.& Bald.in d.§. sed & si notam.in prin.Aegyd.decis. 746.col.1. Roma. consil.482.col.2. in uersi. tertio dico. Dec.in cap.pastoralis.§. uerum.nu.3. de appel. cum aliis adductis per Ant. Gabriel.d.conclu.3.nu.29.

3 Est enim regula uulgaris, & generalis,quod qui declarat,nihil de nouo facit,sed iam factum aperit,& significat,& est tex.uulg.in d.§. si quid post. ubi gl. allegat concordan. prout dicit L C. de eo qui excutit spicas non nouam rem facit,sed eam quæ est detegit in l.adeo.§.cum quis.in fi.ff.de acqui.re.dom.facit.l.asse toto.ff.de hær. insti.& l.si ita scripsero.ff.de cond. & demon.& in proœm.sexti, nunc anti quorum declaratione,nunc nouorum editione iurium, glo.in cap. per tuas. uer.de nouo.de dona. in cap.uni.uer. & filio.de sum.Trini.lib.6.Ioan. And. ad Specu.de test.§.nunc uidendum.in pen.add.in prin.Fed.de Sen. cōs.112. nu.2.Gemi.consi.33.nume.15.Bar.in l.ab executore.sub num.7.ff.de appel la.Ias.in l.non dubium. num.10.C.de leg.Dec.in l.edita. nu.47.C. de eden. bene Felin.in cap.super quæstionum. in prin.de offic.deleg.& in cap.qualiter & quando.el 1.sub num.23. & sequen.de accus.Rom.consi.45.in prin. & d.consi.482.ubi supra.& consi.65. in uersi. supradictis tamen non refragantibus.Bal. in l. cum testamento.ad fi.C.de testa.manumis.cum mille sim. congestis per Ant. Gabriel.d.conclu. 3.nume.1.& 2. cum cæteris seqq. ubi plurima hinc deducit.& idcirco,ut dixi,declaratio non requirit illam solennitatem,quæ requiritur in ipsa principali dispositione, quia declaratio trahitur ad ipsam principalem dispositio

4 nem, & fingitur una, & eadem,cum ipsa,ut per Rom.proxime allegatum. Ioan.And.in addi. ad Specu.in tit. de test.§.nunc uiden.uersi. hoc quoque. in uer.similibus.Paul.de Cast.in d.§.si quid post.nu.3.in fin.Ruy. consi.225. num.6. uolum.1. cum aliis cumulatis per Anto.Gabriel.ubi supra nume. 9. & seq. & idcirco ubicunq; agitur de dispositione iam facta declarāda duo

5 testes sufficiunt.Pau.de Cast.in l.cum proponebatur.ante nume.5. ff. delega. 2. cum aliis proxime quoque allegatis.

6 Et procedit præsens nostra limitatio, & communis conclusio ubicunque sumus in uera, & propria declaratione,quę consistit circa dispositionem dubiam, & obscuram,& multipliciter intelligibilem,exemplum attulit

tulit nobis I.C.in d.§. si quid post. de legato facto Titio, & Sticho, cũ plures essent eiusdem nominis, & ibidẽ dicit glo.in uer. stichum. circa institutionem, puta si fuit institutus hæres Titius amicus testatoris, cũ duo eius
7 amici essent eiusdem nominis,& simile in donatione tutelæ est uulgatum
8 exemplum in d.l.duo sunt Titii. ff. de testa. tute.hæc enim incertitudo personæ, licet uitiet legatum,institutionem,& tutelam nisi declaretur iux.d. l.duo sunt Titii. & l. si ita fuerit. ff. de reb.dub.glo.in d.§.si quid post.in uer. sentiret. cum aliis late adductis infra par.2.cap.3.num.17.tamen quia in rei ueritate ualet ista dispositio, quæ apud legem est certa, licet impediatur executio donec certificatur, quia nõ deficit ius, sed tantum probatio iuxt. d.l.duo sunt Titii.ut & ibi uoluit Pet. & post eum Bar. & Bal. declarant, & est glo.not.& singul.in l.si quis seruũ. §.si inter duos.ubi etiam Bar. & Paul. de Cast.sub nume.3.ad fi.ff.de lega.2. iure igitur merito potest testator post
9 conditum testamentum hanc incertitudinem coram duobus tantum testibus declarare,quia ex hoc nihil de nouo disponit,sed dispositionem iã perfectam, & apud se certam, licet apud
10 nos obscuram, aperit,& declarat,quã etiam si non declarasset,committeretur declarationi iudicis, ut dicit Paul. de Cast.in d.§.si quid post. nume. 13. qui posset eam ex uariis circũstantiis declarare iux.l.uoluntatis. C.de fideicom.cum aliis, ut infra sub nume. 14. ut in terminis d.l. duo sunt Titii. trad. ibi Bar.in fin.& hãc rationem expresse ponderat I.C.in d.§. si quid post.in fin.ibi nam, & si adiecta non fuisset utique placeret coniectionẽ fieri eius quod reliquit, uel ex uicinis scripturis,uel consuetudinis patris famil.uel regionis.

11 Ergo,ut ad rem redeamus,ubicunque declaratio tendit ad reddendam certam dispositionem iã factam, quæ erat obscura, & sic sumus in uera, & propria declaratione, procedit præsens nostra limitatio per supra deducta,secus autem ubi declaratio respiceret dispositionem,quæ de iure erat certa, & testator uellet illam aliter declarare,tunc enim requireretur solen
12 nis numerus testium,quia ista non est propria declaratio, sed noui iuris datio, & noua dispositio non ueteris declaratio iux. tex. sæpius allegatũ, qui hæc omnia probat d.§. si quid post. in prin.& ibi glo.in uer.posse. Dyn.& late Bart.nume. 4. ubi optime declarat & ibidem Pau.de Cast. nume.2.& nume.4.in fi. ubi id adducit ad gratias, quæ per Pontifices solent in præiudicium alicuius declarari, & idem Bart. in l.qui ex liberis.§. testamento.nu. 2. ff.de bo.poss.secundum tabu.& Bald. in l.1.C.de codicil.Pau.de Cast.in consi.338.in fin. par.1. Dec.in l.edita.nume.49.C.de edend.& in l.1.nume.3. & seq.C.de impub.& in cap.fi.nu.13. de constitu. late Sarnen.in regula. de non toll.iu.quæsi.quæst.13. in uersi. & ideo pro resolutione. Ripa in d.l.moribus.sub nume.51. uers.secundo ob. ff.de uul.Paris.d. consil.58.nume. 33. uolu.3.Mantica d.lib.3.de coniect.ulti.uolunta.titu.1.nume.14. & lib.12. tit.16.num. 8. cum aliis adductis per Anto.Gabriel.d. conclu.3. de reg. iu. nu.62.& 63.cum seqq.

13 Rursus declaratur prædicta communis conclusio ubicunq; declaratio respicit circunstantias, secus si respicit substantiam actus, ut in terminis nostræ limita.uidetur uelle Bal. in l.quoties. §. sed si non in corpore. ad med. ibi per quot autem testes.ff.de hæred. inst.& idem late in l.errore. nume. 4. & seqq. C. de testa. Ias. ibidem nu.7.

&

& seq.& in l.Lucius.col.6. in uersi. tu ergo ultra eos proba.ff. de uulg.& pupil.& in l.in testamento.la prima,col. 12.in uersi.tertio in contrarium facit. C.de testa.mili.Dec.in d. l. 1. nume. 5. C.de impube.&in l.quamuis.num. 2. eo.titu.& in consi.105.nu.3.Ias. consi.56.col.fin.in uersi.tertio respondetur.uolum.3.Mantica d.lib.12.tit.16. nume.13.& 14.& alios cumulat Ant. Gabr.d.conclusio.3.nume.61.sed aduerte, quia tota uis stat in eo, an declaratio sit uera, & propria declaratio respiciens dispositionem dubiam, & obscuram; nam eo casu, siue respiciat circunstantias, siue substantiam actus non requiritur in ea noua solénitas,quæ requiritur in ipsa principali dispositione, ut in terminis probat text.in d.§. si quid post.iuncta glos. in uer.stichum!. ubi extendit illum text. etiam ubi declaratio respiceret institutionem hæredis, & supra num.6.& 8.cum seqq. ostendimus. in qua quidem institutione consistit substantia totius testamenti.§.ante hæredis institutionem.inst.de lega. cum aliis adductis supra cap.5.nume.27.& in terminis trad. & declarat Paul.de Cast.in l. errore.sub nume.5. in uersi. sed quot testes.C.de testa.an uero simus in impropria declaratione, per quam immutatur ipsa principalis dispositio, quæ erat à principio certa iuxt. trad. supra nume. 12. & tunc quia in effectu uidetur noui iuris concessio non ueteris declaratio,semper ut ibi diximus requirit eandem solennitatem, quæ requiritur in ipsa principali dispositione, prout ita loquitur, & declarat Pau.de Cast.in d.§.si quid post. nume.2.etiam si simus in circunstantiis, ut per te exemplificare potes.

14 Postremo declara, ut præsens nostra limitatio non solū procedat quando testatormet declarasset suam dispositionem, ut loquitur tex.principalis in hac materia i d.§. si quid post. & ad quem principaliter spectat uolūtatem suam declarare iux. Bal.i auth. nisi rogati.nume.9.C.ad trebel.& latissime habetur per Franci.Manticam de coniectu.ult.uolun.lib.3.titu.1.nume.1.& 2.cum cæteris seqq.usque 13. uel is cui testator suæ uoluntatis declarationem commisit iuxt.l.Theopōpus.ubi latissime Bart.ff.de do. præle. & l.quem hæredi.& ibi etiā Bar.Paul. de Cast.& Sozin.ff.de reb. dub. & habetur per Bal.in l.captatorias.num.8. & seq.C.de testa.milita.Pau. de Cast. in cons.177.per totum par.2.Couar. in cap.cum tibi. in fin. de testamen.& late Ruy.in consi.19.nume. 5.per totum.uolu. 2. & latius Afflict. decisio. 371.nume.3.ad fin.in uersi. ad secundam quæstionem. & nume.4.cum cæteris seqq.usque ad fin.Goza.consi.3. sub nu.27. uersi.ad quartum.& Mantica d.lib.3.titu.1.num.15. cum seqq. quo non declarante, uel male, recurritur ad arbitrium boni uiri iux.l.1.cū ibi not.per glo.& doc.ff. de lega. 2. & Afflict.d.decis.371. sub num.8. uersi. ad tertium. & nume. 9. cum seq. siue etiā in defectum eorum executor testamenti,ut per Bal.in consi.259. uolumi.4.uel etiam hæres iux.l. si quis à filio.§.si quis plures. cum ibi not. per Bar.quem omnes ibi sequuntur,ut dicit Ias.nume.4.cum seq. ff.de lega. 1. & per eundem Bar.in l.ita stipulatus. la grande.nume.8.ff.de uerbo. oblig. & in l.gerit.sub nume.17.ff.de acqui. hær.& Sozi.in l.cum quæritur.sub nume.2.in uersi.prima est.ff.de reb.dub. Cepha.consi.183. nume.71.& bene Paris.in consil.75.sub nu.50. ad med. in uersi.& ex coniecturis.& num.51. cum multis seqq.uolu.2.& iudex.iux. l. uoluntatis. ubi post alios bene Ias. C.de fideicommiss.Bal. in consi. 129.

ad

ad med.uers.nã & ipse iudex.uolu.1. Sozi. in l. in ambiguo. in fi.ff. de reb. dub. quibus accedant supra quoque adducta. cap.19. nu. 75. & Princeps iux.l.2.in uers.in tali. ibi sic ambiguã testatoris interpretamur uoluntatẽ. & ibi not. Bal. C.de com. ser. manumis. de quibus omnibus latissime habetur per Manticam alios cumulantem.d.lib.3.de coniec.ult.uolun.tit.1. per totum.uerum etiam si mortuo testatore adducerentur testes ad declarandum, & probandum eius uo-
15 luntatem, quia in huiusmodi probatione uoluntatis declaratoria sufficerent tantum duo testes etiam non testamentarij puta in terminis.d. §. si quid post.si testator legauit Titio eius amico cũ plures Titios amicos haberet, uel in legato non fuerit expressa nummorũ qualitas, poterunt postea duo testes id declarare, iux. glo.not. & sing.in d.§.si quid post.uer. posse. & ibi Bar. num. 4. cum cæteris supra per nos allegatis.nu.1.quia & si decla
16 ratio uoluntatis sit personalissima ita ut nec ad hæredem regulariter transfire soleat, iux.glo.Bar. Bal.& Doc.in l. idem Pomponius scribit.§.fi.ff.de rei uendi.Bar.quem omnes sequuntur in l.inter stipulantem. §. si stichum. ubi Ias.post alios.nu.6.attestans de communi.ff.de uerb.obl.Bar.Bal. & cæteri in l. si quis intentione ambigua.ubi post alios Cur.iun.sub num.15.ff. de iud.Dec.in l.hæredem.nu.8.ff.de reg. iur. Fel. in c. significantibus.col.9. in uers.limita secundo. de libel. obla. Ripa in l. naturaliter.§.nihil commune. nu.139.& seq.ff. de acquir. poss.cum aliis adductis per Ant. Gabriel.d.conclu.3.de reg.iur.nu.71.& 72.& seqq. tamen posset nostra conclusio procedere, quando testes ipsi audiuissent ab ipsomet testatore eius uoluntatẽ, quia coram eis testator illam declarasset, nam hoc modo possent de ea deponere, uel quando esset talis declaratio, quæ non consisteret in mera uoluntate tantum disponentis, sed ex uariis, & diuersis argumentis deprehendi posset, iux. tex. in d. §. si quid post.in fi.quia ista non est adeo personalis, ut nec ad alios transire possit, ut declarat Bart. in d. §. si stichum. cum quo cæteri etiam transeunt, ut per Alex. & Ias. ibi nume. 10.& late Ant. Gab. ubi supra nu. 85.

Limitatio decima sesta, & ultima.

Solennis numerus septem testium non requiritur, sed duorũ sufficit ad probandum solennitatem testamenti, uel aliam illius qualitatem. Cap. XXXI.

SUMMARIUM.

1 Vbicunque quæstio non est de uoluntate testatoris, sed tantum de solennitate testamenti, duo testes sufficiunt.

2 Potest esse quæstio de solennitate tantum, non etiam de uoluntate, iux opi. Mart. per Doct. communiter approbatam in l. 2.C.de bo.pos secundum tabu.

3 Duo testes etiam non rogati, & non testamentarii sufficiunt ad probãdum, quod in testamento interuenerit solennis numerus septem testium.

4 Numerus septem testium non requiritur vbicunque agitur de proban. aliquid extrinsecum à uoluntate testatoris, licet sit de substantialibus.

5 Rogitus testiũ est de substantia testamẽti.

6 Solennitas rogitus testium põt probari per duos testes, etiam non testamentarios.

7 Legitima relinqui debet filio titulo institutionis, alias testamentum est nullum.

8 Quod autem fuerit relictum titulo institutionis, per duos testes probari potest.

9 Duo testes sufficiunt ad probandum quali-

 tates

tates extrinsecas etiam substantiales.

10 *Excommunicatus non potest rogari de testamento.*

11 *Quod vero tempore rogitus fuerit absolutus, per duos testes tantum probari potest.*

12 *Personarum habilitas probatur per duos testes.*

13 *Error circa qualitates extrinsecas testamenti per duos quoque testes probatur.*

14 *Testamentum factum per duos testes probatur; sed ad probandum sic factum septem requiruntur.*

CAP. XXXI.

consi. 201. nu. 3. ad med. cum seq. Are. consi. 64. col. 5. in uers. praeterea hoc tenet Bal. Parif. consi. 38. num. 23. 24. cum seqq. uol. 3. quamuis Ang. & Parif. contrarium concludat in casu suo propter quasdam circunstantias in eo militantes, ut per eos uideri potest; sed & hanc conclusionem communē profitetur, & probat Alex. in l. captatorias. nu. 4. C. de testam. mili. & bene declarat & firmat post alios per eum relatos Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 6. uer. quinimo, & fortius. & Couar. in cap. Raynaldus. §. 3. sub nu. 11. uers. praedictus casus. de testam. & Anto. Gabr. com. conclu. lib. 6. tit. de pia cau. conclu. 3. nu. 2. Franc. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 4. tit. 1. nu. 7. & pracise idem, & clarius lib. 6. titu. 3. nu. 26. & lib. 8. tit. 4. parum sub nu. 3. ibi quinetiam. addo Summā Sylue. uer. testamentum. 1. q. 9. in uer. quintum. quib. demum suffragantur infra tradita c.
83 proxi. nume. 27. cum seq. declarando ut per Bart. & alios doc. in locis, de quibus supra, inferens propterea uale re dispōnem captatoriam ad pias causas. de quo latius per cano. in d. c. cum tibi. de testa. & legist. in d. l. captatorias. C. de testa. mili. & in d. l. utrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. ubi late Sozi. & alios cumulat Iul. Clar. attestans de communi. d. q. 6. uers. quarto. & Tiraquel. qui authoritates doct. ad utramque partem adducit de priuil. piae cau. priuil. 64. & latissime Gabr. d. conclu. 3. nu. 1. & per totam, & nouissime Sarmien. qui distinguit Selec. interpret. lib. 2. cap. 4. nume. 8. Euerar. centu. 27. ad fi. & latissime infra cap. 4. nume. 18. & duodecim seqq. ubi uidendum erit.

Secundae Par. Cap. III.

Testamentum ad pias causas ualet cum duobus tantum testibus, & absque ulla solennitate iuris positiui, & in eo solum attē- ditur ius naturale, & gentium.

SVMMARIVM.

1 *In testamentis ad pias causas duo testes sufficiunt.*

2 *Testamentum hoc est redactum ad meros terminos iuris naturalis, & in eo relaxata omnis solennitas iuris ciuilis.*

3 *Et iudicatur iure Diuino non humano.*

4 *Et in eo non requiritur testes esse rogatos, vel masculos potius quam foeminas.*

5 *Testes in hoc testamento non requiruntur pro solennitate, sed ad probationem voluntatis.*

6 *Testamentum hoc valet absque vllo teste dummodo voluntas testatoris aliunde probari possit.*

7 *Voluntas testatoris in hoc testamēto potest probari per confessionem partis vel cedulā manu testatoris scriptā & recognitā.*

8 *De iure ciuili non reperitur relaxata solennitas aliqua in hoc testamento ad pias causas, sed tantum de iure canonico.*

9 *Testamentum regulariter nutu, & signis conditum nihil valet.*

10 *Valet tamē de iure canonico ad pias causas.*

11 *Voluntas nutu solo deprehendi potest.*

12 *Actus qui solo consensu, & nuda voluntate perficitur verba non requirit.*

13 *Matrimonium solo consensu perficitur.*

14 *Et contrahi potest nutu, & signis absque verbis prout etiā confessio sacramētalis.*

15 *Testamenta & contractus scripti, signis, & ziferis inusitatis regulariter non valēt.*

16 *Valet tamen hoc testamentum ad pias causas notis etiam insolitis conscriptum.*

17 *Testamentum vitiatur ratione incertitudinis personarum.*

18 *Et tamen testamentum ad pias causas ratione incertitudinis non vitiatur.*

19 *Institutio pauperum, vel ecclesiae in genere prout relictum in redemptionem captiuorum*

rum nullis specificatis personis valet.

20 Relictum pauperibus, vel ecclesiæ in genere quibus debeatur.

21 Incertitudo circa res non vitiat dispositionem ad pias causas.

22 Testator si iussit construi monasterium in certo loco quo construi non potest, vel pecunia per eum legata ad certum pium vsum non sufficit debet dispositio in aliam piam causam conuerti.

23 Si Monasterium, uel hospitale cui relictum est legatum, destruatur, legatum non extinguitur, sed debetur pauperibus.

24 Et remanet penes Papam, & Romanam Ecclesiam.

25 Hæredis institutio est caput testamenti sine qua testamentum consistere nequit.

26 Et in ea consistit forma substantialis, & perfectio testamenti.

27 Valet tamen testamentum ad pias causas sine expressa hæredis institutione de æquitate canonica.

28 Vbi in testamento ad pias causas non est expresse facta hæredis institutio censentur tacite instituti pauperes, vel executor nomine pauperum.

29 Legata ad pias causas an debeantur hæreditate non adita quæstio est inter doc. satis controuersa.

30 Nihil valet ex eo testamento ex quo non est adita hæreditas.

31 Solennitas aditionis hæreditatis est introducta de iure ciuili.

32 Relicta in testamento militis valent etiam hæreditate non adita.

33 Et ita quoque relicta ad pias causas, iux. opi. communem doct. qui hic recitantur.

34 Quamuis contrariam opi. teneant Vber. de Bobio, & sequaces qui hic quoque enumerantur.

35 Quorum opin. declaratur & utraque per distinctionem saluatur, & ad concordiam reducitur.

36 Aditio hæreditatis est quædam nimia subtilitas iuris positiui.

37 Legata pia solo iudicis officio peti possunt.

38 Legata ex iuris ciuilis dispositione in pluribus casibus debentur hæreditate non adita.

39 Testamentum sola morte testatoris secundum Apostolum confirmatur.

40 Legatorum ad pias causas executio non differtur pendente termino ad adeundum, vel conficiendum inuentarium.

41 Testamentum in quo non est relictum filio titulo institutionis est ipso iure nullum etiam inter ipsos conditum.

42 Hæc tamen est solennitas introducta de iure ciuili authenticorum. & nu. 64.

43 Nec debet attendi in testamento ad pias causas.

44 Bald. nimis audacius ac insolenter inuehitur contra Bar.

45 Priuilegium nunquam censetur concessum cum præiudicio tertii.

46 Dispositio iuris ciuilis iuxta quam relinqui debet filio titulo institutionis est approbata etiam de iure canonico.

47 Non est præsumendum Papam vnico verbo velle tollere dispositionem iuris ciuilis vbi expresse illi nõ reperitur derogatum.

48 Causa liberorum respectu legitimæ sine dubio est fauorabilior causa pia.

49 Dictum Augustini relatum in c si. 17. q. 4. procedit quoad legitimam & nu. 75.

50 Ecclesia non potest vti priuilegio suo contra pariter priuilegiatos, & minus contra habentes potentius priuilegium.

51 Legitima prout hæreditas non est proprie debita filio, sed quasi debita.

52 Et comparatiue ad creditores iudicatur titulus lucratiuus.

53 Nec debetur nisi prius deducto ære alieno.

54 Debita legalia non sunt ita fortia sicut alia vere debita.

55 Filius in legitima respectu legatariorum, & fideicommissariorum videtur tractare de damno potius quàm de lucro.

56 Filius in hæreditate paterna, & in legitima iudicatur, ut creditor.

57 Legitima filiis non minuitur per legata pia, sed è conuerso.

58 Ecclesia est autrix, & cultrix iustitiæ nihil quærens cum damno tertii.

59 Et omnibus prodesse nulli autem nocere desiderat.

60 Filius qui neque institutus, nec nominatim est exhæredatus dicitur præteritus quamuis alio titulo particulari, seu etiam uniuersali fideicommissi ei relictum

relictum sit.

61 Testamentum ad pias causas uitiatur si in eo filius est præteritus. & nu. 88.

62 Testamentum in quo filius est præteritus dicitur factum contra officium pietatis. & nu. 88.

63 Inspecto iure naturali nulla iniuria, aut præiuditium filio irrogatur, licet in relicto sibi facto sit omissus titulus institutionis.

64 Solennitas tituli institutionis est introducta de iure ciuili positiuo.

65 Testamentum in quo filio est relicta portio legitima sibi debita non dicitur contra officium pietatis.

66 Legitima dicitur portio substantiæ, quæ filium contingit.

67 De iure ueteri ante dispositionem §. aliud quoque capitulum, non erat necessarius titulus institutionis in legitima filio relinquenda.

68 Licet integra legitima filio non relinquatur testamentum non dicitur inofficiosum, sed lex illam suppiet.

69 Testamentum quod non iudicatur inofficiosum non potest dici contra officium pietatis.

70 Titulus institutionis non solum est fauorabilior, sed etiam utilior propter ius accrescendi.

71 Ius accrescendi introductum de iure positiuo, & qua ratione introductum.

72 Non potest quis decedere pro parte testatus. & pro parte intestatus.

73 Regula prædicta est de iure positiuo, quæ cessat in testamento ad pias causas.

74 Vbi agitur de salute animarum materia tanquàm fauorabilis est ampliāda etiā in correctoriis.

75 Consilium Aug. relatum in c. si. 17. q. 4. in quo casu procedat.

76 Anima cunctis rebus est præferenda.

77 Priuilegium piæ causæ (excepta legitima) præfertur priuilegio liberorum.

78 Priuilegium illud alteri præferri debet in quo maior fauoris causa uersatur.

79 Filius cui non est relictum titulo institutionis dicitur præteritus de iure positiuo quantum ad nullitatem testamenti.

80 Non tamen est uere præteritus quantum ad ipsam naturalem ueritatem.

81 Testamentum in quo filius erat uere præteritus de iure. C. erat ipso iure nullum, secus ubi aliquid ei quocunque titulo relictum esset.

82 Et hoc idem procedebat de iure ueteri digestorum.

83 Filius tunc uere dicitur præteritus quando pater nihil relinquendo silentio eum præteriit.

84 Verbi (prætereo) propria significatio iux. humanarum literarum professores.

85 Filius cui non est relictum titulo institutionis dicitur præteritus respectu formæ à lege introductæ non tamen simpliciter, & absolute.

86 Non dicitur proprie, & uere tale quod non est simpliciter tale.

87 Naturalis ueritas, iuris authoritate immutari non potest.

88 Testamentum in quo filius est uere præteritus non ualet etiam ad pias causas, quia est contra officium pietatis, & naturalis charitatis.

89 Naturalis, & ciuilis præteritionis differentia.

90 Solennitas tituli institutionis non est remissa in testamento inter liberos.

91 Dispositio auth. ex causa. C. de lib. præt. habet locum in testamento nullo uitio præteritionis.

92 Et habet locum etiam quo ad legata pia.

93 Legata pia an conseruentur ex dispositione d. auth. filio ignoranter præterito. & nume. 99.

94 Legata facta pro exoneratione conscientiæ dicuntur necessaria saltem causatiue non mera liberalitatis.

95 In legatis factis pro exoneratione conscientiæ testator uidetur potius cogitare de salute propria, quàm de fauore eius cui relinquitur.

96 Et præsumitur ea relicturum fuisse etiam si haberet mille filios.

97 Prima charitas incipit à seipso.

98 Legata facta pro exoneratione conscientiæ debentur etiam filio ignorāter præterito.

99 In cæteris uero legatis piis distinguitur.

100 Testamentum minus solenne ad pias causas tollit præcedens quantumlibet solenne

ne etiam pariter ad pias causas.

101 *In testamento ad pias causas est remissa omnis solennitas tam respectu formæ extrinseca, quàm intrinseca.*

CAP. III.

1 IN testamentis igitur ad pias causas sine dubio sufficiũt duo testes ex dispositione tex.in d.cap.relatum. 1. de testam.ut late supra cap.1. nu.6.ostensum fuit, & comprobauimus;est.n.redactum testamentum hoc ad meros
2 terminos iuris gentium, & iuris naturalis, & relaxata in eo omnis solennitas iuris ciuilis nō solum respectu numeri testium, sed cuiuscunq; solennitatis iuris positiui, prout probatur ex generali determinatione Pontificis in d. cap. relatum. ut ibi bene declarat Abb.num.3.Bar.in repet.d.l.1.nu.66. 80.cum seq. C. de sac. eccles.Paul.de Cast.consi.327.nume.7. par.1.& consi.456.ea.par.1.nume.6.& consi. 25. per totum par.2.Gual.titu.de testa.ordi.cau.2.nume.5. & cau.3.nume.4.late Abb.consi.32. nu.1.& 2. cum seq. uolum.2.Alexan.latissime consi. 105. nume.8.cum pluribus seqq.uolum.4. & consi.131.nume.2.uolum.7.&in l. inter cætera.nume.4.ff.de lib.& post. tradd.doc.in l.captatorias. ubi post alios Dec.nume.18.cum seq. C. de testa.mili.Ruy.consi.71.nume.18.& nume.28. uolu. 3. & post alios per eum relatos.Couar.d.cap.relatum.num.4. Iul.Clar.lib.3.senten.q.6.in fin.princ. Franc.Mantica de coniect.ult.uolunt. lib.6.titu.3.sub nume.4.& late Tiraq. de priui.piæ cau.priui.2.uersi.hoc autem intellige. el primo, & latissime priui.164.per totum;& iudicatur iu-
3 re Diuino non humano,Bal.consi.20. in prin.uol.5.Abb.cōs.11.nu.1. & seq. uol.1.Alex. consi.209.col.1. in uersi. pro hoc etiam.uol.2.Mātica proxime allegatus,& omnium latissime Tiraq. d.priui.164.per totum;unde ut idem ibi subdit,non est in eo de iuris apicibus disputandum iux.not.dictum Archi.in c.scriptum.6.q.3.Abb.in c. ueritatis.nu.23.de do.& contuma. Bal. in consi.216.in fi.uol.1.& consi. 119. col.fi.super 6.puncto.uol.5.cū aliis in proposito late adductis infra par. 3. cap.2.num.39.

4 Et hinc est quod in huiusmodi testamento nō requiritur quod testes sint rogati, nec quod sint masculi potius quàm fœminæ,ut per Alexā.d. consi. 131.nu.2.& cons.4.nu.6.& 102.nu.5. uol.7.Pau.de Cast.d.consi.456.nu.7. & consi.26.ad fi.& consi.327.num.7. par.1.& d.consi.25.par.2.Cald.consi. 26.num.1.in titu.de testam. Sozin. in tract.fallē.regula 310.i 32. & 36.priui.Alex.cons.105.nu.6.uol.4.Dec.in l.2.nu.28.& seq.ff.de reg.iu.in c.3.nume.6.de test.Fran.Mātica proxime allegatus nu.5.& late Couar.d.c.relatū. nu.4.& seq.Iul.Clar.d.q.6.uersi.secūdo.& uersi.tertio. & per totum, cum pluribus concordan. adductis per Tiraquel.in 3.& 5. priui. piæ cau. sed tamen debent esse aliàs idonei,ut habetur in d.c.relatum.ibi, duobus legitimis testib. requisitis.i. omni exceptione maiores,ut late per Paris. in consi. 24.nu.13.& 14.cum plurib.seqq.uol. 3.& Manticam proxime allegatū sub nu.5.uersi.fatendū.&nu.6.cum seq.& quod de rogitu dictū est declara,ut bene per Ruy.in consi.204.nu.9.in fi.cū seq.uol.2.quib.postremo adde quę in simili de testō īter liberos tradidimus supra par 1.c.16.nu.17.18.& 21.

5 Et cū testes hic nō requirantur pro solennitate, & ualiditate testamenti, sed ad probationem uoluntatis.Bal.in repet.l.1.ante nu.37.C.de sac.eccl.Felin.in c.cū nobis.nu.11.de præscri. & bene Tiraquel.in d.2.priui.piæ cau.supra i prin.alle. idcirco ualet hoc testamentum

6 mentum abſq; ullo prorſus teſte ſi de
uoluntate teſtatoris aliter quàm per
teſtes conſtare poſſit, ut in terminis
poſt Corn. per eum relatum bene de-
clarat Tiraq. in d. 2. priui. prox. allega-
tis; & probatur per ea, quæ late tra-
didimus in teſtamento inter liberos
ſup. par. 1. limit. j. c. 16. nu. 167. & plu-
rib. ſeqq. puta, ut ibi diximus per con
feſſiones partis, uel per cedulam ma-
7 nu teſtatoris ſcriptam, & recognitã,
ut in terminis per Dec. in conſi. 159.
nu. 3. Alex. conſi. 4. nu. 10. uol. 1. & re-
miſſ. Iaſ. in auth. quod ſine. nu. 2. C. de
teſtam. cum aliis adductis per Couar.
in d. c. relatum. nu. 12. qui tandem hãc
opi. ſequitur fauore piæ cauſæ, & in fo
ro poli. Iul. Cl. d. lib. 3. ſenten. q. 7. uer.
aliquando. n. reperitur. in fi. & indiſtin
ctè illam probat poſt alios Tiraq. in 4.
priui. piæ cau. quãuis n. tex. in d. c. rela
tum. requirat in hoc teſtamento ſaltẽ
duos teſtes, propter quod cõtrariam
opi. firmauit Are. in conſi. 64. col. fi. in
uerſ. ueruntamẽ iſtis nõ obſt. & Alex.
conſi. 76. col. fi. in uerſ. ſuper quarto.
ſub nu. 15. cũ ſeq. uol. 3. & de commu
ni poſt Soz. iun. per eos relatum atte
ſtantur Couar. & Iul. Cl. prox. allegati:
tamen eſt aduertendũ, quod hi duo te
ſtes nõ requiruntur ad ualiditatẽ pro
ſolennitate teſtamenti, ſed ſolum ad
probandã uoluntatẽ teſtatoris ut ſup.
prox. nu. 5. quo caſu ſatis eſt quod iſta
uoluntas aliunde probari poſſit licet
teſtes non interuenerint, ut in termi
nis declarat Tiraq. in d. 2. priui. ubi ſu-
pra, & latiſſimè oſtenſum fuit ſup. d.
par. 1. c. 16. ſub nu. 167. cum pluribus
ſeqq. prout nihil ualet arg. Alex. in d.
conſ. 76. prox. alleg. ex tex. in auth. de
teſta. imperfe. in §. ſi tamen aũt uxori.
quia ille tex. procedit de iure ciuili
8 quo nõ reperitur relaxatus numerus
ſeptẽ teſtium in hoc teſtõ ad pias cau
ſas, nec aliqua ſolẽnitas iuris poſitiui,
ut latiſſime ſup. par. 1. c. 12. in ix. ampl.
oſtẽſum fuit; nos aũt loquimur modo
de iure canonico quo reperitur remiſ
ſa in huiuſmodi teſtamento omnis ſo
lennitas iuris poſitiui, & illud iudica-
tur iure Diuino, & naturali, non iure
humano, ut ſup. nu. 2. & ſeqq.
9 Hinc ẽt eſt quod licet alias teſta-
mentum nutu, & ſignis conditum ni
hil ualeat. l. iubemus. ubi Bald. Ang.
Pau. de Ca. Alex. & poſt alios Iaſ. nu. 4.
C. de teſta. l. hæredes palã. in prin. ubi
no. Pau. de Caſt. nu. 3. ff. de teſta. glo.
cõiter approbata in l. & in. epiſtola-
rier. nutu. C. de fideic. & notãdẽ Pau.
de Caſt. in l. hac conſultiſſimã. §. at cũ
humana. nu. 7. & 8. & l. diſcretis. nu. 6.
C. qui teſta. fac. poſſ. Couar. in c. cum
tibi. nu. 4. de teſta. & nouiſſ. Franc. Mã
tica de coniec. ult. uol. lib. 4. ti. 4. nu. 6.
ẽt ut dicũt doc. in teſtõ inter liberos,
& in teſtõ militis, ut latiſſ. ſup. par. 1. li
10 mit. j. c. 16. nu. 205. & plurib. ſeqq. ua-
let tamen ad pias cauſas, iux. glo. not.
& cõiter approbatam in c. cum tibi.
ubi Abb. nu. 5. cum lata apoſti. & poſt
alios Couar. alios adducens, num. 6.
de teſta. & illam glo. ſing. ſequitur Bal.
in d. l. 1. lect. 1. col. 1. in uerſ. quæro utrũ
furioſus ad med. C. de ſac. eccle. & in
repe. d. l. 1. nu. 59. ubi bona apoſtil. &
idem in l. ſi poſt diuiſionem. nu. 4. C.
de iu. & fac. igno. in l. diſcretis. num. 2.
C. qui teſta. fac. poſ. ubi ẽt Alex. nu. 6.
& Dec. qui declarat nu. 12. cum ſeq. &
idem Bal. in l. 2. ubi ẽt Pau. de Caſt. nu.
4. & Imo. ff. de teſta. & Bal. late hinc &
inde arguẽs in d. l. iubemus. nu. 2. ubi
late quoq; Alex. nu. 3. & Iaſ. nu. 5. ubi
atteſtantur de cõi. C. de teſta. Cald. cõ
ſi. 40. ti. de teſta. Bald. conſi. 174. circa
princ. uol. 3. Iaſ. in auth. ſi qua mulier.
nu. 7. C. de ſa. eccl. & in l. licet. itidem
nu. 7. C. de pac. & in l. ſi cui legetur. §.
hoc aũt. nu. 12. ff. de leg. 1. Soz. in l. cum
auus. nu. 45. ff. de cond. & dem. Fel. in

clin præsētia. col. 20. in uer. pro ista cō clu. sub nu. 43. de prob. Iul. Cla. lib. 3. sent. q. 6. uers. quinto infertur. Ruy. d. cōsi. 71. nu. 7. uol. 3. Ias. in l. tale pactū. §. fi. nu. 12. & 13. ff. de pac. & in consil. 212. col. fi. uol. 2. Tiraq. in l. si unquam. uer. donatione largitus. sub nu. 326. C. de reuoc. dona. Fr. Mantica de con iec. ult. uol. d. lib. 4. tit. 4. nu. 8. & lib. 5. tit. 15. nu. 36. & lib. 6. tit. 3. nu. 15. & la tiss. Tiraq. qui alios cumulat & hanc opi. uti cōem, & ueram sequitur, & comprobat & declarat in 8. priui. piæ cau. ubi ad plenum uidendum est.

Et ultra per alios adducta hæc cōis sententia concludenti, & ualidissimo fundamento confirmatur: nam postquam, ut diximus hoc testamentū sola perficitur uoluntate libera ab oi solēnitate iuris positiui, satis erit, quod
11 ista uoluntas etiam nutu deprehendi possit, iux. tex. in cap. qui recedunt. in fi. 26. quæst. 6. alleg. in proposito per glo. singu. in d. c. cum tibi. de te-
12 sta. ubicunq; enim res solo consensu, & nuda uoluntate perficitur, ibi uerba non desiderantur, nec sunt necessaria ad ualiditatē actus. l. consensu, & l. in quibuscunq; negocijs. ff. de act. & obl. & l. obligamur. in fi. eo. tit. inst. de obl. ex consen. in princ. l. si stipuler. §. fin. ubi doc. & late Ias. nu. 1. ff. de uer. oblig. & glo. not. in l. 1. §. si quis ita. in uer. annuisset. ubi ēt Ias. nu. 12. eq. tit. dummodo de uoluntate aliter cōstet, etiā signis, & nutu ut habetur in uer.
13 & locis prædictis, & de matrimonio, quod solo consensu perficitur, iux. l. nuptias. ff. de reg. iur. c. matrimonium. & c. seq. 27. q. 2. c. cum locum. de sponsa. c. fi. & ubique Abb. nu. 3. de sponsa duo. & late per Couar. in epito. de sponsa. par. 2. c. 5. nu. 2. & per totum cum alijs infra per nos adductis par. 9. cap. 3. nu. 197. Quod etiam sine uerbis, signis, & nutu contrahi recte possit, firmat glo. not. in c. pen. quam ibi commendat Abb. nu. 6. de sponsa. & post Host. latissime firmat Abb. in c. tuæ. nu. 2. attestans de communi eod. tit. & post alios latius Couar. d. par. 2. de sponsa. c. 4. in prin. nu. 1. cum seqq. & latissime nos quoq; ostendimus supra par. 1. cap. 10. nu. 94. cum seqq. & de confessione sacramentali ibidem nu. 86. & plurib. seqq. & de constitutione procuratoris in l. mutus. & ibi bene Bald. ff. de procur. ubi tradit modum conficiendi super hoc instrumētum per notarium.
15 Quibus accedit quod & si aliàs testamentum, prout etiā contractus scriptum notis, aut signis, & ziferis insuetis regulariter non ualeat. l. sed cum patrono. ibiq; Bar. ff. de bono. pos. & bene Bar. in l. quoties. §. 1. nu. 4. & Bal. & Pau. de Cast. in fi. ff. de hær. insti. & habetur i procemio. ffor. §. illud aūt. & in l. uni. ad fi. C. de emenda. Cod. & l. 2. §. fi. in uers. eandē pœnam aūt falsitatis. C. de uete. iu. enucle. & de testō inter liberos in auth. de testa. imperf. in prin. in uers. nos igitur. & ibi quoq; Bar. nu. 2. & in auth. quod sine. ubi ēt Bar. cū bona apost. nu. 1. Bald. & Alex. nu. 5. C. de testa. & generaliter de quolibet instrumento bene Spec. ti. de instru. edi. §. instrumentorum. nu. 26. nihilominus, quia in hoc testamento ad pias causas inspicitur solus cōsensus,
16 & nuda simplex & naturalis (ut ita dicam) uoluntas testatoris, idcirco ualet hoc testamentum quibusuis notis et insolitis cō scriptū, dummodo de eius uoluntate aliter cōstet, ut uoluit Dy. in l. Lucius. arg. illius tex. loquen. in testamento militis. ff. de mili. testa. quem refert, & in terminis nostris sequitur Sozi. in trac. Fallen. regula 316. in 37. speciali, & post Ro. in auth. similiter. nu. 67. in 37. speciali. C. ad l. fal. trad. Eucrar. cent. 27. in allatione à milite

ad

ad eccleſiam, Tiraquel.in 12.priui.piæ
cau.& Franciſ. Mantica de coniect.ul
ti.uolun. lib.6.tit.3. nu.3.

17 Hinc quoque eſt, quod licet alias
teſtamẽtum uitietur ratione incerti-
tudinis perſonarum, ut de perſona hę
redis eſt tex.in l.in tempus.§.quoties.
ubi Bar.Bal.uiden. ff. de hær.inſt.l.hac
conſultiſſima.in prin.ubi Bal.nu.4.C.
qui teſta.face.poſſ.Bar. ubi late decla-
rat in l. quidam relegatus. nume.3.ff.
de reb.dub.Pariſ.conſi.3.nu.5.uol.3.
Iul.Clar. lib.3. ſenten.q.36.in princ.
Franciſ. Mantica de coniect. ulti. uo-
lun.lib.4.titu.6.nu.1. cum ſeqq. Et de
perſona legatarii in §.incertis.inſt. de
lega.& in l.paulus. la ſeconda. ubi gl.
& Doc.& in l.ſi ita fuerit. ff. de rebus
dub.in l.3.§. ſi quis duob. ff. de adim.
lega.l.qui plures.in fi.ff. de uſufruc.le
ga.l.ſi quis de pluribus. ubi gl. allegat
concordan.ff.de reb.dub.l.ſi quis ſer-
uum.§.inter duos.& ibi opt.gloſ.Bar.
Bal.Pau.de Caſt.& cæteri.ff. de leg.2.
tradd.glo.& doct.in d.l. quidam rele-
gatus.& in l.ſi ſeruus legatus.§. huiuſ
modi.ff.de lega.1.Ruy.conſi.177. nu-
me.3.uolu.2.Mantica ubi ſupra lib.8.
titu.4.num.1.& nu.4.cum ſeqq.& nu
me.18.& 20.& late diſtinguendo de-
clarat Ang.Aret.d.tract. de teſtam.gl.
7.num.6.ad med.cum ſeq.& genera-
liter reſpectu cuiuſuis aliæ diſpoſitio-
nis in l.duo ſunt Titii.ff.de teſtam. tu-
te.cum concordan.ibi,& in d.§. quo-
ties.per glo.allegatis.& late per Bart.
& doc.in d.l.ſi ita fuerit.& in d.l. qui-
dam.ff.de reb. dub. fallit tamen in te-
18 ſtamento ad pias cauſas, quod ratio-
ne incertitudinis non uitiatur, puta
19 ſi inſtituti ſint pauperes, uel eccleſia
in genere, uel relictum ſit in redem-
tionem captiuorum nullis ſpecifica-
tis perſonis iux.tex. in l.id quod pau-
peribus.& l. ſi quis ad declinandam.
& in l.nulli licere.C.de epi.& cle. gl.
in d.l.quidam relegatus.& ibi Bar.an-
te nume.2. & Sozi. nume. 13. Archi.
in cap.ſunt nonnulli. 1.q.1. & in cap.j.
ubi Io. And. & gloſ.in uer. pauperes.
de teſtam.lib.6.& glo. in cap. cum ti-
bi.in glo.magna.in fin. quam ibi not.
poſt alios Couar. nume. 14. extra eo.
tradd.Bart. & cæteri per illum tex. in
l.1.ubi Iaſ.lect.1.num.1.& lect.2.nu-
me.3.C.de ſacr.eccle. Bart. conſi. 25.
nume.1.uol.1.Bald.in l.illa inſtitutio.
in 2.notabili.ff.de hær.inſt. & in con-
ſi.86.uolu.5.Ang.conſi.117. in prin.
Anto.de But.& late Abb. poſt eum in
cap.ex parte.num.5. de cenſi. idemq;
Abb.in cap.nos quidem.nume.13.&
late poſt alios Couar.nume.12.de te-
ſta.Sozi.in tract.fallen. regula 310. in
51.priui.piæ cau.& idem in l.ſi ita fue
rit.nume.4.ff.de reb.dub.Anto.Fran-
ciſ.& Sebaſt.Sapia in apoſtil. ad Abb.
in cap.indicante. nume. 4. de teſtam.
Dec.in l.fin.nu.54.C.de edic.di. Adr.
tol.& in conſi.182.nume.2.Ripa in l.
ita ſtipulatus.num.23. & ſeq.ff.de uer
bo.oblig.Pariſ.conſi.38.nu.27.& 28.
uolu.3.Mantica de coniect.d.lib.8. ti-
tu.4.nume.3.& ſub nume.20.in uerſ.
ſed ſpeciali fauore.& num. ſeq.& eo.
lib.8.titu.6.num.5.& lib.6.titu.3.nu-
me.35.cum aliis adductis per Tiraq.
de priui.piæ cau.priui.56.

20 Et in tali incertitudine quibus pau
peribus, & cui eccleſiæ relictum in-
telligatur eſt tex. & præcipuus de to-
to corpore iuris in auth.de eccleſi. ti-
tu.§. ſi quis in nomine magni Dei. &
in ſimili bon.tex.in l.quæ cõditio.§.fi.
ubi tradd.Bar.& i ſpecie Pau.de Caſt.
nume.3.& latiſſime Sozi.ff. de condi.
& demonſtra. & in l. ſi quis ad decli-
nandam.in uerſi.ubi autem. ubi Bald.
nume.4.C.de epi.& cle.glo.commu-
niter approbata in cap. ſi pater. uer.
pauperes.ubi cano.omnes.de teſtam.
lib.6.& ſimilis glo. ibique etiam om-

nes cano. in d. c. indicante. & ibi Abb. cum lata apostil. nume. 4. & post alios Couar. nu. 2. de testam. & tradd. Specu. & Io. And. in addi. ad eum, in titulo de instru. edi. §. nunc uero aliqua. num. 63. 64. Cyn. & post alios late Ias. in d. l. 1. lect. 1. num. 1. & seq. & lect. 2. nume. 4. & num. 5. & seqq. C. de sac. eccle. Ang. Aret. in §. sed ius quidem ciuile. in pen. notabili inst. de iu. natu. Fed. de Sen. in consi. 282. ad fi. in uers. ad contraria. Dec. in l. captatorias. nume. 13. C. de testam. milita. late Ias. in §. ex maleficiis. nume. 46. & seqq. inst. de actio. & in l. qui insulam. nume. 2. ff. de uerbo. obliga. late quoque Abb. in consi. 99. nume. 5. uolu. 2. Paris. consi. 38. nume. 28. uolu. 3. & Couar. in c. cum tibi. nume. 14. de testa. & latissime Mantica d. lib. 8. de coniectu. ulti. uolun. titu. 5. num. 2. & 3. & caeteris seqq. & titu. seq. nume. 1. 2. & 3. cum pluribus etiam seqq. & cum aliis cumulatis per Tiraquel. d. 56. priui. piae cau. quibus postremo addo Paul. de Cast. in l. unum ex familia. §. itaque. post Dy. & Bal. ibidem. ff. de lega. 2. & Troilum Malui. in tract. de oblatio. in 3. & 4. dubio ubi latissime.

21 Et quod de incertitudine personarum dictum est idem quoque dicendum est de incertitudine rerum, ut ad pias causas non uitiet, licet alias uitiaret per l. cum post. §. gener. ff. de iu. dot. & l. Titia cum testamento. & l. quidam in testamento. & ubique Bar. & Bald. ff. de lega. 2. & l. stichus. & ibi Bar. not. ff. de leg. 3. l. pen. in prin. ff. de alim. lega. & l. si cui annuus. ibiq; etiã Bar. cum lata apostil. ff. de annu. lega. Bal. in l. haereditas. §. si defuncto. per illum tex. ff. de pet. haer. & in l. nulli licere. sub num. 6. uersi. sed hic quaero. C. de sac. eccle. Specu. in d. §. nunc uero aliqua. nume. 25. Bal. consi. 457. in uersi. nunc ergo uideamus. uolu. 2. Sozin. d. regula 310. in 46. priui. piae cau. Alexan. consi. 158. nume. 7. uolu. 7. Afflic. decis. 337. nu. 9. 10. & 11. Felin. post alios per eum relatos in cap. 1. col. 3. in uers. pro ista opi. communi. de pac. & Doct. communiter in l. ita stipulatus. in 4. oppo. Bar. ubi late Alexan. nume. 28. Ias. nu. 11. & 13. & Ripa nu. 23. cum seqq. & pluribus praeceden. ff. de uer. oblig. cum latissime congestis per Tiraquel. in 55. priui. piae cau. & late declarat Mantica de coniect. ulti. uolun. lib. 6. titu. 3. nume. 36. cum duobus seqq.

Quibus finitimum est, quod quemadmodum incertitudo à principio nõ uitiat relicta ad pias causas, ita nec si ex post facto icertitudo superueniat,

22 puta si testator iussit construi monasterium in certo loco, ubi ex aliqua causa postea construi non possit, uel quia pecunia legata in aliquẽ certum piũ usum, non sit ad illud sufficiens per hoc legatum non extinguitur, sed in aliquam aliam piam causam conuerti debet. argu. l. legatum ciuitati. ubi no. Bar. ff. de usufruc. leg. cap. nos quidẽ. & ibi Inno. & Abb. nume. 13. cum seq. & post alios Couar. nume. 9. 10. & 12. de testa. Ancha. in clem. quia contingit. nume. 2. cum seq. de religio. dom. & in cap. 1. notabili. 10. de testa. lib. 6. Bar. in l. pater filium. §. Tusculanus. ff. de leg. 3. & in l. liberto. §. Lucius. ubi declarat. ff. de annu. lega. & in l. nu. 9. ff. de cond. inst. & in consi. 26. sub nume. 3. uolu. 1. Bald. qui not. loquitur in l. dictam legem. nume. 6. C. de cond. ob cau. & in l. cum alienam. etiam nume. 6. C. de lega. & in l. uni. in fin. ubi latissima apostil. Barba. C. de his quae poe. nomi. idemq; Bal. in l. si quis ad declinandam. num. 9. 10. & 11. C. de epi. & cle. & consi. 493. ad med. uolu. 2. Pau. de Cast. in l. uni. §. 1. nume. 3. C. de cad. tol. Lap. alleg. 87. nu. 6. & 7. Abb. in

in cap. tua nobis. nume. 7. & Couar. sub num. etiam 7. uers. nec tamen inficiar. de testa. Ang. Aret. in tracta. de testam. glos. 9. in uersi. quando autem testator. cum seqq. & late etiã de materia idem ibi in glo. 13. Roma. singu. 475. & consi. 409. col. fin. in uersi. dicto tamen. & late Ruy. consi. 75. nu. 3. ubi postea id declarat nume. 6. 7. & 8. ubi uidendum uolu. 2. cum aliis adductis per Tiraquel. in 38. & 43. priui.
23 piæ cau. Prout etiam si hospitale, uel monasterium, cui legatũ est factum, interim destruatur, non estinguitur legatum, sed debetur aliis pauperibus,
24 & remanet apud Papam, & Romanã Ecclesiam, quæ repræsentat Deum immortalem, cui relictum censetur, Bal. in l. hæreditas. la prima in fin. ff. de hær. inst. in l. extraneum. num. 3. C. eod. & in l. monumenta. uersi. extra quæritur. C. de lega. & in l. post mortem. nume. 9. C. de fideicom. & in consi. 457. in uersi. potest etiam dici. uolu. 2. cum aliis adductis per Tiraquel. 91. priuil. piæ cau. & de materia late Felin. in cap. cum dilecta. nume. 21. & 22. de rescript.
25 Prædictis præcipue accedit, quod cum hæredis institutio sit basis, & caput totius testamenti, sine qua testamentum cõsistere nequit. l. proxime. ff. de his, quæ in testa. delen. §. ante hæredis. inst. de lega. glos. & Doct. in l. 1.
26 ff. de testa. ubi Bal. & Paul. de Cast. dicunt, quod in ea consistit forma substantialis, & perfectio testamenti cum aliis adductis supra par. 1. cap. 5. nu-
27 me. 17. ualet tamen ad pias causas, licet nullus in eo sit institutus hæres, prout uidetur uoluisse Abb. in cap. indicante. sub nu. 3. de testam. loquens de legatis factis ad pias causas, sine hæredis institutione. & Bart. in l. 1. nume. 65. C. de sacr. eccl. & Pau. de Cast. in cõsi. 97. in prin. par. 1. Aret. cõs. 64.

col. pen. in uersi. præterea etiam si nullus. & uoluit Bal. loquens in institutione hæredis pro non scripta, in l. si quis ad declinandam. nume. 11. C. de epis. & cle. & alios in specie allegat Tiraq. qui hanc conclusionem firmat in 15. priui. piæ cau. & not. Bald. in l. 1. uers. in glo. quæ incipit. ff. de testam. loquens quando testator nullo hærede institu to iussit fieri monasterium de bonis suis, quem Imo. & Aret. ibi sequuntur & Mantica de coniect. ult. uolũ. lib. 4.
28 titu. 3. nume. 4. Et idcirco si quis relinquat omnia bona sua distribui debere inter pauperes nullo hærede instituto ualet tamẽ testamentum, quia in effectu uidetur institui pauperes, seu executor nomine eorum, prout in terminis loquuntur Bar. & Pau. de Cast. proxime allegati, licet de subtilitate iuris non ualeret cum nemo sit hæres, ut dicit Specul. post Vber. de Bobio per eum relatum in d. §. nunc uero aliqua. ante nume. 24. Sed aliud de æquitate canonica ad pias causas, quia ualet talis dispositio etiam si de pia causa nõ esset facta expressa mentio, ut patet ex late adductis supra cap. proximo. nu. 82.
29 Et hinc uidetur posse solui quæstio maxime controuersa inter doc. an debeantur legata ad pias causas ubicunque non esset adita hæreditas per hæredem in testamento institutum, nam si ualet testamentum ad pias causas sine hæredis institutione, ut proxime dictum fuit, pari quoque ratione ualebit, ubi hæres omisit hæreditatem adire, quamuis .n. nihil ualet ex eo testa-
30 mento ex quo non est adita hæreditas l. si nemo. la. 1. ff. de testamen. tute. l. etiam quam. & ibi glo. & doc. ubi bene Pau. de Cast. nu. 5. C. de fideicom. l. 1. C. de fide com. liber. l. si nemo. ff. de reg. iu. cũ sim. supra allegatis par. 1. cap. 17. num. 14. tamen hæc est solennitas

31 nitas introducta de iure ciuili, quæ non requiritur de iu.naturali,& gentium, quod solum attēditur in hoc testamento ad pias causas, prout uidemus in simili in testamento militis, in quo cum sit remissa solennitas iu.ciui
32 lis ualēt relicta etiam in eo disposita, licet non sit adita hæreditas. l. miles ita hæredem.in fi.ff.de mili.testa.Bart. in repet.l.1.sub nume.66.C.de sacr. eccle.Dec.in l.si nemo. in 2. fallen. ff. de reg.iu.ualet autem argumen. à mi
33 lite ad piam causam,late Euerar.in locis lega. centu. 27. prout in terminis arguit,& late hanc conclusionem firmat Bart.proxime allegatus d.nu.66. & seq. & mihi uidetur de hoc gl.uni. & sing.in d.l.eam quam. uer.tradi. in 10.fallen.ubi limitat illum tex. fauore pietatis,quā Bar.ibi col.1.in fi.in uers. diximus fauore pietatis. Bal. ante nume. 11. & cæteri sequuntur; & illam ad hoc in specie ualde no.Bal.& sequitur saltem, ut debeantur legata pia officio iudicis non adita hæreditate in repet.d.l.1.sub nume.52.uersi. primo dico.& idem Bald. ibidem lect.1. sub num.7.in uersi.iux.hoc quæro.ibi ueritas est. & in auth. si qua mulier. sub nume.13.uersi.tertio no.eo.titu.& in l.id quod pauperibus.num. etiam 13. in fin.C.de epi. & cle.idemque Bal.in l.cum hi.lect.1. in uersi.in text. ibi ab intestato.ff.de transact.& in l.hæreditas.§.si defuncto. tam in 1. lect. in fin. quàm in 2.ff.de pet.hær.& in l.qui filio.§.1.in fin.ff.de hære.insti. & idem multum no. attestans de communi in l.1.in fin.ff.de leg.1. cuius uerba sunt hæc (fallit in legatis ad pias causas, quæ secundum opi. communem non desiderant aditionem hæreditatis, sed sola morte testatoris confirmantur,& secum trahunt suam executionem,& idem Bald.attestans etiam de communi in consi.452.in uersi. & qa relicta pro anima.uolu.2.& cōsi.287. in fin.uolu.4.& consi.20.col.1.& consi.39. in uersi. & quia talia iudicia ad pias causas,& consi.320. ad med.uers. si autem quæratur de legatis. uolu.5. Bar.in d.l.eam quam.col.2.uersi. possumus secundum quosdā. & ibi quoque Pau.de Cast.sub num.6.ibi, item alium in legatis ad piam causam. Ancha.consi.144.nu.2.Barba.consi.8.nume.14.ubi de communi. uol.1. Abb. d.cap.relatum.1.sub nume.6.uersi.& per prædicta. de testa. & in consi. 32. nume.3.uol.2.Matthesi.sing.163.circa fi.ibi præterea omnia fallunt. Dec. qui alios allegat in d.l.si nemo. nume. 3. ff.de reg.iu. Euerar.d.centu. 27.in uersi. item tertio istud facit. & centu.23. in uersi. decimo. & firmat Lap.saltem de æquitate canonica alleg.91.sub nume.4. uersi. item si quis est relictus.& est decis.Tholosa.89.cū lata apostil. & plures alios congerit Tiraq.in 33.priuile. piæ cau. & in hac opi.finaliter residet Boer.decisi.93.in fi. & post alios latissime Couar, in c. Raynaldus.§.3. num.11. ubi per octo casus articulum hunc exactissime explicat, & declarat in uno quoque firmans talia pia legata deberi, & conseruari etiam non adita hæreditate præsertim in octauo casu,ubi attestatur quod ista opinio communiter seruatur.

34 Contrariam uero opi.tenuit Vber. de Bobio antiquus Doct. quem refert Specul. licet in dictis eius sit error,ut bene aduertit Io.And.in addi. incip.hucusq; intelligibile.in d.§. nūc uero aliqua.nume. 60. de instru. edi. & Bald.sibimet contrarius in d.l.eam quam. num.5. iuncto nume. 13. & in auth.hoc amplius.sub nume.17.uers. in exequutione. & uersi.seq. C. de fideicom.ubi declarat nisi sint talia relicta,quæ non reciperent dilationem,

puta

puta pro sepultura, & sustentatione pauperum, & quæ essent necessaria pro salute animæ, ut pro restitutione usurarum, & male ablatorum. quam declarationem sequitur Ias. in d.l. eã quam. sub nume. 20. in limit. & in l. 1. lect. 1. nume. 33. C. de sacr. eccles. sed & hanc opi. indistincte tenet Alexan. de Perusio inter cõs. Bal. in cons. 248. in uersi. sed secus est. uolu. 5. Alexan. attestans de communi. in l. 1. col. 10. in prin. ff. de leg. 1. & ibidem Ripa ante nume. 67. ubi dicit contrariam opi. falsam, & late Alexan. alios cumulans, & attestans etiã de communi in consi. 209. nu. 16. uol. 2. Ang. consi. 384. in fin. & Bar. in l. 1. nume. 9. & Angel. nu. 3. C. de bo. uacan. lib. 10. ubi tamen fatentur, quod competat remedium additionis bonorum causa conseruandorum legatorum exemplo cõstitutionis Diui Marci pro conseruandis legatis libertatum, quæ sunt legata pia, ut late supra hac par. cap. 2. nume. 60. cum seqq. de qua habetur insti. de eo cui liber. cau. bo. addici. per totum. & l. 2. cum seqq. ff. de fideicom. miss. lib. & latissime Ias. post Saly. Fulg. Ang. Imo. & Rapha. Cuma. per eum relatos in d.l. eam quam. nume. 19. & seq. & in d.l. 1. lect. 1. nume. 19. & 20. usque 34. & lect. 2. num. 34. & 35. C. de sacr. eccles. & ante omnes ista fuit opi. Nico. de Matta. quem refert, & sequitur Ioan. And. in addi. ad Specu. in d. §. nunc uero aliqua. nume. 60. in 2. addi. magna. incip. hic omittit author quæstionem. ubi concludunt, quod istud remedium introductum pro cõseruandis legatis libertatum competat multo magis pro aliis legatis piis; & sic per consequens nolunt, quod hæc legata pia debentur hæreditate non adita per uiam saltem ordinariã; sed solum, quod possint conseruari per hoc remedium anomalum, & extraordinarium, prout etiam ponderat Ias. in d.l. eam quam. nume. 18. in fi. cum seq. ubi attestatur, quod ista est communis sententia legistarum: pro qua uidetur glo. not. in d.l. qui filio. §. 1. in uer. liber ex codicillis. in fin. ff. de hær. insti. ubi loquens in legatis libertatum, quæ sunt legata pia (ut proxime dictum fuit) concludit ea non deberi, nisi adita hæreditate, prout ibi Ang. & Cuma. & latissime Imo. nu. 8. per duas col. articulum hunc plene discutiens in cæteris quoque legatis piis idem concludunt, & ita Ang. attestatur de facto fuisse Bononiæ determinatum.

¶ Et sic ut uides ista est antiqua quæstio, ut etiam dicit Rom. in cons. 428. circa prin. & consi. 493. circa med. in uersi. & quidem est ista antiqua quæstio, in qua Doct. uario modo loquuntur, & sunt inter se contrarii; & hinc inde attestãtes de communi, & in qua Specul. proxime supra allegatus recitatis opi. antiquorum non se resoluit, nec figit pedes. Roma. uero nunc allegatus, & in auth. similiter. C. ad leg. Fal. nume. 78. per totum in 20. speciali ulti. uolun. hunc articulum per 5. col. latissime examinans distinguit
35 ut ibi per eum. Ego uero, ut tandem meam interponam sententiam, reiecta distinctione Roma. sequor in hoc distinctionem Lapi. d. alleg. 91. ubi nume. 4. in fin. distinguit quod aut loquimur inspecto rigore iu. ciuilis, & procedat hæc ultima opi. quod legata pia non debeantur hæreditate non adita prout de hac iuris subtilitate expresse loquitur Vber. de Bobio Doct. antiquus primus huius opi. author, quem refert, & sequitur Specu. supra allegatus in d. §. nunc uero aliqua. nume. 60. iunctis supra his quæ dicit i uers. quid si reliquit. ante nume. 24. sed solum competat remedium aditionis bono-

rum

rum iux.opi.Nico.de Matta.Io. Andr. Bar.& aliorum quos supra citauimus: Aut loquimur inspecta dispositione, & æquitate iu.canonici de quo ad præsens noster est sermo,& procedit prima opi. quæ intrepide est tenenda ex quo ista aditio hæreditatis est solennitas iuris ciuilis positiui,& quædam ni
36 mia subtilitas,ut dicit Couar.in d.§.3. cap.Raynaldus.sub nume.1 1. in 8.casu; quæ remissa est ex dispositione nostri cap.relatum. in huiusmodi legatis piis, ut supra nume.3 1. cum seqq. & trad. Bart.Abb. & plures alii ex supra
37 citatis ibi nume.33. quæ & peti possunt solo iudicis officio,ut passim Bal. ibi citatus affirmat.Quod nec mirum uideri debet cum & plures sint casus in quibus etiam ex ipsa iuris ciuilis di
38 spositione debentur legata etiam nõ adita hæreditate de quibus late per glo.& Doc.in d.l.eam quam. C.de fideicommis. & idcirco sine dubio id procedet in his legatis piis ex æquitate iuris canonici; cum,& secundum
39 Apostolum ad confirmationem testaměti nil aliud requiratur nisi ut mors testatoris intercedat,supra par.1.cap. 19.nume.15.ut dicit Bar. in repet. d. l.1.nume.66.C.de sacr.eccles.& Lap. d.alleg.91.sub nume.4 .ubi in fi.attestatur, quod ita seruatur in practica, prout etiam attestatur Couar. supra allegatus num.33.in fin.præsertim in his, quæ non recipiunt dilationem temporis, uel sunt necessaria ad salutem animæ testatoris,ut supra nu.34.
40 Et hinc quoque proxime dimanat, quod in his legatis ad pias causas, licet differatur hæreditatis aditio,uel pẽdeat terminus ad conficiendum inuentarium non tamen differtur eorum executio,ut post Ricar.malumb.& Cyn. per eum relatos trad. Bal.in l.fin.§. donec. & ibidem Salyc. Fulgo.Angel.Paul.de Cast.& Alexan. C.de iu.delib. & idem Bal.in l.nulli licere.nume.9.C.de epi.& cle.& in repet.l.1.nume.52.in fi.C.de sacr. eccle. Ias.in d.l.eam quam.sub nume.20.C. de fideicom. & Tiraquel, alios citans in 24.priui.piæ cau.
41 Quibus quoque accedit, quod licet filio relinqui debeat titulo institutionis alias hodie testamentum est ipso iure nullum §.aliud quoque capitulum,quod ad hoc semper allegatur in auth.ut cum de appel.cogno. cum latissime adductis par.1.cap.16.nu.57, cum multis seqq. etiam prout ibi ostedimus si testamentum conditum fuisset inter ipsos liberos; nihilominus
42 quia ista est solennitas iuris ciuilis introducta de iure nouissimo authenticorum ex dispositione Impe. Iustiniani per d. §. aliud quoque capitulum, ut late supra par.1.cap.16.nume.58.
43 quæ non debet attendi in hoc testamento ad pias causas in quo solum attenditur ius naturale, & gentium, ut supra sæpius replicauimus,idcirco ad ualiditatem huius testamenti nõ erit necesse, quod relinquatur filio titulo institutionis, ut concludit Bart.in repet.d.l.1.nume.62.& seq. C. de sacr. eccle.Alex.qui dicit opi.Bar.communiter approbatam in l. inter cætera. nume.4.ff.de lib.& posthu.& in consi.105.nume.20.uolu.4.dicens, quod hæc opinio iudicio suo nullum habet dubium.Ias.in auth.nouissima.nu.20. in uers.secundo illud confirmo.& nume.23.in uers. secũdo fallit.C.de inoffic.test.Matthesi.singu.124.ad med.in uersi.secundo debet limitari. Iul.Clar. lib.3.senten.q.6.uersi.sexto. Tiraquel. qui alios refert in 14.priuile. piæ cau. ubi post relatas authoritates hinc inde contrarias tandem ipse hanc opi. uti ueriorem sequitur. Curt.iun. in l. hanc consultissima.§. ex imperfecto, parum post num.14.ibi, non obst.dictum

ctum Bart. C. de testam. addo Pau. de Cast. qui bene declarat in l. sicut certi. nume. 6. C. de testa. milit. & post alios Marc. Antonius Cucch. in tract. de legi. §. quoquo relicti titu. nu. 28. & seq. ubi ad hoc plura in simili cumulat de testamento eius qui religioni se suaq; omnia addicturus est.

44 Contra quam tamē tenuit Bal. multum audacter (ne dicam insolenter) inuehens contra Bar. in repet. l. 1. nume. 58. C. de sac. ecclesi. dicens quod uehementer errat, & quod non intelligit uerbum hoc ille bonus homo, & cum Bal. transeunt Salyc. & Barba. per Tiraq. in d. 14. priui. allegati, motus praecipue Bald. quia fauore piae causae non debet censeri derogatum fauori liberorum, ut ibi late per eum; quod confirmatur ex regula generali, quod

45 quaecunque sint priuilegia nunquàm intelliguntur cōcedi cum praeiuditio testis. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. opt. text. in proposito (licet uulgatus) in l. impuberi. ff. de admi. tut. l. nec ausus. C. de eman. lib. l. ex facto. ad med. ibi, etiam iniquum. ff. de uulg. & pup. cap. quamuis. in fi. de rescrip. lib. 6. Bar. & caeteri in l. quominus. ubi Ias. nume. 10. ff. de flumi. Ruy. consi. 29. nume. 2. uolu. 1. & in consi. 12. nume. 21. uolum. 3. & praecise Alex. in l. pactum quod dotali. nume. 4. ad fin. C. de pac. in uersi. teneo opi. Bal. & praecise etiam Felin. in cap. in praesentia. col. 20. q. 4. sub num. 43. ad med. in uersi. praeterea ista conclusio. de proba. cum aliis late adductis supra par. 1. cap. 13. nume. 28.

46 Quinimo dispō iuris ciuilis in hoc reperitur approbata etiam de iure canonico, secundum quod relinqui etiā debet filio iure, & titulo institutionis secundum ueriorem, & magis communē opi. de qua latissime supra par. 1. d. cap. 16. sub nume. 17. quare non

47 uidetur dicendum, quod Papa in d. c. relatum. 1. de testa. uoluerit unico uerbo tollere dispositionem iuris ciuilis per ius canonicum approbatam, praesertim cum praeiuditio liberorum. l. si quando. ubi bo. tex. C. de inoffi. testa. postquàm expresse in d. cap. relatum. hoc non reperitur immutatum. l. praecipimus. in fin. C. de appel. l. sancimus. C. de testam. cum sim.

Confirmantur praemissa, quia licet maxima sit inter iur. utriusq; interpretes controuersia, quae potius sit fauorabilior causa liberorum, an ecclesiae, & piae causae, ut patet ex supra latissime adductis par. 1. cap. 12. nume. 3. & nu. 25. tamen omnes absque ulla controuersia in hoc unanimiter conue-

48 niunt, quod respectu legitimae causa liberorum sine dubio sit fauorabilior, & magis priuilegiata, quàm sit pia causa: hoc enim fatentur etiā illi qui tuentur partem ecclesiae, & piae causae ita intelligentes consilium illud Augustini si quis exhaeredato filio ecclesiam uult instituere haeredem, alium quaerat qui suscipiat non Augustinum, re-

49 gistratum. 17. q. 4. cap. fin. uidelicet, quod procedat respectu legitimae, ut probat tex. in auth. si qua mulier. ubi not. id Ias. nume. 4. C. de sac. ecclesi. & glos. ordi. in l. si quis ad declinandam. uer. simili modo. C. de epi. & cle. Ant. de But. in consi. 25. sub nume. 5. uersi. item in quantum Pater. Aret. in consi. 12. nume. 5. Alex. & post eum, & alios per eum relatos, Sozi. in d. l. pactum, quod dotali. ad med. in uersi. secunda ratio. C. de pact. & in l. cum auus. nume. 36. ff. de cond. & demon. & uoluit Pau. de Cast. in l. sicut certi. ad fi. C. de testa. mili. Ias. in l. si fundum sub conditione. §. stichum. nume. 6. ff. de leg. j. idem Ias. in l. generaliter. §. cūm autē. col. 2. in uersi. primo fundamentum Bal. C. de inst. & subst. idemque Ias. in l. licet.

l.licet.nume. 5. & late etiam Dec.nume. 5. ubi alios refert eod.titu. C. de pac. & Ias. in l. tale pactum.§.fin. sub nume. 11. uersi. non obst. authoritas Aug.ff.eo.& in l.hac consultissima. §. si quis autem.col. 2.in 4. limita. C. de testam.& idem Ias.in cons.212.col.3. in uersi. nec prædictis habet obstare. uolum.2.Dec.in l.generaliter.num.7. ubi late declarat.C.de institu. & substitu.& idem in consi.426.nume. 5.& seq.& consi.480.in fin. & consi. 529. sub nume.6.uersi. sed responderi potest.& idem in cap.in præsentia. ante nume. 61. in uersi. & circa istam primam quæstionem.de probat. ubi etiã Felin.sub nu.43.& idem Dec. in consi.495. nume. 28. & alibi sæpe Sylua nuptia.lib.6. sub nu.47. in uersi. item in dubio fauetur illi. ad med. ibi,immo in legitima.& Cepha. qui alios citat in consil. 85. nume. 31. uolum. 1. cum aliis latissime cumulatis per Tiraquel.de priui.piæ cau.in 17.priui.& in l.si unquam.uer. libertis. nume.83. & uer.donatione largitus. num. 326. C. de reuocan. dona. & Marc. Antonius Cucch.in tract.de legi.§.nec usu fructu defraudari liberi.nu. 88. cum seq.car.130.quicquid circa hoc attentauerit Fortu.de ult.fi.iur.nu. 190. & tribus seqq. & ad intellectum d. cap. quicunque. 17.q.4. uide late Felin. in d.cap.in præsentia.col.20.q.4. nu.43. de proba.& ultra omnes latissime Fortu.ubi supra sub nume. 186. in uersi. sed contra ista oppo. & nume. 187. cum seqq. usque 194. & infra par. 3.

50 cap.3.nume. 184. Et idcirco non debet ecclesia posse uti suo priuilegio contra liberos pariter priuilegiatos imo habentes potentius priuilegium respectu legitimæ de qua agitur quã ecclesia,& pia causa iux. text. in l.uerum.§.fin.& in l.seq.ubi not.Bar.ff.de mino.& declarat late Bar. communiter receptus in auth.quas actiones.nume. 3. cum late adductis per Ias. nume.13.C.de sac.eccl.tradd.Abb.& cæteri post eum in cap. in præsentia. ubi late Felin.nume. 29.& Dec. num. 51. de proba.& multum in proposito Tiraquel.in 26.priui. piæ cau. sed quod primo,& duobus seqq.& infra num. 78. & latius infra cap. seq. nume.14. & 15.

51 Nam & si legitima non sit proprie debita filio,sed quasi debita, prout et hæreditas paterna,iux. l. & q.1. ff.pro soc.& l. fin. §. sin autem parentes. in uersi. sin uero perpetuo furiosus. C. de cura.furio.l.1.in prin.ibi,ueluti ad debitam successionem eos uocando. ff.de portio.quæ lib. dãna. concedun. l.1.§. largius. ibi, qui penè ad bon propria ueniunt.ff.de succes. edic.gl. communiter approbata i l.3. ubi post alios Ias.nume.4.C.de iu.& fac.igno. & in specie de legitima Paul.de Cast. ibidem nume.2. & seq. & in l. quæ si deicommissi.nume.4.& seq. ff.de leg. 2.Alexan.in l.lex Cornelia. sub.nu. 6. ff.de uul.& pup. Cagno.in l. Papinianus.§.quarta.sub nume.11.ff. de inof. testa.M.Antonius Cucchus in tracta. de legi.in ratio.dubitandi. nu. 9. cum aliis adductis per Tiraquel. in l. si unquam.uer. susceperit liberos. nu.113 C.de reuocan.dona. quinimo comp-

52 ratiue ad creditores iudicatur titulu lucratiuus,ut per Bald.in l.2.in fin.C de reuo.his quæ in frau.credi. Pau.de Cast.Alexan.& Ias.post alios in l. fin. §.in computatione.sub num.10.C.de iu.delib. Aret. consil. 17.nume.7. ac med.& bene Barba.in apostil. ad Bar in l.2.in prin.in 1.apostil.C. si in frau

53 patro. & idcirco illa non debetur nisi deducto prius ære alieno, ut est text. in d.§.quarta.ubi Cagno.post alios d. nume. 11. ex quo ista debita legalia,

54 prout est legitima non sunt ita fortia sicut

ſicut uera debita, ut dicit Pau.de Caſ. in d.l.quæ fideicommiſſi.in fin. tamen
55 habito reſpectu ad patrem, qui illam debet, & ad legatarios, & fideicommiſſarios prætendentes merum lucrũ quod nullo modo eſt debitum, nec quaſi, legitima iudicatur, ut æs alienũ, & in ea dicitur filius tractare de damno potius quàm de lucro, quia illam
56 percipit ut creditor, Pau.de Caſt. no. in d.l.3.nu.3.C.de iu.& fac.igno. Bal. in d.§.in computatione. ſub num.12. in uerſi.ſed contra hoc.& in l. quamquam.in prin. C.ad leg.Fal. Alexan.in l.ſi debitor.ſub nume.4.ff.eo. Iaſ. in l. filiusfam.§.diui.lect.1.nu.12.& lec.2. nume.15.ff.de leg.1.cum aliis adductis per Tiraquel.d.uer. ſuſceperit liberos.num.114.opt.text. in d.l.Papinianus.§.ſi quis impubes. in fin.ibi, ut æs alienum.ff.de inof.teſt.& de hæreditate paterna glo.quæ ſemper allegatur in l.ſi quis legatum.in uer.nõ poſſe.ff.ad leg.Corn.de fal. quam Docto. omnes trahunt ad legitimam præſertim Bal.in l.cum quis.ſub nume.3.C. de iu.& fac.igno.Barba. ſupra allegatus in apoſtil. ad Bart.in d.l.2.C. ſi in frau. patro. & nouiſſime Marcus Antonius Cucch.trac.de legi.car.3.à tergo.nu.1.

Et per conſequens cum quoad legitimam filius reſpectu piæ cauſæ in teſtamento patris inſtitutæ cui talis hæreditas nullo modo eſt debita, nec quaſi, dicatur ut creditor tractare de dãno, pia uero cauſa de lucro cui merito filius in legitima eſt anteponendus & præferendus iux. adducta ſup.
57 nume.55.& 56. Et idcirco legitima non minuitur per legata pia, ſed bene è contra, ut per Alexan. conſil.45. nume.21.uolu.1.& in conſi.18.uolu. 4.& poſt alios Marcus Anto. Cucch. in ſuprad.tracta.car.22. nume. 28.& car.130.nume.87.88. 89.& 90. poſt Ruy.conſi.89.nume.7.uolu.3.& conſil.140.num.11.uol.5.& ante omne- uoluit glo.ordi.in d.l.ſi quis ad declinãdam.uer.ſimili modo. quam ibi no. Bar.in fin. C.de epi.& cle. & not.Bart. in repet.d.l.1.nume.55.& 56.& ſeq C.de ſac.eccle.& in lect.in fin.& ita filius in legitima dicatur habere potentius priuilegium eccleſia,& pia cauſa, non debet eccleſia poſſe uti ſuo priuilegio de quo in d.cap.relatum.contra filium, ut ſupra nume.50. præſer-
58 tim cum eccleſia nihil uelle debeat cum damno tertij, cum ipſa ſit autrix, & cultrix iuſtitiæ, ut eſt tex.in cap. 1. ad med.in uerſi.eccleſia enim cultrix, & autrix iuſtitiæ.de aliena. feu.in uſi-
59 bus feu.ubi glo.no. dicit quod omnibus prodeſſe,& neminem lędere uelle debet iux.cap.denique.in fi.14.q.5. Nauar.alia adducens in relect. cap.nouit.notabili 6.num.22.de iud.& bene in propoſito Tiraquel.in d.l.ſi unquã. uer.libertis.parum ſub num.79.C.de reuocan.dona.

60 Poſtremo hæc opi.ualidiſſimo fundamento comprobatur, ſi quidem filius, niſi ei à patre relinquatur titulo inſtitutionis, ſed alio quocunque titulo legati, donationis, aut fideicõmiſſi etiam uniuerſalis, dicitur omnino prę teritus ex quo neque inſtitutus, neq; nominatim exhæredatus reperitur, ut in terminis exponit, & declarat Imp. in §.eadem.& ibi not.Ang.Aret.nu.2. inſt.de hær.quæ ab inteſt.defe.& opt. tex.inſt. de exhæred. libe.in prin. ubi quoque id not.Ange.Aret.nume.1.& l.inter cætera.ubi Bal. loquens præciſe etiam ſi filius ſit relictus fideicommiſſarius uniuerſalis, & late Alexan. num.2.& Iaſ.nu.9.ff.de lib.& poſthu. pro quo tex.in l.ita tamen.§.qui rogatus.& ibi not.Bart.& Paul.de Caſt. in prin.ff.ad trebel.& eſt glo.in l.nam & iis.§.1.uer.præteritum.in prin.quæ ad hoc

hoc semper allegatur. ut ibi dicit Bal. ff. de inof. testa. & in auth. non licet. uer. præterire. exponens, idest nec instituere, nec exhæredare. & hoc etiam uoluit Mar. Doct. antiquus quem refert, & sequitur late comprobás Bar. in auth. ex causa. nume. 10. cum quo transit ibi Bal. nume. 2. & communiter Docto. ut ibi attestatur Curt. iun. sub nume. 36. in uersi. circa primam quæstionem. C. de lib. præ. & not. Bart. & communiter Doct. in l. posthumo. ubi Pau. de Cast. & Alexan. nume. 2. Ias. & Dec. ubi late comprobat nume. 5. & Cur. iun. nume. 19. C. de bo. pos. contra tabu. Ias. in auth. nouissima. nu. 13. ubi attestatur quod omnes ita tenent. C. de inof. test. Pau. de Cast. in l. sicut certi. in prin. & in fi. C. de testa. milit. Card. consi. 60. nume. 1. Bar. & Ias. in l. si quis filium. contra glo. ibi in uer. intelligitur. C. de lib. præt. Pau. de Cast. in l. quoties. nume. 3. C. de hær. inst. & in l. humanitatis. nume. 2. in fin. C. de impub. Dec. consi. 105. col. 1. in uersi. sed tamen his non obstantibus Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 38. in princ. & q. 42. in prin. & nouissime Marcus Antonius Cucch. in tracta. de legitima. d. §. quoque relicti titu. sub nume. 3. uers. de iure pandectarum. car. 75. sed cla-
61 rum est, quod testamentum etiam ad pias causas uitiatur ratione præteri-
62 tionis, quia isto casu testamentum uidetur factum contra officium pietatis, & contra dictum Augustini relatum in cap. fin. 17. q. 4. & idcirco non potest ualere etiam ad pias causas, nec ad fauorem ecclesiæ, quæ est mater pietatis. l. decernimus. ad fin. C. de sac. eccle. ut ipsemet quoque Bar. fatetur, & declarat in repet. d. l. 1. sub nu. 6. & nume. 61. C. de sac. eccle. & Bald. in ea repet. sub nu. 58.

Sed tamen prædictis non obstan. præcedens Bar. opi. tanquàm uerior, & communis intrepide sequenda est per fundamentum Bar. supra adductũ nume. 43. cui per Bal. & sequaces non sufficienter respondetur; nam dum Bald. respondendo, & opin. suam fundando dicit, quod priuilegium piæ causæ nõ censetur concessum cũ iniuria, & præiudicio liberorum, nihil est, eo quia inspecto iure naturali,
63 & gentium, quod solum attendi debet in hoc testamento ad pias causas, non dicitur iniuria, aut præiudicium aliquod liberis irrogari ex eo tantum
64 quod in legato sit omissus titulus institutionis cum ille solum sit introdu-
65 ctus ex quadam solennitate iuris positiui in §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appella. cogno. satis enim est, ut testamentum non possit
66 dici factum contra officium pietatis paternæ, & naturalis charitatis quod filio sit relicta legitima, quę est portio sua, quæ ei contingit. etiam quouis
67 relicti titulo, nam prout dicit Bart. etiam de iure ueteri, ante scilicet dispositionem. d. §. aliud quoque capitulum. satis erat relinquere legitimã filio quocunque relicti titulo legati, seu fideicommissi, nec propterea uti inofficiosa subiacebat quęrelæ, ut probatur in l. omnimodo. in uersi. & hæc quidem. ibi in hæreditate, uel legato, uel fideicommisso. C. de inoffi. test. & in auth. nouissima. ibi debeatur eis quoquo relicti titulo. eo. tit. & in auth. de trien. & semis. §. 1. ibi si quis illud institutionis, siue per legati idem est dicere, & si per fideicommissi relin-
68 quat occasionem; & si non integra legitima relicta erat lex supplebat, ut habetur in d. l. omnimodo. nec testamentum erat inofficiosum, ut ibi, & idcirco, nec contra officium pietatis, ut in l. 2. ff. de inof. testam. nec poterat dici
69 factum cum iniuria filii cum lege hoc permitteretur iuxt. infra trad. par. 3. cap. 3.

cap. 3. sub nume. 40.

70 Nec dicatur quod titulus institutionis non solum est honorabilior, sed etiam utilior ipsi filio propter ius accrescendi, ut tradd. Cyn. Bar. Bald. & cæteri in d. auth. nouissima. ubi post alios Ias. num. 13. Iul. Clar. d. q. 38. uers. neque credas. M. Ant. Cucch. de legi. d. §. quoquo relicti titu. nu. 2. car. 75. & alij plures quos supra adduximus par. 1. cap. 16. nu. 59. & hoc saltem respectu possit cõsiderari præiudicium filij si alio titulo quàm institutionis legitima ei relinquatur, quia ultra quod hoc etiam permittebatur iure ueteri, præterea respondetur, quod attento iure naturali & gentium, quod ut sæpius diximus in hoc testamento inspicitur, non est præiudicium aliquod

71 cum istud ius accrescendi sit inductũ inter hæredes de iure positiuo, ut infra late par. 3. cap. 2. nume. 80. pro-

72 pter regulam iuris ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus in l. ius nostrũ. ubi id trad. Dec. nu. 2. ff. de reg. iur. & in §. hæreditas. uer. neque. insti. de hær. insti. ubi tex. hanc rõnem assignat; gl. not. in l. si seruus communis. in glo. fin. in fi. ff. de acqui. hæred. & in l. quoties. in glo. fi. C. de hæred. insti. Bar. in l. mulieri, & Titio. sub nu. 3. ff. de cond. & demon. & in l. uni. §. his ita pariter. sub nume. 3. C. de cad. tol. Ruyn. consi. 54. nume. 6. uol. 2. Cagno. qui hanc dicit communem rationem, & ab ea non esse recedendum in d. l. ius nostrum. sub nu. 5. uers. & hæc fuit ratio. Crapha. consi. 59. nu. 17. Dec. consi. 378. col. 1. in uers. nec ob. quod talis institutio. bene Sozi. in l. si mihi & tibi. in princ. col. fi. in uers. postremo Bar. nume. 4. & ibid. Ias. in fi. nu. 25. ff. de leg. 1. Bar. & doc. communiter in l. re coniuncti. ubi post alios Ripa num. 77. ff. de leg. 3. & in l. uni. ubi late etiam Dec. lec. 2. nu. 16. & pluribus seqq. &

73 Cagno. nu. 8. & seqq. C. quando non peten. par. quæ quidem regula cessat in hoc testamẽto ad pias causas cum sit introducta de iure ciuili positiuo, ut in terminis trad. Bar. in repe. d. l. 1. num. 70. C. de sac. eccl. Dec. in d. l. ius nostrum. sub nu. 7. cum aliis adductis per Tiraq. in 13. priuil. piæ cau. & per nos infra cap. seq. nu. 39. cum seq.

Ad secundum fundamentum de quo supra nu. 45. 46. & 47. respondetur, quod cum ex dispositione d. c. relatũ. in testamento ad pias causas sint sublatæ omnes solennitates iuris ciuilis, & redactum sit testamentum istud ad meros terminos iuris naturalis & gentium, uirtualiter & in necessariam consequentiam erit sublata solennitas tituli institutionis in legitima filii, quæ est solennitas iuris ciuilis, ut supra late nume. 42. & 43. nec ex hoc potest dici correcta per canonem dispositio iuris ciuilis, nec in totum derogatum iuri liberorum circa titulum institutionis, sed tan-

74 tum inducta limitatio in casu isto fauorabili particulari quando agitur de testamento ad pias causas: cum enim simus in materia fauorabili in qua agitur de salute animarum debet ampliari, & fieri lata interpretatio etiam si essemus in correctoriis, prout in terminis declarauimus supra hac par. cap. 1. nume. 9. iuncto nume. 19. ubi late ostensum fuit dispositionem d. cap. relatum. potius dici debere limitatoriam iuris ciuilis, quàm correctoriam, & in omnem euentum fauorabilem, & ampliandam etiam quod esset correctoria.

Nec obstat tertium quod causa filiorum sit fauorabilior pia causa respectu legitimæ, ut supra nume. 48. & 49. quia posset procedere arg. quã-

75 do essemus, in casu in quo filio non

esset relicta legitima, sed omnino prę teritus aut in totũ exhæredatus fuisset, quo casu habet locum consilium Augustini ibi relatum, ut latissime su pra d.num.49. & prout etiam firmauimus infra par.3.cap.3.nume.184. nos uero loquimur, ubi legitima est filio relicta, sed non titulo institutionis, de quo solo parum est curandum habito respectu ad fauorem piæ causæ propter remissionem peccatorum
76 & salutem animarum, quæ cunctis rebus sunt præponendæ, ut late supra par.1.cap.12.num.2.& seq. quinimo retenta opi. quod excepta legitima priuilegium piæ causæ sit filiis fauorabilius de quo latius ibi. d. cap. 12.
77 nume.2.& seq.& nume.25.arg. retorquetur incontrarium, quia priuilegium piæ causæ excepta legitima filij tanquam potentius præferri debet, quia illud præferri debet in quo est maior fauor, & causa magis fauora-
78 bilis, iux. trad. per Bar. in trac. ad reprim. uer. non obstantibus. nume. 9. & seq. Bald. in auth. habita. nume. 33. C. ne fil. pro patre. & latissime Dec. in cap. in præsentia. sub nume. 51. in uers. secunda conclusio supradicta. de proba. cum aliis supra adductis nume. 50. & infra latius cap. seq. numero 14. & 15.

Ex quibus patet nihil obstare, quod filius quo ad legitimam uideatur tractare de damno, & idcirco anteponẽdus piæ causæ, quę dicitur tractare de titulo mere lucratiuo, ut late sup. nume. 51. & pluribus seqq. quia ut proxime dixi in casu, de quo agitur non agitur de præiudicando filio in ipsa legitima, & in portione substantiæ sibi debita, sed tantum de titulo quo relinqui debet.

Postremo non obstat quod filius, cui relicta est legitima, sed non titulo institutionis dicatur præteritus, quo casu propter uitium præteritionis nõ sustinetur testamentum etiam ad pias causas, ut supra nume. 60. 61. & 62.
79 quia pro responsione est animaduertendum quod licet hodie filius, cui non est relictum titulo institutionis dicatur præteritus ex dispositione. d. §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appel. cogno. hoc tamen procedit ex dispositione iuris ciuilis quantum ad hoc ut testamentum sit
80 ipso iure nullum, prout si uere præteritus esset, sed tamen quoad ipsam naturalem ueritatem non est nec potest dici præteritus filius cui relictum est aliquid in testamento, licet non titulo institutionis, sed alio quocunque ut etiam præcise considerat, & respondet Ruy. consi. 11. nume. 3. uol. 2. quod pręter quod patet ad sensum, ex eo quoq; fit manifestũ, quod licet iure ueteri C. testamentum in
81 quo filius uere erat præteritus esset ipso iure nullum tamen satis erat, si legitimam, uel aliquid minus licet non titulo institutionis pater ei reliquisset nec ex hoc testamentum erat nullũ, prout erat quando uere præteriebatur, ut utrunq; probat tex. clarus in l. omnimodo. ad fi. prin. in uers. & hæc quidem. iuncto uers. seq. incip. si uero uel præterierint. C. de inoff. testam. &
82 de iure pandectarum hoc idem probatur, quo etiam iure testamentum annullabatur uitio præteritionis. l. inter cætera. ff. de lib. & post. & tamen si fuisset relicta filio legitima sua titulo legati, uel alio quocunq; & in reliquo exhæredatus non dicebatur præteritus, & idcirco testamentum non erat nullũ prout fuisset si uere præteritus esset; & nouissime Mar. Ant. Cucc. de legi. in d. §. quoquo relicti titulo. sub nu. 3. uers. altero uero casu. car. 76. tũc
83 aũt uere & naturaliter loquendo diceretur præteritus, quãdo pater nihil penitus

nitus ei relinquendo silentio eũ præteriisset, quod ultra tex. in d.l. omnimodo. proxime allega. sunt, & alii ad literam, ut aiunt, in l. miles ita. in uersi. si miles; ibi silentio præteriit. ff. de milita. testamen. & in l. si cum uel in utero. ibi, nullam eius in testamento fecit mentionem. C. eod. & in l. quidam filium. in princip. ibi eum præterijt nullo ei penitus relicto. C. de fideicommis. & opti. text. in §. posthumi. in uersi. sed fœminini. ibi aliquid eis legaretur ne uiderentur præteritæ esse per obliuionem. insti. de exhæreda. libe. ergo si aliquid filio sit legatum non dicitur præteritus, ut ibi est tex. clarus, & est glos. not. in l. si quis filium. uer. intelligitur. C. de libe. præt. ubi dicit, quod præterire est nullam de eo facere mentionem, ut uoluerũt Iacob. de Are. Petr. & Cyn. relati per Bart. in auth. ex causa. nume. 10. eod. titulo; & quamuis Bart. eos reprobet, hoc tamen uerum est, & glo. & Doct. prædicti uerum dicunt secundum ue
84 ram, & propriam significationem uocabuli ipsius uerbi (præterire) quod significat penitus tacere, & nullam facere mẽtionem, ut habetur per Ambro. Calepi. in uer. prætereo. Ex Cicerone, & Ouidio alijsq; humanarum literarum professoribus per eum allegatis; quamuis ex iuris ciuilis dispositione ad effectum, ut non seruata for
85 ma à lege introducta testamentum sit ipso iure nullum, filius dicatur præteritus ubicunque legitima non est sibi relicta iure institutionis, prout ad hũc effectum, & hoc respectu loquuntur iura, & authoritates supra alle. nu. 60. & sic filius dicitur præteritus respectu formæ à lege inductæ, & sic secundũ quid; sed uere simpliciter, & absolute loquendo non potest dici præteritus, quando sibi aliquid fuit relictum, & de eo fuit facta mentio, ut in terminis bene considerat, & declarat Dec. omnino uiden. in d.l. posthumo. sub nume. 5. in uersi. Et ulterius considerandum est. C. de bo. posses. contra tabu. & Cardi. consil. 60. nume. 2. cum seq. & idcirco filius, cui aliquid est relictum, cum non sit simpliciter præteritus, sed secundum quid, uidelicet respectu formæ à lege inductæ non po
86 test dici uere præteritus, quia non dicitur uere, & proprie tale, quod non est simpliciter tale, Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. & sup. par. 1. cap. 16. nume. 215. Et quamuis lex potuerit facere, quod habeatur pro præterito, & testamentum sit ipso iure nullum, quoad omnes iuris effectus proinde, ac si uere præteritus esset, tamẽ non potuit facere quod secũdum ueritatem naturalem sit uere præteri-
87 tus, quia naturalis ueritas iuris authoritate immutari non potest, l. 2. §. 1. ff. de usufruc. ea. re. quæ usu consu. Ias. in l. si is qui pro emptore. num. 271. ff. de usucap. cũ infra late adductis par. 3. c. 3. num. 216.

88 Quamuis igitur testamentum in quo filius secundum naturalem ueritatem est uere præteritus, cui penitus nihil relictum fuit non ualeat etiã ad pias causas, quia hoc esset contra officium pietatis, & naturalis charitatis, secus tamen quando ex ipsa iuris ciuilis tãtum dispositione dicitur præteritus eo quod non fuerit sibi relictum iure institutionis, cum non possit isto casu dici testamentum factum contra officium pietatis naturalis, prout bene declarat Bart. in repet. d. l. 1. nume. 61. & sequentibus. C. de sacr. ecclesi. & Paul. de Cast. uiden. in d.l. sicut certi. ad fin. C. de testamen. milita. Et de hac uera & (ut ita di-
89 cam) naturali præteritione intelliguntur contraria de quibus supra num. 61. & sequen. non autem de illa ciui-

li,& ficta, ut ita quoque dicam, prætetitione, quæ prouenit ex constitutione iuris positiui, quæ non attenditur in hoc testamento ad pias causas, sed in quo solum ueritas naturalis, & dispositio iuris gentiũ attenditur, ut toties sup. replicatũ fuit, sed de his satis.

90 Nec dicatur quod etiã in testamento inter liberos in quo pariter est remissa omnis solennitas iuris positiui, & est redactum ad ius naturale, & gentium, non tamen censetur remissa solennitas tituli institutionis introducta ad fauorem ipsorum filiorum, ut uidimus supra latissime par. 1. cap. 16. nume. 57. 58. & multis sequentibus, ita ut idem quoque sit dicendum in hoc testamento ad pias causas condito, quia huic motiuo colligitur respõsio ex trad. ibi num. 67. & sequen. ubi ostendimus maximam esse diuersitatem rationis inter unum casum, & alium, quæ hic non repeto.

Et prædicta fortius sine dubio procederent ubicunque ageretur solum
91 de legatis factis piæ causæ non autem de totali institutione, nam talia legata etiam filio totaliter, & uere præterito conseruarentur de iure communi ex dispositione auth. ex causa. & in corpore unde sumitur. C. de lib. præte. quæ locum habent in legatis piis,
92 ut not. Bart. in repet. d. l. 1. nume. 60. & Bald. sub nume. 98. C. de sacr. eccl. quamuis & ibi Bald. contrarietur Bar. in eo quod Bar. uoluit talia legata pia
93 non conseruari quãdo filius fuit ignoranter præteritus, ut ibi latius per eũ nume. 59. cum late congestis pro hac opinio. per Tiraquel. in l. si unquam. uer. libertis. nume. 81. C. de reuocan. dona. cuius contrarium uoluit Bal. ibi sub d. nu. 58. uolens etiam filio ignoranter præterito huiusmodi pia legata firma remanere, cum quo Ias. in d. auth. ex causa. num. 6. cum latius adductis per Tiraquel. d. uer. libertis. nume. 87. quæ quidem opinio sine du-
94 bio procedit in legatis pijs factis pro incertis, & male ablatis pro restitutione usurarum, & exoneratione conscientiæ, quæ uidentur quodammodo legata necessaria necessitate, scilicet causatiua ne testator animam perdat, non autem ex causa meræ libera-
95 litatis, & in quibus testator uidetur potius cogitare de se ipso, & de anima propria, quàm de fauore eius cui relinquitur, & idcirco debentur etiã
96 filio ignoranter præterito, quia præsumitur idem relicturum fuisse etiam
97 si haberet mille filios, quia prima charitas incipit à seipso. l. præses. quæ semper ad hoc allegatur. C. de ser. & aqua. iux. illud, ordinauit in me charitatem cant. 2. c. si non licet. ad med. ibi, quoniam regulam diligendi proximum à temetipso accepit, 23. q. 5. cap. qui uult. & ubique not. glos. de pœniten. distinct. 3. & bo. glos. in cap. petitiõ. in glo. fin. ad med. de iureiu. cum aliis in proposito supra adductis cap. præceden. nume. 40. ut in terminis conclu-
98 dit Bal. i l. filio præterito. col. 2. in pric. & post eũ Ang. & Imo. ff. de iniust. testa. & in l. Titius. ad fi. ff. de lib. & post. & idẽ in d. l. 1. i lec. sub nu. 5. C. de sac. eccl. Ias. post alios in d. auth. ex causa. nu 6. & i l. precib. sub nu. 8. in uers. sed inuenio. & Dec. sub nu. 14. C. de impu. & bene Aret. cõs. 93. col. j. in uers. circa primũ. Anch. i c. j. notab. 7. ad med. ibi sed intellige sanè. de testa. li. 6. Soz. in l. morib. col. pe. ante nu. 33. uers. & pro hoc bene facit. ff. de uul. & pup. & in l. cũ auus. nu. 46. in fi. cum seq. ff. de cõdi. & demõ. cũ alijs late adductis per Tiraq. in 68. priuil. piæ cau. & in d. l. si unquam. uer. libertis. nu. 88. C. de reuocan. dona. hæc enim legata pro exoneratione cõscientiæ de quib. loquimur sũt potẽtiora, & fauorabiliora cæteris

piis

pijs legatis, & fortius debentur quasi æs alienum, ut late supra hac par. c.
99 2.num.73.74.& 75.cum tribus seqq. sed in cæteris quoq; legatis pijs, quæ testator uerisimiliter relicturus fuisset etiamsi sciuisset filios habere, idē est concludendum, ut debeantur etiā filio ignoranter prçterito, ut per Pau. de Cast. in l. sicut certi. sub nu.3.C.de testa.mil. secus uero ubi testator ignorāter posthumo præterito fecisset ampla legata pijs locis, quæ uerisimiliter relicturus non erat si sciuisset filium habere, seu uxorem prægnantem, & in isto casu procedat opi. Bar. in repe. d.l.1.nu.59.C.de sac. eccle. cum quo transit Bal. ibi in lec.nu.5.& in hoc casu idem fatetur Bal. ipse ibidem in repet. sub d.nu.58. & ita se declarat expresse Bar. in d.l. filio præterito. col.4. in uers. præterea hoc persuadet æquitas. ff. de inius. testam.

Valet ergo hoc testamentum ad pias causas absq; ulla prorsus solennitate iuris positiui ex sola simplici, ac rudi, & ut ita dicam, uoluntatē naturali intantum, quod tollit prius præ-
100 cedens testamentum cum septem testibus, & quacunque alia iuris ciuilis solennitate munitum etiam quod in eo esset pariter instituta causa pia, ut in terminis concludit Pau. de Cast. in consi.327. per totum par. 1. cum aliis late congestis per Zun. in respon. pro uxo.nu.593.& Tiraquel. in 2.& 5. priui. piæ cau.& nos sup. par.1.c.16.nume.232. prout etiam in simili de testō inter liberos latissime ibi ostensum fuit nu.230.& plurib. seqq. usq; 238.

101 Est ergo remissa in hoc testamento ad pias causas omnis, & quæcunque solennitas iuris positiui non solum respectu earum quæ concernunt formam extrinsecam ipsius testamenti, de quibus satis hucusque loquuti sumus, sed etiam quoad concernendū formam intrinsecam circa efficaciam, & uigorem dispositionis, & habilitatem personæ ipsius testatoris, ut ex infra dicendis cap. proxime latius apparebit.

Secunda Par. Cap. IIII.

In testamento ad pias causas est remissa quæcunque inhabilitas tàm circa efficaciam dispositionis, quàm personam testatoris, proueniens à iure positiuo non autem à iure naturali, & gentium.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ad pias causas est solutum ab omni observatione iuris ciuilis, tàm circa solennitates in testamento adhibendas, quàm efficaciam dispositionis, & habilitatem personæ testantis.*
2 *Quæstio sabatina Pylei.*
3 *Vbi apparent duo testamenta diuersa, eodem tempore confecta, si non potest apparere quod eorum sit prius, vel posterius neutrum valet.*
4 *Dispositio testatoris ratione incertitudinis vitiatur. & nu.16.*
5 *Ex duobus testamentis eodem tempore confectis illud præualet, & efficax est in quo est instituta pia causa.*
6 *Dispositio ad pias causas non vitiatur ratione incertitudinis; & nu. 17.*
7 *In dubio iudicandum est pro pia causa.*
8 *Illa opinio præualet, quæ fauet piæ causæ prout & quæ fauet fisco.*
9 *Valet argumentum à fisco ad piā causam.*
10 *In dubio contractus, & testamentum illud præualet, quod fauet piæ causæ.*
11 *Ex duobus hæredibus in diuersis testamentis institutis in dubio is præfertur qui in possessione bonorum reperitur.*
12 *In pari causa, melior est conditio possidentis.*
13 *Priuilegium piæ causæ præfertur priuilegio, & conditioni possessoris.*

14 Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, secus ubi priuilegium vnius est potētius & fauorabilius.

15 Monasterium Monialium reputatur magis pium Monasterio virorum.

16 Dispositio testatoris vitiatur ratione incertitudinis.

17 Non tamen vitiatur fauore piæ causæ.

18 Duplex species dispositionis captatoriæ distinguitur.

19 Sarmienti Rotæ Auditoris inaduertentia.

20 Disputatio nominis, & verborum pertinacibus est relinquenda.

21 Vltima voluntas non debet pendere à voluntate tertii.

22 Institutio facta de Titio si ipse me instituet, tanquam captiosa, & deceptoria reprobatur.

23 In prima specie dispositionis captatoriæ collata in voluntatem tertii valet dispositio ad pias causas.

24 Hæc prima species dispositionis captatoriæ, est prohibita mera iuris ciuilis dispositione, quæ non attenditur ad pias causas.

25 Secunda species dispositionis captatoriæ solum quoque reperitur prohibita ex dispositione sen. con Liboniani.

26 Et in hac specie valet quoque dispositio captatoria ad pias causas.

27 Dispositio captatoria prout ex sola dispositione iuris ciuilis prohibita reperitur, ita & contrario statuto, & consuetudine permitti potest.

28 In contractibus dispositio captatoria non censetur prohibita, sed permissa, quod exemplo declaratur.

29 Doctores quamplurimi tenentes dispositionem captatoriam etiam ad pias causas nullam esse recitantur.

30 Et talis dispositio tanquam contra bonos mores non est permissa etiam militibus.

31 Relicta nominatim ab vno herede ab altero regulariter non debentur prout & relicta ab instituto ab eius substituto repetita non censentur.

32 Fauore tamen piæ causæ censentur a coharede substituto repetita.

33 Legatum rei alienæ à testatore ignoranter relictum non valet.

34 Valet tamen speciali fauore libertatis & piæ causæ.

35 Legatum rei alienæ ad fauorem piæ causæ an ualeat de iure canonico. & nume. 37.

36 Tex in cap filius de testam. habet uarios intellectus.

37 Dispositio iuris ciuilis circa legatum rei alienæ ad fauorem piæ causæ uidetur etiam de iure canonico approbata.

38 Regula iuris est quod quis non potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus.

39 Hæc tamen regula iuris ciuilis non attenditur in testamento ad pias causas.

40 Nec in testamento militari; & vbicunque testamentum sustinetur de iure naturali.

41 Et in his testamentis hæreditas ad tempus & ex certo tempore dari potest.

42 Substitutio directa post aditam hæreditatem fieri potest ad fauorem piæ causæ.

43 In primis semper de habilitate personarum quærendum est.

44 Plures sunt personæ, quæ de iure testari prohibentur.

45 Et de iure ciuili non est cum eis dispensatum, etiam ad fauorem piæ causæ.

46 Est tamen per ius canonicum virtualiter dispensatum respectu cuiuscunque inhabilitatis ex mera iuris ciuilis prohibitione prouenientē.

47 Ius Diuinum est indispensabile.

48 Bar. opin. in repet. l. 1. C. de sac. eccle. reprobatur.

49 Sermones licet circa generalia sint faciliores tamen circa particularia sunt veriores.

50 Filiusfamilias de iure positiuo prohibitus est testari etiam patre consentiente.

51 Potest tamen testari de iure canonico ad pias causas etiam in quibus patri quæritur vsusfructus saltem eo consentiente.

52 Dubius de statu suo an possit ad pias causas testari.

53 Damnatus ob carmen famosum per sen. cons. prohibitus testari, potest tamen testari ad pias causas.

Cæcus

54 *Cacus utroque lumine potest testari ad pias causas absque solennitate requisita de iure ciuili per l. hac consultissima C. qui testa. face. pos.*

55 *Et hac solennitas potest per statutum remitti.*

56 *Surdus simul, & mutus à natura non potest facere testamentum.*

57 *Et tamen potest illud facere ad pias causas dummodo intelligat quod agit.*

58 *Miles etiam eodem morbo laborans testari potest.*

59 *Et Princeps potest in huiusmodi defectu dispensare.*

60 *Secus si talis propter morbi accerbitatem perdidisset etiam intellectum, quia tunc aquiparatur pupillo, & furioso.*

61 *Et talis surdus, & mutus etiam ad pias causas testari non posset.*

62 *Vbi adest defectus iuris naturalis non potest per ius canonicum aut per quemuis supremum Principem dispensari.*

63 *Surdus et mutus qui nihil intelligit habetur tanquam homo mortuus.*

64 *Opi. Doc. in hoc articulo, qua uidentur contraria conciliantur.*

65 *Iura naturalia sunt immutabilia, nec per quacunque uerba censetur circa ea dispensatum.*

66 *Prohibitio iuris ciuilis, quod pupillus testari non possit, est fundata in ratione iuris naturalis.*

67 *Nec ualet dispensatio in contrarium.*

68 *Non potest pupillus etiam ad pias causas testari.*

69 *Et quid in pupillo doli capace, uel in quo malitia supplet atatem.*

70 *In testamento militis non est remissus defectus proueniens ex imbecillitate intellectus.*

71 *Miles pupillus testari non potest.*

72 *Pupillus doli capax obligatur naturaliter.*

73 *Et cum eo potest per Principem dispensari, ut testari possit.*

74 *Non est recedendum à communi opi. sine tex. uel efficaci ratione.*

75 *Pupillus proximus pubertati, & doli capax quis dicatur.*

76 *Pupillus doli capax dicitur habere aliquẽ intellectum, & obligatur naturaliter, & ex delicto & etiam iuramento.*

77 *Et tamen non dicitur habere mentem stabilem nec integrum iudicium.*

78 *In testamenti factione requiritur integrũ iudicium, & mentis stabilitas, quia in eo agitur de summa rerum.*

79 *Defectus integritatis iudicii prouenit à natura non à iure positiuo.*

80 *Vbi lex super iuris prasumptione statuit, & figit pedes non admittitur probatio in contrarium.*

81 *In pupillo proximo pubertati malitia potest supplere atatem ad effectum etiam testandi.*

82 *Malitiam supplere atatem quid importet.*

83 *Dispensatio Principis prasumitur facta cum causa sufficienti.*

84 *Pueri Florentini uidentur senes in sensu, & in loquela.*

85 *Furiosi & similes propter defectum intellectus natura testari prohibentur.*

86 *Nec potest cum eis dispensari, ut testari possint.*

87 *Nec etiam possunt testari ad pias causas.*

88 *Possent tamen testari tempore quo haberẽt dilucida interualla.*

89 *Testamentum ad pias causas conditum, est actus qui conuenit cuicunque optimo Christiano & homini sana mentis.*

90 *Testamentum furiosi fuit à senatu approbatum, quia apparebat recte conditum.*

91 *Donatio furiosi ad pias causas ualet, quod declaratur nu. 96. & 97.*

92 *Sententia prudenter lata à quodam fatuo Parisiensi.*

93 *Actus gestus à furioso, an & quando prasumatur gestus tempore furoris, uel dilucidi interualli.*

94 *Actus quantumcunque recte gestus à furioso tempore furoris nihil ualet.*

95 *Prudenter gesta à furioso uidentur potius prouenire à casu quàm à iudicio rationis.*

96 *Donatio furiosi ad pias causas uotum, professio, & quiuis actus religiose gestus tẽpore furoris nihil ualet.*

97 *Tex. in cap. sunt qui opes. 17. q. 4. declaratur.*

98 Prodigus, & pupillus, furioso aequiparantur.

99 Prodigus, cui bonis est interdictum non potest testari etiam ad pias causas.

100 Status seruorum, qui omnium bonorum dominium amittunt, est annihilatus de iure gentium, nec habent testamenti factionem.

101 Nec cum eis Princeps uidetur posse dispensare.

102 Nec possunt testari etiam ad pias causas.

103 Obsides non possunt testari, nisi permissu Principis.

104 An uero possint testari ad pias causas remissiue.

105 Damnati ad mortem, deportati, & alii effecti serui poena, bonis omnibus priuantur, nec testari possunt etiam ad pias causas.

106 Banditi, & damnati ad perpetuum carcerem, an possint condere testamentum remissiue.

107 Vbicunque poena adimit libertatem, & bona, priuat etiam factione testamenti, secus si bona tantum.

108 Institutio facta de pia causa ab eo cuius bona sunt confiscata, an & quando possit habere effectum.

109 Banditi nostri temporis in exilium missi, damnati ad triremes, & similes, an testari possint.

110 Excommunicatus regulariter etiam ad non pias causas habet testamenti factionem.

111 Vsurarius manifestus non potest testari etiam ad pias causas, nisi seruata forma capituli, quamquam. de usuris lib. 6.

112 Publicae meretrices, & alii criminosi existentes in peccato mortali, & infideles, an possint testari ad pias causas.

113 Haereticus, qui est priuatus ipso iure omnibus bonis testari non potest.

114 Monachi, & Religiosi incapaces bonorum, an possint testari ad pias causas.

CAP. IIII.

1 CVM igitur testamentũ istud ad pias causas sit solutum liberumq; ab omni obseruatione iuris ciuilis non solum respectu numeri testium, de quo est noster principalis tractatus, & cuiuscunque alterius solennitatis circa formam extrinsecam testamenti, prout cap. proximo praecedẽti latius ostẽsum fuit, uerumetiam circa efficaciã dispositionis, & habilitatem personae testatoris, idcirco nolui ea silẽtio praeterire, quae ad materiam nostram pro prius accedere uidentur. Quantum autem attinet ad efficaciam dispositionis
2 primo occurrit quaestio Sabatina Pylei posita per glo. in l. fi. uer. missus. C. de edi. di. Adria. tol. & per Azo. ibi in summa nume. 5. de duobus diuersis testamentis eodem die, & tempore cõfectis, ubi diuersae fuerint in-
3 stitutae personae, quia si non potest apparere, quod eorum sit prius, uel posterius, neutrum ualet, & ex nullo eorum potest adiri haereditas arg. l. eum qui duobus. & ibi glo. Dyn. Bart. cum lata apostil. Bal. Ang. Paul. de Cast. & Imo. ff. de acqui. haere. Bart. Brixien. in suis qq. dominica. q. 56. incip. cũ duae mulieres. in solu. quaestionis in fi. post Hug. antiquum glossatorem ibi per eum relatum. & Azo. proxime alleg. d. nume. 5. glo. plenior in l. 1. §. 1. uers. ueteres. ubi latius Bar. ff. de bo. pos. secundum tabu. & gl. ordi. in d. l. fi. uer. missus. ubi Doct. omnes, & late Albe. & post alios Ias. nume. 30. & Dec. nume. 52. cum seqq. & Curt. iun. nu. 79. attestan. de communi. C. de edic. di. Adr. tol. & ibi allegant concordan. & late quoq; Ang. Aret. inst. de ademp. lega. super glo. in uer. Seio. Old. consi. 1. nume. 9. glo. 1. Io. And. Ancha. & caeteri in cap. duobus. in fin. de rescri. lib. 6.

lib.6.Euerar.in locis lega.in loco à fisco ad eccl.centu.26.in uersi.& in primis per istam æquiparationem. Aym. consi.143.nume.5.Alcia.de præsumptio.regula.3.præsumptio.43.nu.2. & post alios per eum relatos Francis. Mantica de coniectu.ult.uolun.lib.2. titu.ultimo.nume.17.& ista est communis resolutio, ut dicit Boer. decis. 311.nume.3.& Iul.Clar.lib.3.senten.
4 q.100.& ultima;nam & ratione incertitudinis dispositio testatoris uitiatur. l.si ita fuerit.ff. de reb. dub. cum sim. late adductis supra cap.proximo præcedenti nu.17.& plurib. seqq.
5 Et nihilominus si in altero esset instituta pia causa illud præualet, & efficax est, & ex eo potest efficaciter hæreditas adiri in quo reperitur institu-
6 ta pia causa, tum quia ratione incertitudinis non uitiatur dispositio ad pias causas, ut latissime d.c. proxime præceden.num.18. & pluribus seqq.tum
7 quia in dubio iudicandum est pro pia causa, & illa opi. præualet, quæ fauet piæ causæ.l.sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fune. l. inter pares. ubi late
8 Ias.nume.1.& seqq.ff. de re iud. cum aliis congestis per Tiraquel. de priui. piæ causæ.priui.146.& 148.tum etiã, quia idem uidemus constitutum in contractibus fauore fisci, in l.1.ubi late Bart.C.de iu. fis.lib.10.à quo ualet
9 argumen.ad piam causam, & ad Ecclesiam, ut habetur in l. fin. ubi glos. & Doc.not.C.de sac.eccle.& in auth.de non alienan.in §. finimus. ibi, utique cum nec multum differant. & ibi gl. & glo.not.in l.si procurator.in glos.fi. ff.de iu.fis.& in l.uni.C. de senten.aduersus fis.lat.retract.lib.10. not.cano. in c.1.& 2.de in int.rest. & in cap. pe. iux.quintam lect.Gof. ut ibi per Abb. nume.12.de iudi. & Abb. in cap.2.in fi.de præca. & latissime Euerar.d.centu.26.& in terminis per Rom. i auth. similiter. in 13. speciali contract. piæ cau.C.ad leg.Fal.Sozi.in tract. fallen. reg.310.in 33.priui.piæ cau.Bald.nouel.de dote in 1.priui.9.par.in fi.Sozi. etiam in l.1.nume.5. cum seq. & late Ias.col.1.in 4.amplia.& Rip.nume.3. & seq.ff.solu.mat. & Dec. in l.in ambiguis.sub nume.1. uersi. & quod dicitur.ff.de regu. iu. cum aliis congestis per Tiraquel.de priui. piæ cau. priuil. 126.concluden.in dubio contractum
10 pro pia causa quouis alio priorẽ præsumi, prout in contractu dotis, quæ dicitur pia causa communiter concludunt Docto.supra allegati in d. l. 1. ff. solu.mat.Dec.& Cagno.in d. l.in ambiguis.ff.de reg.iu.& latissime Bal.nouel.in d. 1.priui.9.par.de dote.si ergo hoc est in contractibus, ergo & in testamẽtis, ut in terminis arguit, & probat Soz.in d.33.priui.& Ias.in d.4.amplia.post Roma.in d.auth. similiter. in 12. speciali ult.uolunt. Felin.in c. pastoralis.col.4. in uersi. de duobus autem testamentis.nume.7. de rescript. late Ias.in d.l.fin.post nũme.30.in uersi.tertio.C.de edic.di.Adr.tol.ubi idẽ dicit de contractibus, & ita dicit se consuluisse Brixiæ in causa hospitalis magni, & ita fuisse iudicatum, prout uere consuluit in consi.61. uolum. 1. præsertim in tertio fundamento facto pro parte hospitalis; & ibidem quoq; late Dec.num.54.in d.l.fin. C.de edi. di.Adr.tol.& Tiraquel.in 35.priuileg. piæ cau.& Euerar.d.centu.26.ubi supra, & post alios Franc. Mantica ubi supra d.lib.2. titu. ulti. sub nume.17. & latius lib.6.tit.3.num.42.cum seq.
11 Quod in tantum procedit, ut & si aliàs in hoc dubio si quis ex duobus institutis reperiatur in possessionem, is sit alteri præferendus, ubi non appareat quod testamentum sit prius, uel posterius, eo quod in pari causa me-
12 lior est conditio possidentis.cap.in pari.

ri.ubi late Dyn. allegans concordan. de regu.iu.lib.6. & regula in pari. ff. eo.titu.opt.tex.in cap.si a sede.de præben.lib.6.cum aliis adductis per Dec. in cap.ex literis.nume.4.de proba. & in terminis trad.Bar.in d.l.1.§.1.ff. de bo.poss.secundum tabu.Ang.Aret.insti.de ademptio.lega. ubi supra, & late Dec.in d.l.fin.nume.53. C.de edic. di.Adr. tol. & Alcia. de præsumptio. præs.43. nu.4. & ante oēs Hugo quē refert & sequitur Bar.Brixien.d.q.56. in fi.& sequitur Ancha.in d.cap. duobus.in fi.de rescript.lib.6.faciunt in simili trad.per Bal.& post eum Felin.in cap.capitulum.col.14.in uersi.de concurren.nume.14. in fin. de rescript. & ibi latissime de materia ꝑ plures col. & in simili de contractibus Ias. in d.l. 1.nume.7.& Ripa nume.6.ff.sol. mat. & late post alios Alcia.d.præsumptio. 43.nume.5. cum cæteris seqq. usque ad fi. nihilominus testamētum ad pias
13 causas præfertur alteri etiam si in altero hæres institutus esset in possessio ne, quia priuilegium piæ causæ præfertur possessioni alterius argumen. c.fin. de re iudi. & l. inter pares.ff.eo. trad.Bar.multum in proposito in l. & quæ nondum.§.quod dicitur.ff.de pigno.& per hæc in terminis Dec. in d. l.fin.ad fi.in uersi.sed pulchra est dubitatio.C.de edic.di.Adr.tol. Ripa in d. l.l.ante nume.7.ff.solu. mat. & Tiraq. d.35.priui.piæ cau.uersi. & hoc adeo uerum est.& Mantica de coniect. ult. uolunt.d.lib.6.titu.3. nume.44. cum seq. quamuis contrarium in hoc uoluerit Ias.in d.l.1.nume.7.ff.sol.matr. dicens in hoc dubio præferri eum, qui est in possessione etiam ubi ex ad uerso datur persona priuilegiata per tex.qui uidetur id probare in cap. si a sede.de præben.lib.6.& eo tacito late Alcia.d.præsumptio.43.sub nume.4. & Cagno.in d.l.in ambiguis.nume. 7. ff.de regu.iu. sed tamen per hoc non est recedendum à priori ueriori, & magis communi opi. nam & termini conclusionis nostræ sunt diuersi à ter minis d.c.si à sede. si recte ispiciatur, sed hic non est locus de illius text.intellectu discutere.

Et hæc uera ubicunque in uno ex his testamentis esset institutus extraneus,in altero uero pia causa, quod si in utroque reperiretur instituta pia causa neutra esset præferenda, quia inter pariter priuilegiatos priuilegia
14 confundūtur, ita quod neuter utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, sed utuntur iure communi.l.sed & milites.ubi hoc not.Bald.ff. de excu.tu.& in terminis est bo. tex.ī auth. de sanctis. Epis.§.sed & hoc præsenti. in fin.per quem id uoluit glo. fin.in c. in præsentia.quam ad hoc not. ibi Docto.& latissime Abb. nume.36. in fin. & quattuor seqq. ubi late declarat de proba.& ibi quoque Felin.col.13.uersi.in ea glo.in fin.nume.29.& 30. ubi post alios latissime Dec. omnino uiden.num.51.cum seqq. & Petrus Paulus Cosenti.ibidem nu.114. not.Abb. per illum tex.in cap.cum causam.nume.2.de præben.tractat Io.And.in regula in iudiciis.de reg.iu.lib.6.in mercu.tradd.Docto.omnes, Pet.Cyn.late Bar.nume.3.4.& seqq. Bald.& cæteri in auth.quas actiones.C.de sac.eccle. & in terminis latissime Tiraquel.de priui.piæ cau.in 26.priuileg.uersi.sed quod primo loco.& duobus seqq. qđ si ex duobus piis causis una esset altera magis priuilegiata tunc illa præferenda esset, quæ haberet potētius priuilegium.l.uerum.§.fin. cum l.seq. & ibi Bart.& Bald.ff.de mino.tradd.omnes proxime allegati,& Alexan.in l.j. §.ad municipium.ff. ad leg. Falcid. & Bart. in extrauag. ad reprim. uer. non obstantibus.nu.9.& seq.Bald.in auth.

habita.

habita.num.33.C. ne filius pro patre. & supra cap.praeced.nume.50. & nume.78.puta si in uno esset institutum
15 monasterium uirorum, & in altero monasterium monialium,quia hoc reputatur magis pium, ideo hoc esset in dubio praeferendum, ut not. Cyn. & Bald.in l.cum multae.nume.3.C.de dona.ante nupt.Bald.in l.in multis. in fi.ff.de sta.hom.&Dec.in d.cap.in praesentia.sub num. 53. de probatio.& in terminis Dec.in d.l.fin.sub nume. 54. C.de edic.di. Adr.tol.per text.not. in auth.de eccle.titu.in §.si quis in nomine magni Dei, & ibi Ang.per Dec.allegatus,& Ias.in l.1 lect.1.nume.2. & lect.2.num.6.C.de sac. eccle.Francis. Mantica de coniect.ult. uolun.lib.8.titu.6.sub nume.6.uersi.& ex hoc quidem deducitur.

Hinc infertur ad aliud priuilegium circa efficaciam dispositionis ad pias
16 causas, quia licet aliàs dispositio testatoris ratione incertitudinis uitiari soleat iuxt. l. duo sunt Titii. & l.tutor incertus.ff.de testam.tut.l.in tempus. §.quoties.ff.de haere.insti.l.3.§. si quis duobus.ff.de adim. lega.l. si ita fuerit. ff.de reb.dub.l.cum ex pluribus.ff.de manumiss.testa.§.incertis.insti.de leg. cum aliis supra allegatis,cap. praeced. num.13. & cum infinitis sim.quae alle
17 gari possent; tamen fauore piae causae non uitiatur,sed efficax est,ut not.gl. in d.l.tutor incertus. per text. in l. id quod pauperibus.& in l. nulli licere. & l.si quis ad declinandam. C. de epi. & cle.prout latissime supra cap.proximo praeceden.nume.18.19.20.& 21. cum sequentibus ostendimus,ad quae me refero.

Et ex hoc inferri solet ad arduam q.de dispositione captatoria ad pias causas utrum ualeat,cuius difficultas prouenit ex intellectu cap. cum tibi. de testa.quem hic examinare non expedit; uerũ pro clara resolutione bre
18 uiter tamen, & conclusiue procedendo distinguenda est duplex species captatoriae dispositionis,altera est quando in effectu testator committit dispositionem suam in liberam uoluntatem tertii, & ad secretum alienae uoluntatis, & regulariter nihil ualet, de quo est text.in l.captatorias. & in l. si quis Sempronium. & in l. illa institutio.ff.de haere.inst.not.glo. & Doct. in l.captatorias.C.de testa.mili.ubi Pau. de Cast.nume.2.& Dec. nume.5.6.7. & 8.cũ seqq. late probans in hac specie uere dici, & esse hanc dispositionem captatoriam Ang.consi.201.nume.2.& 3. & late declarat Guiliel. de Benedic.in cap.Raynutius.in uer.condidit.nume.1.cum seqq. de testam. & Abb.in d.cap.cum tibi.12.oppo.Paul. de Cast.in l.captatoriae. circa princ.& Ias.nume.2.ff. de leg.1.& Ruy.consi. 20.nume.7.uolu.2.& Iul. Clar. lib.3. senten.q.6. uersi. quarto. à qua communi declaratione non est recedendum,quicquid uoluerint Couar. in d. cap.cum tibi.nume. 2. post Cuma. & alios per eum relatos d. nume.2.in fi.
19 & post alios nouissime Sarmien.olim Rotae Auditor selec. interpreta.lib.2. cap.4.nume.1.uolentes hanc non dici proprie captatoriam dispositionẽ, licet à iure reprobata fuerit; sed quia
20 uis est ĩ nomine, cuius disputatio pertinacibus est relinquenda iux.glos. & Docto.in rub.ff.solu.matr. & hic non est locus proprius,idcirco,siue stricte siue largo modo ista dicatur uoluntas captatoria, certum est quod nullius est momenti cum ultima uoluntas nõ
21 debeat pendere ab alterius uoluntate, sed per se firma esse debeat, ut ait
22 I.C.in d. l. illa institutio. Altera uero species captatoriae dispositionis ea est quae fit sub spe reciprocae institutionis,puta instituo Titium,si ille me instituet;

stituet; quæ reprobata est per Sen. Consf. tanquam captiosa, & deceptoria, de qua in l. illæ autem institutiones.ff.de hær.insti.& in l.1.in fin.ff.de his quæ pro non scrip. haben. & post glo.declarant Doctó. in d. l. captatorias.ubi Pau.de Cast.sub nume.4.uersi.tertio.Ias.nume.9.& Dec.num.14. C.de testam.milit.Pau.de Cast. in d.l. captatoriæ.in fin.ff.de leg.1. & latissime Couar.in d.cap. cum tibi. num.1. uersi.item illa dicitur.Sarmien.d.c.4. per totum.

23 In prima itaque specie communis est conclusio, quod ualeat dispositio captatoria ad pias causas per d.c.cum tibi.ubi est casus rotundus secundum Bar.in repet.l.1.num.64.C.de sac.eccle.idem uoluit Bar.in l. Theopõpus. nume.6.ff.de dote præle.Bart. Bal. & Pau.de Cast.in d.l.captatoriæ.in fin.ff. de leg.1.& in l.1.ubi Bar.num.4. Bal. & Pau.de Cast.in fi.ff.de leg.2.Bart.in l.utrum.§.cum quidam; & ibi Sozin. nume.4.ff.de reb.dub.Bar.consi.5.nume.2.& consi.6.in prin.uolu.1.Doct. communitr in l.captatorias.C. de testa.mili. ubi Paul. de Cast.ad fin.& latissime disputat Alexan. qui tandem communem sequitur nume.4.Ias. nume.12. ubi attestatur de magis communi,& quod ab ea non est in consulendo, & iudicando recedendum, licet postea subdat in puncto iuris sibi magis placere contrariam opi.per aliqua leuia quibus bene respõdet Dec. communem late comprobans nu.17. 18.& pluribus seqq.C.de testa. milit. late Ang.consi.97.& consi.201.Abb. consi.32.nume.3.uolum.2. Alex.consi.14.col.fin.uolu.1.Ias.consi.110.nume.3.uolu.1.Ruyn.consi.21.nume.4. ubi attestatur de communi uolum. 2. Paris. consi.83.nume.29.& 30. uol.2. & consi.45.nume.12. & 13. & consi. 89.num.44.uolum.3.tradd.cano. per illum tex.in d.c.cum tibi.ubi Abb.nume.4. & post alios latissime Couar.attestans de communi nume. 12. Guil. de Benedic.in d. c. Raynutius. in uer. condidit.nu. 8.de testam.& Iul. Clar. lib.3.senten.qõ. 6.uersi. quarto.addo Euerar.centu.27.circa fi.in uersi.hinc est quod licet uoluntas, quod in hac specie admittit etiam Sarmien.d.cap. 4.nume.8.cum aliis adductis per Tiraquel.de priui.piæ cau.priui.64.&Anto.Gabr.commu. conclu. lib. 6. titu. de pia cau. conclu. 3. nume. 1. Et licet doct. præfati indistincte affirment ualere dispositionem captatoriam ad pias causas, in exemplo tamen uere loquuntur in hac prima specie quando committitur dispositio in uoluntatem tertii,& in hac specie illam quoque admittit Ang. Aret.in tract.de testam.glo.16.nume.2.cum seq.secus dicens si dispositio committeretur in meram uoluntatem hæredis,ut latius ibi per eum; sed Docto. communiter contrarium sentiunt dum indistincte

24 loquuntur ut supra; cum enim ista sit mera prohibitio iuris ciuilis idcirco ad pias causas nõ attenditur, ut bene declarat, & probat Alexan. in d.l.captatorias.sub nume.4. uers. puto ueriorem.& Dec. num.18. cum seqq.& Alexan.in d.consi.14. nume. 7. uol.1. & Couar.in d.cap.cum tibi. sub d.nume.12.uers.& licet præfatam opi.ubi probat non solum quo ad legata, sed etiam quo ad institutionem hæredis communem hanc assertionem procedere, cum utrobique militet eadem ratio, ut ibi per eum.

25 Et ex hac ratione idem concludendum est in secunda specie dispositionis captatoriæ de qua supra num. 22. nam & illa quoque reperitur solum prohibita ex mera dispositione iuris ciuilis, uidelicet Sen.Consf. Liboniani in l. illæ autem institutiones. iuncta glo.

glo.uer. cenſuit.ff. de hære.inſt. in l.1.
ff.de his quæ pro non ſcrip.haben. &
declarat Sarmien.d.cap.4.ſelec.inter-
pre.lib.2.nume. 1. idcirco in hac ſpe-
cie etiam uidetur procedere commu
nis concluſio , prout communiter
26 Docto.indiſtincte loquentes de diſpo
ſitione captatoria, quod ualeat ad pias
cauſas firmare uidentur ; quod com-
probatur ex eo, quod ante diſpoſitio-
nem huius Sen. Conſ. talis diſpoſitio
cum non reperiretur prohibita utiq;
permiſſa erat , ut in ſpecie trad. Ripa
in l.moribus.nume.4.ff.de uul. & pu-
pil.& Sarmien. d. cap. 4. nume. 9. ad
med.&idcirco licet poſtea fuerit pro
27 hibita tamen etiam hodie contrario
ſtatuto, & conſuetudine permitti po
terit, ut per Alexan.in l. moribus.ſub
nume.4.& poſt Ang.& alios per eum
relatos ibidem late Sozi. nume. 3. &
Ripa nu.itidem 3.cum ſeq. ff.de uulg.
& pup.ſubſtitu.Ange. & Imo.in l.ca-
ptatorias.ff.de hære. inſti. & poſt eos
Alex.in l.captatorias.nume.2.& Dec.
num.3.cum ſeq.C. de teſta.mili.Ruy.
conſi.21.nume. 5.uolu.2. de quo late
Couar.in d.cap.cum tibi. num.13. de
teſtam. quod & admittit Sarmien.ipſe
in d.cap.4.nume. 9. ubi ingenue fate
tur hanc prohibitionem in ſpecie de
qua loquimur eſſe mere iuris poſiti-
ui, & ita per aliud ius poſitiuum corri
gi poſſe. Et ita quoq; uidemus in con
tractibus in quibus, ut dicit Sarmien.
28 iſta reciprocatio non eſt prohibita ,
ſed permiſſa, ut in terminis liberatio-
nis captatoriæ, ſi tu me hæredem fe-
ceris, habetur per gloſ. & Docto. in l.
cum donationis. ſecundum opi. Pla-
cen. quem refert ultimo loco ibi glo.
& ſequitur ibi Pet.Cy.Rayne.de For-
li.Iac.Butrig.Albe.Saly.Fulgo.Cuma.
& poſt eos Iaſ.nume.4. de tranſact.li-
cet contra Bul.quem ſequuntur Bart.
Ang.Paul.de Caſt.& Alexan. ibidem

quod hic examinare non intendo.
29 Et quamuis contra hanc concluſio
nem communem de diſpoſitione ad
pias cauſas tenuerit Iaſ.in d.l.captato
rias.ad fin. poſt Bald.Saly.Ange.Imo.
& Roma. per eum relatos, & alios in
hanc partem refert Tiraquel.d.priuil.
64.& Anto. Gabr. d. titu. de pia cau.
conclu.3.ſub num.1. in uerſi. contra-
rium.& ipſemet Iaſ.in l. more. nu. 3.
ad fin.iuncto nume. 4. cum ſeq.ff. de
acqui.hære.eo quod uideatur talis di-
ſpoſitio contra bonos mores, & late
comprobat, & ſequitur Couar.in d.c.
cum tibi.num.13.quem in hac ſpecie
ſequitur etiam Sarmien.d.cap.4. ante
nume.9. ibi ſed cadet captio. non ta-
men eſt in deciſiuis receden. a com-
muni, ut etiam ipſe Iaſ. fatetur in d.l.
30 captatorias. nam ad eius præcipuum
fundamentum, quod talis diſpoſitio
uideatur contra bonos mores, & id-
circo nõ permiſſa militibus, ut ibi ha-
2 stamentum, & morte praeuentus perficere non potuit, uel quando tantum praeparauerat se ad testandum iuxt. exemplum a nobis allegatū per L. C. in l. si quis cum testamentum. & in l. ex ea scriptura. ff. de testam. & in l. fideicommissa. in uersi. quoties. ff. de lega. 3. non ualet etiam ad pias causas, ut uoluit Bar. & expresse Pau. de Cas. in d. l. si quis cum testamentum. nu. 3. & nume. 5. & ibidem Rapha. Cuma. nume. 2. Aret. ad fin. in uersi. secundo casu. Bal. in repet. d. l. 1. sub nume. 61. C. de sac. eccle. & in d. l. ex ea scriptura. ff. de testa. de quo extat celebre cō sil. Oldr. 119. per totum. Ioan. And. in addi. ad Specu. tit. de instru. edi. §. cōpendiose. uersi. quid si prius. num. 31. addi. ex parte. ibi, sed fuit quaestio de facto. Ancha. in cap. 2. nume. 10. & in cap. cum esses. nu. 22. de testa. idemq; Ancha. in consi. 337. nume. 1. & nu. 2. ad fin. in uersi. sed contra ista. Imo. in consi. 91. in secundo dubio. Barba. in cap. relatum. 1. nume. 22. & pluribus seqq. eo. titu. Abb. consi. 105. sub nume. 2. & nume. 3. uolu. 2. & not. Paul. de Cast. in consi. 101. nume. 4. 5. & 6. uolum. 2. & consi. 451. col. 2. in princ. in uersi. sed tamen ipsis non obstant. eod. uolu. & in consil. 75. per totum. & 456. nume. 9. uolum. 1. Alexan. in consi. 105. nume. 3. & 9. uolu. 7. Dec. in cap. 1. sub nume. 15. uersi. sed tamen his non obstantibus. de fid. instrum. idem Dec. in consi. 159. col. 2. in uers. quibus tamen nō obstantibus. & col. seq. & consi. 488. nume. 11. & seqq. Paris. consi. 24. nume. 11. uolu. 3. & consi. 146. nume. 6. & seqq. uolum. 4. late Ias. consi. 196. col. 4. in princip. in uersi. ad idem. uol. 2. idemque Ias. in consi. 8. col. 7. uersi. quarto ad confirmationem. uol. 3. & latissime Ias. consi. 155. nume. 1. & col. 2. uersi. sed praemissis non obstantibus. & sequen. uolum. 4. Soz. iun. consi. 147. nume. 29. in fin. & nume. 30. cum seq. & 189. nume. 94. uolu. 2. & consi. 71. nume. 24. uolu. 4. Ruy. consi. 193. sub nume. 8. in uers. & clare probatur. & consi. 204. sub nume. 3. uersi. sed praedictis non obstantibus. & nume. 4. & nume. 7. in fi. cum seqq. uolu. 2. & in consi. 7. nume. 6. & seqq. & consi. xj. sub nume. 12. uolu. 3. Gual. titu. 2. cau. 15. nume. 6. Ana. in consi. 57. col. 1. qui reprobat contrariam opi. quam tenuit Bar. in l. in testamento. ff. de fideicom. liber. & latissime Ro. qui illam reprobat tanquàm falsam in auth. similiter. in 18. speciali piae cau. nu. 68. C. ad leg. Falc. & Guil. de Benedic. in cap. Raynutius. uer. testamentum. 1. nume. 72. de testam. ubi attestatur, quod contraria opi. ab omnibus tāquàm falsa reprobatur. Boer. decis. 93. nume. 10. & decis. 240. nu. 5. ubi alios cumulat, & attestatur de communi, Gramma. decis. 62. nu. 14. & 15. cum alijs adductis per Couar. in d. cap. relatum. el primo, nume. 9.

de

de testa.Iul.Clar.d.lib.3. senten.q.7. uersi.aliquãdo,& quarto.& alios plures congerit Tiraquel. in 7. priuileg. piæ cau.in uersi.contrarium. & Franciscus Vjuius commu.opi.lib.1.uer. testamentum imperfectum ratione uoluntatis. ubi attestatur de communi, & latissime quoque eam probat Natta in l. hac consultissima.§.ex imperfecto.num.139.cum seq.C. de testa.ubi loquitur tam de testamento inter liberos,quàm ad pias causas, & late Cepha.consi.294.nume.3. cum seqq. & nume.9.cum sequen. Anto. Gabriel. commu.conclu.lib.4.tit.de testa.con clu.9.nume.2.& seqq.& prout etiam de testamento inter liberos ibi nu. 1. & late Iul.Clar.d.li.3. senten.q.9. per totam,cum alijs latissime per nos adductis supra par.1.c.16.nu.260.& cæteris seqq.usq;ad fi.

Et quamuis Bar.in d.l.in testamento.ff.de fideicõmis. lib. in contrariam partem uideatur accedere,quem simpliciter refert,& sequitur Sozi.in tracta.fallen.regula 310.in 38.priui.piæ cau. & late cõprobat, & firmat Abb. in cap.1.nu.2. de success. ab intest. & Imo. qui tamen illam opi. limitat,& declarat in d. l. si quis cum testamentum. quem refert, & ad plenũ sequitur Ang.Aret.in §.ex eo.col.fin.in uersi.in glo.nullum.inst. quibus modis testamen. infirmẽ.& alios allegat Tiraq. in d.7.priui.in prin.quorũ plurimi loquuntur quando est defectus solennitatis nõ uolũtatis: tamẽ quicquid alii uoluerint, & ipsemet Tiraq. ibidem ad fin.in uersi.sunt tamen. præcedens opi.iux.cõclusionem nostram uerior, & magis communis est pluribus, ac

3 ualidioribus authoritatibus,& rationibus roborata, & contraria pars fundata in opi. Bart.in d.l.in testamento. est tanquam falsa communiter reprobata,ut attestantur Rom.Ana.&Guil. de Benedict.supra in princ.allegati.

4 Ex quibus patet hallucinatum fuisse Tiraquel.loco proxime allegatum dũ attestatur,quod d.opin.Bart.communior est, quam ipse inaduertenter sequitur per text. quem ait expressum in d.l. in testamento. qui tamen nihil

5 penitus concludit,cum solum probet ex testamento imperfecto deberi libertatem,& sic legata pia,non tamen loquitur quando est imperfectum ex defectu uoluntatis, & idcirco potest, prout debet intelligi de imperfectio-

6 ne solennitatis, non autem uoluntatis, cum iste sit defectus procedens a iure naturali in quo leges non dispensant,ut late supra cap.proximo.numero 65.66. & pluribus seqq.itaque uides quantum in hoc deceptus fuerit ibi Tiraquel.

7 Rursus quàuis aliqui uoluerint saluare opin.Bart.in d. l. in testamento, prout etiam ipsemet innuit quando uoluntas erat in se perfecta quo ad ipsam piam causam, puta quia non apparet, quod testator circa illam uoluerit ultra aliud disponere, quàm disposuit, licet ad alia transierit, & morte, aut furore præuentus non potuerit testamentum complere, ut per Dec. post alios per eum relatos d.consi.159. col.fin.in uersi.quarto & ultimo.& in d.c.1.col.5.uersi.non obstat.de fid.instru.& Nicel.super concordan.Barto. 210.quem refert Gabriel.d.conclu.9. nume.7.titu.de testamen.&Tiraquel. d.priui.7.in fi.uersi.sunt tamẽ qui hoc intelligunt. quam opi. etiam sequitur & probat Couar.in d.cap. relatum.1. nume.10.de testa.nihilominus, quod indistincte non ualeat talis dispositio opt.probat.& firmat Iul.Clar.post Sigismun.per eum relatum. d. quæst. 3. uersi.aliquando,&quarro.& latissime Natta in d.§.ex imperfecto.num.140. qui uideatur.

Sed

8 Sed hic cadit ardua,& pulchra dubitatio,an ex eo quod testator iusserit uocari notarium, ut de eius ordinatione,& uoluntate,quam coram testibus explanauit, redigeret testamentũ in publicam scripturam,& morte preuentus non potuerit notarius de testamento se rogare, prout testator fieri iusserat, dicatur testamentum imperfectum imperfectione uoluntatis ita,ut nõ ualeat etiam ad pias causas, uel solennitatis tantum.in quo articulo satis per doc. controuerso Oldr. in suo consi.119. ab omnibus celebrato concludit hic adesse defectum, & imperfectionem uoluntatis eo quia licet testator coram testibus expresserit totam eius uoluntatem, tamen ex eo, quod uoluit illam redigi per notarium in publicam scripturam, talis

9 uoluntas uidetur suspensa donec notarius de illa publice se rogauerit, unde antequam id fiat non potest dici

10 testamentum,sed potius quædam præparatio ad testandum,ut ibi latius per eum, & Ioan. Andr. qui attestatur ita fuisse iudicatum,Pau.de Cast.Anch. Barba.Imo. Alexan. Paris.Dec.Ruyn. Gram.Ias.Ana. & Sozin. iun. Cepha. & alii supra allegati nu. 2.& alii quãplures,quos refert,& sequitur Couar. d.cap.relatum. el primo, nume. 9. & Iul.Clar. d.q.7.uersi.aliquando & tertio.Alberic.in l.hac consultissima. §.si quis autem.uersi.quid si aliquis. C.de testam.Abb.consi.98.ad fin.uolum.2. Ang.in l.contractus.nume.4.loquens tam in contractu, quàm in testamento.C.de fi.instr.& nouissime Zun.pro uxo.nume.12.& nu.291.cum sequen. Mantica de coniect.ulti.uolunt. lib.2. titu.4.nu.6.quibus addo Guid. Papæ consi.55.nume.3.& decis.538.ad fin. uer.sed quid si notarius. & Anto. Gabriel.latissime titu.de testa.d. conclu. 9.nume.3.& 4. per totam,ubi in specie, quod non ualeat in his terminis dispositio etiam ad pias causas ibi, nu

11 me.6.Et ita quoq; in terminis piæ causæ in casu isto,ubi fuerat uocatus notarius ad effectum se rogandi de testamento, ego secundum hanc opin. de anno 1579.in facto obtinui in quadã causa matris meæ de qua supra mentionem feci par.1.cap.8.num.32. contra œconomum capellanum, & canonicos Sancti Laurentij in Damaso super quodam prætenso relicto Capellæ de Picchis in d.Ecclesia Santi Laurentii, per quæst.Achillem de Picchis facto.

12 Et ratio principalis huius opin. ex mente Doct. ea uidetur, quia ut dixi uolũtas testatoris uidetur suspensa in futurum notarii rogitum quem uoluit adhiberi,unde nõ potest dici perfecta ante illum sequutum,ut præcise declarat Pau.de Cast.in consi.75. col. fin.uersi. sed tamen ipsis non obstantibus.par.1.& consi.451.col.2.in prin. & in uersi.sed tamen ipsis non obstantibus.par.2.Abb.consi.98.ad fi.uol.2. Dec.consi.159.col.2.uersi.quibus taten non obstantibus. Paris. consi. 24. nume.10. in fin. cum sequen. uolu.3. Ruy.consi.11.nume.12. uolu. 3. nam & in ipso actu stipulandi (ut experiẽtia ipsa docemur) testatores sæpe mutant, addunt, & reuocant plura per eos prius ordinata,ut in proposito cõsiderat Iul.Clar.lib.3.senten. quæst.7.

13 in fin.quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, & non ueniunt ad conclusionem,& finalem effectum,ut dicit Bal.in l.multum.nume.2.ad fi.uersi.quandoque præcedit tractatus.C.si quis alt.uel sibi. idem Bal.in l.cum allegas.nu.8.C.de usu.Alexan.consi.13. nume.17.& consi.18.nume.2. & consi.28.num.3.uolu.1. Dec.in l.non omnis.nume.2.ff.si cert.pet.& in proposito idem Dec.d.consi.159.col.3. uersi.&

ſi.& retenta concluſiọne ſupradicta. & latius conſi.488.ſub num.9. in uerſi.quibus tamen.& ſimilib. & nu. 10. unde non ſufficit probare tractatum, ut dicunt Doct. prædicti, & not. Iaſ. in l.eleganter.in princ.nume. 2. ff. de cond.ind.

14 Quæ quidem opin. ex eo maxime confirmatur,quod in ſimili quoque uidemus in contractibus, in quibus licet partes ſint de omnibus concordes,tamen ſi uolunt,quod de eo rogetur notarius, licet nō ad ſubſtantiam contractus, ſed ad faciliorem probationem iux.l.contrahitur.ff. de pigno. & generalem orbis obſeruationem, nihilominus contractus non dicitur perfectus,niſi ſequatur rogitus,ut partes fieri uoluerunt, & idcirco interim donec ſequatur rogitus quilibet pœnitere poteſt, ut optime declarat Ange. in d.l.contractus. & poſt eum ibidem Pau.de Caſt.nume.9.& idem Pau. de Caſt.in l.cum res.nume.4. C. de proba.& in l.qui bis idem.nu.2.ff. de uer. oblig.& in conſi.241.col.2.in prin.in uerſ.ſecundus uero teſtis.par.1.Aret. conſi.159.in ſecundo dubio.Ruy.conſi.1.nume.10.uolu.3.late Iaſ.conſ.151. col.1.in uerſi. ſecundo.& col.ſeq.uolum.2.Sozi.iun.conſi.71.num.14.uolum.4.Boer.deciſ.48.nume.18.Affli. deciſ.39.num.4.Dec.d.c.1.ſub nu.14. cum ſeq.de fid.inſtr.& conſi.11.col.1. in uerſi.comprobatur.& conſi.159.nume.3.in fin.& ſeq. Anto. Gabriel. qui alios refert,com.conclu.lib.3. titu. de pac.conclu.3.nu.1.

Et quamuis non defuerint, qui in præſenti articulo contrariam partem firmauerint,prout Dec. in l. pactum, quod bona fide.nume.3. C.de pact.& idem late conſi.340.col.2. præſertim nume.2.& nume.3.ubi pluribus modis reſpondit ad fundamentum Paul. de Caſt. proxime allegati, Gratianus conſi.107.col.1.uol.1. & alij relati per Anto. Gabriel. d. conclu.3. ſub nu. 1. in uerſi.contrarium, & Rota ut patet ex deciſ.Peregri. 34. lib.1. & Put.43. lib.3.& nouiſſime ex deciſ.facta in illa Romana hæreditatis de Picchis, de qua ſupra etiam mentionem feci nume.11. coram Seraphino die prima Iunij 1583. & in principali articulo reſpectu teſtamenti late Alexan.conſ.4. num.13.& 14.uolu.7.Ruy.conſi.1.nume.21.& 22.& conſ.15.nume.20.uolum.2.Couar.d.c.relatum.ſub nu.11. in uerſi.tertia concluſio. ad med. ibi, nec oberit huic tertiæ concluſioni;& latiſſime Cepha.conſ.99.num.6.cum ſeqq.& nume. 18. uolu. 1.& Natta in repet.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.nume.146.& 147.C.de teſta. & alij quos ad plenum congerit Antonius Gabriel. qui hanc opi.late confirmat d.conclu.9. nume. 8. & pluribus ſeqq.in titu.de teſta. & latiſſime quoque Zun.d. reſpon. pro uxo.nu. 294. & pluribus ſeqq. & nume. 336. & ibi nume. 295. de communi atteſtatur contra Old. cuius tamen contrarium patet ex allegatis nume. 10.& ſecundum quam Old.opi.in facto obtinui, ut ibi dixi nu. xj.

15 Nihilominus poſſent iſtæ opi. non immerito ad concordiam reduci, ut facit Zun.proxime allegatus nu. 290. 291.& 292.iuncto nume.293. & pluribus ſeqq. ut dicamus, quod aut ex uerbis teſtatoris apparet ipſum uoluiſſe differre diſpoſitionem ſuam in aliud tempus,& in aduentum,& rogitum notarij, & illo caſu licet explanaſſet illam coram teſtibus uideretur tamen iſta præparatio potius teſtamenti, quàm teſtamentum, & procedat 1. opi. Old. & ſequacium ſupra relata nu.10.aut inſpectis negocijs, circunſtantijs, & ex uerbis ipſis apparet teſtatorem uoluiſſe omni mora poſtpo

ſi:a

sita testari, quia forte laborabat in extremis, & mori incipiebat, & totam eius uoluntatem coram testibus expressit, & pro perfecta, & absoluta illam habuit, & hoc casu, licet fuerit missum pro notario nõ tamen ex hoc arguitur, quod uoluntas fuerit suspẽsa in aduentum ipsius notarij: sed quo magis eius uoluntas patens esset de ea conficeretur publicum instrumentum, quod licet factum non fuerit, quia testator morte forsitan, aut phrenesi præuẽtus fuit, nihil impedit quo minus eius uoluntas ad pias causas, & inter liberos sortiatur effectũ postquàm per testes legitime probari potest, quamuis de illa nullum fuerit cõfectum instrumentum, ut testator ipse desiderabat, & procedat altera opinio contra Oldr. de qua supra proximo uersi. Et quamuis. cui suffragatur Couar. in d. c. relatum. sub nume. 11. in uersi. tertia conclusio. ad fi. quam etiã distinctionem probat, & repetit idem Zuntus ibidem, nume. 337. & sequen. & fuit consideratio Nattæ in d. §. ex imperfecto. nume. 147. ut patet in finalibus eius uerbis. uerum quia Zun. distinctio uidetur solum procedere in casu claro saltem ex ipsis negocij circunstantijs, nec per eam declaratur, quid dicendum in casu dubio. idcirco ex mente doc. alia uia res ista ad concordiam reduci debet, ut breuiter primam dicamus Oldr. opi. communiter a Docto. approbatam ueram esse, & regulariter procedere, adeoque iux. illius opi. regulam constituendam esse, ut ex uocatione notarij semper uoluntas imperfecta arguatur, & suspensa in futurum notarij rogitum, nisi clare ex uerbis ipsis testatoris, & negocij circunstantijs inspectis constet de contrario, & ita fallit regula prædicta in casu in quo clare, uel præsumptiue constet de uoluntate contraria testatoris, & procedat opinio contraria.

16 Et circa prædicta non est omittendum, quod ubicunque fuit uocatus notarius qui de testamento publicam scripturam confecit nihilominus testamentum non dicitur perfectum, & absolutum nisi constet, quod notarius illud legerit coram testibus, & testatore qui illud cõfirmauerit, nec ex eo quod scripsit præsumitur illud legisse iux. glo. no. quam ibi no. Bart. & Bal. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. 3. & not. idem Bal. in l. statutis. in prin. C. de sen. ex breui. reci. & i auth. quod sine. sub num. 1. C. de testamen. & idem Pau. de Castr. in l. hac consultissima. §. at cum humana. nu. 3. C. qui testa. face. pos. & idem ubi bene declarat, in l. si is qui. aliàs si quis cum testamentum. nume. 3. ff. de testam. & ibidem bene Rapha. Cuma. nume. 2. & Paul. de Castr. in consil. 75. in fi. par. r. Bart. & cæteri in l. sciendum. ubi post alios Ias. sub nume. 39. ad fin. ff. de uerbo. oblig. Felin. in c. 1. nume. 17. & ibidem Dec. nume. 14. de fid. instrumen. Ruy. 1. consi. nu. 7. 8. & nu. 13. & Ioan. Campegius in subscriptione ad illud sub num. 28. in uersi. ulterius, & quinto; & uersi: ultimo. uol. 3. & late, & bene Ruy. consi. 7. nume. 6. & seqq. eod. uolum. 3. Sozin. iun. consi. 147. nu. 15. uolum. 2. Mantica de coniect. ulti. uolun. lib. 2. tit. 4. sub nume. 6. Couar. in d. c. relatum. 1. nume. 11. de testamen. in 1. conclusi. Celsus Vgo consil. 102. nume. 2. Euerar. in locis lega. centu.

17 27. in uersi. Idcirco ad multa induci potest. nisi in scriptura sit appositum signum tabellionis, quia ex signi appositione præsumitur iustrumentũ perfectum, & absolutum, & uoluntas partium completa, quia est quidam terminus dispositionis redactæ in scripturam sicut termini lapidei sunt fines agrorum

agrorum, ut not. declarat Bald. in l. 1. nume. 22. C. de fid. instrumen. & iu. hasta fisca. lib. 10. & post eum Ias. in d. L. sciendum. nume. 39. in fin. & in l. si ita sit scriptum. sub nume. 15. ff. de leg. 1. Couar. in d. cap. relatum. sub d. nu-
18 me. 11. in prima concl. in fi. uel nisi in fine instrumenti notarius apposuerit illa uerba, quæ communiter apponi solent, actum ad significandum rem perfectam, ut not. tradit Bald. in d. auth. quod sine. col. 1. C. de testa. quem sequuntur Paul. de Castr. in d. l. si quis cum testamentum. num. 4. eod. tit. ff. de testamen. & in l. hac consultissima. in fin. princ. C. eod. Alexan. consi. 14. nume. 14. & 15. uol. 6. Ias. in d. l. si ita sit scriptum. sub d. nume. 15. ff. de lega. 1. Ruyn. consi. 159. nume. 11. uolu. 4. Cagno. in l. si librarius. nume. 71. ff. de regulis iu. Ias. in consi. 8. col. 1. in uersi. confirmatur. uolum. 3. Guald. titu. de testamen. ord. caute. 11. sub nume. 6. Barba. in consil. 32. col. 6. in uersi. præterea si bene ponderetur. uolum. 1. Couar. in d. cap. relatum. sub d. num. 11. ubi supra: Mantica de coniectu. ulti. uolunta. d. lib. 2. titu. 4. nume. 7. & Pau. de Cast. in consi. 25. par. 2. & ibi paulo ante idem concludit quando notarius asserit se rogatum, & apposuit diem, quia ambo significant rē perfectam; uel post-
19 quàm testator totam suam uoluntatem coram notario, & testibus expres-
20 serit licentiat eos, & partes ad actus extraneos diuertunt iuxt. glos. communiter approbatam in l. in bonæ fidei. C. de pac. ubi Cyn. & Fulgo. in fin. Salyc. Alexan. & Dec. nume. 12. in fin. Alexan. consi. 74. sub nume. 3. uersi. & ubicunque testator. uolum. 1. Tiraquel. de retract. conuentio. §. 1. glo. 9. nume. 25. ad fin. & not. Paul. de Cast. in d. l. si quis cum testamentum. nu. 6. ff. de testa.

21 Sed in hoc quoque magna oritur difficultas, & controuersia inter iuris interpretes ex eo, quod uoluntas, & dispositio testatoris scripta per notarium non tamen lecta sit, nec publicata coram testibus dicatur imperfecta ratione tantum solennitatis, de quo nullum est dubium per supra allegata nume. 14. an uero, & in hoc stat difficultas, etiam ratione imperfectæ uoluntatis, in qua reperiuntur uariæ opiniones. Bar. in d. l. si quis cum testamentum. nu. 4. ff. de testa. uoluit hunc esse defectum solennitatis tantū, ideoque ualere inter liberos, loquitur tamen in testamento scripto manu testatoris non lecto, nec publicato coram testibus, & notario, de quo est text. in auth. quod sine. ubi omnes. C. de testamen. unde in istis terminis Bar. bene loquitur, & cum eo est communis opin. ut per Alexan. consil. 14. nume. 7. uolum. 7. sed isti non sunt termini quæstionis propositæ in casu, in quo fuit scriptum testamētum per notarium de mandato testatoris coram testibus, quod tamen nō fuit per notarium postea publicatum, nec stipulatum, & idcirco inaduertenter adducitur ibi Bar. per doc. ad hanc conclusionem firmam; sed & idem Bart. subdubie tamen hoc idem uoluit in quæstione præposita in d. l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. tertio, & ante ipsum Dyn. in l. Lucius. ff. de mi. lit. testa. ubi ex hoc infert in terminis propositis ualere testamētum ad pias causas: quem refert, & sequitur Sozi. in tract. fallen. regula 310. priui. 34. & Roma. in auth. similiter. nume. 63. C. ad leg. Fal. quam opin. sequitur etiam Alexan. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. sub nu. 3. & sub nu. 4. in uersi. & ex no. per Imo. C. de testa. ubi dixit in quæstione præposita adesse defectum solennitatis non uoluntatis,

& clare Ias.ibi nu.4.idem uoluit Alexan.si bene ponderetur in consi.4. nume.13.& seq.uolu.7.& Pau.de Cast.in consi.75.nu.4.cum seq.par.1.& consil.25.par.2. quamuis enim loquatur in testamento, quod fuerat nuncupatum,& scriptum per notarium, tamē non fuit relectum postea coram testibus, quæ relectio erat necessaria pro solennitate,ut dicit ibi Paul. de Cast. non tamen fuit necessaria quo ad piā causam ex quo non fuit imperfectio uoluntatis,sed solennitatis, ut ibi per eum,& idem concludit in d. l. si quis cum testamentum.sub num.3.ff.de testa.& ibidem clare Imo.nu.6.& Aret. col.2. per totam, ubi late disputat, & tandem hanc opin.sequuntur uti magis communem Ana.in consi.57. nume.2.Guid. Papa decis.538. in uersi. sed quid si notarius.Boer.decis.93.nume.10.& Dec. post alios per eum relatos in consi.159.sub nu.3.ubi dicit, quod omnes ita tenent:Couar.qui late hanc opi.comprobat in d.c.relatū. sub nu.11.uers.tertia cōclusio. & Iul. Clar.alios referens,& hāc conclusionem modificans,& bene lib.3.senten. q.7.uers. aliquando uero.Tiraquel.de priui.piæ cau.priui.6.& nouissime cōprobat Simon de Pretis cōs.85.nu.9. & alijs seqq.& latissime Ludo.Zun. in respon. pro uxo.nu. 285.& quattuor etiam seqq.ac rursus nu.502.cū seqq. ubi post plures alios per eum relatos attestatur de cōmuni, quod defectus publicationis testamenti est defectus solennitatis non uoluntatis, & idcirco, quod non attenditur inter liberos,neque ad pias causas,ut per Tiraquel. & alios proxime allegatos.

Contrarium uero opinio. tenuit Bal. l. in auth. quod sine. col. 1. C. de testa. reprobans opinio. Bart.in d.l.si fideicommissa.§.quoties. ff. de lega. 3. cum quo transit ibi simpliciter Paul. de Cast.num.3.& expresse & clarius idem Castren.in l. hac consultissima in si.princip.nume.4.in fi.cum seq.C. de testam.& Salic.in ea.l.§. ex imperfecto nume.7. & bene Rapha. Cuma. in d.l. si quis cum testamentum .alias si is qui. nume. 2.ff.de testamen. Ang. Aret.in tract.de testamen.glo.106.factum lectum & perfectum. ubi quod isto casu non ualet etiam quo ad liberos,& attestatur de communi contra Bar. in d.§.quoties. Ancha.consi.337. de efficacia.nu.1.&nu.2.ad fi.uers.sed contra ista. ubi quod isto casu ultima uoluntas dicitur imperfecta quo ad solennitatem & quo ad uoluntatem Gui.papæ consi.55.nu.3.Ruin.12.nume.15.& 16.uol.2.& late in consi. 1. nu.7.8.9.& seqq.ubi nu.21. ad fi. attestatur de cōmuni uol. 3.& late comprobat Ioan. Campegius in subscriptione,seu confirmatione ad d.consi. 1. Ruyn. & uoluit Celsus Vgo. consi. 102.nume. 2. Mantica de coniec. ult. uolun.lib.2.titu.4.nume.6. Soci.iun. consi.147.nume. 15. & 16. & consi. 189.nu.94.uol.2.& consi.71. nu.16. & 17.& nu.24.uol.4.& quando notarius ad scribendum testamentum fuit uocatus ex ordine testatoris, Couar. in d.c.relatum.sub nu.11.uers.uel aliter potest intelligi.post Ruy.consi.12. nu.15.& 16.uol.2.& hanc opin.communem esse attestatur idem Ruy. in consi.1.nu.21.in fi.uol.3.& Sozi.iun. d.consi.71.num. 17. ubi in hoc alios etiam adducit uol. 4. & firmant plures ex his, qui sequuti fuerunt opin. Old.quos supra citauimus num. 2. & nu.10.quos hic referre non expedit; in qua difficultate Ruy. fuit in noua consideratione in consi. 1. nu. 7. 8. 9. 10.& 11.uol.3.quod aut loquimur in testamento condito inter extraneos, & isto casu uera sit ista opin.quod defectus publicationis, seu lectionis testamen-

stamenti sit non solum defectus solennitatis, sed etiam imperfectionis uoluntatis, ideoque non ualere etiam si per testes qui illud ex ore testatoris audiuerunt legitime probaretur. aut loquimur in testamento inter liberos uel ad piam causam, & procedat prima opi. quod tunc publicatio dicatur solum respicere solennitatem, sed nõ uoluntatem, quam Ruy. late probat assignans rationem diuersitatis inter casum & casum, ut ibi latius per eum. quam distinctionem probat etiam Sozi. iun. in d. consi. 71. nu. 24. uol. 4. & est de mente Gui. papæ in d. deci. 538. ad fi. supra pro parte contraria alleg. & aliter distinguit & declarat Couar. in d. c. relatum. sub nu. 11. uers. tertia conclusio. ad fi. uidelicet ut ex uocatione notarij tunc demum præsumatur imperfectio uoluntatis ubi expresse, uel ex quibusdam coniecturis constat testatorem non aliter testari uoluisse, quàm si eius uoluntas per notarium in publicam scripturam redigatur, alias sit solum defectus solennitatis, ut ibi per eum, sed nihilominus resolutio uera etiam in hac difficultate colligi potest ex resolutione, & distinctione supra tradita num. 13. quamuis in hoc alias inter se uariauerint Domini de Rota, ut appa ret ex decis. Crescen. 164. lib. 1. & etiã sibi ipsis parum constantes imò contrarij modo unum modo aliud tenuerint, prout etiam apparet ex decisi. factis in causa matris meæ Romana hæreditatis de Picchis de qua etiam supra mentionem feci num. 11. primo coràm r. p. d. Vicecomite die 15. Iunij. 1580. & postea ex alia illi contraria in eadem coram r. p. d. Seraphino die 13. Iunij 1582. & prima Iunij. 1583. quod nouum non est ut apparet ex his, quæ super hoc late recensent, & attestantur Cassa. deci. ulti. nu. 15. & 16. de cau. pos. & proprie. & Sarnen. in regula de trienna. q. 53. in uers. non obstant iura. usque ad fi.
22 ita ut nimirum si axioma in usum uenerit Rota rotat, ut dicebat practicus Casarellus antiquus cur. aduocatus, ut refert glo. in proem. regula. & Silua nuptia. lib. 5. sub nu. 62. Sarnen. in c. 1. nu. 49. de iud. lib. 6. & post alios nouissime Cora. de com. opi. lib. 2. titu. 9. nu. 58. & 59. quæ obiter dicta uilla faciamus.

Secundæ Par. Cap. VI.

Quod in testamentis ad pias causas seruandum est ius canonicum tam in foro ecclesiastico, quàm seculari etiam in terris imperij.

SVMMARIVM.

1 *In testamentis ad pias causas duo tantum testes sufficiunt de iure canonico, omissa quacunque solennitate iuris positiui, licet secus de iure ciuili.*

2 *In testamentis ad pias causa ius ciuile cedit iuri canonico.*

3 *In testamentis ad pias causas ius canonicum seruari debet etiam in terris Imperii, in foro etiam seculari.*

4 *Et ita pronunciatum fuit per Inno.] Quartum in publico consistorio.*

5 *Causa relictorum ad pias causas est mixti fori.*

6 *Episcopus habet iurisdictionem etiam in laycos vbicunque agitur de pia causa.*

7 *Executio vltimarum voluntatum reputatur causa pia, in qua Episcopus potest se intromittere.*

8 *Pietas versatur in adimplendo vltimas defunctorum voluntates.*

9 *Causa, in qua agitur de relictis ad pias causas, reputatur quasi spiritualis, & ecclesiastica.*

10 *Leges Caesaris, & alia statuta particularia disponen. contrarium eius quod est dispositum per ius canonicum super relictis ad pias causas, nihil valent.*

11 *Relicta ad pias causas debent iudicari secundum canones, non obst. aliqua lege Imperiali, seu municipali facta, vel fienda.*

12 *Leges seculares, & statuta nihil valent, nec possunt in his, quae sunt spiritualia.*

13 *Statuta contra libertatem ecclesiasticam sunt nulla, etiam ex iuris ciuilis dispositione.*

14 *Quae dicantur contra libertatem ecclesiasticam remissiue.*

15 *Consuetudo Anglicana etiam temporis immemorabilis reprobatur*

16 *Libertas ecclesiastica est de iure diuino.*

17 *Statuta sub verbis generalibus non comprehendunt casum contra libertatem ecclesiae.*

18 *Statuta introducentia aliquam solennitatem in testamentis adhibendam non comprehendunt testamenta ad pias causas.*

19 *Layci super relictis piis & spiritualibus, & concernentibus animam nullam habent iurisdictionem.*

20 *Generalis sermo non comprehendit illicita, nec casum in quo quis spiritualiter statuere non potest.*

21 *Leges & statuta specifice loquentia de actibus & personis piis & religiosis nihil valent etiam quod reperiantur incorporata in volumine Decretorum.*

22 *Leges per Gratianum in volumine Decretorum insertae non propterea dicuntur canonizatae nisi sint aliàs per Pont. in aliquo canone approbatae.*

23 *Liber Decreti an dicatur approbatus pro authentico.*

24 *Gratianus non habuit potestatem condendi leges.*

25 *Generalis & tacita approbatio voluminis Decreti non trahitur ad omnia dicta Gratiani ibi inserta.*

26 *Generalis confirmatio non trahitur ad illicita.*

27 *Gratianus ordinis Sancti Benedicti vir religiosissimus & eruditissimus in sacris & diuinis scripturis.*

28 *Gratiani opin. in multis reprobatur sicut alterius doctoris.*

29 *Martinus gloss. fatetur mentitum esse Gratianum.*

30 *Rubricae librorum iuris ciuilis, & canonici possunt allegari ad decisionem causarũ.*

31 *Rubrica sola statutorum sine nigro habetur pro tex. & potest pro lege allegari.*

32 *Rubricae Decreti non sunt authenticae, & à quo fuerint positae, & confectae.*

33 *Rubricae huiusmodi Decreti dicuntur apochriphae.*

CAP. VI.

1 IN testamentis igitur ad pias causas, sine dubio duo tantum testes sufficiunt omissa quacunque solennitate iuris positiui ex dispositione text. d. cap. relatum. 1. de testa. licet secus de iure ciuili quo non inuenitur dispensatum, quo ad numerum testium in his testamentis, Bal. in consi. 29. in prin. uol. 1. & latissime supra par. 1. cap. 12. ostensum fuit; & tamen in hoc ius ciuile cedit

2 iuri canonico, ut late per Bar. in repe. d. l. 1. nume. 80. cum seq. Bal. lec. 2. nume. 9. & Ias. lec. 1. nu. 36. cum seqq. usque ad fi. C. de sac. eccle. Bal. d. consi. 29. & Alex. cõsi. 105. nu. 9. 10. 11. 12. & 13. uol. 4. quod seruandum est tam

3 in foro canonico, & ecclesiastico, quàm ciuili, & seculari etiam in terris Imperii, ut post Bar. no. Ias. in d. l. 1. prima lec. nu. 21. ad fin. & lect. 2. nu. 28. C. de sac. eccle. Alex. in l. captatorias, sub nu. 4. C. de testa. mili. & idem late in consi. 109. col. 1. uol. 2. Abb. nu. 2. & Couar. post alios per eum relatos in d. cap. relatum. nume. 1. de testa. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 6. in fin. princ. & uersi. hinc infertur. ubi post Io. And. & Imo. per eum relatos attestatur ita communiter obseruari, Matica de cõiect. ult. uolun. lib. 6. tit. 3. num. 4. cum

aliis adductis per Tiraq. d. priui. piæ
cau. priui. 143. & ita fertur Inno. quartum pronunciasse in publico consistorio, ut refert Bal. in consi. 284. uol. 3.
5 Hæc enim causa relictorum ad pias causas est mixti fori; quæ tractari potest in utroque foro tam coram iudice layco quàm coram ecclesiastico, etiam si reus conueniendus sit secularis, prout de hoc est tex. not. & singu. de iu. ciuili in l. hæreditas. uers. si defuncto. in fi. iuncta glo. in uer. principali. ff. de pet. hær. quem ad hoc not. ibi Bal. Ang. & Pau. de Cast. nume. 2. ubi dicit quod ille tex. ad hoc semper allegatur, & addo similem in §. si quis ædificationem. in auth. de eccle. titu. & in l. nulli licere. & in l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cler. & in l. in testamento. la 1. in fi. iuncta glo. fina. quæ allegat concordan. ff. de cond. & demonstr. & de iure canonico in d. c. si hæredes. & in c. nos quidem. & ibi clare Innoc. de testam. Specu. titu. de instru. edi. §. nunc uero aliqua nu. 80. Bar. in l. solent num. 13. ff. de alim. leg. Ange. in consi. 137. in fi. & præcise Alex. consi. 170. nu. 1. uolu. 2. & Abb. in d. c. relatum. nume. 8. & post alios Couar. nu. 13. de testa. idemq; Abb. in c. si hæredes. nume. 3. & ibi etiam post alios Couar. nu. 1. eo. titu. late Barba. consi. 42. col. antepen. pen. & fi. uol. 4. & post alios latissime per eum relatos Tiraq. in 149. priui. piæ cau. ubi in fi. attestatur omnes ita tenere, quod sit
6 mixti fori, quia, ut ipse late prosequitur, ubicunque uersatur causa pia habet Episcopus iurisdictionem etiã in laycos, prout de hoc sunt dicta supra clara, & in l. 1. ubi hoc not. Bald. C. de epi. audien. & ad idem tex. in c. 1. ubi id expresse not. Abb. num. 9. ad fi. de empt. & uend. Innoc. & cæteri in c. significantibus. de offi. deleg. Spec. titu. de instru. edi. §. nunc uero aliqua. nume. 74. & in specie ex Theologis Silue. d. uer. testamentum. 1. q. 6. uer. tertium, & idcirco quia pium est, ut
7 ultimæ defunctorum uoluntates adimpleantur hæc cura pertinet ad Episcopum præsertim in relictis ad pias causas in d. l. nulli licere. & d. l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cler. & in d. c. nos quidem. & c. si hæredes. de testamen. cum aliis supra allegatis. & latissime declarat Barba. proxime allegatus, & multum bene Abb. in rep. c. cum esses. sub nume. 33. de testamen. ubi idem probat in relictis ad
8 non pias causas, quia saltem pietas uersatur (ut dictum est) in adimplendo ultimas defunctorum uoluntates, ut probat tex. in l. contra uoluntatem. ibi, ne uidearis iura pietatis uiolare. C. de testam. manu. late & bene Bald. nouel. de dote; ubi declarat in 5. par. col. 1. adeo quod Episcopus, ut illæ executioni demandentur potest se intromittere, quod & late probat Abb. in d. c. si hæredes. nume. 7. & idem in d. c. nos quidem. nu. 8. & in cap. tua. etiam nume. 8. de testamen. Alexan. in consi. 239. in fi. uolum. 6. & post alios Couar. in d. c. si hæredes. sub num. 3. ante uers. cæterum. ibi, eadem uero glo. multo ergo magis in relictis ad pias causas, ut dictum est postquam
9 causa ipsa, in qua agitur de relictis ad pias causas est ex se causa pia quasi spiritualis, & Ecclesiastica; Bart. in d. l. 1. nu. 80. ad fi. & seq. C. de sac. eccle. & ibidem Ias. lec. 1. ante nu. 38. Alex. consi. 209. col. 1. in uers. præterea in his, quę spiritualia sunt, uol. 2. & idem in consi. 105. nu. 10. uol. 4.
10 Et hinc est etiam quod si Imperator statueret contrarium eius quod statutum reperitur de iure canonico in relictis ad pias causas eius constitutio nihil ualeret, & omnes leges & statuta contrarium disponentia, nihil ua-

lent, ut concludit Bar. in repet. d. l. 1. proxime allegatus. C. de sac. eccl. nu. 80. 81. cum seqq. ubi in fi. concludit quod non obstante aliqua lege com-
11 muni municipali, uel Imperiali facta, uel fienda relicta ad pias causas debet iudicari secundum canones & iura diuina, & naturalia, uel gentium & non secundum leges, quem refert & sequitur ad plenum Alex. in d. consi. 209. nu. 2. per totum uol. 2. & d. consi. 105. nu. 10. etiam per totum, ubi idẽ repetit uol. 4. & firmat Bald. in d. l. 1. in 1. lec. ad fi. C. de sac. eccle. & ibidem
12 Ias. etiam lec. 1. nu. 36. leges enim & statuta secularia nihil possunt, nec ualent in his, quæ sunt spiritualia, nec possunt in eorũ præiudicium aliquid statuere, nec in his, quæ concernunt animam & peccatum & sim. iux. tex. in c. fin. ubi cano. de præscrip. & in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitu. & in l. priuilegia. ubi Bart. Bald. Pau. de Cast. & cæteri not. C. de sac. eccle. & bo. tex. ubi glo. & doct. in cap. licet mulieres. de iureiu. lib. 6. glo. quæ allegat concordan. in regula possessor. de reg. iur. lib. 6. & in c. 1. & ibi tradd. cano. ubi Abb. nume. 5. & cæteri de nou. ope. nuncia. & cano. in c. clerici. ubi post alios Dec. in 1. notabili de iudi. Cald. consi. 18. in princ. de constitutio. prout etiam determinat Bart. in repet. l. uni. nu. 28. cum seq. C. de sum. Trin. Bald. & Pau. de Cast. in l. generali. nu. 3. C. de sac. eccl. Alex. d. consi. 209. nu. 2. & seq. uol. 2. & d. consi. 105. nu. 11. & 12. uol. 4. Ias. in d. l. 1. lec. 1. nu. 39. & seq. C. de sacr. eccl. faciunt late adducta supra par. 1. c. 10. nu. 8.
13 quia essent contra libertatem ecclesiasticam, quę etiam ex ipsa iur. ciuilis dispositione cassa, & irrita iudicantur, per l. priuilegia. & auth. cassa & irrita. ubi Bar. Bal. Pau. de Cast. & cæteri. C. de sac. ecc. & ibi post alios Dec. nu. 9.
14 ubi declarant, quæ sint ea quæ possent dici contra libertatem ecclesiasticam præsertim Dec. nu. 17. cum seqq. usq; ad fi. & habetur in auth. statuimus. & ibi Iac. de But. Bal. & Pau. de Cast. C. de epi. & cle. Fed. de Sen. consi. 85. nu. 5. c. nouerit. ubi late Inn. Abb. & Fel. nu. 2. de sent. excom. trad. Bar. in consi. 187. nu. 1. & seq. uolu. 1. & in l. 1. §. quæ onerandæ. num. 3. ff. qua. re. actio non datur. Alexan. consi. 17. nume. 15. uol. 4. Abb. consi. 63. nu. 1. par. 1. latiss. Lap. alleg. 92. per totam, & per cano. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. ubi latissime Abb. lec. 2. nu. 26. in fi. iuncto nu. 27. 28. & seqq. & Fel. nu. 69. usq; 76. & Dec. nu. 2. usq; nu. 6. de constit. Ferrat. cau. 28. prouisũ reperitur ĩ prin. quib. addo postremo Nauar. ubi plura in proposito declarat in suo manua. confess. c. 27. nu. 119. & 120. & Rota deci. 10. de consuet. in ant. ubi per hoc decidit non ualere consuetudinem Anglicanam etiam quantouis tempore
15 obseruatam, quod Rex Angliæ habeat iurisdictionem in clericos in actionibus ciuilibus etiam cum tolerantia Papæ. quam deci. in proposito refert Fel. in c. 2. in prin. de maio. & obe. & Dec. in d. c. ecclesia sanctę Marię nu. 5. in fi. de constit. Ferrat. d. cau. 28. & Gabriel qui alios citat com. conclu. lib. 5. tit. de præscr. conclu. 1. nu. 17. quia ut ibi dicit Rota in fi. libertas ista eccle-
16 siastica est de iure diuino cõcessa clericis à Deo iux. illud psalmistæ, Nolite tangere Christos meos, Psal. 104. & est tex. qui passim ad hoc allegari solet in c. si imperator. cum glo. not. & singu. in uer. discuti. dist. 96. & in cap. quanquam. ibi, non solum iure humano quinimo & diuino. ubi etiam bo. glo. de censi. lib. 6. facit tex. in cap. continua. in fi. & cap. sacerdotibus. 11. quæstio. 1. & cap. futuram. 12. quæstio. 1. trad. Innoc. quem omnes sequuntur

quuntur in d. c. 2. ubi late Felin. plura allegans de maio. & obed. & not. Abb. in cap. solitæ. nume. 4. eo. titu & in cap. non minus. num. 17. de immu. eccle. & in cap. at si clerici. nume. 23. de iud. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. sub num. 6. & alibi pluries, ut ibi late per Felin. nume. 6. & Dec. nu. 5. de constitu. Oldr. late in consi. 83. præsertim nume. 5. Roma. singu. 414. sed an potest Papa facere. & Felin. post alios per eum allegatos in cap. si diligenti. col. 5. in prin. in 1. correla. quintæ fallen. nume. 17. de fo. compe. optime Card. in c. perpendimus. oppo. 7. de senten. excommu. Alex. in consi. 8. nume. 1. uolu. 1. & hanc proculdubio constat esse communem opin. prout etiam attestatur Couar. pract. qq. cap. 31. nume. 1. contra quam tamen ipse ibid. cum alijs ab eo citatis tenet, ubi articulum hunc ex professo latius tractat, & declarat.

17 Et idcirco statuta sub uerbis generalibus non comprehendunt casum contra libertatem ecclesiæ eiq; præiudicialem. Bald. in l. iubemus. la prima, nume. 2. C. de sac. eccl. & in l. generali. nume. 3. eo. titu. & de statuto introducente aliquam formam, seu solennitatem adhibendam in testamento-
18 rum confectione, quod non comprehendat testamenta ad pias causas Bal. proxime allegatus, Salyc. & Ias. d. l. 1. lect. 1. nume. 39. & seq. C. de sac. eccl. Abb. in d. cap. relatum. nume. 5. & sequen. cum latissima apostil. de testa. Abb. in repet. d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. nume. 38. & sequen. de constitu. Alexan. d. consi. 209. nume. 3. & 4. uolum. 2. & d. consi. 105. num. 11. 12. & 13. uolum. 4. Felin. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. sub nu. 70. id quod procedit tam ex defectu potestatis,
19 quia layci super his relictis pijs, & quasi spiritualibus, & concernentibus animam, & remissionem peccatorum nullam habent iurisdictionem. cap. bene quidem. & cap. cum ad uerum. 96. distin. cap. non placuit. 16. q. 7. & habetur in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. & in cap. decernimus. & ubique glos. & Doc. allegan. concordan. de iudi. Ana. consi. 57. col. 1. uersi. hoc præmisso. cum alijs supra adductis par. 1. c. 10. nume. 8. quàm uoluntatis, quia in generali sermone non censentur uelle
20 comprehendere casum illicitum, & contra libertatem ecclesię, seu illi prę iudicialem, nec eum in quo specialiter statuere non possunt. l. si procurator. ubi gl. & Doc. no. ff. de cond. inde. l. quanquam. ff. de ri. nupt. l. si pater. ff. quæ in frau. cred. l. Lucius. §. imperatores. cum concordan. per glo. allegatis. in uer. uidearis. ff. ad municipa. c. a nobis. el primo, ubi bene in proposito no. Abb. in tertio notabili. de senten. excommu. & tradd. Io. And. in c. fin. & post eum Ancha. in uersi. quæro post Ioã. An. Gemi. & alij de immuni. eccle. lib. 6. Anto. de But. Abb. & cæteri in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. ubi in specie late Felin. col. 25. in uersi. quarto quæro. nu. 70. cum alijs seqq. de cõstitu. & fuit doctr. Ioan. Mona. ut ibi attestatur Dec. nume. 50. Abb. in cap. si diligenti. ad fin. de fo. compe. Anch. in c. 2. nume. 3. in fi. eo. titu. lib. 6. & in regula ea quæ. quæstione. 25. in uersi. aut statutum, de reg. iu. eo. lib. 6. bene Fed. de Sen. consi. 85. nume. 5. Bart. in l. si quis sub conditione. in fi. ff. de cõd. inst. Pau. de Cast. in d. auth. cassa & irrita. etiam in fi. C. de sac. eccle. & Bald. in l. fi. §. in computatione. in fina. uerbis, ubi And. Barba. in apostil. ad eum allegat concordan. C. de iu. delib. Alexan. consi. 33. nume. 16. uolu. 5. Aym. etiam consi. 172. nume. 4. unde multo minus ualebit leges & statuta, spe-
21 cifice disponen. super huiusmodi pijs

relictis,& super iuribus ecclesiasticis, & similibus, ut late per Feli. post Abb. & alios in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ sub nume. 40. uers. recipit autem prædicta regula, & ibidem Dec. numu. 34. inferetes propterea omnes leges loquentes de actibus pijs, & religiosis, & spiritualibus, de clericis, & ecclesiasticis personis positis sub ti. C. de sac. eccl. & de Epi. & cle. & de Epis. audien. nullius esse roboris, uel momenti, nec seruandas esse etiam si reperiantur incorporatæ in uolumine Decre-

22 torū, quia nisi sint approbatæ expresse per Pontificem, uel in aliquo canone insertæ non dicuntur canonizatæ ex eo solum, quod Gratianus illas in Decretorum uolumine interserverit, ut dicit Feli. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, sub nume. 40. in uersi. & ista limitatio de quo, ut ipse dicit, est glos. ordi. in c. 1. iten. tractatus ad med. ibi, sed quæritur. de rebus eccle. non alien. [illegible] ibi Do. Ancha. in 3. q. [illegible] & post alios Ripa in d. [illegible] num. 68. ff. si cer. pet. [illegible] num. 4. C. de [illegible] Decius in auth. ingressi [illegible] C. de sac. eccles. [illegible] per quā [illegible] licet sit canonizata [illegible]

23 Decreti [illegible] approbatus [illegible] opin. Abb. in d. c. ex parte in fin. [illegible] quam tandem sequitur Dec. ibi in [illegible] Feli. [illegible] num. 53. [illegible] post alios probat Ripa num. 77. & idem in d. l. [illegible] nume. 66. ubi attestatur de communi ff. si cer. peti. non tamen ex hoc dicuntur approbata ibi dicta Gratiani qui non habuit potestatem

24 [illegible] nec leges ciuiles ibi per eum transportatas, & [illegible] specialiter [illegible] est [illegible] ut bene Abb. in d. cap. ex parte num. 9. & post eum Feli. num. 47. & seqq. & Ripa ibidem, nume. 78. cum seqq. & in d. l. 1. nume. 66. ff. si cer. pet. & sic pene probat Fede. de Sen. cons. 76. ad med. & cano. in cap. super eo, el primo, ubi Abb. num. 4. & post alios per eum relatos, Feli. nu. 3. de testib. Dec. in d. auth. ingressi num. 2. & post alios Contar. in l. uni. C. si de momen. pos. fe. ad secundam rationem diceh. nume. 30. cum seq. & nume. 39. in fi. quia

25 ut dicunt doc. illa generalis, & tacita approbatio huius uoluminis per ecclesiam ex usu scolastico non trahitur ad omnia dicta Gratiani ibi inserta, ut dicit Fede. nec ad leges per eum ibi insertas contrariantes canonibus,

26 uel alias contra libertatem ecclesiasticam, quia generalis confirmatio non trahitur ad illicita, ut per Abb. & latissime Felin. in d. c. ex parte. nume. 47. 48. 49. & seqq. & Ripa nume. 80. 81. 82. & idem in d. l. 1. nume. 66. ff. si cer.

27 pet. frater enim Gratianus Sancti Felicis Bononiensis ordinis Sancti Benedicti fuit uir quidem religiosissimus, & eruditissimus in sacris, & diuinis Scripturis, ut legitur in eius uita inserta in dicto uolumine Decretorum, nō

28 tamen habuit potestatem legis condendæ. & ideo in multis eius opin. & eius dicta quotidie reprobantur sicut dicta alterius doc. ut per Abb. Feli. & Rip. proxime allegatos in d. c. ex parte, ubi Felin. ante nume. 52. enumerat quod plures gloss. quæ in uarijs locis & dictis eius opi. reprobāt, inter quas est glos. præcipue [illegible] Rip. [illegible] d. c. ex parte nume. [illegible]

29 [illegible] Gratiani [illegible] Florentin. in sua summa parte. [illegible] & alijs [illegible]

30 [illegible] quam ciuilibus sunt authentica, & allegat

riposssint ut tex.ad decisionem causarum iux.glos.ord.in procem.lib.6. in uer.tientis. & glos.in l.non idcirco. in glo.I.in princ. quam ibi not.Angel.& Pau.de Cast.nume.3.ff.de iud.glo.celebris in rubr.ff.si quis testam.lib.esse ius.fue.quam extollit Bald.in rubri.C.an seruus ex suo fac.similis glos.in l.i.in gl.magna ad fi.C.ne fideiusso.dotdentur. cum aliis allegatis per Ias.insti.de actio.in prin.nume.9.Specul.in titu.de dispu.& allega.§.fi.ad fi.& late Ioan.Andr.ibid.Host.in summa de sacra.non iteran.in princip.Arch.in cap.quis nesciat.distin.9.Ant.de Butr.& alii cano.in procem.decreta.rex pacificus.ubi Abb.cum lat.apostil.nu.2.Felin.in rub.de accusa.Alexan.in consi.199.nume.5.uolum.2.in consi.89.nume.8.uolum.6.& late in consi.6.nume.2.cum seqq.uolum.7.& alibi passim.Ias.in consi.205.nume.4.uolu.2.Corn.& alii relati per Aym.consil.61.num.1.& Cepha.consi.146.nume.1.uolu.1.late Cur.iun.consi.5.nume.15.& latius cons.107.col.1.& sequen.num.2.late Ias.d.num.9.& pluribus seqq.post Ang.Aret.num.[illegible] in procem.institutio.Bart.& omnes in l.1.ff.si cert.pet.ubi late Alexan.nume.7.8.cum seqq.& post alios Ripa nume.8.9.& pluribus seqq.in tantum,

31 quod etiam hoc procedat in rubrica statutorum, quæ reperitur sine nigro, nam ipsa rubrica sola habetur pro tex.& potest pro lege allegari, ut no.Ang.Aret.ubi d.nume.11.uers.quid è contra.in fi.& Ias.in d.l.1.nume.10.ff.si cer.peta.tamen hæc regula fallit

32 in rubricis Decreti, quia exceptæ primum non sunt authenticæ, nec possunt tales allegari, quia sunt positæ, & confectæ per Gratianum, uel ut alij dicunt, per quendam eius discipulum uocatum Paleam, qui fuit Cardinalis, qui non habebat potestatem legis condendæ, ut per Specu.& Io.And.d.titu.de disput.& alleg.§.fin.in fin.Felin.in d.cap.ex parte.nume.5.& ad fin.in uers.rubricæ.& ibidem Ripa nume.79.Ias.de actio.in prin.nume.12.Alexan.in d.l.1.num.7.ff.si cer.peta.&

33 ibidem Ripa num.10.ubi dicit quod illæ rubricæ sunt apocriphæ, sed hæc missa facciamus, & è diuerticulo (ut aiunt) in uiam redeamus.

Secundæ Par. Cap. VII.

Testamentum minus solenne ad pias causas conditum ex priuilegio d.cap.relatum.el pri no.de testa.an prosit aliis quoque in eo dispositis etiam ad non pias causas.

S V M M A R I V M.

1 *Tex.d.cap.relatum.el primo.de testamen.habet locum etiam in eo testamento in quo pia causa est instituta hæres uniuersalis.*

2 *Verbum relinquo, seu relictum conuenit potius legatis particularibus, quam uniuersali institutioni.*

3 *Est tamen uerbum commune, quod utrisque adaptari potest.*

4 *Quis multoties per alium consequitur, quod per se consequi non potest, & nume.15.*

5 *Persona priuilegiata, an & quando trahat ad se non priuilegiatam in eadem dispositione contentam, & nu.13.*

6 *Tex.in §.ex imperfecto.l.hac consultissima.C.de testam.& in l.fin.C.famil.herc.in quibus terminis procedunt.*

7 *Causa liberorum, & piæ causæ procedunt à pari.& nu.14.*

8 *Testamentum minus solenne ad pias causas tenet etiam quo ad liberos in eo institutos diuerso tamen iure.*

9 *Regula, una & eadem res diuerso iure censeri non debet, iux l.eum qui ædes.ff de usu-*

usucap. declaratur.

10 *Testamentum minus solenne ad pias causas nihil ualet quo ad extraneos simul cum ipsa pia causa heredes institutos.*

11 *Limitata dispositio limitatum producit effectum.*

12 *Cessante causa fauoris cessat dispositio propter fauorem introducta.*

13 *Dispositio priuilegiatiua respectu certa persona ad alias in eo contentas regulariter non porrigitur*

14 *Valet argumen. de testamento inter liberos, & ad pias causas*

15 *Regula quod quis consequitur per alium, quod per se consequi non potest in quibus terminis procedat.*

16 *Testamentum est quid indiuiduum, quod non potest pro parte ualere, & pro parte non ualere.*

17 *Quis potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus fauore pia causa.*

18 *In testamento ad pias causas non est necesse, quod relinquatur liberis titulo institutionis.*

19 *Legata facta extraneis in testamento minus solenni ad pias causas, principaliter condito, an sustineantur, late declaratur.*

20 *Vbi lex indistincte loquitur nō est nostrum illam restringere, & limitare.*

21 *Specialia non sunt trahenda ad consequentiam.*

22 *Tex. in auth. quod sine. C. de testam. latissime explanatur.*

23 *Principale, an & quando trahat ad se accessoria, & dependentia.*

24 *Legata an sint accessoria ad heredis institutionem.*

25 *Tex. in d. l. si sponsus sponsa. §. si maritus, in fi. ff. de don. inter ui & uxo. decis.*

26 *Legata relicta extraneis in testamento minus solenni ad pias causas, qua respectu extraneorum deficiunt, an accrescant pia causa, uel uadant aduenientes ab intestato.*

27 *Quandiu potest succedi ex testamento non est locus successioni ab intestato.*

28 *Tex. in l mulieri & Titio. ff. de cond. & demon. latissime declaratur.*

29 *Ad ualiditatem legatorum sufficiunt quinque testes etiam non rogati.*

30 *Testamentum minus solenne principaliter conditum ad fauorem persona extranea, an ualeat quo ad legata in eo relicta ad fauorem pia causa, & nu. 34.*

31 *Heredis institutio est caput testamenti.*

32 *Principale ubi est nullum, & omnia ab eo dependentia.*

33 *Regula utile per inutile uitiatur, quando procedat, & è conuerso. nu 37.*

34 *Relicta pia causa in testamento minus solenni in quo sunt instituti extranei ualent, licet testamentum quo ad extraneos institutos sit nullum.*

35 *Verbum (relinquo) an & quando importat heredis institutionem.*

36 *Dispositio cap. relatum. el primo, de testamen. in quibus terminis procedat.*

37 *Regula utile per inutile nō uitiatur, quando procedat.*

38 *Regula cum principalis. ff. de regulis iuris. declaratur.*

39 *Intellectus ad tex. in d. c. relatum. 2. de testamen. compendium.*

CAP. VII.

1 PRINCIPALIS nostra conclusio de testamento. ad pias causas, sine dubio procedit in eo testamento in quo est instituta pia causa hæres uniuersalis, ut ualeat absque ulla solennitate iuris positiui ex dispositione d. c. relatum. 1. de testa. quod licet loquatur de relictis ecclesiæ, quod uerbum
2 (relictis) uidetur potius adaptari ad legata particularia, quàm ad institutionem ad trad. per Cyn. Bar. & cæteros i l. cogi. §. generaliter. ff. ad trebel. tamen uere id est uerbum commune, quod ad utrunque adaptari, & conue-
3 nire potest, ut uidetur probare text. in l. is cui sub conditione. ff. de condi. & dem. & in auth. de hær. & fal. in §. si quis autem non implens. uersi. & hæc quidem. iuncta gl. in uer. relictis. ibiq;

Bar.

Bar.num.1.& Bar.& in l.his uerbis.& ibi late Bald.ff.de hære.insti. Alex. in d.§.generaliter.quem legit sub.l.nam quod.§.non omnis. parum sub nu. 7. & idem in simili testamento condito inter liberos in consi.105.nume.8.& sequen.uolum.4. de quo late Cardin. consi.60.nu.2.& sequen. & præcise, ac in fortioribus etiam terminis. c. si. & c.officij.eo.titu. de testamen.consu luit Ang.consi.117.in uersi. quæritur de uno.num.3.ita quod respectu insti tutionis piæ causæ res transit sine difficultate.

Quod si simul cum pia causa aliæ quoque sint institutæ personæ nõ par ua insurgit difficultas, an etiã uis priuilegij huius testamenti porrigatur
4 ad alias quoq; personas, cum multoties uideamus, quod quis per alium consequitur, quod per se consequi non potest, ut in l. cum hæreditate.ff. de acqui.hær.ubi glo. allegat concordan.latissime Felin.in c.1. num. 6. de præscrip.& per infinita exempla trad. Ias.in l.si emancipati.nume. 5.& mul tis seqq.usque 24.C. de colla.& in l.si mater.num.10.C.de inoffi.testam.ubi multum quoque ad propositum colli git ibi ex glo.fin. regulam not. quod
5 ubi in aliqua dispositione concurrit persona priuilegiata cuius fauore actus inualidus sustinetur, & persona non priuilegiata, tale priuilegiũ prodest etiam non priuilegiato, ut actus etiã quo ad ipsum sustineatur per plu ra per Ias. allegata; & tamen in contrarium urget text. in simili multum ad propositum in l.hac consultissima. §.ex imperfecto.ubi glo. & doc.C.de testamen.in quo inquit Imp. loquens de testamento imperfecto inter liberos (si uero in huiusmodi uoluntate liberis alia sit extranea mista persona certum est eam uoluntatem defuncti
6 quantum ad illam duntaxat permistã personam pro nullo haberi, sed liberis accrescere) & idem habetur in l. fin.C.famil. hercisc. quæ iura præcise procedunt in casu isto, ubi simul cum liberis extranei quoque sunt instituti, & sic i ipsa principali dispositione institutionis extraneæ quoque sunt admistæ psonæ, ut declarat Pau.de Cast. in consil.93.col. 2. in uersi. præterea probatur.par.1.& late Couar. in d. c. relatum.1.sub num.2.in uersi. sed nihi lominus ipse opinor.& nos supra par. 1.c.16.nu.196.& seqq.

Quare pro huius difficultatis resolutione, licet in specie casum istum ab alijs tactum non uideam, distinguendum est quod aut cum pia causa sunt alij quoque instituti, qui sint de liberis
7 ipsius testatoris quorum etiam fauore nulla quoque solennitas iuris ciuilis in testamento requiritur, & quorũ causa in proposito uidetur à pari pro cedere cum pia causa, ut patet ex latissime tradd.supra par.1.cap. 16.per totum, & ualebit sine dubio hoc te-
8 stamentum solenniter conditum ad pias causas etiam quo ad ipsos liberos in eo institutos diuerso tamen iure; nam quo ad pias causas sustinetur testamentum tantum ex dispositione iuris canonici per d. c.relatum.1. de testamen. non autem ex dispositione iuris ciuilis, ut latissime supra par. 1. c.12.ostensum fuit, quo uero ad ipsos liberos sustinetur ex dispositione iuris ciuilis per d.§.ex imperfecto.& d.
9 l.fi.C.fam. her. Nam & si regulariter una & eadem res, una eademque dispositio, una eademque persona diuerso iure censeri non debeat, uulg.l. eum qui ædes.ff.de usucap.facit.l.iam hoc iure.& ibi omnes.ff. de uul.& pu pil.l.2.in uersi. nec ratio patitur, ut una eademque res &c.ff.de re.permu ta.&ridiculum, ac monstruosum sit ui duam, & nuptam, liberum & seruum, legiti-

legitimum, & illegitimum unam, & eandem personam censeri. l. Titiæ si non nupserit. ff. de condi. & demonstr. l. duobus. ibi, & sane ridiculum. ff. de lib. cau. l. iudicatæ. cum glo. in uer. pro parte. ff. de except. rei iud. l. uni. in fi. princ. C. de lati. liber. tollen. l. fin. cum glo. uer. pro parte. C. de com. ser. manumis. c. cognouimus. 12. q. 2. c. cũ in tua. ad fin. ibi, & non debeat una eademq; ecclesia diuerso iure censeri, de deci. cap. per uenerabilem. uersi. præterea etiam. si simplex episco. ibi, uideretur siquidem monstruosum. q. fil. sint legi. c. quia circa. in fin. ibi, nec debeat una eademque substantia diuerso iure censeri. de priui. not. glo. in c. cum inhibitio. §. 1. uer. si ambo parentes. de clandest. despon. & est regula iuris in l. ius nostrum, ibi, testato & intestato decessisse. ff. de reg. iu. & illud Domini, non arabis in boue, & asino non indueris uestimento, quod ex lana linoq; contextum est. Deutero. 22. c. in noua. ad med. 16. q. 7. c. cũ causam. de elect. clemẽ. 1. in prin. ubi scriben. de elect. & post alios comprobat late Ias. in l. 1. §. hoc autem. lec. 1. num. 7. & pluribus seqq. ff. ad trebell. cum latissime more suo congestis per Tiraquel. in l. si unquam. uer. donatione largitus. num. 284. C. de reuocan. dona. & eandem de retrac. lignia. §. 1. glos. 18. nu. 21. tamen ista regula non procedit concurrentibus diuersis rationibus diuersisq; causis, & diuersis inspectis circunstantijs, ut probat tex. in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulga. & pupil. tradd. Imo. & post alios late Ias. in d. l. iam hoc iure. nu. 10. cum seqq. eo titu. per Abb. in cap. cum in tua. nume. 7. de decim. Bal. in l. filium quem. sub nume. 2. in uersi. ista ratio, C. fam. her. cũ alijs adductis per Dec. in cap. quoniam abb. in prin. de offic. deleg. & in l. in testamento. la prima. nume. 8. C. de testa. mili. & latius Tiraquel. d. glo. 18. num. 22. & seq. quare una eademque dispositio diuersis inspectis personis diuerso quoque iure censetur. iux. glo. ord. & no. in l. 2. uer. liberis. ibique Ias. sub nume. 3. in uers. ex secunda parte. allegat concordan. C. de in ius uocan. late in proposito Zanch. in l. hæredes mei. §. cũ ita. sub nume. 122. ad med. in uersi. contrarium, & nũ. 123. cum seqq. ff. ad trebel. in l. illius. §. editio.

10 Si uero cum pia causa non liberi testatoris, sed persona extranea sit instituta, certe licet testamentum istud minus solenne ualeat quo ad piam causam ex dispositione d. c. relatum. 1. nõ tamẽ quo ad alias personas extraneas in eo pariter institutas. Tũ quia text. ille limitate loquitur de relictis eccle

11 siæ, & piæ causæ, & limitata dispositio producit limitatum effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. dom. l. age. ubi latissime Ias. in secundo notabili. plura cumulans. C. de transact. l. ita autem. ff. de admi. tuto. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testamen. delen. l. milites agrum. ff. de re milit. facit. l. 3. in uersi. cæterum. ubi late & bene Bald. ff. nau. caupo. stabu. & l. fin. cum ibi not. per Bal. in tertio notabili. C. de iur. omn. iud. & l. antepen. ff. ex quibus cau. maio. l. 2. ubi Bal. ad hoc illam not. & dicit, quod ad hoc allegatur. ff. de ser. export. l. cum duobus. in fin. ff. pro soc. tradd. Bal. & cæteri post eum in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uul. glo. in clemẽ. uni. uer. restituat. de sequestra. poss. & fruc. Aretin. consi. 84. num. 4. & plura congerit Feli. in cap. cum ordinem. col. 3. uersi. limitata causa. nume. 4. cum seqq. de rescri. & Tiraquel. cessan. cau. par. 1. num. 142. cum seqq. & multum in terminis Ias. in l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. nume. 13.

12 uersi. item no. C. de testam. Tum quia

in

in alijs personis cessat ratio spirituali-
12 tatis, salutis animarum, & fauoris piæ causæ considerata in d. cap. relatum. unde in eis cessare quoq; debet eius dispositio.l.adigere.§. quamuis. ff. de iu. patro.l. quod dictum.de pac.l.maritum.cum l.sequen.ff.solu. matr.l.sicut.cum l.sequen.iuncta glos. not. in uer.succurrendum. quam doc.ibi ual de commendant præsertim Alexan. & post alios Ias.num.5.& seq. ff.de re iud.l.2.ibi Bal.num.1.C.qui non pos. ad liber.perue.Angel.consi.97.in fin. cum mille sim.cõgestis per Tiraquel. cessan.cau.par.1.uer. legis causa. nume.125.& in uer.fauoris causa cessan te.nume.104. quibus accedant supra trad.par.1.cap.16.nume.63.& quod generaliter definiuimus ea.1.par.c.2. num.3.4.& latius declarauimus infra par.3.cap.3.nu.70. cum plurib. seqq.
13 Tum quia dispositio fauorabilis, & priuilegiatiua respectu certæ personæ ad aliam personam in eadem dispositione cõtentam non porrigitur, l.si ita scriptum.& ibi Bar.ff.de manumiss.testa.Bar.in l.Titia cum testamento.§.fi.num.9.ff.de leg.2. Tum etiam postremo, quia idem in simili uidemus constitutum in testamento inter liberos,in d.§.ex imperfecto.& in l.fi. C.famil.her.supra induct.sub num.5. uers. Et tamen in contrarium. & nu-
14 me.6. & de uno testamento ad aliud recte arguitur,ut per Pan.de Cast.in consi.93.nu.2.par.1.
15 Nec obst.contraria de quibus supra nume.4.& 5. nam ad primum, quod quis consequitur per alium,quod per se consequi non potest, respondetur hoc multoties quidem procedere, ut dicunt doc.sed non semper, est enim hæc materia brocardica, quæ solum procedit in materia indiuidua iuxt.l.si communem.ff.quemad.serui.amit.nõ autem in diuidua, & separabili, ut bene declarat Roma.in consil.195. in uers.secundo, quia ratione adiuncti usque ad fi.Aret.in consi.25.in secundo dubio.Feli.in c.1.col.5.in uers.primo quod nõ habet locum.de præscri. Dec.in l.si emancipati.num.5.& Cur. iun.nume.23.& post alios Cagno.nume.104.& seq. C. de colla. Sed licet alias testamentum sit quid indiuiduũ, nec possit pro parte ualere,& pro par
16 te non ualere, gl. Cyn.& doc.in l.furiosum.ibi post alios Ias.nume.11.C. qui testa.face.pos.Dec.in l.ius nostrũ. in prin.ff. de regu. iu. cum alijs adductis supra par.1.c.16.num.261.& sequen.tamen hoc nõ obst. in testamento ad pias causas cuius fauore potest
17 quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus,ut p Dec.ibi nume.7.& supra cap.3.nume.73.& idcirco potest quo ad piam causam ualere, licet non ualeat quo ad personas extraneas in eo permistas iux. text. in d.§.ex imperfecto.& in d.l.fi.C. fam. her. quæ iura decidunt casum istum;
18 Hæc quando aliæ quoque personę sunt institutæ simul cum ipsa pia causa,si uero pia causa solum in testamẽto hæres instituta sit,& in eo testamẽto sint alijs personis facta legata,siqui dem sint facta liberis testatoris clarũ est ea ualere, licet non fuerint eis relicta titulo institutionis, ut late supra c.3.nume.43.cum multis seqq. usque ad fin.nam censentur relicta pro eorũ legitima cum beneficio suppletionis iux.l.omnimodo.& l.quoniam in prioribus.C.de inof.test.
19 Et tamẽ maxime dubium est apud doc. an idem quoq; dicendum sit ubi legata facta essent personis extraneis. Nam quod idem sit, & quod talia relicta etiam extraneis facta ualeant tenuit,& per plura firmat Salyc.in auth. cassa,& irrita.qõ.9.C.de sac.eccles.& Anto.de But.in c.quod clericis. de fo.

compe.

compe.quos refert, & sequitur Alex. in consi.41.sub nume.5. uolum.1. & consi.105.nume.14.uolum.4.Cepha. in consi.72.nume.16. uolum.1. Abb. quem nemo allegat in repet.cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.sub num.40.uersi.& si dicatur.ibi idem puto in testamento layci.de constitu.Ruy. consi.1. num.12.uolum.2.Corn.in consi.178. uolum.1.& cæteri qui se subscripsere relati per Tiraquel.de priuil. piæ cau. priui.80.in prin.Crot.& Guil. de Benedic. attestantes de communi quos refert Iul.Clar. lib.3.senten. quæst. 6. uersi.sed quæro. quam nouissime post alios comprobat Couar. in d.cap.relatum.1.sub nume. 2. de testa. & Boer. qui non firmat decis.93. nume. 7. sed & eam firmat Gual.titu.de testa. cau. 3.nume.4.

Verum & si neminem ab ea discrepare asserat Ias.in d.§. ex imperfecto. sub nu. 10. ipse tamen Ias. plurimum dubitauit de ueritate huius opi.in l.1. lect.1.nume.22.& seqq.& lect.2. nume.29.& 30.C.de sac.eccl. & contrariam expresse firmat idem Ias. in d. §. ex imperfecto.d.num.10.per totum, & Cur.iun.ibidem,nu. 18. & sequen. quos sequitur Iul. Clar. dic. uersi. sed quæro.in fi. cum quibus finaliter uidetur transire Tiraquel.in d.80. priui.ubi ad longũ refert motiua Ias. & eius solutiones ad motiua partis cõtrariæ; hanc etiam opin.præmittit, & firmat Pau.de Cast.in consi.93.num.1.& ante nume. 3. ibi, tunc autem procederet.par.1.& consi.97. num.2.ea.par.1. quam uti ueriorem sequitur Alber. Bru.de poten.& effect. for.fallen. 31. quibus ego quoq; intrepide accedo, præsertim per text. principalem in hoc proposito in d. §. ex imperfecto. & in d.l.fin. C.famil.herci.per Paul.de Castr. & cæteros allega. per quæ iura idem quoq; firmauimus in legatis relictis in testamento inter liberos supra par.1.cap.16.nume.196.cum seq. quibus iur. non bene respondet Saly. supra allegatus.d.q.9.ut bene demonstrat Ias.in d.§.ex imperfecto. sub nume.10.& fatetur etiam Couar.d.c.relatum.sub nume. 2. quamuis ipse postea aliter respondendo tentauerit restringere illos text. in casu quo etiam cum pia causa extranei quoq; essent instituti, de quo supra nume. 10. cum seqq.secus si non essent instituti, sed eis tantum relicta legata; cuius responsio minime satis facit, uelutinimis restrictiua dictorum iuriũ, quæ indistincte disponunt huiusmodi minus solenne, & imperfectum testamentum, nisi inter solos liberos nõ tenere, sed quo ad extraneos in eo permissos nullum esset, & pro nullo haberi; nam quicquid dixerit Couar. hoc ita conuenit quando in eo testamẽto extranei sunt hæredes instituti, prout quando eis sunt tantum relicta legata, & cum talis

20 dispositio distincte utrunq; casum comprehendere possit, & ad utrunq; conueniat non est nostrum eam uelle ad unum tantum restringere, & limitare argu.l.si seruum.§.prætor ait.uersi.non dixit prætor.ff.de acqui.hære.l. 1.§.generaliter.ff.de lega. præstan. & l.de pretio.ff. de pub. in rem act. cum alijs supra adductis par.1.c.10. nu. 33. sed indistincte locum habet quo ad omnia, quæ cõcernunt commodum, & fauorem extraneorum, Iul.Clar. d. lib.3.sentẽ.q.10.in prin. & per totam illam quæstionem.

Accedit quia ut dixit Pau.de Cast. in d.consi.93.nume.1. hoc testamentum minus solenne ualet fauore piæ causæ de iure speciali, quæ specialitas

21 non est trahenda ad extraneos in quorum persona cessat ille fauor.l. ius singulare.

gulare. ff. de leg. c. quæ à iure. de regu. iu. lib. 6. cum his quæ in proposito supra adduximus nume. 12. & 13. Et confirmantur optimo simili adducto ꝑ Ias. in d. §. ex imperfecto. sub nu. 10. & in d. l. 1. lect. 1. nume. 23. C. de sacr. eccle. de testamento condito a filiofam. de consensu patris ad pias causas, quod ualet secundum magis communem, & ueram opin. ut latissime supra cap. 4. nume. 51. & tamen si in eo fuerint relicta legata extraneis nihil ualerent, ut post Bal. Paul. de Cast. & Alexan. in l. senium. C. qui testa. face. pos. concludit Ias. proxime allegatus, & Cur. iun. in d. §. ex imperfecto. nume. 19. & Iul. Clar. d. libro 3. senten. quæstio. 5. uersi. unum tamen. & obiter sequitur Tiraq. d. priui. 80.

22 Nec huic opi. obstat auth. quod sine. C. de testa. in qua maxime fundatur opi. Salyc. & sequacium, quia omisso articulo illo satis dubio an d. auth. procedat in testamento ad pias causas, in quo reperiũtur doct. contrarij, & hincinde attestantes de communi, ut patet ex adductis per Couar. in d. cap. relatum. nume. 12. & Iul. Clar. d. lib. 3. senten. quæst. 7. uersi. aliquando enim. & præter responsionem, quam adfert Ias. ad d. auth. in d. §. ex imperfecto. sub d. num. 10. quem simpliciter refert Tiraquel. d. priui. 80. est aduertẽdum, quod etiã in terminis d. auth. quæ loquitur de testamento in scriptis à patre inter liberos condito de quo latissime Iul. Clar. d. lib. 3. senten. quæstio. 14. per totam, & Zun. in respon. pro uxo. nume. 50. cum multis seqq. & supra par. 1. cap. 16. num. 175. & seqq. maxime differt conditio liberorum ab extraneis in eo testamento permistis; siquidem quo ad liberos in eo institutos sufficit illa scriptura manu patris absque ullo prorsus teste, ut in specie uidimus. d. c. 16. nume. 176. & tamen quo ad legata facta extraneis ultra illam scripturam manu testatoris conscriptam requiruntur preterea ad ualiditatem testamenti duo testes pro solẽnitate, aliàs nihil ualerent, ut præcise hanc differentiam ponit Impe. in auth. de testamen. imper. in prin. in uersi. nos igitur. iuncto uersi. sequen. si tamen aut uxori. unde sumpta est d. auth. quod sine. ubi hoc tradit Alexan. nume. 4. & Ias. sub nume. 1. & Zun. d. respon. pro uxo. nume. 52. Ex quo patet solutio ad motiuum Saly. & aliorum fundatum in d. auth. quod sine. postquàm ut dixi etiã in terminis illius auth. maxime differt conditio liberorum ab extraneis, & sic non recte a liberis ad extraneos argui potest.

23 Et pari modo tollitur argu. Couar. in d. c. relatum. 1. sub nu. 2. ex d. auth. quod sine. quod principale trahat ad sese accedentia, cum prout ex præmissis patet, licet in terminis d. auth. institutio principalis liberorum absque ullo teste ualida sit, non tamẽ legata, quæ sunt accedẽtia relicta extraneis, non enim argu. istud procedit ubicunque, prout in terminis istis, non militat eadem ratio, sed diuersa in principali, & accedentibus, seu accessorijs, ut trad. Bart. in l. ita stipulatus. nu. 12. ff. de uerb. obli. Bal. in l. non dubium. nume. 23. C. de leg. & in l. & si is. per illum text. C. de præd. mino. Dec. in l. certi condictio. §. si nummos. sub nume. 20. uersi. præterea dato. ff. si cert. peta. & Ias. in d. l. non dubium. nu. 62. & seq. & in l. stipulatio ista. §. alteri. nume. 9. ff. de uerbo. obliga. & late per Dec. post alios per eum relatos in regula cum principalis. nume. 2. & seq. ff. de reg. iu. in terminis enim de quibus loquimur ratio fauoris piæ causæ cessat in dispositis ad fauorem extraneorum, ergo &c. ut supra nume. 12.

&

& nume. 21. prout etiam cessat argu.
24 istud ex quo legata non sunt accedentia necessaria ad institutionem; sed sunt dispositiones separatæ, & idcirco cum non possint directò fieri legata extraneis absq; solennitate testiũ, non etiam hoc fieri poterit in consequentiam institutionis piæ causæ iux. regulam in l. si sponsus spõsæ. §. si ma-
25 ritus. in fi. ibi, si separari possunt. ff. de dona. inter ui. & uxo. & trad. Bart. in l. 1. num. 1. ff. de autho. tuto. & ita resideo in hac postrema opin. quod talia legata facta extraneis in testamento minus solenni ad pias causas nihil ualeant.

26 Qua retenta intrat alia difficultas, an dicta legata debeant accrescere piæ causæ, nec ne, in qua difficultate Ias. uidetur contra piam causam, ut illi non accrescant, sed uadant ad uenientes ab intestato in d. §. ex imperfecto. sub nume. 10. ad not. multum in simili per Bald. Paul. de Cast. & cæteros in l. senium. C. qui testa. face. pos. ubi in terminis testamenti conditi a filiofamil. de consensu patris ad pias causas, determinant legata relicta extraneis non ualere, nec tamen accrescere piæ causæ, sed pertinere ad uenientes ab intestato, quia prout dicunt ibi Bal. nume. 7. & Paul. de Cast. sub nume. 8. pia causa capit de iure speciali ex quadam dispensatione, ideo non recipit ius accrescendi. l. mulieri & Titio. ff. de cond. & demonst. tradd. Bart. & cæteri post eum in l. re coniuncti. in tertia principali quæstione. ff. de leg. 3. sed tamen, quia in contrarium urget dispositio d. §. ex imperfecto. cui merito Ias. in resolutione sibi non satisfacit, idcirco nihil finaliter determinat, sed relinquit cogitandum.

Et tamen in terminis istis, ubi in testamento minus solenni est instituta pia causa, & in eo sunt relicta legata extraneis, uel hi simul cum ipsa pia causa sunt pariter instituti, quod portio extraneorum deficiens accrescat piæ causæ iuxt. l. uni. §. in primo. & §. his ita definitis. cum materia. C. de cad. tol. est text. clarus in simili in d. §. ex imperfecto. ut ibi habetur per Fulgo. & per apostil. ad Bal. in repet. l. 1. sub nu. 8. C. de sac. eccle. dicen. quod talis portio non proprie accrescit, sed remanet penes piam causam, ut caduca: & ita quoque per d. §. ex imperfecto. determinat Bal. proxime al-
27 legatus. Et idcirco nulla est ratio cur peruenire debeat hæredibus ab intestato, quibus non est locus ubicunq; est locus successioni ex testamento. l. quandiu. ff. de acqui. hære. la seconda, & l. quandiu. ff. de regu. iu. cum sim. nam & si ad pias causas possit quis decedere, ut dicit Ias. pro parte testatus, & pro parte intestatus, non tamen debemus recurrere ad hoc speciale remedium, & subsidiarium cum competat uia ordinaria ex remedio. d. l. uni. C. de cad. toll. argumen. l. in prouinciali. §. 1. cum concordan. ibi per glo. alleg. ff. de no. ope. nuncia. cum alijs infra adductis par. 3. cap. 3. nume. 53.

Nec obst. argumen. in contrarium ex. l. mulieri & Titio. supra alleg. nume. 26. Tum quia hic nõ agimus proprie de iure accrescendi de quo loquitur. l. mulieri & Titio. sed potius de portione caduca, ut proxime di-
28 ximus. Tum quia d. l. mulieri & Titio. procedit solum ubicunque succeditur de iure speciali contra uoluntatẽ testatoris non autem ubi (prout in casu isto) pia causa succedit secundum uoluntatem testatoris, ut ibi declarãt Bar. in 3. oppo. Bald. Paul. de Cast. & Sozin. sub nume. 14. ubi attestatur de communi; idem Bart. quem Docto. commu-

communiter ſequuntur in d.l. re con iuncti.nume.43.& ſeq. Iaſ. num.177. & 184. & ſeqq. & Ripa atteſtans de communi nu.148.ff.de leg.3. prout in propoſito reſpondet Bal.in repet. d.l. 1.ſub d.num. 8.C.de ſac. eccle. & Iaſ. poſt eum in d.l. re coniuncti.nu.190. tum quia tex. ille; mulieri & Titio, competit inter plures legatarios qui ſuccedunt titulo particulari prout in caſu iſto ſi bene aduertatur loquuntur Bald. & Pau. de Caſt.in l. ſenium, pro parte contraria ſupra allegati nume.26.ſecus ubi prout in caſu iſto pia cauſa eſt hæres inſtituta & ſuccedit titulo uniuerſali quo caſu ceſſat. l.mulieri & Titio. ut poſt Bar. ibi nu.3. & cæteros declarat Iaſ.in d.l. re coniuncti nu.191.& Ripa 150. & Bal. in repet.d.l.1.ſub nu.8.C. de ſac. eccl.

Hæc procedunt, ut diximus quando teſtamentum ad pias cauſas in quo ſunt relicta legata extraneis eſt minus ſolenne,& imperfectum de iure communi, puta quia duo tantum teſtes in eo interuenerint iux.formam d.c.relatum.1. de teſta.qui non ſufficiunt etiā pro ualiditate legatorum, ſed ſi in eo fuiſſet adhibita talis ſolennitas, quæ ſufficeret ad ualiditatem legatorum

29 de iure communi, puta quinq; teſtes etiam non rogati,iux. l.fi.in fi.C.de codicil. utique hæc diſpoſitio ualeret tā quo ad piam cauſam in ea hæredem inſtitutam de iure ſpeciali canonico, quàm quo ad legata extraneorum de iure ciuili communi, ut late & ſubtiliter probat, & firmat Pau. de Caſt.in d.conſi.93. col.1. & 2. per totam. & conſi.97.nu.2.par.1.

Hactenus ubi teſtamentum principaliter conditum eſt ad pias cauſas,

30 quia in eo pia cauſa eſt hæres inſtituta, ubi uero teſtamentum hoc minus ſolenne ex defectu numeri teſtium, iux. formam d. c. relatum.1. de teſta. principaliter conditum eſſet ad fauorem perſonæ extraneæ licet aliqua legata in eo reperirentur facta piæ cauſæ, res eſſet expedita quod talia legata pia nihil ualerent cum non ualeat caput teſtamenti conſiſtens in hæredis inſtitutione, ut dicit Iaſ. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. ante nu.11. uerſ.in caſu autem è contrario. C.de teſta.poſt Saly.& Ant.de But.ibi per eum relatos, & idem Iaſ. in l. 1. lec.1.nume.24.C.de ſac.eccle.& Alexan. qui hanc opi. Ant. de But.refert, & ſequitur in conſi. 177. nu.6. uol.2. & idem Alex. in conſi. 209. ſub nu. 15. uerſ. poſſet.eod. uol. 2. late Boer. deciſ.93. nu. 6. cum enim in caſu iſto

31 hæredis inſtitutio, quæ eſt pars principalis imo baſis, & caput totius teſtamenti, à qua legata tanquam acceſſoria,& cætera quoque dependent.§.ante hæredis.inſti. de lega. cum aliis ſupra allegatis par.1.c.5.num.27.ſit nul

32 la, etiam ipſa legata tanquam ab ea dependentia annullari debent. l. 1. & 2. ff. de pec.lega.§.liberis autem ſuis. inſti.de pupilla.ſubſti.l.2.in princ. ibi, nam ſi principale teſtamentum, & rurſus ibi,adeo autem.ff. de uulga. & pupil. c. qualiter. in fi. de elec.c.inter dilectos.in uerſ. cum ergo priuilegiū. ubi glo. allegat concord. de fi. inſtru. l.non dubium. ubi poſt Bald. & alios per eum relatos late Iaſ. nume. 56. cum ſeqq. C. de leg. & eſt regula iur. cum principalis. cum concordan. ibi per Dec.allegatis num.1.ff. de reg.iu.

33 acceſſorium enim ſequitur naturam ſui principalis, cap. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib.6. & in regula acceſſorium. & ubique glo. & ſcriben. qui allegant concordan. de regu. iu. eod. lib. 6. & non uidetur ſeparabile à ſuo principali, ſed dicitur indiuiduum in quibus habet locum regula utile per inutile non uitiatur, ut declarat bene

Bart.in l.græce. §. illud. quem omnes sequuntur. ff. de fideiusso.

34 Et nihilominus contrariam opin. uti ueriorē sequitur Couar. post Ana. Imo. Alexandri. & Alber. Bru. per eum relatos in d.cap.relatum.num.3. quam nos etiam uti ueriorem & magis communiter receptam sine dubio sequimur per tex. expressum in sui generalitate in d.cap.relatum.qui tex. loquitur generaliter de relictis eccle

35 siæ,quod uerbum (relictis) sine dubio importat legata particularia licet possit etiam importare hæredis institutionem,quando adiicitur uniuersitati bonorum, ut declarat Bart.in l.his uerbis. & ibi late Bald.ff.de hære.insti.& est saltem uerbum commune ad legata, & ad institutionem, ut supra nume. 2. cum seq. & idcirco etiam ubi nullus hæres esset institutus, sed

36 tantum relicta legata particularia ecclesiæ haberet locum dispositio d.c. relatum.1. ut supra cap. 3. nume. 27. prout etiam si hæres institutus fuisset & hæreditatem non adiuisset, ut ibi latissime ostensum fuit nu. 29. cum multis seqq. quare eodem modo, & pari ratione ualere debent ubi hæres institutus est in minus solenni testamento, quia semper ualent legata pia licet hæredis institutio sit pro non scripta, ut late supra d. cap. 3. nume. 27.

Ex quibus patet quod huiusmodi legata pia in d.c.relatum. possunt per se stare absque aliqua hæredis institutione, & sic cum non habeant necessariam dependentiam ab ea, sed sint dispositiones separabiles,idcirco cessat motiuum extraneo adductum su-

37 pra nu.32.& 33.& habet locum regula iuris, utile per inutile non uitiatur. de reg. iur. lib.6.cap.utile,iux. tex.in l.3.ff. de pecu.lega.& expressius in l.1. §.sed si mihi. ubi omnes not. & post alios latissime Ias. ad id plura cumulans.nu.7.& 8.cum pluribus seqq. ff. de uerb. oblig. c. si confirmationem. de elec.lib.6. & est doctr. Bart. in d.l. græce.§.illud. ff.de fideius. quæ est cōmuniter approbata, ut dicit Ias. in d. §.sed si mihi.sub nu.4.uersi.in ista ma

38 teria. prout etiam cessat motiuum de regula cum principalis. supra adductum nu. 32. & seq. quia non procedit ubi adest diuersa ratio in principali, & accessorio, prout in casu isto ubi rō fauoris piæ causæ cessat in personis extraneis, ut per Bal. in d.l. non dubium. nu. 23. & post alios Ias. nume.62.& seq. C.de legi.Ias. in l.stipulatio ista.§.alteri.nu.9.ff.de uerb. obl. & late Dec. in d. regula cum principalis nu.2.& seq. ff. de reg. iu. & in casu conuerso supra nu.23.

39 Ex his tandem constat uerus intellectus d. c. relatum. de testam.de quo hucusq; in hac secunda parte loquuti sumus, dum disponit quod super relictis ecclesiæ duo uel tres tantum testes iux. Decretorum statuta sufficiant,quia ex prædictis apparet quod generaliter, & indistincte procedit in ecclesia & qualibet alia pia causa siue sit hæres uniuersaliter instituta, siue legatis particularibus tantum honorata,& non solum numero testium de quo præcise loquitur cap. illud.sed etiam cuiusuis solennitatis iuris positiui, ut latissime supra cap.3. & 4. ostensum fuit, quod seruandum est ubique locorum, etiam in terris Imperii, & in quocunque foro, tàm ecclesiastico, quàm seculari, ut supra cap. proximo pariter ostensum fuit, & hæc est summa omnium eorum quæ in septem præced. cap. huius secundæ par. ad intellectum d. c. relatū.continentur. reliquum igitur est, ut deueniamus ad secundum membrum principale huius secūdæ partis

quod

quod uersatur circa testamẽta ad causas prophanas iuxt. dispositionem c. cum esses. eo. titu. de testam. ad cuius interpretationem accedamus.

Membrum secundum,

Secundæ Par. Cap. VIII.

Quod in testamentis ad causas prophanas, de iure canonico duo, uel tres testes tantum cum interuẽtu presbyteri parrochialis sufficiunt ex dispositione c. cum esses. de testa.

SVMMARIVM.

1 *Celebris decisio Alexan. III. in c. cum esses. de testam.*
2 *In testamentis ad causas prophanas de iure canonico duo tantum testes sufficiunt cum interuentu parrochi.*
3 *Primus intellectus gl. ad tex. in d. c. cum esses. cum communi reprobatur.*
4 *Differentia de iure canonico inter testamenta ad pias causas, & prophanas, & qua.*
5 *Presbyter de quo in d. c. cum esses debet esse parrochialis, nec alius sufficit.*
6 *Parrochus dicitur pater spiritualis coram quo minor est suspitio falsitatis, quàm coram extraneo sacerdote.*
7 *Et maior illi fides adhibetur, quàm sacerdoti extraneo.*
8 *Parrochus dicitur iudex animarum, quod non minus est, quàm esse iudicem temporalem.*
9 *Quattuor testes absque interuentu parrochi sufficiunt in terminis d. c. cum esses.*
10 *Duo testes uim parrochi obtinent.*
11 *Parrochus in testamentis non exigitur, ut testis, unde potest interuenire ut notarius, & eius sola præsentia sufficit.*
12 *Testes etiam de iure canonico in terminis d. c. cum esses. debent esse idonei, prout de iure ciuili.*
13 *Fœmina non est idonea testis in testamentis ad nõ pias causas ẽt de iure canonico.*
14 *In his quæ non reperiuntur disposita per ius canonicum standum est dispositioni iuris ciuilis.*
15 *De iure diuino, & gentium circa idoneitatem testium nõ est differentia inter masculum, & fœminam.*
16 *Tex. in d. c. cum esses. & c. seq. differentia circa testes adhibendos.*
17 *Tex. in d. cap. cum esses procedit in terris de temporali iurisdictione ecclesiæ in utroque foro.*
18 *Vbi ius canonicum, & ius ciuile discordãt (in terris de temporali iurisdictione ecclesiæ) seruatur canon etiam inter laycos in utroque foro.*
19 *Et tamen generalis consuetudo totius ferè Italiæ uidetur esse in cõtrarium quo ad solennitates in testamentis adhibendas.*
20 *Terræ immediatæ Papæ subiectæ, quæ sint.*
21 *Patrimonium Beati Petri est quo ad utrunque gladium de iurisdictione Papæ.*
22 *Cardinalis Iacobatius authoris auunculus magnus laudatur.*
23 *In terris quæ à Regib. aliis Principibusq; in feudum ab ecclesia tenentur, seruari debet dispositio d. c. cum esses. in utroque foro.*
24 *Romæ primatus, & præeminentia de iure diuino.*
25 *In testamentis ad non pias causas Romæ seruatur ius ciuile.*
26 *Statutum Vrbis libro primo cap. 42. in no.*
27 *Statuta urbis sunt per Pontificem confirmata; & de eorum ualiditate non est dubitandum.*
28 *Clerici non possunt condere statuta contra ius canonicum.*
29 *Laycorum tamen statuta contra ius canonicum ualent.*
30 *Facilius induci potest consuetudo contra ius canonicum, quàm statutum.*
31 *Expressa statutorum reprobatio porrigitur ad præterita, & futura.*
32 *Statutum, & consuetudo etiam expresse reprobata potest ex noua causa denuo introduci, & præsumitur ex iusta causa denuo introducta.*
33 *Statutum, & consuetudo contra dispositionem d. c. cum esses. an & quando, & ex qua causa induci possit.*

34 *Reductio ad ius commune reputatur fauorabilis.*
35 *Dispositio iuris ciuilis circa testamentorū solennia est iusta, & iurinaturali maxime consentanea.*
36 *Persona ecclesiastica est omnino soluta à potestate seculari.*
37 *Testamentum clerici iudicari debet iux. dispositionem. d. cap. cum esses. in quocunque foro.*
38 *Leges ciuiles non ligant personas ecclesiasticas ex defectu potestatis.*
39 *Statuta Cæsaris non ligant subditos Papæ.*
40 *Testamentum clerici potest ex post facto irritari ob non adhibitam solennitatem insinuationis, seu registrationis ex forma statutorum requisita.*
41 *Solennitas insinuationis, & registrationis testamenti potest à quocunque interesse prætendente adhiberi.*
42 *Testamentum layci in quo clericus est hæres institutus irritatur ob non adhibitā solennitatem insinuationis, & registrationis à statuto requisita.*
43 *Laycus in contrahendo debet seruare legē sui Superioris etiam si contrahat cum clerico aliàs contractus est nullus etiam ex parte clerici.*
44 *Dispositio d.c. cum esses. quo ad testamenta clericorum uendicat sibi locum etiā in terris Imperii in utroque foro.*
45 *Iudex attendere debet statuta ipsorum litigantium.*

CAP. VIII.

ABSOLVTO igitur in septē praeced.cap. primo membro princ. huius secundæ partis circa testamenta ad pias causas consequens est pro huius par.complemento, ut deueniamus ad secundum membrū in quo tractandum est de testamētis ad causas prophanas, quid de iure canonico circa numerum testium in eis adhibendū statutum reperiatur, de quo extat ce
1 lebris decisio Alex.III.Pont. Max. in in c.cum esses.de testa. qui rescribens Host. Episcopo super consuetudine sui Episcopatus circa numerum testium in testamentis adhibendum, in effectu disponit testamenta, q̄ fient coram presbytero parrochiali duob. uel trib. testib. idoneis adhibitis ualida esse, præcipiens sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ ne quis testamēta taliter condita rescindere audeat reprobando consuetudinem contrariam ibi uigentem tanquàm à diuina lege, & Sanctorum Patrum institutis, & a generali ecclesiæ consuetudine alienam, cū scriptum sit In ore duorū, uel trium testiū stet omne uerbū.

2 Hæc continet in summa decis. Alexan.III.in d.c. cum esses, secundum quā firmatur principalis nostra cōclusio, q̄d de iure canonico in testamentis ad causas prophanas duo tantū testes sufficiunt cum interuētu presbyteri parrochialis, prout eā ita firmat Specu.tit.de instru.edi.§.cōpendiose. uersi.item per ius canonicum.nu.11. & Doc.communiter, ut dicit Paul.de Castr.in consi.432.circa princ.ibi, sed quia factum fuit.par.2. Boer. qui etiā de cōmuni attestatur decis. 93. nū.2. Alex.cōsi.177.sub nu.2.uers. nec ob. uol.2.& Paris.consi.51.num.1.& 2.& nu.5.& seq.uolu.3.& Roma. in auth. similiter.in 34.speciali ult.uolun.sub nu.95. uersi. quamobrem ueriorem esse puto.Ruy.consi.14.nu.4.uolu.2. Guald.caute.2.titu.de testa. ordi. parum sub num.2.ibi, sed si testator, ubi alios adducit, & attestatur de commu ni, & de communi post alios attestatur Iul.Clar lib.3.senten.quæstio.57. in prin.iunctis his, quæ dicit ibi, sed quicquid ipse dicat, quāuis enim aliqui uoluerint, quod ille tex.intelligatur in testamentis ad pias causas iuxt. terminos c.seq.relatum.ut recitat gl. in primo intellectu d.cap. cum esses; quem finaliter ueriorē dicit, & prout

ut etiam illas decre. intelligit glo. Ioã. 2.q.4. in summa in glo. fi. & latissime Pau. de Cast. hunc intellectum probans in d. consi. 432. par. 2. in uers. breuiter his non obstantibus. usque ad fi. nihilominus intellectus iste nullo pacto stare potest & communiter repro

3 batur, quia in testamentis ad pias causas de quibus specialiter loquitur c. relatum. non est necessarius interuentus presbyteri parrochialis qui tamen necessario requiritur in d. c. cum esses. unde necesse etiam est fateri quod loquatur in aliis testamentis ad non pias causas, ut bene aduertit Abb. ibi lec. 1. sub num. 4. & in illius repet. nume. 8. & post alios ibidem Couar. sub nume. 2. uers. primus nanque intellectus. Gem. consi. 49. nume. 5. & seq. & late Roma. in d. auth. similiter. ubi supra nu. 94. & post alios per eum relatos Iul. Cl. d. q. 57. proxime allegatus. ubi in fi. princ. attestatur quod ab hac opi. magis communi, & quam consuetudo approbat ubiq; locorum, temerarium esset in practica recedere.

4 Est ergo differentia de iure canonico inter testamenta ad pias causas in quibus ex dispositione. c. relatum. duo tantum testes sufficiunt etiam foeminæ, & non rogati ut supra cap. 3. nu. 4. & testamenta ad non pias causas in quibus ultra duos testes idoneos requiritur etiam præsentia sacerdotis parrochialis, loquitur enim tex. de presbytero suo & sic de proprio sa-

5 cerdote, qui est parrochus, ita quod non sufficeret alius presbyter ut late probat Abb. in repet. d. c. cum esses. nume. 6. Gual. qui alios adducit titu. de testa. ord. cau. 2. sub nu. 2. in uers. animaduertendum tamen est. nisi forte secundum eum esset ei commissa generalis cura sacramentorum licet non esset parrochus, prout hic Romæ est Vicarius Papæ nunc Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis de Sabellis, & idem si esset confessor testatoris licet alius, quàm parrochus, ut declarat Corn. consi. 261. nu. 31. uol. 4. sed quod dictum est de presbytero parrochiali confirmatur, præsertim quia ut Abb. dicit proprius sacerdos

6 dicitur pater spiritualis, 30. q. 1. c. oues. corã quo minor est suspitio falsitatis, quàm coram extraneo sacerdote, cui non tanta fides adhibetur quanta pro

7 prio sacerdoti iux. no. per gl. in c. quãquam. uer. parrochia. de usu. lib. 6. dici

8 tur etiam iudex animarum quod non minus est, quàm esse iudicem temporalem, ut dicit Bal. in consi. 285. col. 2. in prin. uol. 3. Gual. d. cau. 2. sub nu. 2. ad med. non ergo mirum (ut ipse quoque subdit) si testamentum coram eo factum cum minori numero testium ualet prout factum coram iudice tẽporali, iux. l. omnium. ubi oẽs. C. de testa. & latissime sup. par. 1. c. 25. intantũ quod si essent tres testes absq; inter-

9 uentu parrochi non sufficeret, & tamen quattuor absq; eius interuentu satis essent, quia duo uim parrochi obtinerent; ut uoluit Spec. in d. §. com-

10 pendiose. nu. 12. Cald. consi. 8. titu. de testa. Gem. d. consi. 49. num. 7. 8. cum seq. Abb. d. c. cum esses. in lec. nu. 7. & in repe. nu. 12. & nu. 17. & post alios ibi late Couar. ubi attestatur de cõi nu. 13. & latiss. Dec. cõs. 284. in 2. dub. per totum. late etiam Alex. consi. 17. nu. 15. & 16. uol. 3. & consi. 176. nu. 10. uol. 5. Ruy. consi. 51. nu. 11. uol. 1. Paris. consi. 51. ante nu. 16. uol. 3. Roma. in d. auth. similiter in 34. speciali ult. uolun. C. ad l. fal. Iul. Clar. d. q. 37. uers. sed pone. Gual. d. cau. 2. nume. 3. Corn. d. consi. 261. col. fi. uers. & insuper. uol. 4. Por. consi. 12. nu. 15. ex quibus patet hanc proculdubio esse communem opin. quicquid dixerit Corn. per Iul. Clar. allegatus, & idcirco, ut

11 ipse subdit non esset in prac. ab ea recedendum, quod deduci potest in argu.ad intellectum sac. Concilij Tridentini irritan. matrimonium absque interuentu Parrochi & duorum, uel trium testium contractum sessio. 24. in decreto de reforma. matrimo. c.1. de quo infra par.3. cap.3.nu.200.Vbi uero interuenit presbyter parrochialis non est necesse quod interueniat tanquam testis, sed sufficit sola eius præsentia cum duobus aliis testibus quam solam exigit d.c.cum esses. unde satis esset quod interueniat ut notarius rogatus de testamento cũ duobus testibus, ut late consuluit Paris.d. consi.51.nu.4.iuncto nu.5.cum seqq. quem sequitur Couar. in d.c.cum esses. ante nu.13.quod sing. notandum est pro declaratione & intelligentia illius.c. & huius nostræ conclusionis, quod etiam seruit ad intellectum Cõcilij Tridentini supra proxime alleg.

12 Quamuis autem circa numerum testium in testamentis requisitum ius canonicum moderauerit rigorem iuris ciuilis non tamen propterea dispensauit circa idoneitatem testium, ut expresse patet in d. cap. cum esses.

13 quod requirit duos,uel tres testes idoneos, adeoq; fœmina non poterit esse testis in testamentis ad nõ pias causas etiam de iure canonico:cum enim ipsa repellatur tanquam non idonea de iure ciuili.l.qui testamento. §.mulier.ff.de testa. & §. testes. insti. eo. & hoc non reperiatur immutatum, nec

14 contrarium statutum de iure canonico merito standum erit dispositioni iuris ciuilis, iux.tex.in c.lege.& c.suscipitis.in fi. cap.si in adiutorium.& c. certum.c. quis autem. c. de capitulis. & cap. quoniam.ibi, & ut Christiani Imperatores pro æterna uita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur. distin.10. cui concordat tex.in c.cum ad uerum. distin. 96. & tex. in cap.1. ubi glo. & doc. & Abb. latissime nu. 5. & 6. cum seqq. de no.ope. nuncia. Sancta enim ecclesia legum secularium non respuit famulatum inquit tex.in c.super Specu. in princ.de priuil. unde Papa multoties fundat suas decis. in legibus Imperialibus, ut in c.accusatores.3.q.8. cap.ideo.25.q.1. c.dicenti. 25.q. 2.& c. cum deuotissimam. & duobus seqq.12.q. 2. c.2. de alienatio. iud.c.innotuit. in fi. de arb. c.1.de iuram. calum. c. inter alia. ubi Abb. in 1. notabili de immuni. eccle. c.dilecti.de iud.c.2. in fi & c. pastoralis. de cau. poss. & proprie.c. cum ab omni. in fi.de uita & honest. cle. c.2. de conces. præben. c. calumniam. de pœn.opt.tex.i c. quid per nouale.ibi, quarum utraque interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. de uerb. sig. cap. authoritate. in uers.licet. iuncta glo.in uer.contingit.de conces.præb. lib.6.c.si iudex laycus.ibi, sicut de illo qui in possessione ingenuitatis existit.de senten.exc.eo.lib.6.c.ut inquisitionis. & c.cum secundum.de hære. eo. etiam lib. 6. cum aliis pluribus in proposito adductis per Fel.in c.ecclesia S. Mariæ. ubi latissime de materia, col.14.in uers.quæritur. nu.37.& 38. de consti. & bene distinguendo declarat Spec.tit. de disput. & alleg.§.porro. uers. sed nunquid. & ita in terminis nostris concludit Alex.in cõsi.70. nu.14. & seq. uol.2. & alios refert & sequitur Couar. in d.c.cum esses. nume.14.Iul.Clar.qui attestatur de communi d. quæst. 57. in uers. quæ quidem conclusio. in fi.ibi, bene uerum est. quorum opinio uerior est & illam tenet glo. in c.forus. uer. non fœmina.in fi.de uerb.sig. & in c. ex eo.uer. testimonium. 15. q. 3. quamuis enim

Abb.

Abb.in d.cap.cum esses. lect. 1. nu. 3.
contrariam opin.firmauerit, & Crot.
attestans de communi relatus perCo
uar.sub d.num.14.eo quod Papa pro
huius cap. decisione uideatur se fun-
dare in regula iuris diuini, & gẽtium
15 secundum quam non est differentia
inter masculum,& fœminam,tamen
hæc ratio non satis urget, quia prout
& bene aduertũt Alex.& Couar.sup.
proxime allegati, Papa ultra duos,
uel tres idoneos testes requirit etiam
16 præsentiam presbyteri parrochialis,
ex quo patet, quod non reducit rem
istam ad meros terminos iuris natu-
ralis,& gentium,prout reducit testa-
menta ad pias causas in cap. sequen.
neque hic contentatur de probatio-
ne ordinaria, prout contentatur ibi,
& idcirco eo casu, licet iuxta ordina-
riam,& regularem probationem fœ-
mina dicatur testis idonea, ut supra
cap.3.num.4.tamen secus hic ubi Pa-
pa non cõtẽtatur de probatione or-
dinaria,& regulari duorum testium,
ut bene declarat Dec. in l. fœminæ.
nume.31.ad fin.ff.de regu.iu. & licet
etiam ibi text. loquatur de testibus
idoneis,tamen sufficit,quod sint ido-
nei secundum meros terminos iuris
naturalis, & gentium, & secundum
ordinariam probationem,ut bene de
clarat Dec.in d.l.fœminæ. nume.28.
29.& sequen.& in cap.3.nume.3.nu-
me.6.& seq.de test.& probat Couar.
d.cap.cum esses.nume.14. sed omisso
articulo idoneitatis redeamus ad nu-
merum testium, de quo est noster
principalis sermo.
17 Hæc igitur conclusio,quod de iu-
re canonico ualet testamentum ad
non pias causas cũ duob. testibus, &
interuentu presbyteri parrochialis,
clarum est,quod sibi locum uendicat
in terris de temporali iurisdictione
ecclesiæ in utroque foro,tam secula-
ri, quam ecclesiastico; quod proba-
tur ex communi theorica, quæ ha-
bet quod ubicunque in aliqua mate-
ria etiam prophana,& indifferenti est
discrepantia inter ius ciuile,& ius ca-
18 nonicum,tunc in terris de temporali
iurisdictione ecclesiæ seruatur canon
etiam inter laycos etiam in utroque
foro, ut per cano. in d. cap. ecclesia
Sanctæ Mariæ. ubi Abb.lect. 1. nu. 14.
& in repet.num.19. & late Felin. nu-
me.44.cum seqq.de constitu.per tex.
clarum in c.si duobus.§.fi.ubi Frãch.
in primo notabili Abb.& Dec. nu. 6.
de appella.& est glos.ordi.communi-
ter approbata in c.2.uer.lex ciuilis.in
fi.de arb.lib.6.Abb.in cap.quod cleri
cis.nume.45. de fo.compe.Cald.con
sil.18.in titu.de constitu.Felin. in c. 1.
col.8.in prin.uers.idem ubi essemns.
sub nume.29.eod.titu.Couar.in epi-
to.de sponsa.par.2.c.7.§.7. num. 15.
tradd.legistæ in l.priuilegia.ubi Bald.
Bar.Pau.de Cast.& cæteri.C.de sacr.
eccle.& ita in terminis consuluit Cal
de.consi.8.titu.de testamen. & Alex.
attestans de communi in consi.47.nu
me.2.& 146.nume.6.uolu.2.& 177.
nume.10.uolum.5.Ruyn.consi.14.nu
me.4.uolum.2.Paris.consi.50.nu.15.
uolum.3.Ripa in tracta.de peste inter
priui.ulti.uolunta.nume.12.Boer.de-
cisio.93.nume.2.& sequen. Feltran.
consi.178.nume.7.uolum.3. Bal.con
sil.351.per totum.& consi.sequen.uo
lum.4.Gemi.in consi.49. sub num.3.
uersi.fundamentum ipsorum.&nu.4.
cum seqq. ubi late firmat, & attesta-
tur de communi, & hanc sequitur
Fortu.de ult.fine. num.180.& in hac
opi. conueniunt, & concordant om-
nes cano.in d. cap. cum esses. tam illi
qui tenent illud cap. indistincte ser-
uandum iuxt. secundum intellectum
quem recitat ibi gl. quem sequuntur
Bar.Brixien.Ala.Goffr.Laurẽ. Host.

Io.And.& latissime Abb.ut etiam dicit Gemin.d.consi.49.sub nume.3.in uersi.aliam opi.ibidem recitat; quàm illi qui sequendo tertium intellectū distinguunt inter terras Imperij, & seruentur leges,& terras de temporali iurisdictione ecclesiæ, & seruetur canon.d.c. cum esses. prout etiam de communi attestatur ibi post alios per eum relatos Couar. num.12. de quo infra latius cap.seq.num.4.5.& 6. ita quod præsēs nostra declaratio de plano procedit, nec de ea est dubitandū prout dicit Iul. Clar.eam late probās d.lib.3.senten.quæstio.57. uersi. quæ quidem conclusio. Et quamuis Paul. de Cast.in consi. 432.par.2.col.fin.in uersi. nec ego unquàm uidi seruari contrarium. dicat quod imo ipse semper uidit ubique seruari solennitates iuris ciuilis, etiam in terris Ecclesiæ

19 Romanæ de quibus ipse est oriundus præterquàm in relictis ad piam causam,prout etiam de consuetudine generali totius fere Italiæ præterquàm in quibusdam locis,ut Venetijs,idem quoq; in terminis attestatur Bald. in consi.285.col.fin.in uersi. quid dicemus. uolu. 3. & nouissime idem quoque in effectu attestatur Domin.Soto de iust.& iu. lib.4.quæstio.5.articulo 3.col.fi.uers. igitur illic Pontifex.quibus adde Fortu.de ult.fin.num. 177. in fin.& sequen.quod quidem in practica maxime notandum est; tamen quicquid sit respectu obseruātiæ,quę in facto consistit,& sustineri potest ratione statutorum particularium, & consuetudinis approbatæ, ut ex infra dicendis latius apparebit,de iure proculdubio hæc præsens declaratio absque ulla difficultate secundum omnes procedit.

20 In terris igitur immediatè subiectis Papæ sine dubio locum habet dispositio d. cap. cum esses. prout est Roma cum toto eius territorio, & Ducato Spoletano, Prouincia Marchiæ,& Romandiolæ,Ferraria,& Insula Sardiniæ,& Siciliæ,& alijs terris, & locis de orto (ut dicitur) Ecclesiæ

21 Romanæ,& de patrimonio Beati Petri, in quibus habet usum, & exercitium temporalis iurisdictionis,& quo ad utrunque gladium, & Summi Pontificis authoritatem exercet,& Summi Principis exequitur potestatem; prout de his habetur in cap. per uenerabilem.ubi id not. Abb. nume. 7. qui filij sint legi. in cap. ego Ludouicus.& in c.tibi domino.63. distin. & in c.Constantinus 96.distinct.in c.ad apostolicæ. in uersi. præter hæc Regnum Siciliæ.de re iud.lib.6.in c.si diligenti.in prin.ubi Abb.Felin.& cæteri, de præscri.in c.fundamenta.uersi. ne autem ipsa mater Ecclesia.de elec. lib.6.& in clemen.uni. in uersi. ipsaq; omnia.de iureiu.glo.in auth. ut Eccl. Roma.§.quid igitur.uer. Petri. & per Bal.in auth. quas actiones. nume. 14. C.de sacr.eccles.Alex.consi.2. sub nume.8.in uersi.secundo præsuppono.

22 uolum.1.Felin.in cap.ad audientiam. col.pen.in 4.amplia.de præscrip.& latissime post alios Card. Iacob. senior tanto honore meritissimum patruum matris meę mihi auunculum magnū, cui successit Ion. de quibus supra mētionem fecimus par.1.cap. 3. nu. 86. in suo celeberrimo doctissimo, ac fecundissimo tract.de concil.ad fi.lib.x. articulo 8.sub rub.de utroque gladio

23 in eccle. quarum terrarum, & locorū plura hodie reperiuntur penes Reges & alios Principes feudum ab Ecclesia Romana concessa, in quibus pariter quo ad utrunque forum seruanda est dispositio d.c.cū esses. quales sunt Ciuitates Regni,Ferraria,& Vrbinū, ut declarat Corn.in consi.261.col.fin. in princ.uolum.4.Guald.d.titu. de testamen.

stamen.ordi.cau.2.sub nume.2. Port. d.consi.12.sub num.15. & nu.16.17. & sequen.

24 Et tamen (quod maxime est aduertendum) quamuis Roma cæteris alijs ciuitatibus, ac terrarum locis ecclesiæ Romanæ authoritate præeminentia, ac dignitate præfulgeat, quæ ab ipso D. N. Iesu Christo primatum obtinet nationum, & eo iubente Sacrosãcta Sedes Apostolica ab Anthiochia Romæ translata est, & caput totius orbis effecta, eamq; Beatissimi Petrus, & Paulus omnibus urbib. in uniuerso mundo sua præsentia atque uenerando triumpho prætulerunt, ut habetur in cap.quamuis uniuersæ. 21.distinc.in cap.Sacrosancta.22.dist. in c.Beati Petrus & Paulus.2.quæst.7. & in c.rogamus.24.q.1.& in c.fundamenta.de elect.lib.6. & late de illius prærogatiua prædictus Cardinalis Iacob.d.tract.de concil.pag.423.col.1. & latissime supra par.1.cap.3.nu. 82. & cæteris seqq.nihilominus inter lay

25 cos,ut ibi diximus,hic Romæ non seruatur dispositio.d.c.cum esses.sed solennitas iuris ciuilis in testamentis cõficiendis adhiberi debet, prout usu adhiberi uidemus; quod tamen, ut ibi diximus mirum uideri nõ debet, eo quod hic extat particulare statutũ

26 lib.5. cap.37. sub rub.quod seruetur ius commune. & in statutis nouiter compilatis lib.1.cap.42.sub rubri. de seruan.statu. quo specialiter cauetur, quod inter ciues incolas, & districtuales seruentur statuta, & ubi statuta non disponunt,seruetur ius ciuile,& in subsidium recurratur ad ius canonicum; quæ quidem statuta urbis cũ

27 sint per Pont. confirmata non est de eorum ualiditate dubitandum, prout in terminis per Dec.in cons.315.col. fin.uersi.non obst.quod Romæ.

Sed difficilis quæstio nunc sese offert,nunquid aliæ ciuitates,castra, & loca huiusmodi de temporali iurisdictione Ecclesiæ possint citra approbationem Pontificis statuta condere cõtra dispositionem d.c.cum esses; nam

28 & si clerici, & personæ ecclesiasticæ contra dispositionem iuris canonici statuere nõ possint. c.quod super his. qui quotidie adhoc allegatur, ubi no. Abb. in 2. notabili. & post alios latissime Felin. per sex col. de maio. & obed. & latissime etiam Fede.de Sen. consi.117.per totum Abb.in cap.fin. nume.8.cum sequen.de consuetu. & in c.uenientes. nume.4.de iureiu.Sarnen.in c.2.§.statuto. sub nume.2.ibi, sed modo pulchrum est uidere; cum seqq.de constitu.lib.6.layci tamen be

29 ne possunt contra canones statuere, ut not.Abb.in c.quod clericis. col. fi. de fo.compe.Felin.in d.c.quod super his.col.1.in fin. sub nume.3.uersi.pro quo adduco.ubi loquitur etiam,quod sint subiecti in tẽporalibus Ecclesiæ, prout in his terminis consuluit Cald. consi.18.titu. de constitu. præsertim nume.3.Dec.in d.c.si duobus.num.6. in fin.de appel. Sarnen.in d.§.statuto. nume.3. & a fortiori consuetudinem contrariam introducere, quæ facilius

30 admittitur,& inducitur contra canones etiam ab ipsis clericis, quàm statutum,ut per Abb.in d.c.fin.num. 8. & sequen. de consuetu. Et nihilominus in contrarium latis urget text. in d.c.cum esses.in quo Pontifex expresse reprobat contrariam consuetudinem tanquàm nimis rigorosam, & a iure naturali,diuino,& Pontificio,& a totius Ecclesię generali consuetudine nimis etiam alienam,quæ ratio pariter quoque uiget in statutis particularibus, & talis expressa reprobatio

31 porrigitur nedum ad præterita, sed etiam ad futura, ut in proposito per Alexan. atte stan. de commuui in l. si

non

non speciali.sub nume.2. C. de testa. cum latissime per nos adductis supra par.1.c.22.nume.58.& seq. ita ut non uideatur posse de nouo introduci aliquod statutum, seu consuetudo in contrarium, ut ibi latissime ostensum fuit.

32 Verum ne longius in argumentis immoremur pro resolutione est aduertendum, quod huiusmodi reprobatione non obstante potest nihilominus introduci statutum, & consuetudo contraria ex noua causa post legem consuetudinis reprobatoriam superueniente, ut in d.c.22.nume.66. latissime ostendimus,& cum hic uersemur in solennitate iuris positiui circa numerum testium in testamentis adhibendum, præsumendum erit, qđ statutum, & consuetudo, licet semel reprobata fuerit ex noua,&iusta causa nouiter introducta præsertim, ubi essemus in consuetudine immemorabili, ut in d.nume. 67. cum seqq. late uisum fuit, exempli gratia si casu cō-
33 pertum alicubi esset, quod in testamē tis, in quibus duo tantum testes cum interuentu parrochi iuxt.d.c.cum esses. adhibiti fuissent, multoties falsitas aliqua commissa foret, certe hæc esset iustissima causa requirendi ampliorem numerum testium iuxt.l. fin. in uers.lex etenim.qui est melior tex. de corpore iuris, qui ad hoc allegari possit.C. de fideicommiss.quod latius comprobauimus supra d. par. 1. c.2. num.3.& seqq.& rursus num. 13. usque 19.& c.3.num.1.2.& 3.Et idcirco hac ratione attenta posset de nouo introduci statutum, & consuetudo contra dispositionem d.c.cum esses.& ubi tale statutum, seu consuetudo contra illius cap. dispositionem uigeret, præsumendum esset, quod ex huiusmodi, seu alia simili iusta causa introducta esset, ut proxime supra dictum fuit. Et per consequens colligitur ex his resolutio propositæ quæstionis, uidelicet quod etiam in terminis, & locis temporaliter subditis Ecclesiæ ualeat statutum,& consuetudo requirens septem testes in testamentis ordinandis iuxt. dispositionem iuris ciuilis contra dispositionem d. c. cum esses. præsertim cum ex hoc redeatur ad primæuum ius commune,
34 quæ reductio fauorabilis iudicatur iux.gl.c.statutum.uer. numerandum. de præben.lib.6. cum alijs late adductis supra ea par.1.c.19.nu.39.

Nec obst.quod Pontifex in d.c. cū esses. reprobet huiusmodi consuetudinem tanquàm nimis alienam a iure naturali diuino, ut supra nu.30. quia ad hoc,& cætera quæ ex d.c.cū esses. in contrarium adduci possunt, clara responsio colligitur ex latissime in terminis per nos traditis supra d. par. 1. c.3.a num.35. in uers. Ex præmissis. cum multis seqq.usque num. 79. ubi
35 latissime ostendimus ualidam esse dispositionem iuris ciuilis requiren.numerum septem testium in testamentorum confectione, & maxime iustam, ac consonam iuri naturali non obstan. his quæ in d. c. cum esses. in contrarium adducuntur, ad ibi dicta me refero, quæ ne hic superfluo repetantur consulto omittimus,ex quibus tandem habetur uera resolutio huius quæstionis iuxt. quam saluari, & procedere potest dictum Paul. de Cas.supra relatum nu. 19.ut ibi quoque animaduertimus.

Et quemadmodum in terris Ecclesiæ seruatur dispositio d.c.cum esses. in utroque foro, ita quoque in utroq; foro seruāda est in personis ecclesiasticis. Etenim in testamento personæ ecclesiasticæ, quæ omnino soluta, &
36 exempta est à potestate seculari, & subdita tantum potestati ecclesiasticæ.

cæ.cap.satis euidenter. cum pluribus seqq.96.distin.& cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ. ubi omnes tradd. de constitu. etiam de iure diuino, ut late supra
37 c.6.num. 16. sine dubio standum erit dispositioni d.c. cum esses.in quocunque foro causa agitetur, siue ecclesiastico, siue seculari, licet specifice hūc casum de testamento clerici a nemine tactum reperiam. Et ratio est in
38 promptu, quia cum leges ciuiles ex defectu potestatis non ligent personas ecclesiasticas, & statuta Cæsaris non
39 ligent subditos Papæ, ut bene in proposito inquit Cald.consi.18.nume.2. in titulo de constitu.Bald. in.auth.cassa & irrita. qō .5. cum quo transit ibi Fulgo. & Ancha. relatus ibi per apostil.uer.insinuata.C. de sac.eccl. Abb. in repet. d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ nume. 39. cum ibi latissime adductis per Felin. nume. 81. idcirco satis erit quod in testamento clerici sit seruata solennitas requisita per canonem ex dispositione Papæ in d. c. cum esses. cui ipse clericus est subiectus, ut per Cald.proxime allegatum.

Hæc uero conclusio declaratur, ut procedat respectu solennitatis adhibendæ in testamento per ipsum clericum, prout in terminis numeri testium de quo loquitur d.c.cum esses. satis enim erit ad ualiditatem testamēti ipsius clerici, quod sit factum corā duobus, uel trib.testibus, & interuentu presbyteri parrochialis iux.dispositionem.d.c.cum esses.secus si post cō
40 ditum testamentum esset adhibenda aliqua solennitas per hæredem in eo instrumento puta insinuationis, uel registrationis testamenti in archiuio publico, nam si hæres institutus esset laycus subiectus foro seculari certe posset priuari commodo testamenti ob non factam insinuationem, uel registrationem iuxt.formam statutorum, quia hoc respicit factum ipsius hæredis layci potiusquàm testatoris clerici, ut no. declarant Bald. & Abb. proxime allegati num. 39. & late Fel. in d.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 83. in fin. in uersi. & ista procedunt. ubi ex hoc distinguit, an hæres institutus sit laycus, uel clericus, ut ibi, & bene.

Prout etiam è conuerso si clericus esset institutus hæres in testamento layci in quo esset omissa solennitas insinuationis, uel registrationis a statuto requisita, licet clericus non sit adstrictus, ut supra dictum fuit, ad il-
41 lam seruandam, tamen quia solennitas ista potest nedum adhiberi ab ipso hærede instituto, sed etiam a testatore, a legatarijs, & quocunq; interesse prætendente, prout habetur in apostil.1.in ord.ad.Bart. in l. Modestinus.uer.insinuatione.ff.de dona. Bar. in l.si res.in fin.ff. quib. mod. pig. uel hypo.sol.Bal.in l.cum multæ.nu.1. & in auth.eo decursum.C. de dona.ante nup.clare Ang.in consi.179. col.fi. in uersi.ad ultimum. Alex.consi. 157. num.9.uolu.2.de quo etiam Bar. in l. fi.§.simili quoque modo.C.de iu.dot.
42 idcirco testator laycus si solennitatē hanc omiserit in suo testamento, testamentum irritum erit ex forma statuti, licet in eo clericus sit hæres institutus, quia hoc casu irritatur ex facto ipsius testatoris layci non adhiben.solennitatem statuti cui est subiectus; debet enim laycus in testando adhibere omnes solēnitates legis suæ aliàs testamentum est nullum, licet instituat clericum, ut in terminis per Abb.in d.c.quod clericis.num.29. de fo.compe.& in d.repet. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.nume.45.& post Imo. ibi, & alios per eum relatos Felin.ibidem, nume. 83. Prout etiam dicunt Doct. de solennitate adhiben.in contractu

quæstio inito inter clericum, & laycũ: quod nisi fuerit adhibita solennitas per legem, seu statutum seculare re-
43 quisita contractus non tenebit etiam ex parte clerici eo quia laycus in contrahẽdo debuit obseruare legem sui superioris, ut late declarat Abb. in d. c. quod clericis. nume. 26. cum seqq. & in d. repet. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. sub num. 43. in uersi. sed dubium maximum est. & nume. 44. cum seqq. & latissime Felin. nume. 81. ad fin. in quarto casu. & num. 82. cum sequen. Fede. de Sen. in consi. 85. col. 2. in uersi. non obst. quod dicitur, quod per statutum. Alexan. in consi. 143. nu. 5. uolum. 7.

44 Ex præmissis itaque, ut ad principale nostrum institutum redeamus concludendum est, quod nedum in terris Ecclesiæ, sed etiam in terris Imperij uendicat sibi locum dispositio canonis d. c. cum esses. ubicunq; agitur de testamento clerici non solum in foro Ecclesiastico, de quo nulla potest esse dubitatio, sed etiam in foro seculari, puta si de ualiditate, & inualiditate illius esset quæstio inter hæredem a clerico institutum, & uenientes ab intestato mere laycos coram ipsorum iudice seculari, nam certe licet in decisorijs iudex debeat attendere ad leges, & statuta ipsorum liti-
45 gantium iux. Inn. in rubri. de consue. sub nu. 6. in uers. sed dic melius. Cyn. & Bar. in l. 2. in fi. Bal. nu. 7. & cæteri. C. de constitu. pecu. Abb. in d. c. quod clericis. nu. 21. & 22. & in repeti. d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 44. cũ alijs infra late adductis c. seq. nu. 5. tamen quia in terminis præpositis non agitur de actu celebrato ab ipsis litigantibus, quo casu procedũt proxime allegata, sed de celebrato actu a clerico, merito iudicare debet secundum legem ipsius clerici.

Quod per tex. cap. cum esses. de testa. non est derogatum dispositioni iuris ciuilis in testamentis laycorum in terris Imperij.

SVMMARIVM.

1 Intellectus quartus ad d. c. cum esses. recitatur.
2 Et secundum illum fertur per Innocen. Quartum pronunciatum fuisse.
3 Et hunc esse communem, & consuetudine roboratum attestatur Iul. Clar.
4 In materia indifferenti data discrepantia inter ius ciuile, & canonicum, utrunq; ius seruetur in foro suo.
5 Hac tamen conclusio procedit tantum in ordinatorijs, non in decisorijs.
6 Intellectus quartus, & communis ad d. c. cum esses. suppletur, & declaratur.
7 Dispositio d. c. cum esses. an corrigat iuris ciuilis dispositionem, maxima inter doc. antiquos & modernos uarietas, & controuersa difficultas.
8 Doct. tenen secundum intellectum per glo. recitatum in d. c. cũ esses. quod per illud sit derogatum dispositioni iuris ciuilis enumerantur.
9 Et iste secundus intellectus est communis apud antiquos.
10 Dispositio iuris canonici loquẽs in materia peccati est etiam in terris Imperij in utroque foro seruanda.
11 Imperator in concernentibus animam est Papæ subiectus.
12 Papa ratione peccati potest abrogare leges ciuiles.
13 Peccatum mortale est cõtrauenire rationabili uoluntati testatoris.
14 Lex peccati nutritiua, seu illi occasionem præbens nullius est ualoris.
15 Etiam ratione solius peccati uenialis.
16 Pœna excommunicationis supponit peccatum mortale.
17 Deus & natura nihil operantur frustra.

18 Ius

18 Ius ciuile circa numerum septem testium ita deuiando à iure diuino uidetur potius illud destruere, quàm distinguere, & limitare.
19 Qui nimis emungit elicit sanguinem.
20 Lex ciuilis iuri diuino, & naturali aduersa nihil ualet.
21 Clausula non obstan. an requiratur quando sit expressa mentio iuris cui derogatur.
22 Sublata consuetudine censetur sublata lex illi conformis, & è conuerso, & quando.
23 Correcta ratione legis censetur correcta legis dispositio.
24 Ratio legis ita disponit sicut ipsa lex etiam ad iurium correctionem.
25 Reductio ad primeuum ius naturale est fauorabilis, & amplianda.
26 Ex obseruantia legis etiam mille annorum non inducitur consuetudo.
27 Consuetudo non inducitur per actus meræ facultatis.
28 Consuetudo dispositiua, & imitatiua quæ.
29 Sublato iure communi censetur sublata consuetudo illi conformis.
30 Sublato iure communi, an sit sublatum statutum continens idem, quod ius commune.
31 Consuetudo, an sit facti, uel iuris.
32 Non est præsumendum, quod Papa uelit unico uerbo legibus derogare.
33 Author altàs obiter sequutus fuit secundum intellectum glo. in d. cap cum esses. communiter à Docto. antiquis receptum.
34 Tertius glos. intellectus ad d. cap. cum esses. & Docto. eum sequentes recitantur.
35 Vna opinio potest esse communis uno tempore, & contraria alio tempore.
36 Moderni dicuntur culices in capite Elephantis, qui uident priora, & posteriora.
37 Quanto iuniores tanto perspicaciores.
38 Author non ueretur mutare sententiam.
39 Sapientis est mutare consilium.
40 Deus semper idem, & immutabilis frequenter dicitur suam mutare sententiam.
41 Doctor excusatur qui mutat opin. quam aliàs tenuerat, & nu. 45.
42 Papiniani. I. C. laus.
43 Iur. Consu. suprema etiam authoritatis suam quandoque mutarunt sententiam.
44 Beatus Augustinus fecit librum retractationum.
45 Licitum est Doctori in tractat. consil. & lect. mutare opin. quam aliàs tenuerat.
46 Magis credendum est Docto. ex professo quæstionem tractanti, quàm obiter loquenti.
47 Illa dicitur opi. Doct. quam maturiùs examinauit.
48 Lex diuina, & naturalis exigens duos testes non prohibet quin ex causa plures aliquando sint necessarii.
49 Præceptum affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper.
50 Et potest pro tempore, & loco, & causa mutari, & alterari.
51 Leges ciuiles requirentes in aliquo casu testes plures duobus sunt rationabiles, & per ius canonicum approbatæ.
52 Ius Canonicum nihil approbat cum peccato.
53 Non reperitur iure diuino, aut humano præfinitus certus numerus testium qui transgredi non possit.
54 Leges ciuiles, quæ iustæ sunt necesse est, ut seruentur in terris Imperii.
55 Papa in terris Imperii non exercet temporalem iurisdictionem, & nu. 78.
56 Nec in eis derogat legibus temporalia concernentibus.
57 Non est præsumendum, quod Papa in præiudicium Imperialis authoritatis uelit in terris Imperii legibus derogare.
58 Papa in terris Ecclesiæ, & in Patrimonio Beati Petri, est vt Papa, & vt Princeps in spiritualibus, & temporalibus.
59 Tertius intellectus glos. ad d. c. cum esses. hodie est magis communis, ac de consuetudine

tudine roboratus, & per authorem approbatus.

60 *Sublato fundamento corruit ædificium.*

61 *Excommunicatio non afficit, nisi subditos excommunicantis.*

62 *Excommunicatio pertinet ad clauem iurisdictionis, non ordinis.*

63 *Papa potest dare layco potestatem excommunicandi.*

64 *Excommunicatio pertinet ad iurisdictionem spiritualem.*

65 *Et quo ad illam omnes Christi fideles sunt subiecti Papæ.*

66 *Extra territorium statuentis non paretur impune.*

67 *Pœna excommunicationis est maior, quæ reperiri possit in Ecclesia Dei.*

68 *Pœna & culpa sunt ad inuicem relatiua.*

69 *Pœna excommunicationis supponit maximam culpam.*

70 *Iurisdictio non potest exerceri in non subditum.*

71 Nulla *pœna quis astringi potest ad obseruandam legem non sui superioris.*

72 *Vbi principalis dispositio non tenet ex defectu potestatis, nec etiam pœna adiectio.*

73 *Pœna excommunicationis apposita in d. c. cum esses. non concludit eos peccare qui non sunt de temporali iurisdictione Papæ.*

74 *Non est uerisimile Papam sub uerbis generalibus uelle comprehendere sibi temporaliter non subditos.*

75 *Generalis dispositio statuentis restringitur ad limites suæ iurisdictionis.*

76 *Generalis dispositio non comprehendit ea, quæ quis in specie disponere non potest.*

77 *In statuto non sufficit rationabilitas, nisi adsit potestas in statuente.*

78 *Papa in terris Imperij temporalem iurisdictionem non exercet.*

79 *Papa in quibus casibus habeat potestatem in leges Principum secularium.*

80 *Dispositio d. c. cum esses. non uendicat sibi locum extra terras de temporali iurisdictione Ecclesiæ.*

CAP. IX.

QVAMVIS in terris Ecclesiæ, & in testamentis personæ, ecclesiasticæ seruari debeat (ut in præceden. cap. resolutum fuit) dispositio d. c. cũ esses. tamen in testamẽto layci in terris Imperij ardua sese offert difficul-
1 tas, an seruanda sit dispositio iuris ciuilis, uel iuris canonici; quæ stat super ueritate intellectus d. c. cum esses; qui plures recitantur ibi per glo. & Doc. In hac igitur difficultate primo intellectu communiter reprobato, ut supra c. proximo. nume. 3. aliqui uoluerunt distinguere inter forum & forũ, ut si quidem causa tractetur in foro ecclesiastico seruetur canon Papæ, si uero in foro ciuili seruetur lex Cæsaris iux. quartam lect. glos. in d. c. cum
2 esses. secundum quam fertur pronunciatum per Inno. Quartum, teste Bal. qui etiam hanc lect. approbat in consil. 284. uolu. 3. idem Bald. qui late disputat, & finaliter illam sequitur in sequen. consi. quod fuit editum in eodemet casu quo præcedens, ut patet ex utriusque casus positione, dicens finaliter, quod legista militat in foro Iustiniani, canonista autem transit in foro Beati Petri, & ideo tribunalia di-
3 stingue &c. Et hanc esse communem opi. & de consuetudine roboratam, & ab ea in practica non esse recedendũ attestatur Iul. Clar. post alios per eum relatos lib. 3. senten. quæst. 57. uersi. quæ quidem conclusio. subdens ita apud omnes seruari sine controuersia; cui suffragatur cõmunis theorica quod data discrepantia inter ius
4 ciuile, & canonicum in materia indifferenti, prout est ista, & in foro seculari seruatur ius ciuile, in foro uero canonico seruatur ius canonicum iux. glo. ordin. in c. possessor. de regu. iu.

in.lib. 6. Docto. communiter in c. 1. ubi Abb.nume.7. de no.ope. nuncia. & in d.c.ecclesia Sanctæ Mariæ.& ibi Abb.in lect.num.14.in repet. nu. 19. cum aliis adductis per Felin.num.43. de constitu.Abb. & Dec. in c. clerici. in 1.notabili.de iud. tradd. legistæ in l.priuilegia.ubi Bar.num.2. Bal.nu.3. & Pau.de Cast. num.2.in fi. C.de sac. eccle.Calde.consi.18.in titu. de constitutio.Alex.in consi.167.nume.4.in fi.cum seq.uolu. 2.

Qua in re est animaduertendum primo quod ista resolutio, quam cõmunem esse post alios attestatur Iul. Clar.sic simpliciter,& absolute intellecta non est uera,nec habet iuris fundamentum in quo possit subsistere; nam communis theorica, quæ distin
5 guit inter forum,& forum,de qua supra proxime num.4. procedit solum in ordinatorijs, & præparatorijs iudiciorum non autem (prout nos loquimur) in decisorijs, ut declarat Abb. proxime allegatus in d.c.1.num.7.de no.ope.nunc.& in c.quod clericis.nume.10.de fo.compe.& latius in repet. d.c.ecclesia Sanctæ Mariæ.num.24.& seq.& post alios per eum relatos latissime Felin.nume.55.idem Felin.in c. ad nostram.colum.iii.uersi.ex eodem tex.considerando,quod alia consuetudo.de proba.Calde.consi.11.in titu. de constitu.Bar.in l.uni.nume.15.ubi post alios Ias.lect.1.num.20.& lec.2. nume.57.& seq. C. de sum. Trini. & not.per glo.& Docto.in l.1.C. quæ sit longa consuet.ubi ita distinguit Odofred. & post eum Bald. & cæteri, & Bar.in l.sequen. quæstione 34. Alexã. in consi.167.in fi.uolu.2.& trad.Specu.in titu.de fe.§.1.num.5.6.&7.Ancha.qui post Calde. per eum relatum attestatur, quia ista est uera, & communis opin.in regula ea quæ.col.fin.in uer. uera tamen, & communis opin.

de regu.iu.lib.6. nam in decisorijs iudex non debet attendere forum iudicij,sed statuta,& leges litigantium,& eorum à quib. actus celebratus fuit, ut supra cap.præced.in fin. Et idcirco etiam si ageretur in foro seculari de testamento clerici non esset attendẽda dispositio iuris ciuilis,sed iuris canonici, ut ibi latius ostendimus, & ita quoq; è conuerso dicendum erit, ubi de testamento layci ageretur in foro ecclesiastico.

6 Quapropter ne ita supine putemus Doct.communiter decipere supplendum est ad illam communem resolutionem,uidelicet, quod cum Docto. distinguunt inter forum ecclesiasticum, & seruetur ius canonicũ (supple) & agatur de testamento clerici, seu personæ ecclesiasticæ, & forum ciuile, & seruetur lex ciuilis (supple) & agatur de testamento layci,seu personæ secularis. Et cum hac suppletione bene procedit communis resolutio,quia in decisorijs clerici iudicantur in foro ecclesiastico secundum canones tantum, & layci in foro seculari secundum leges tantum, ut ita bene declarat,& loquitur Abb.in d.c.1. num.7.in fin.de no.ope.& ita credendum est, quod Docto. in his terminis hanc communem resolutionem intellexerint,prout præcise in terminis illam intellexit, & late declarat Hostien.in summa in tit. de testa.§.qualiter constituatur.in uersi.uerum super hac materia. & duob. uers. seqq. quẽ refert,& sequitur Frater Asten.in sua Summa celeberrima.lib.3.ti.30.ar.1. in uersi.sed nunquid.

Secundo est aduertendum, quod licet in primo membro huius distinctionis omnes conueniant, quod si agitur in foro ecclesiastico de testamento clerici sit seruanda dispositio canonis d. c. cum esses. quod & pro-

cedit

cedit absque ulla dubitatione, ut supra cap.proximo.num.35.in fi.in uersi. Et quemadmodum.& num. 36. & seqq.latissime usque ad fin. ostensum fuit, tamen in secũdo membro quando agitur de testamento layci in foro
7 ciuili maxima est controuersia, & cõtrarietas inter Docto.præsertim antiquos, & modernos, an tunc seruari debeat dispositio iuris ciuilis, uel potius iuris canonici in hoc stat tota difficultas, quæ dependet a ueritate intellectus d.c.cum esses.an scilicet per illud c.sit abrogata dispositio iuris ciuilis de numero septem testium in testamentis adhil en.nec ne, & hinc (ut aiunt) pendent leges, & prophetæ, & omnis huius nostræ secundæ partis principalis tract.labor, & æstus. Et idcirco hunc articulum latissime discutere decreui.

8 Ergo ut incipiam in hoc articulo gl.in d.cap. cum esses. in secundo intellectu refert quosdam tenere, quod per illud cap. quod generaliter loquitur, sit derogatum omnibus legibus, quæ disponebant minus solẽnem uoluntatem ex defectu, scilicet numeri testium non ualere. Et hi fuerunt, Ala.Vin.Goffred.Lau. & Host. ibi, & Tan.& Bar.Brixien.in Summa.2.q.4. in fin.ulti.glo.& Ioan.quem refert, & finaliter sequitur idem Host. in Summa de testa.§.qualiter.constituatur.in uersi.Io.tamen scribit. Summa Asten. lib.3.titu.30.articulo 1.in fin.& hanc opi.probat Anto. de But.& post eum latissime Abb.tam in j.quàm in 2.lec. d.cap.cum esses. qui dicit sibi semper placuisse hunc secundum intellectũ, cuius opi.sequitur, & probat ex Theologis Silue.d.uer.testamentum.1.q.5. in uers.tertium. licet finaliter dicat in hoc standum esse cõsuetudini ex quo Docto.uariant, & late quoque Gemi. consi.49.per totum, Gual.tit.2.cau.2. sub nume.2.ibi tamen stricto iure, & ubiq; seruari dixit Alcia. in l.1.C. de sac.eccle.nume.15.sed in hoc decipitur Alcia. (ut puto) nam & contrarium attestatur de directo Bal.& Pau. de Cast. Fortu. & Soto supra relati c. proximo.nume.19.ipse tamen Alcia. hunc secundum intellectum probat, & latissime Roma.in auth.similiter.in 34.speciali ult.uolunta.nume.94.& 95.C.ad leg.Falci. ubi post argumenta hinc inde adducta tandem in hac opi. residet, & eam multipliciter roborat, & confirmat.

9 Ex quibus constat hanc esse opin. communem saltem antiquorũ, prout attestatur, & late probat Gemi.d.cõsil.49.nume.4.in fi.& sequen.& idcirco concludit illam sequendam de iure, prout & nos aliàs sequuti fuimus, & ualidissimis fundamentis comprobari potest. Et in primis pro hac opi. adducitur per Anto.de But.opt. fundamentum, quod refert Abb. & late comprobat in repeti. d.c. cum esses. col.2.in fin. & col. sequen. & Roma. proxime allegatus, uidelicet, quod
10 illud c.loquitur in materia peccati, & in qua uertitur periculum animæ, ex quo ut dixit Abb. peccatum mortale est non exequi uoluntatem rationabilem defuncti, prout in terminis latissime ostendimus, & comprobauimus supra par.1.c.3.nu.8.9.& seqq. ubi latissime de ualiditate, & inualiditate iu.ciuilis requiren.septem testes in testamentis disseruimus; ergo etiã in terris Imperij in utroq; foro seruãdum iux.no.per glo.& Doc.in c.fi.de præscrip.& glo.ord.in c.possessor.de reg.iu.lib.6.& per Ioan.And.& cæteros in c.1.ubi post alios Abb. num.5.
11 de no.ope. quia ut ibi dicit Abb. in hoc solus Papa habet authoritatem, & Imperator in concernentibus ani-
12 mam est ipsi Papæ subiectus. c. cum

ad

ad uerum. & cap. si Imperator. distin. 96. & habetur in cap. solite. de maio. & obed. in cap. nouit. de iud. in auth. ut cler. apud proprios episc. §. si uero ecclesiasticum. glo. ord. in cap. possessor. ubi etiam Anchar. nume. 29. de reg. iu. lib. 6. Fel. in cap. 1. colum. 8. ad fi. in uers. tertia conclusio. sub nu. 29. de constitu. in his enim leges non dedignantur sacros canones imitari. c. fin. in fi. de secun. nup. c. clerici. ubi gl. quæ allegat concordan. de iud. cap. 1. ubi cano. de no. ope. nuncia. & in d. authen. ut clerici apud propri. episc. ubi supra, & uoluit Specu. qui bene distinguendo declarat in d. §. porrò. uersi. sed nunquid in titulo. de disputatio. & idcirco ratione peccati potuit Summus Pontifex abrogare legem ciuilem canoni contrariam tanquam pestiferam & irrationabilem, ut not. Abb. in c. ad nostram in 2. notabili ad fi. de proba. & Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. sub nume. 25. & Feli. ibidem nume. 41. ubi enim ex obseruantia legis ciuilis potest induci peccatum mortale, prout in casu isto ubi ex obseruantia iuris ciuilis requiren. numerum septem testium in testamentis sæpe posset contraueniri ratio

13 nabili uoluntati defuncti, quod est peccatum mortale, ut post Anto. de But. late deducit Abb. in repet. d. cap. cum esses. sub nume. 8. ad med. in uers. do. Anto. & nume. 15. & 16. & latius per nos supra d. par. 1. cap. 3. nume. 8.

14 cum seqq. hoc casu lex ciuilis est spernenda, & nullius est roboris, uel momenti, ut per Abb. in d. cap. ad nostram. in 2. notabili cum late adductis per Feli. in ultimo notabili, idemque Abb. & late Felin. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. nume. 41. & Dec. nume. 25. cum aliis late congestis supra par. 1. cap. 22. nume. 32. & nume. 76.

15 ubi hoc extendunt etiam si agatur de solo peccato ueniali, prout etiam concludit Sarnen. in cap. 2. in princ. nume. 18. de constitu. lib. 6. & not. per glo. & Doct. in d. cap. fin. de præscrip. Bart. Bald. & cæteros in l. priuilegia. C. de sac. eccle. & nos latius d. cap. 3. & d. cap. 22. ubi supra, prout nec præceptum superioris, nec iuramentum quod inuitaret ad peccatum mortale, uel etiam ueniale tantum teneret & obligaret, prout de præcepto superioris est bonus tex. cum ibi not. per Franch. & alios canonist. in cap. uenerabilibus. §. potest. de senten. excom. lib. 6. & de iuramento in cap. si aliquid. ubi bo. glo. 22. q. 4. & no. glo. & doct. in c. si uero. præsertim Abb. num. 3. cum alijs adductis ibi per Feli. nu. 4. de iureiu. & glo. Ioan. And. & cæteri in cap. quamuis. ubi bene Ancha. in 5. notabili de pac. lib. 6. & not. per Innocen. in cap. ad nostram. el 3. de iureiur. Ias. in auth. sacramenta puberum. nume. 31. C. si aduersus uend. & bene Bald. uiden. de pa. iuramen. firman. §. item sacramenta. nume. 20. in usib. feudo. not. Host. in summa. de iureiur. in §. quot comites. & §. quomodo censeatur illicitum. in uersi. quod. quem ad litteram refert & sequitur summa Asten. lib. 1. titu. 18. articu. 8. & latius declarat Nauar. in sua summa cap. 12. nu. 15. 16. & 17. iuramentum enim nō debet esse uinculum iniquitatis. c. inter cætera. 22. q. 4. cap. quanto. de iureiu. & habetur in regula non est obligatoriū. de regu. iu. lib. 6. cū mille sim. quæ allegari possent; quamuis contra id quod dictum est de peccato ueniali teneat post alios per eum relatos Alcia. in cap. no-

16 uit. nume. 25. & seq. de iud. & confirmatur fundamentum hoc ex pœna excōmunicationis apposita per Pont. in d. c. cum esses. contra audentes rescindere testamenta condita iuxta for

mam illius cap. sub prætextu non ser uatæ solennitatis iuris ciuilis circa numerum septem testium, quæ quidem pœna excommunicationis supponit peccatum mortale, ut in terminis no. Abb. ibi in repet. nume. 7. cum aliis per nos adductis supra par. 1. cap. 3. nu. 10. 11. & seq.

Rursus confirmatur fundamentum istud ex eo quod lex ciuilis disponēs, quod in condendis testamentis adhiberi debeant septem testes, & aliter condita sint nulla, tanquam exigens superfluas probationes uidetur irrationabilis, & sic inualida, & reiiciēda,
17 cum Deus & Natura nihil frustra operentur, & superfluis remediis non sit utendum. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. seu fideicom. nom. cauea. cum concordan. per glo. allegatis in c. 3. de maio. & obed. & not. Ioan. And. & post eum Abb. in cap. 2. colum. 1. de probatio. & per nos supra latius par. 1. cap. 3. nume. 14. nec enim ratio fraudis uitandæ, in qua fundatur dispositio iuris ciuilis, uidetur sufficiens pro illius ualiditate, cum huic periculo absque tot testibus occurri potuerit prout occurrit Summus Pontifex in d. cap. cum esses. ut latissime deduximus, & comprobauimus. d. c. 3. par. 1.
18 nume. 14. & 15. etenim ius ciuile requirens septem testes ita deuiando, & se alienando à iure diuino, à sanctorum Patrum institutis, ac totius ecclesiæ generali consuetudine, ut habetur in d. cap. cum esses. uidetur illis contrariari, & potius ius Diuinum confundere, & destruere, quàm illud distinguere, & limitare, & ad-
19 iuuare, nam qui nimis emungit, elicit sanguinem, c. denique. 4. distin. & idcirco hæc ciuilis dispositio tāquam iuri Diuino, & naturali aduersa non
20 uidetur posse subsistere, sed tanquam talis inualida, & reiicienda, ut late per Abb. in d. cap. cum esses. in lec. nume. 4. ad fi. & nu. 5. cum seq. & in repet. nu. 14. 15. & 16. & latissime nos ostendimus & comprobauimus. d. c. 3. num. 4. 5. & seq. & rursus nume. 13. cum seqq. ubi latius uidendum est, ne hic frustra membranas occupare uideamur.

21 Ergo ex iam deductis constare uidetur Papam in hoc potuisse abrogare leges ciuiles, prout fecisse uidetur, ex quo de dispositione iuris ciuilis expressam facit mentionem in d. c. cum esses. in princ. ibi, secundum quod leges humanæ decernunt; & ea nihilominus non obstante contrarium decernit, unde eo ipso absque clausula non obstante uidetur illi derogatum, iux. glo. in c. 1. uer. noscatur. ubi post alios latissime Sarnen. nu. 195. de constitu. lib. 6. & Fel. post Ioan. And. Abb. & alios in c. nonnulli. col. 15. in 4. falden. & col. seq. de rescrip. & faciunt late trad. per eundem in c. cum inter. nu. 2. & seqq. & Dec. num. 8. de exceptio. cum latissime per nos congestis supra par. 1. c. 23. nu. 5.

22 Accedit quod Papa ibi uidetur expresse abrogare cōsuetudinem illam conformem legi ciuili, quod testamēta confecta cum minori numero septem testium non ualeant; quæ quidem dicitur consuetudo imitatiua iuris communis non dispositiua, ut dicit no. Bal. in l. fi. C. quæ sit longa consuet. unde sublata consuetudine censetur etiam sublata lex ciuilis illi conformis, prout in casu conuerso concludit Bal. proxime allegatus, iux. glo. ord. & communiter approbatam in d. c. 1. uer. facti. de consti. lib. 6. ubi latissime Ancha. qui eam probat & confirmat in 2. q. sub nu. 11. cum seqq. per duas col. & Sarnen. ibi post alios nume. 209. 210. & pluribus seqq. tradd. Inn. Host. Ant. de But. & cæteri cano-

in

in c.1.ubi post alios latissime Felin. in penult. col. de rescri. Io. And. in add. ad Specu. in rub. de testamen. Bart. & cæteri post eum in prin. l. 1. ubi plenissime Alex. per quattuor coll. à nu. 15. cum cæteris seqq & Sozin. nu. 57. & plurib. etiam seqq. ff. ad leg. Falc. bene Bal. cum latissima apostil. in l. 1. C. de ser. reipub. manumitten. & Ang. Aret. in §. ius ciuile. nu. 8. cum seq. insti. de iu. natu. gen. & ciui. Old. in cons. 249. nu. 3. Alex. cons. 195. nu. 4. uol. 2. quãuis enim Io. de Ligna & alii plures eũ sequen. relati per Fel. in d. c. 1. nu. 15. de rescript. & Sarnen. in d. c. 1. nume. 218. de constitu. lib. 6. contrarium attentauerint, tamen hæc est communis opinio, ut ipsimet Felin. ubi supra & Sarnen. etiam ubi supra num. 209. & 218. attestantur; & nos etiam infra comprobauimus nume. 30. & sine dubio hæc procedere debent quando utraque dispositio est fundata in una & eadem ratione, & ius nouum contrarium statuens disponit in iis antiquum, & in eius rationem, quia tollitur ius antiquum, & eius ratio ostenditur falsa, ut per Anto. de Butr. in d. c. 1. de rescript. quem refert & sequitur Alexan. in d. l. 1. nume. 16. ad fin. & Sozin. sub nume. 57. ff. ad leg. Falc. & Ang. Aret. in d. §. ius ciuile. sub nu. 8. in uers. circa secundum. unde dici solet, quod correcta ratione legis, dici-
23 tur per consequens correcta. l. dispositio iux. glo. quæ passim ad hoc allegari solet in l. 1. ff. de legi. tuto. & Bal. in consi. 179. ad med. uers. nec obst. l. Titia. uolum. 1. Ias. in l. quod dictum. sub nu. 3. ff. de pac. in l. si quis filium. col. pen. uers. cogita. C. de inoff. testamen. & in l. posthumo. sub nume. 18. in uersi. & pro ista sententia. C. de bo. pos. contra tabu. & bene Feli. in c. tua nos. colum. 2. uers. similiter uidemus. de iureiu. & Euerar. in locis lega. in loco à cessatio. ratio. centu. 85. Aym. cõ. si. 88. nu. 11. late Alex. in l. qđ dicitur. la seconda. nu. 10. ff. de uer. obli. cum latissime congestis more suo ꝑ Tiraq. ces. cau. pa. 1. nu. 127. & plurib. seqq. & ita cõtingit in casu nostro ubi Papa in d. c. cũ esses. non solũ tollit consuetudinẽ iuri ciuili conformẽ, sed etiam ostendit eius irrationabilitatem propter regulã contrariam iuris diuini, quod in ore duorum, uel trium stat omne uerbum, ex qua tollitur ratio motiua falsitatis uitandæ considerata per ius ciuile tanquàm nimis rigorosa, & aliena à iure diuino, ut late per Abb. in repet. d. c. cũ esses. nu. 16. Sed aduerte, quia nõ dicit Abb. qđ rõ ista iuris ciuilis fuerit per Papã reprobata imo dicit quòd fuit approbata, licet bene dispositio fuerit tanquàm nimis rigorosa improbata, prout latius declarauimus supra d. c. 3. nu. 6. par. 1.

Sed cõprobatur fundamentũ ex eo quòd rõ per Papã expressa in eo. c. cũ esses. per quã reprobat cõsuetudinẽ, quæ testamenta absq; numero septẽ testiũ, prout leges humanæ decernũt infirmabat, cũ sit generalis, & militet tam respectu cõsuetudinis, quàm respectu legis ciuilis idẽ disponẽtis, dẽt ẽt generaliter tã respectu cõsuetudinis, quàm ipsius legis, effectũ suũ ope-
24 rari, quia ratio legis expressa ita inducit dispositionẽ sicut eius uerba dispositiua. l. nominis & rei. §. uerbũ ex legibus. ff. de uer. sig. l. cum mulier. ubi Pau. de Cast. nu. 8. dicens qđ hoc semper allegatur. ff. sol. mat. ẽt ad iurium correctionẽ, ut per Bal. in auth. quas actiones. sub nu. 4. C. de sac. eccles. & in c. dilectus filius. col. 1. de rescript. Dec. cons. 227. nu. 7. & cons. 284. sub nu. 2. ibi, sicut enim statutum. & consi. 372. nu. 6. ad fi. & plura in proposito cumulat Felin. in cap. tua nos. nume. 3. de iureiu. late Ripa in l. si constante.

28 Et hinc est quod talis obseruantia iuris communis non habet uirtutem disponendi, nec est consuetudo dispositiua, sed potius imitatiua iuris communis, in quo subsistit & fundatur, adeo quod sublato iure communi,
29 quod est illius fundamentum in consequentiam tollitur etiam talis consuetudo, ut trad. Bald. in l. fina. ante nume. 2. C. quæ sit longa consuetu. cum alijs supra adductis nume. 22. nec agitur ex tali consuetudine, sed ex ipso iure communi Bart. in l. de quibus. in decima oppo. ff. de leg. prout è conuerso si est factum statutum de eo quod erat inductum & decisum per consuetudinem non agitur ex statuto, sed ex consuetudine; eo quia statutum nihil de nouo facit, sed id tantum quod per ipsam consuetudinem introductum erat, recitat, & declarat idem Bart. in l. 2. nume. 7. C. quæ sit longa consuetu. & propterea talis obseruantia potest proprius, & uerius appellari ius commune, quàm consuetudo, prout etiam dicunt doct. de statuto continente idem quod ius commune, quod dicitur potius ius commune, quàm statutum, & iure communi sublato censetur etiam
30 sublatum statutum, ut late firmat per plures rationes Ioan. And. in cap. 1. in glo. u. er. facti. de constitu. lib. 6. & ultra alios latissime sequitur & comprobat ibi Anchar. sub nume. 11. in uers. secundo quæro. cum seqq. usque ad fi. & ibidem Sarnen. attestans de communi nume. 209. & pluribus seqq. ubi alios cumulat, & hanc opi. pro regula firmat tanquam ueram & communem Feli. post alios per eum relatos in d. c. 1. colum. pen. de rescrip. cum qua transit Ias. in l. properãdum. §. sinautem alterutra. sub nu. 6. uers. ad idem facit. C. de iud. Matthesil. in singu. 81. ad med. ibi, item hoc statutum. cum aliis supra per nos in proposito adductis nu. 22. de quo articulo, quia non desunt plures contrariã partem sequen. quos refert, & sequitur Sarnen. proxime allegatus nume. 218. & multis seqq. uide ibi per eum latissime, ubi pro concordia ponit finaliter quasdam distinctiones sub nume. 222. in uers. & ideo pro concordia. & late quoque post Bar. & Imo. Alex. in l. 1. nume. 15. cum pluribus seqq. usque nume. 26. ubi ipse etiam aliter distinguit nu. 24. ff. ad l. falc. ubi ultra omnes latissime Sozi. ante nume. 24. usque 61. per quattuor col. pro resolutione distinguens plures casus, ut ibi per eum, & Feli. post alios in d. c. 1. de rescrip. col. pen. & fi. ubi ponit regulam, ut proxime dixi cum duodecim limitatio. ad quos me refero, ne extra materiam ulterius deuagemur.

Quamuis ergo Papa in d. c. cum esses. appellet consuetudinem istam, quæ concurrebat cum iure communi, prout etiam in c. sopite. ubi not. Abb. in pen. notabili. de censi. & alibi sæpe ubi allegatur consuetudo, & ius commune circa idem, ut dicit Abb. in cap. fin. ante nume. 21. de consuetu. tamen in his locis Papa loqui-
31 tur de consuetudine pro illa obseruantia Iuris communis, quæ uidetur esse quid facti, & in facto consistere, uidelicet in moribus, & obseruantia populi, non autem de consuetudine, prout est quid iuris, iux. trad. per Cyn. in d. l. 2. nume. 2. in fi. in uers. sed ut intelligatur. C. quæ sit longa consuetu. per Bart. Albe. & post eos Ias. in l. de quibus. nume. 2. & seq. ff. de leg. & post alios per eum relatos Dec. in rubr. de consuetu. ante nume. 3. de quo pariter articulo, an & quomodo consuetudo sit facti uel iuris, quia non pertinet ad tract. nostrum

FF 3

ſtrum uide quoque latiſſime Sarnen. in d.c.1. in 7.notabili. nu.73. & ſeqq. uſq; 32. de conſtitu. lib.6.

Ex quibus tandem uidetur conclu di poſſe Papam in d.c.cum eſſes. non ſolum tollere uoluiſſe talem obſeruantiam iuris communis circa numerum teſtium, ſed & leges ipſas id diſponentes iux.ſecundum intellectum per glo.ibi recitatum, à quo licet glo.
32 receſſerit, eo quod non ſit ueriſimile Papam unico uerbo uoluiſſe legibus derogare, præſertim, ut ibi dicit Couar.quod ius ciuile ſuper ordinatione teſtamentorum à tot Cæſaribus, & uiris ſapientibus conditum fuerit, & comprobatum; hoc obiectum reſoluitur ex ſupra deductis, quia de uoluntate Papæ & eius poteſtate uidetur expreſſe cōſtare in d. c. cum eſſes. per ſupra late deducta, quicquid dixerit in contrarium Dom. Soto de iuſt. & iu.lib.4.q.5.art.3.col.fi.uerſ. igitur ille Pontifex; quem quidem intelle-
33 ctum nos etiam alias ſequuti fuimus dum obiter & incidenter de eo occurriſſet ſermo, eo præcipue quod à tot doc.antiquis & ſupremæ authoritatis communiter receptum uiderimus, iux.tex.no.in l.1. ibi, & ſanè crebrior apud ueteres opinio eſt. ubi not. Bal. ff. de offi. quæſto. in c. de quibus ibi, ſeniores prouinciæ congregate. 20. diſtin.ubi ſubdit, facilius nanque inuenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur. & cap. in canonicis.19.diſtin. & trad.per cano.in c.1. ubi late Fel: nume.54.de conſtit. & Papien.in forma capitulo. quādo teſtes producūtur ad æter. rei memo.§.fi.nume.8.ubi trad. regulam. quod in omnibus. qq.occurrentibus, ubi eſt diuerſitas opin.ſemper adhærere debemus opi. antiquorum potius quàm modernorum, ut ibi latius per eum quem refert Euerar.in locis lega. centu.48. car.163. pag.2.in fi. pro quibus late Iaſ. in l. cum quid. lec.2. num.36. cum multis ſeqq. uſque ad fi.ff.ſi cer. peta.cum latiſſime in propoſito cumulatis per Silua.nuptia.lib.5.num. 5.& ſeqq. ubi ante d.nu.5. refert Adria.Papā dicentem quod opin. antiquorum propter authoritatem æquiparari ſolent multitudini modernorum, & poſt omnes latiſſime Cora. de communi opin. in lib.1.tit.5.nu.8.uſque nu.15.ut merito dixerit Diuus Hieronimus: Bos ſenior, grauius figit pedem.

34 Contrariam nihilominus ſententiam uidelicet quod per d. c.cū eſſes. non ſint abrogatæ leges ciuiles, ſed illæ ſeruandæ ſint in terris Imperij, & diſpoſitio d.c. cum eſſes. in terris Eccleſiæ, iux. tertium intellectum glo. uidentur tenere Ioan. And. & Io. de Fano. Ancha. Card. Imo. Henrichus d.c.cum eſſes. ubi latiſſime Couar. alios cumulat & atteſtatur de communi.nume.12.idem quoque in effectu uoluerunt Imo. & poſt eum Feli. in c.licet uniuerſis. in uerſi.in tex.ibi, quædam ſunt cauſæ. de teſt.idem clare firmat Dom. Soto de iuſti.& iu.lib. 4.q.5.articulo 3.colum. fin. per totum. ubi late differit de intellectu d. c.cum eſſes.& latius Fortu. de ult. fi. in 15. principali illatio. à nume. 168. 169. 170. cum pluribus ſeqq. uſque 186.ubi latiſſime hanc opi. defendit, & omnibus reſpondet, quæ contra eam Abb. & alij adducunt Bertran.in conſi. 178. uolum.3. in 2.par. ubi ante nume.8.atteſtatur hanc opi.de generali conſuetudine eſſe roboratam, prout etiam firmat, & atteſtatur Iul. Clar.lib.3.ſenten.quæſt.57. uerſ. quæ quidem concluſio; & ſequitur Boer. deciſ. 93. nume.6. Sozi. Corn. & alii quos uidere poteris relatos per Tiraquel. in princip. d. tract. de priui. piæ cau. in uerſ. alii item quod in terris

Imperij,

Imperij; ubi post eos attestatur de cõmuni, & de consuetudine generali, quod notandum est contra Alcia. in l.1.nume.15.C.de sacr.eccle.Et sic in effectu hodie ista est magis communis opin.saltẽ moder.licet olim apud antiquos alia esset communior,ut supra nume.8.9.& nume.33. ostensum fuit, nec enim mirum uideri debet,
35 quod una opi.sit communis uno tempore, & contraria alio tempore Sozin.iun.in consi.158.nume.71.& in consi.174.nume.21.uolum.2. quem etiam in proposito refert Iul. Clar. lib.3.senten.quæst.77. col. pen. Silua nuptia.d.lib.5.num.4.& num.9.cum alijs adductis per Anto.Mariam Cora.de commu.opi. in præfa. nume. 5. prout etiam sæpe uidemus in Rota contingere, ut late refert, & attestatur Cassad.decis.9.num.15.& seq.de cau.pos. & proprie. & latius Sarnen. qui plura exempla refert in regula de trienna.q.53.in uersi. non obstant iura.ubi pro modernis adducit illud,
36 quod dici solet, quod moderni sunt culices in capite Elephantis, qui uident priora,& posteriora;unde emanauit illud uulgatum quanto iuniores tanto perspicaciores glo.in l. Gal
37 lus.in prin.uer.si filius.in fin.ff. de lib. & posth.quam ibi not. Bar. nu.10.& post alios Ias.num.57. cum sequen.& in proposito referunt Cassad. & Sarnens. proxime allegati,adeo quod & ipsi seniores,& præstãtissimi I.C. Paulus & Iulianus non dedignantur sequi sententiam Celsi adolescentis in l.si seruum. §. sequitur. quem text. in proposito ponderat ibi Alexan. in 4. notabili,& Ias.num.9.ff.de uer.oblig. ubi inter alia refert illud B.Augustini quòd senex, & episcopus tot annorum à iuuene, & collega nedum articulo paratus est edoceri. c. si habes. ad med.in uersi.sed si tibi. 24.q.3. facit.c.nullus.& ubique glos. distin.38. & bo.glo.in cap.de Constantinopolitana.uer.discere.distin.22. sæpe.n.releuatur minori, quod maiori abscon ditur, iuxillud D.N.Abscondisti hæc à sapientibus,& prudentibus,& reuelasti ea paruulis Matt. 11. & Apostolus,sed si aliquid fuerit reuelatum sedenti prior taceat.1.ad Corin. 14. c. esto.in fin.distin.95.Host.in procem. suæ summæ, ubi pro modernis plura adducit, & pro modernis infinita cumulat Silua nuptia.d.lib.5.num.8.& pluribus seqq.usq; nu. 20.

38 Et idcirco, licet aliàs nos quoque obiter,ut diximus,& incidenter priorem opin.antiquorum sequuti fuerimus,nunc tamen re maturius perpẽsa, & discussa non nos pudet mutare sententiam iux. text. not. in auth. de nupt.in prin.in uersi.nos autem. & in auth.ut fratrum filij in prin.& in cap. qualiter,& quando.el primo,ibi, non pudeat uos errorem uestrum corrigere. de accusa. ubi glo. notabilis, quæ plura cumulat, & ibidem Abb. nume.1.& bene, & late Felin.in tertio notabili,& in cap.loci.§.his ita respondetur.& cap. graue. & c.fin. 35. q.9.bonus tex.in l.non nunquàm. ff. de colla.bo.ubi glo.allegat illud Salo
39 monis, Sapientis est mutare consiliũ: quem refert etiam glo.& Bart.in d.§. nos autem.& Bald.de seipso loquens in consi.477.in fin.uolum.5.cui concinit Augustinus aiens,magnæ sapientiæ est reuocare hominem,quod male loquutus est,cap.magnæ.22.q.4.& no.Abb.in c.cum cessante. per illum tex.nu. 6.ubi etiã Dec. in quinto notabili de appella.& idem Dec.in l.editan in 5.itid.notabili.num.11.& 12.C. de eden.Imo Deus ipse semper idem
40 & immutabilis iux.illud, Ego Dominus,& non mutor. Malach.3.freq̃ẽter suam dicitur mutare sententiam

iux.illud etiam Hierem. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agã & ego pœnitẽtiam super malo, quod cogitaui ut facerem ei, ut habetur in c. unusquisque in fin. & c. sequen. 22. quæst. 4. c. non debet. & ibi not. Abb. num. 5. de consang. & affi. & c. nouit Dominus. & c. prædixerat. de pœniten. distin. 1. & bonum exemplum Mechiæ, cui Dominus addidit annos quindecim post mortem illi comminatã refertur Regum 4. cap. 22. Et Esa. 38. & simile exemplum de subuersione Niniuæ habetur Ionæ. 3. & in compẽdio Theolo. ubi hæc declarãtur lib. 1. cap. 19. sub rub. de incommutabilitate Dei. & tradd. etiam Cagno. in regula nemo potest mutare, nume. 6. ff. de reg. iu. & Nauar. in cap. nouit. in 1. notabili sub num. 15. uersi. 4. quod multa prænunciauit Deus de iudi. & la-
41 tius Nauar. in d. c. nouit Dominus. de pœniten. distinc. 1. unde excusari debet Doctor qui mutat consilium, & sententiam, quam aliàs tenuerat, ut
42 uidemus contigisse Papiniano. I. C. facile Principi, si credimus Imperatori in l. cum acutissimi in prin. C. de fideicommis. qui sæpius de eo loquendo honorificam eius mentionem facit, ut habetur per Ias. in l. post dotẽ.
43 in prin. ff. solu. matr. & late Cagno. in procem. digestorum. §. itaque. nu. 131. & tamen ipse quoque suam mutauit sententiam, ut habetur in l. fin. §. sed cũ in secundã. ubi Bal. in fi. C. de fur. & idẽ quoq; contigit Labeoni, ut no. glo. in l. Labeo. ff. de ser. rust. præd. & idem quoque Vlpiano profunda sapientia admirabili. I. C. in l. diui fra-
44 tres. ff. de iure patro. Beatus quoque Augustinus fecit librum retractationum, & ita quoque licitam erit do-
45 ctoribus in tract. consi. & lect. mutare sententiam, quam aliàs tenuerunt, ut fecit Bart. prout ipsemet attestatur in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. q. ff. de uerb. oblig. & in l. si pater. col. 2. in prin. C. de inst. & Bald. in consi. 56. in fin. uolu. 4. & in d. consi. 477. in fi. uolu. 5. & idem no. Bal. & Ang. in d. l. Labeo. ff. de ser. rust. præd. & late Ias. in l. ex toto. §. si ita legatum. nume. 27. cum cæteris seqq. ff. de lega. 1. Dec. in l. nemo potest. ff. de reg. iu. ubi etiam late Cagno. num. 4. & seqq. & Dec. in cons. 377. sub num. 7. in uersi. aliquando & secundo. & in l. precibus. nu. 4. C. de impub. & in d. l. edita. notabili quinto. C. de eden. Cassad. decis. ultima. num. 15. & 16. de cau. pos. & proprie. & Sarnen. in regula de trienna. quæstione 53. in uersi. non obstant iura. usque ad fin. ubi loquuntur de uariatione Rotæ, prout supra quoq; hac par. cap. 5. in fin. adnotauimus, cum latissime congestis per Anto. Mariam Cora. de commu. opi. lib. 1. titu. 6. nume. 19. iuncto nume. 23. & pluribus seqq. præsertim quod obiter, & perfunctorie (ut diximus) de intellectu cap. cum esses. tractauerimus, non autem principaliter, prout nunc tractamus, idcirco diximus magis creden-
46 dum esse Doctori examinãti quæstionem, quàm perfunctorie loquenti, nam & illa dicitur esse sua opi. quam maturius examinauit, ut per Abb. in
47 cap. bone. el secondo, col. fin. in uersi. dicit etiam. de postula. prælat. Fulgo. consi. 101. nume. 3. uersi. nam aliter. Zun. pro uxo. nu. 698. Paris. consi. 91. num. 49. uolum. 3. Alcia. de præsumptio. regula 1. præsumptio. 51. nu. 4. & sequen. cum alijs adductis per Anto. Gabriel. commu. conclu. lib. 1. titu. de test. conclu. 4. num. 85. & latissime Silua nupt. d. lib. 5. num. 29. & nu. 26. cum seqq. & latissime Ant. Maria Cora. d. titu. 6. nume. 76. & 78. Cephal. consi. 278. nume. 10. ubi uidere licebit

bit, nam obiter quoque hæc tangere libuit.

Pro uera igitur huius opi. demonstratione, & intellectus d.c. cũ esses. enucleatione repetenda sunt memoriæ ea, quæ in principio huius nostri trac. firmata fuerũt, ubi latissime ostẽsum fuit nu. 1. & multis seqq. quod li-
48 cet numerus duorum testium sit probatus non solum iure humano, sed etiam naturali, & diuino, non tamen inde subinfertur, quod amplior numerus sit reprobatus, quia nec lex naturalis, nec diuina prohibet quin ex causa plurium aliquando fides sit necessaria, ut post S.Thom. probant Couar. d.c. cum esses. nu. 3. & Soto de iusti. & iu. lib. 5. q. 7. articu. 2. col. 2. cum alijs late per nos ibi allegatis nu. 10. & pluribus seqq. nam, & ut ibi dixi-
49 mus nu. 30. est hoc præceptum affirmatiuum, quod obligat semper, sed non ad semper, ita quod ut ibi diximus pro loco, & tempore, & causa
50 mutari, & alterari potest, quapropter iura ciuilia requirentia ex aliqua cau-
51 sa plures testes duobus non sunt irrationabilia, nec reprobata, quinimo ẽt iure ipso canonico approbata Abb. & Fel. in c. licet uniuersis. de test. quos ad propositum ibi adduximus. nu. 22. & consequenter, ut inibi c. 1. & duobus seqq. latissime ostendimus leges
52 istæ iustæ salubres, & ualidæ sunt etiã in foro conscientiæ, & sic nullum cõtinent peccatum, quia ius canonicum nihil approbat cum peccato, Sarnen. c. 2. in prin. nu. 15. & 16. de constitu. libro 6. cum aliis in proposito supra ad
53 ductis d. par. 1. c. 3. nu. 32. Et quia non reperitur aliquo iure naturali diuino, aut humano circa numerum testium præfinitus aliquis certus numerus ultra quem lex transgredi non possit, sed totum hoc positum in arbitrio legislatoris, qui attentis uariis circunstantijs causarum quandoque duos, uel tres, quandoq; quinque, septem, octo, pluresue, aut pauciores in hoc, uel in illo casu exigit, ut supra in d. prin. num. 10. & seq. & in ultimis uoluntatibus non sine maxima, & rationabili causa lex ciuilis disposuerit duos, aut tres tantum testes satis nõ esse, sed plures exigi debere, merito quoque potuit pro eius arbitrio statuere, quod septẽ potius quàm quinque, uel sex, aut octo requirãtur, neque in hoc nimis rigorosa, aut excessiua redargui, aut diiudicari potest, prout etiam latissime supra d. par. 1. c. 3. nu. 23. & plurib. seqq. ostendimus, & declarauimus.

Ex quibus tandem in d. par. 1. & tribus primis cap. latissime adductis, & discussis, ubi de rationabilitate, & ualiditate dispositionis iuris ciuilis circa numerum septem testium in testamẽtis adhiben. sufficienter, & ad plenũ ostensum fuit, manifeste constat, & probatur ueritas opi. illorum, qui dicunt per ius canonicum non esse improbatas, nec correctas leges ciuiles
54 id disponentes, quos supra retulimus nume. 34. quia si tales leges iustæ, & ualidæ sunt, necesse quoque erit illas in terris Imperii uim suam obtinere, nec ex dispositione Pontificis in d. c. cum esses. in terris Imperii abrogatas esse, quia cum in illis Papa non
55 exerceat temporalem iurisdictionẽ, merito nõ potest in illis legibus tem-
56 poralia concernen. derogare, quia iurisdictiones discretæ sunt. c. duo sunt. c. cum ad uerum. & c. si Imperator. 96. distin. c. quoniam. distinct. 10. bo. tex. in c. nos si incompetenter. §. sed notandum. 2. q. 7. & in c. solite. in uersi. præterea nosse debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria. de maio. & obed. cap. per uenerabilem. in uersi. rationib. igitur his inducti. ubi not.

not.Abb.num.15.qui filij sint legi. &
& c.causam. el secondo.ubi gl.& Do
cto.eod.ti.& in auth. quomodo opor
teat epis. in princ. ubi etiam hoc not.
Bar.glo.ord.in c. possessor.ubi Anch.
nu.29.de reg.iu.lib.6. & in c.si duob.
in fi.in glo.fin.de appella.& bo.glo.in
clemen.fin.uer.usuris.ad med.de iud.
quam sequitur Bal.in l.eos.in fi.C. de
usu. optime probat Inno.in cap. licet
ex suscepto.de fo.compe. & late Ol-
dra.consi.83.nu.1.& 2.Alexan.in cō-
si.8.num.1.uolum.1.late Felin.in c.1.
col.8.in uers.tertia declaratio.nu.29.
de constit.& latissime comprobat Na
uar.in repet.c. nouit.ubi opt. text. in
tertio notabili à num.21.cum cæteris
seqq.usque ad fin.de iud.unde nec ue
57 risimile fieri potest, nec præsumē.est
quod mens Papæ fuerit per suam di-
spositionem in d.c.cum esses. legibus
in terris Imperij in præiudicium au-
thoritatis Imperialis derogare uoluis
se.d.c. cum ad uerum. & c. nouit. ubi
gl. & Docto.de iud.prout etiam con-
siderat Soto de iust.& iu. sup.per nos
allegatus.nume.34.sed tantum in ter
58 ris de iurisdictione Ecclesiæ,& in pa-
trimonio Beati Petri, ubi & Summi
Pontificis authoritatem exercet, &
Summi Principis exequitur potesta-
tem,ut dicitur in d.c.per uenerabilē.
cum alijs late adductis supra c. proxi-
mo.num.21.iux.tertium intellectum
gl.in d.c.cum esses. hodie magis com
59 munem, & de consuetudine quoque
generaliter approbatū, quem & nos
uti ueriorem quoque de iure sequi-
mur, & approbamus, ut supra nu-
me.34.iuncto nume.38.cum seqq.

Tota ergo uis est in respondendo
ad fundamenta partis contrariæ,quæ
(si recte animaduertatur) omnia in ef
fectu ad hoc tendunt, quod leges ci-
uiles requirentes septem testes in cō
ficiendis testamentis uideantur pec-
cati nutritiuæ,aut saltem præbere oc
casionem peccandi, & idcirco ratio-
ne peccati potuisse Papā legibus de-
rogare iux.not.in cap.fi. de præscrip.
cum alijs supra adductis nume. 10. &
12. cum seqq. uerū assumptum istud
parum stabile est postquàm lex ciuilis
requirens septem testes pro ualidita-
te testamentorum,ex iusta,& rationa
bili causa introducta, ipsa quoque iu
sta salubris, & rationabilis erit, & in
foro etiam conscientiæ obseruanda,
ita quod nullum in ea peccatum, nec
peccati occasio imaginari potest, ut
supra num.51. cum seqq. & patet ex
latissime deductis in tribus primis c.j.
60 par. Sublato igitur hoc fundamento
peccati totum quoq; ædificium cor-
rui necesse est. c.cum Paulus.1.q.1.

Nec obst.ea quæ in contrarium su
pra adducebantur ad probādum, qđ
lex ciuilis uideatur præbere occasio-
nem peccandi,& primo ex eo, quod
uideatur infringere rationabilem uo
luntatem defuncti solum ob non ser
uatam solennitatem iuris positiui cir
ca numerum septem testium, quod
uidetur peccatum mortale,ut late su
pra num.12. cum pluribus seqq. quia
huic argumento fuit tripliciter latissi
me,& uerissime respōsum supra par.
1.c.3.à num.35.in uersi. Ex præmissis
cum infinitis sequen.usque 79.prima
etenim responsio traditur a d.nu.35.
usque nu.44. secunda à d.nu.44.usq;
65.tertia à d.nu.65.usq;79.ubi ne bis
idem frustra repetamus Lectorem re
mittimus.

Nec obstat pœna excommunica-
tionis adiecta per Pont.in d.c.cum es
ses.quæ supponit peccatum mortale,
ut supra num. 16. quia & huic moti-
uo respondetur itidem d.cap.3.d.nu-
me.79.& 80. nempe quod talis pœ-
61 na excommunicationis in hac mate-
ria de re temporali prolata non afficit

eos

eos qui non sunt quo ad temporalem iurisdictionem subditi Pontifici, sed solum illi temporaliter subiectos per cap.Romana.in uersi. porro. ubi Ancha. nume.3. & cæteri de senten. excommu.lib.6.cum alijs d. nume. 80. per nos allegatis. Et ut responsio ista latius hic confirmetur(prout ibi pol-
62 liciti fuimus) aduertendum est, quod excommunicatio siue excommunicādi potestas pertinet ad clauem iurisdictionis non ordinis, & est pars ipsius iurisdictionis fori exterioris iuxt. glo.in c. præter hoc autem.§. ad hoc. uer.ducibus.distin.32. & in c.cum ab ecclesiarum prælatis. in glo. 1.ex hoc inferente illam competere alijs etiā clericis non episcopis tantum, de offi.ord.& glo.fin. in cap. transmissam communiter receptam, ubi Abb.notabile 1.de elect.& idem Abb.in c.ab excommunicato.nume.6. de rescrip. & in c.canonica.in fin. de senten. excommu. Felin.in c. dilecta. num.3.de maio.& obe.late Hostien. in summa titu.de senten.excommu.§. quis possit excommunicare. in uersi. nedum autem.nume.5.Summa Asten. lib. 7. titu.4. & cæteri summistæ in uer. excommunicatio. tradd. Thom. Palud. & cæteri in 4.senten.distin.18.q.2.ar. 2.& post alios latissime Couar.in c.alma mater.par.1.§.11.nume.1.& seqq. de senten.excommu.lib.6.& Summa Nauar.c.27.nume.5. & seq.& nos supra par.1.c.10.sub num.66. & 67.& idcirco potest Papa concedere layco facultatem excommunicandi, & ab excommunicationis uinculo absoluendi, ex quo excommunicatio est iuris non ordinis, ut dicunt glo. Abb. & alij præcitati, quamuis secus quo ad absolutionem à peccatis, quæ pertinet ad clauem ordinis, non iurisdictionis, & in specie d.c.10. par.1.sub d.nume.67.ad fin. nos quoque latius
63 adnotauimus. Et propterea non suppositus iurisdictioni non ligatur excommunicatione, & excommunicatio non comprehendit, ut diximus non suppositos iurisdictioni excommunicantis, ut proxime dictum fuit.
64 Quamuis enim excōmunicatio pertineat ad iurisdictionem spiritualem. iuxt. glos.in d.c.præter hoc.uer.ducibus.distinct.32.& in c. canonica.uer. presbyter.de senten. excommuni. & præcipue not. Abb.in d.c.ab excommunicato.nume.5.ad fi.cum sequen. Couar.d.§.11. nume. 3. cum alijs per nos supra adductis d. c.10. sub d. nume.67.ibi,nam & absolutio ab excō-
65 municatione. & quo ad illam omnes Christi fideles sint subditi Papæ, & consequenter omnes ab ipso excommunicari possint,cap.duo sunt.&seq. 96.distinc. & in spiritualibus Papa sit supremus omnium Princeps. & Imperator Abb. in c. per uenerabilem. nu.17. qui filij sint legi. tamen quando in materia prophana, puta circa solennitatem contractuum,testamentorum,iudiciorum, & id genus similium,quæ non tangunt spiritualia, aliquid statuit apponendo pœnam excommunicationis contra non obseruantes,prout facit in terminis d.c.cū esses. tunc pœna excommunicationis non afficit eos, qui non ligantur ipsa principali constitutione, & sic non
66 subditos statuenti,quia extra territorium statuentis non paretur impune, ut in terminis inquit tex. in c.2.in fin. de constitu.lib.6. cum sim. ibi per gl. allegatis,&per nos supra latius par.j. c.3.nu.80.
67 Et confirmatur responsio, quia excommunicatio est maxima pœna, qua, ut inquit Augustinus, nulla maior reperitur in ecclesia Dei, cap.corripiātur.24.quæst.3.c.sacro. ad med. iuncta gl. uer. pœnam.de senten.excommu.

commu.ut ibi no.Abb.nu.7.& Abb. in c.olim.el secondo.num.10.ad fin. de restitu. spol. Alfon. à Castro. de l. pena.lib.1.cap.6.in uersi. quod hactenus.pag.113.circa princ.tradd.Host. in Summa de senten.excommu. in §. quod sit excommunicatio. Summa Asten. lib.7.titu. 7.ibi, sed quia excommunicatio. traditur enim excõmunicatus diabolo,& separatur à cõmunione fidelium,& à corpore Christi, ut probatur ex uerbis Pauli 1. ad Corinth.5.tradere huiusmodi hominem Satane in interitum carnis.Et 1. ad Timot. 1. quos tradidi Satane, ut discant non blasphemare.c. qui peccat.23.q.4.c.sed illud.distin.45.c.audi.ubi glo.no.dicit quod diabolus habet in eo potestatem quasi in pecore suo.c.omnis Christianus.& c.sequen. 11. q. 3. ubi merito dixit August. ibi relatus, quod nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi; grauissima enim pœna est uersari inter homines, & hominum carere suffragiis inquit tex. in l. hi qui sanctam.C.de aposta.&in proposito Hostié. proxime allegatus, & Abb.in d.c.sacro.nume.7. de senten. excommuni. & patet ex late tradd. per Couar.in d.cap.alma mater. par. 1.in princ.nume.6.7.& 8.de senten. excommuni.lib.6. & Nauar.in d. sua Summa cap.27.nume.17. & 7.seqq. licet me non lateat pœnam hanc ex altera parte dici medicinalem.c.cum medicinalis.ubi late Ancha.& alii de senten.excommuni.lib.6.& latissime
68 explicat Couar.in d.c.alma mater. in prin.nume.9. pœna igitur excommunicationis supponit culpam, quia nõ refert pœna (uere loquendo) absque culpa cũ sint relatiua.l.aliud est fraus; & l.si qua pœna.ff.de uerbo. signifi.l. sancimus.C.de pœn. Aym.consil. 4. nume.3.& consi.63.num.9.late probat Domi.Soto de iusti.& iu. lib.1. q. 6.articu.5.& Alfons.à Castro de l.pœna.lib.1.cap.3.pag.38.in fin. uersi.ultimo notandum est. cum seqq. usque ad fin.& cap.6. & alibi sæpe. cumque excommunicatio sit maxima pœna
69 supponit maximam culpam, scilicet peccati mortalis c.non afferamus. in fin.24.q.1. iuncto.c.nemo Episcoporum.& cap.Episcopi.11.q.3.cum late supra adductis par.1.cap.3. nume. 11. iustum est enim, ut pœna sit commẽsuranda delicto iuxt. illud Deute. 25. pro mensura peccati, & plagarũ modus.c.felicis.in uersi.illud.& uersi.cæterum.ibi pœnam metiatur, ex culpa.& propter enormitatem culparũ plagarum modus, ubi Io.And. nu.7. de pœn. lib.6. & c. alienus. dist. 90. Domin. Soto ubi supra in 3. & 4. ratione suæ conclu.& opt.tex.in proposito in d.c.non afferamus.in fi. & optima gl.in d.c.corripiantur.uer. maior. 24.q.3.Alfon.à Castro d.cap.6.ubi supra in uersi.quod hactenus. pag.113. & in proposito quoque optime deducit,& post alios probat Couar.in d.c. alma mater.par.1.§.9.num.1.per totum de senten.excommu.lib. 6. nulla uero culpa potest imputari illi, qui non suppositus iurisdictioni temporali Pont. si in materia prophana, & mere temporali non seruat illius con
70 stitutionem, quia cum iurisdictio nõ possit exerceri in non subditum, ut in proposito trad.Pau.de Cast.in cõs. 287.sub nume.1.uersi.contrariam. & nume.3.par.1. quem sequuntur Feli. in cap.quæ in Ecclesiarum. nume.30. & Dec.nume.24. de constitu. & precise declarat Abb.uiden.in cap. inquisitioni.in fin.de senten. excommu.iure merito eo casu non incurrit pœnam excommunicationis in constitutione, seu præcepto adiectam, si illi non obediat, ut per Abb. proxime allega-

allegatum, & latissime probat, & declarat post Thom. Adria. Silue. & alios per eum relatos Domi. Soto de ratio tegen. & detegen. secre. membro. 3. q. 1. in 4. conclus. per totam. & q. 2. in fi. 3. conclus. quod tamen sing. & not. declarat Inno. in d. c. inquisitioni. in fi. de senten. excommuni. nam & extra territorium statuentis, non paretur impune. l. fin. ff. de iurisdict. om. iudi. & respectu pœnæ excommunicationis opt. tex. in d. c. 2. in fin. de consuetu. lib. 6. cum aliis late adductis supra par. 1. c. 3. nu. 80.

71 Rursus ex his cõsequitur, quod nulla pœna potest quis astringi ad obseruandam legem per eum qui in subditum nullam habet iurisdictionem, clemen. pastoralis. in uersi. cum & si illa fuissent ibidem re uera commissa &c.
72 de re iud. quia cum principalis dispositio non teneat contra non subditũ ex defectu potestatis, merito nec pœnæ adiectio argumen. l. si homo mortuus. ubi post alios Ias. num. 2. & seq. ff. de uerbo. obli. & l. non dubium. ubi etiam post alios Ias. nu. 56. 57. C. de leg. & l. 3. §. si seruus. ubi Bar. in fi. ff. de pecu. opt. tex. in l. seius, & augerius. ubi hoc tradd. Bart. & late Alexan. nume. 2. cum seqq. & Curt. ad Alexan. in apostil. non ualeat. ff. ad leg. Fal. Bart. in extrauag. qui sint rebel. in uer. mille librarum. num. 1. Bal. in auth. habita. ante nu. 10. C. ne filius pro patre. & optime probat Bal. in l. omnes populi. sub nu. 13. in uersi. sed nunquid statutum. ff. de iusti. & iu. & in l. 1. nume. 3. C. de indic. uidui. tol. & Alexan. in consi. 33. num. 15. uolu. 5. & idem Alexan. consi. 59. num. 5. & consi. 97. col. 2. in uersi. & quamuis statutum. uolu. 1. Ancha. consi. 21. num. 5. Dec. in l. nuptias. num. 11. ff. de regu. iu. & in consi. 231. num. 3. ad fin. & num. 4. & est optima glo. in cap. significantibus. in glo. fin. quam ad multa ponderat ibi Felin. nume. 9. de offi. deleg. & similis glo. in l. si patronus. §. patronũ. uer. fauiana. ff. si quid in fraud. patro. quam not. & alia ad hoc trad. Ripa in l. ita stipulatus. nume. 36. cum seq. ff. de uerbo. obli. & respectu pœnæ excommunicationis Domin. Soto supra allegatus. nume. 70. & Fortu. de ulti. fin. num. 180. & 181. cum late adductis supra per nos par. 1. cap. 3. nu. 80.

73 Et per cõsequens, ut unico uerbo cõcludamus, pœna excommunicationis in d. c. cum esses. adiecta, non concludit eos peccare qui non sunt de temporali iurisdictione Papæ si non illius canonis, sed iuris ciuilis dispositionẽ obseruent, cum nec talis pœna eos, ut proxime ostensum fuit, ad id astrin-
74 gat, nec uerisimile sit sub uerbis generalibus tales sibi temporaliter non subditos Papam ibi comprehendere uoluisse, argumen. c. nouit. in prin. de iud. ut est tex. in terminis excommunicationis. in cap. à nobis. el primo. & ibi no. Abb. nu. 4. de senten. excom.

Nec obstat præterea, quod lex ciuilis requirens numerum septem testiũ in ordinandis testamẽtis uideatur nimis aliena à iure diuino, & tanquàm exigens superfluas probationes iudicanda sit inualida, ut supra nu. 16. in uersi. Rursus. & nume. 17. cum seqq. latius deduximus, ad hoc enim fundamentum late quoque responsum est par. 1. d. cap. 3. nu. 19. usque 30. inclusiue, ubi lectorem remittimus.

Postremo non obstant ea quæ circa derogationem iu. ciuilis supra deduximus à nu. 21. usque 34. per quæ dicebamus Papam in d. c. cum esses. non solum abrogasse cõsuetudinem, sed & leges ipsas de numero septem testium, nam præterquod ibi de abrogatione uerbum nullum. Et præter quod non est uerisimile Papam unico

co uerbo, ut ibi dicit glos. tales leges abrogasse, præsertim, quod ius ciuile circa ordinationem testamentorum à tot uiris sapientibus probatum fuerit, ut ibi dicit Couar. ante nu. 3. prætere id concesso, non tamen subinfertur, quod hæ leges sint sublatæ nisi tantum quo ad Papæ subditos, ut sunt clerici, & quo ad laycos in terris de illius temporali iurisdictione, non autem quo ad alios extra temporalē
75 iurisdictionem ipsius Pontificis, quia generalis dispositio statuentis restringitur ad limites suæ potestatis, & idcirco ad non subditos eius iurisdictioni non porrigitur etiam si dispositio emanauerit sub pœna excommunicationis, ut probat tex. in proposito no. in d. c. à nobis. el primo. & ibi Abb. notabili. 3. de sent. excommu. & in cap. 2. §. statutum. ubi post alios latissime Sarnen. nume. 39. & multis seqq. de
76 constitu. lib. 6. quia in generali dispositione quis non præsumitur uelle, qđ in specie disponere non potest, ut in proposito per Bar. in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de cond. inst. Alexan. consi. 33. num. 16. uolum. 5. cum alijs late adductis supra hac par. cap. 6. nume. 20.

Quare non obstat, quod dispositio d. c. cum esses. uideatur fauorabilis, & amplianda, ut supra in comprobatione huius fundamenti adduximus
77 nume. 25. quia non sufficit statutum esse fauorabile, & illius rationabilitas, nisi ubi datur iurisdictio in statuēte, Dec. in c. ecclesia Sāctæ Mariæ. sub
78 nu. 36. de constit. & idcirco cūm quo ad terras Imperij Pontifex temporalem iurisdictionem non exerceat, ut in c. cum ad uerum. & cap. duo sunt. & c. si Imperator. 96. distinct. cap. per uenerabilem. qui filij sint legi. c. nouit. & ubique doct. de iud. cum alijs supra adductis. nume. 56. nec ha-
79 beat potestatem in leges Principum temporalium, nisi quatenus sunt contra ius diuinum, aut in materia concernen. spiritualia, & similia iuxt. not. per cano. in d. c. nouit. & in d. cap. ecclesia Sāctæ Mariæ. & in terminis Domin. Soto de iust. & iu. lib. 4. q. 5. articulo 3. col. fin. in uersi. igitur illic Pon-
80 tifex. propterea eius dispositio in d. cap. cum esses. quantumuis fauorabilis non porrigitur extra terras de sua temporali iurisdictione, sed tantum in terris sibi temporaliter subiectis seruanda erit, quia in illis potuit legibus derogare iuxt. tertium intellectum glos. ibi quam hodie uti magis communem, & ueriorem, & facto ipso de generali consuetudine roboratum, ut supra nu. 34. nos etiam sequimur, & comprobamus. Et sic remaneat perfecte (ut puto) declaratus tex. d. c. cum esses. simulq́ue absoluta secunda pars principalis huius nostri Tractatus.

Secundæ partis Tract. finis.

PETRI DOMINICI
MAGDALENI CAPIFERREI
I. C. PRAECLARISSIMI,
Patricii, & Aduocati Romani,
DE NVMERO TESTIVM
IN TESTAMENTIS REQVISITO.

Tractatus. Pars Tertia.

Quod in foro conscientiæ ualet testamentum absque ulla solennitate introducta de iure positiuo Ciuili, aut Canonico, ex sola simplici, & nuda uoluntate testatoris. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Casus in foro conscientiæ in materia usurarum, decimarum, iuramenti, matrimonii, & similium nedum pertinent ad Theologos, sed etiam ad Iuristas, & Canonistas.*

2 *Forus conscientiæ idem est quod forus animæ.*

3 *Et idem cum foro Poli, & foro Pœnitentiali.*

4 *Et potest dici forus ueritatis, & forus iuris naturalis, & iuris diuini.*

5 *Conscientia non ligat, quos natura non obligat.*

6 *In foro conscientiæ semper attenditur ueritas iuris naturalis.*

7 *Ius naturale est semper bonum, & aequi, & quicquid est contra ius naturale est iniquum.*

8 *Forus conscientiæ est forus boni, & aequi, & tribunal ueritatis.*

9 *Conscientia idem est, quod bonus uir, & quod non conuenit bono uiro neque conuenit in foro conscientiæ.*

10 *Lex naturalis reputatur lex diuina.*

11 *Deus & ipsa ueritas, quæ nec fallit, nec fallitur, & diiudicat hominem secundum eius propriam conscientiam.*

12 *Forus conscientiæ est forus interior.*

13 *Conscientia, est quid intrinsecus in mente latens, quod testibus probari non potest.*

14 *Et est in summa secretum secretorum.*

15 *Secretorum solus Deus cognitor, & iudex est.*

Ecclesia

16 Ecclesia non iudicat de occultis.
17 Deus noluit peccata Sodomæ condemnare, priusquàm probaret ea uera esse.
18 Iudex in foro fori debet iudicare secundum acta, & probata, non secundum propriam conscientiam, & ueritatem sibi priuatim notam.
19 Quis non debet agere contra conscientiã erroneam remordentem priusquàm eam deponat.
20 In foro conscientiæ attenditur ueritas, quantumlibet priuatim cognita.
21 Et in hoc foro iudicatur sola facti ueritate inspecta prout ipse Deus iudicaturus esset.
22 Coram Papa & Imperatore, & alio supremo Principe magis attenditur ueritas, quàm ritus iudiciorum.
23 Et hi supremi Principes debent iudicare secundum propriam conscientiam potiusquàm secundum acta, aliàs peccarent.
24 Iudex minister dicitur legis, nec debet esse clementior lege.
25 Et non peccat iudicans secundum allegata, & probata contra suam priuatam scientiam.
26 Iudex in foro fori exteriori repræsentat personam publicam, non priuatam.
27 Conscientia erronea deponi debet ad consilium peritorum.
28 Forus conscientiæ, est forus priuatus, & singulorum, & non facit ius quo ad omnes.
29 Leges sunt vniuersales, non priuatæ, & particulares.
30 Duplex lex publica, & priuata, & quæ.
31 Lex conscientiæ est scripta in cordibus hominum instinctu Spiritus Sancti.
32 Quæ spiritus Dei dicuntur non sunt sub lege.
33 Conscientia dicitur lex intellectus nostri, & rationale iudicatorium.
34 Conscientia proprie sumpta, an differat à lege intellectus, & à lege naturali, prout etiam synderesis.
35 Conscientia potest dici lex illa naturalis, de qua habetur in Psal. 90.
36 Multiplex conscientia.
37 Qui agit contra conscientiam, ædificat ad gehennam.
38 Obediens prælato contra propriam conscientiam, an peccet.
39 Sufficit deponere erroneam conscientiam uoluntate, & effectu, licet ratio, & intellectus repugnet.
40 Conscientia, & timor conscientiæ, quid inter se differant.
41 Conscientia alia practica, alia speculatiua.
42 Quis in eadem facto potest esse dubius conscientia speculatiua, & certus conscientia practica.
43 Non est peccatum agere contra conscientiam dubiam speculatiuam, ubi quis est certus in conscientia practica.
44 Conscientia erronea, an & quando obliget ad peccatum mortale, vel ueniale.
45 In foro conscientiæ ualet Testamentum ex sola, nuda, & libera uoluntate testatoris, quæ duobus tantum testibus probari possit, omissa quacunque solemnitate iuris positiui, & nume. 52. & 54.
46 Et in hoc foro testes non requiruntur ad solemnitatem, sed ad probandam uoluntatem, quæ satis est, ut aliunde constare possit.
47 In foro consciẽtiæ ualet actus licet in eo nõ sit seruata forma iuris positiui, quando sumus certi, quod in eo cessant scandala, & falsitates, ad quas uitandas lex formam illam introduxit.
48 Regula Inno. in cap. quod sicut de elect. mirifice celebrata, & communiter approbata.
49 Professio per religiosum sponte facta non seruata forma regulæ ualet in foro conscientiæ.
50 In omni actu humano in quo adest libera uoluntas disponentis ualet actus in foro conscientiæ, licet in eo sit prætermissa forma iuris positiui.
51 Actus potest esse ualidus de iure naturali, & nullus de iure positiuo.
52 In foro conscientiæ ualet testamentum ex sola uoluntate testatoris de qua

quis

quis est certus in secreto sua conscientia licet hac voluntas probari non possit.
33 *Quin, & in foro fori quandoq; hac uoluntas seruari debet.*
34 *Testamentum ualidum est & seruari debet in foro conscientia ex sola simplici uoluntate testatoris de qua quis certus est licet in eo sit praetermissa omnis solennitas iuris positiui.*
35 *Ratio naturalis dictat uoluntatem hanc seruandam esse.*

C A P. I.

VISO in duabus praecedentibus partibus huius tractatus, quid circa numerum testium in testamentis adhibendum de iure positiuo, ciuili, & canonico statutum sit, reliquum nunc est pro complemento tracta. in hac parte tertia quid in foro conscientiae dicendum sit diffinire; in
1 quo quidem articulo ne quis me putet uelle in messem alienam falcem immittere, sciat illud nedum ad sacrae Theologiae professores, sed etiam ad iuris ciuilis, & canonici interpretes pertinere; & ab his uariis in locis (ut ex infra dicendis patebit) late tractatum fuisse; siquidem etiam in foro conscientiae ad hoc principaliter pertinet cognitio, & interpretatio iuris Diuini, & naturalis, quatenus ad moralem philosophiam attinet, quae actus nostros in Deum dirigit, prout in materia usurarum, decimarum, uoti, iuramenti, matrimonij, homicidij, & similium, de quibus plena sunt uolumina decretalium; quamuis etiam ad Theologos haec pertineant, eorumque naturam ex suis principijs enucleare, ut dicit Domi. Soto de iusti. & iu. lib. 6. quaestio. 1. articu. 1. colum. 4. in princip. quorum tamen principale munus est de iure Diuino, & naturali quatenus ad spiritualitatem, & ad opera D. N. Iesu Christi, & ad uerae fidei, & sacramentorum supernaturalium cognitionem definire, ut late concludit Anchar. qui ab omnibus passim ad id allegatur in sua celebri disputatione incip. antiquis & modernis temporibus; quam late refert & sequitur Alexan. in consi. 1. nume. 10. uolum. 2. Dec. in consi. 111. nume. 34. & seq. & in cap. ne innitaris. in fi. de constitu. & Ioan. Baptista Lupo in tract. de usu. commen. 4. §. 4. Neuizan. in Silua. nup. lib. 5. sub nume. 69. in uersi. non debet pudere. Anto. Maria Cora. de communi opin. lib. 2. titu. 10. nume. 75. & latissime Nicola. Euerar. in locis leg. centu. 48. car. 160. in fi. uers. sed circa istud. & car. seq. sed tamen quod magis ad Theologos, quàm ad Canonistas & Legistas haec pertineant nisi tantum quo ad ea quae per ius humanum superaddita reperiuntur, ut sunt poenae contra usurarios statutae & similia, uoluerunt Thom. Silue. in sua Summa, uer. usura. el 1. in princip. & latius Corad. doctissimus Theologus in tract. de contract. quaest. 49. per totam declarando, ut ibi latissime per eum, & eundem in prologo d. tract. col. 6. & seq.

Pro clara igitur huius partis tertiae resolutione aliqua ad rem pertinentia circa forum conscientiae praemit-
2 tamus; & primò quod forus conscientiae idem est quod forus, seu qua
3 si forus animae, & idem cum foro poli, & foro poenitentiali, in quo agitur de conscientia & salute animarum, ut patet ex trad. per cano. in cap. 1. ubi per Abb. nume. 10. cum seq. Feli. nume. 41. in uersi. tertius casus. & Dec lec. 2. nume. 10. de constitutio. & Sarnen. in cap. 2. nume. 31. eo. titu. lib. 6
4 potest etiam dici forus ueritatis, &

forus iuris naturalis, & Diuini; quia ad terminos iuris Diuini, & naturalis forus conscientiæ reducitur Bero. in cap. 1. sub nume. 228. de constitutio. unde not. dixit Bald. in l. 1. in fi. C. de uectiga. & commiss. quod conscien-
5 tia non ligat quos natura non obligat. Dec. & Cagno. in l. quod à quoquam. uterque. nume. 4. ff. de reg. iu. Bero. in d. cap. 1. nume. 230. de constitu. un-
6 de in hoc foro conscientiæ attenditur ueritas iuris naturalis, & illi innititur, & adaptatur Feder. de Sen. consi. 21. colum. 1. in uers. præterea lex. & post Anto. de But. trad. Abb. in cap. quia plerique. nume. 31. de immu. ecclesia. & in c. 1. nume. 19. de in integ. restitu. Dec. d. cap. 1. lec. 1. ante nume. 19. de constitu. Cagno. in l. 2. nume. 13. C. de rescinden. uend. Cur. Iun. consi. 170. nume. 33. & 35. Gigas de pensio. quæstio. 34. nume. 7. 8. & seq. Dec. & Cagno. in d. l. quod à quoquam. nume. 4. ff. de reg. iur. Dec. in l. antepenulti. nume. 42. C. qui admitt. & Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 11. titu. 7. nume. 2. Alcia. in consi. 53. nume. 6. & nume. 8. tomo 3. lib. 9. Tiraquel. alios referens de leg. connubia. lib. 16. glo. 4. nume. 15. ubi latissime; unde uix reperitur aliquid contra rationem naturalem, quod nõ remordeat conscientiam, iux. glo. in l. in hac. in glo. magna ad med. ff. de cond. tritica, ut not. dixit Bald. in consi. 38. in fi. uolum. 1. quem etiam in proposito refert Silua nuptia. lib. 5. nume. 22. & Aym. in consi. 31. nu. 5. unde in hoc foro non attenditur præsumptio iuris ciuilis ubicunque constat de ueritate in contrarium, ut infra latissime cap. proximo nume. 73.
7 sed ipsa ueritas iuris naturalis, ut dictum est; quod quidem ius naturale semper bonum & æquum est. cap. ius naturale. in fi. 1. distin. quo quisque iubetur alijs facere quod sibi uult fieri, & prohibetur alijs inferre quod sibi non uult fieri, quod in lege, & Euangelio continetur, cap. humanum genus. ea. 1. distin. & quicquid contra ius naturale est, iniquum est, glo. in cap. 1. distinct. 5. & late Cagno. in l. 2. sub nume. 20. C. de rescinden. uend.
8 unde forus conscientiæ est forus boni, & æqui coniuncti, & tribunal ueritatis, ut dicit Bald. in l. uni. nume. 6. C. de confess. quem refert Ias. in §. sed iste. nume. 108. insti. de act. & in rubr. ff. de acquiren. hæred. nume. 20. & Gerar. de Petra Sancta sing. 22. in fi. unde illud quod non conuenit bono uiro, neque conuenit in foro conscientiæ, quia conscientia idem est quod bonus uir, ut not. dixit Bald. in
9 cap. cum causam. el ij. de testam. in fi. quem in proposito refert, & sequitur Gerar. d. singu. 22. Ana. in cap. in ciuitate. de usu. Ias. in d. §. sed iste. sub nume. 101. & 106. insti. de act. & in l. penul. sub nume. 5. uers. & per hoc infert pulchre Bald. C. de pact. Sarnen. in cap. 2. in princip. nume. 5. de constitu. lib. 6. Dec. consi. 111. colum. 1. in uersi. secundo non obst. & Cagno. in l. 2. nume. 11. C. de rescind. uend. idem quoque uoluit Bald. in l. uoluntatis. C. de fideicom. quem refert Cur. iun. in d. consi. 170. sub nume. 35. ex quo docto. præallegati inferunt quod non est licitum contrahentibus in foro conscientiæ se decipere, quia hoc non conuenit bono uiro, iux. glo. in l. semper in contractibus. ff. de regu. iu. prout infra latius cap. 3. nume. 102. potest etiam dici forus iuris diuini, ut supra diximus, quia lex naturalis, quæ ut iam diximus in hoc foro attenditur lex Diuina reputatur, ut authoritate Apostoli ad Roma. 1. latissime probat Alfon. à Castro. de l. pœna. lib. 1. cap. 4.

pag.

pag. 46.litera D.& duabus sequentibus,& est participatio legis æternæ, ut latius supra p r.1.cap.1.nume.5.& demum potest dici forus Dei, quia
11 Deus est ipsa ueritas, qui nec fallit, nec fallitur.cap.à nobis. el secondo, circa prin. de senten. excommunica: cap.Deus.24.quæstio.3.ut & not. dixit Bald.in cap.uni.§. inuestitura. nume.3.ad fin.de no.for. fidelita. Ias. in rubri.ff.de acquiren. hæred.num.25. & not.Nauar.in suo Manua. Confess. cap.12.nume. 2.iuxta illud D. N.Ego sum uia,ueritas,& uita Ioan.14.cum alijs supra adductis par.1.cap.16.nume.11.ad fin. & iudicat hominem secundum eius propriam conscientiã, unde dicit Augustinus. senti. de Augustino quicquid libet sola me in oculis Dei conscientia non accuset; & idem quid obest homini, quod ex illa tabula uult eum delere humana ignorantia, si de libro uiuentium nõ deleat iniqua conscientia. cap. senti. & cap.quid obest.11.quæst.3. idemque Augustinus in Psal. 28. quando Deus erit iudex, alius testis, quàm conscientia tua non erit; & Iob. 16. cap. Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. & Gregorius inquit sola est (sicut nostis) Omnipotentis Dei distinctio pensanda, atque ad cor proprium recurrendum, ut nullius ibi lingua implicet, ubi conscientia non accusat; & quæ sequuntur,ut habetur in cap. in cunctis.& cap. custodi. & cap. inter uerbà.11.quæstio. 3. unde ubi conscientia est,ibi Deus est, ut dicit Bal.quem refert Ias.in d.§.sed iste. ante nu.102. inst. de act.
12 Secundo igitur est præmittendum, quod forus conscientiæ est forus interior in quo agitur de secreto conscientiæ iuxta illud Apostoli 2.ad Corinth.1.Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. & Gregorius clare id explicat dicens, Liber sine accusatione esse nõ potest; si sola, quæ interius addicit conscientia accuset. d. cap. inter uerba. & d. cap.in cunctis.11. quæstio. 3. & glos. ibi uer. accusatione. exponit. i. interiori. & facit text. in d. cap. senti. &
13 cap. quid obest. ca.cau.& quæst.est enim conscientia quid intrinsecus in mente latens, quod non potest probari per testes, ut dixit Bald. in l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. te-
14 stamen. & alibi inquit, quod est cognitio sui proprij cordis, & sibi ipsi conscia se ipsam diiudicans, & in summa secretum secretorum, ut post ipsum Bald. late habetur per Ias. in d. §. sed iste. num. 101. inst. de actio. Curt. iun. consil. 170. nume. 34. & 39. unde in hoc differt forus conscientiæ, siue forus poli interior à foro fori iudiciario exteriori, in quo de occultis, ubi scilicet res non potest probari per iuridicas, & extrin-
15 secas probationes, nullum est humanum iudicium, quia secretorum solus Deus cognitor, & iudex est. c. erubescant. 32. distinctio. Domin. Soto de secret.tegen. in princ. membri secundi, in quo sensu glos. in d. cap. erubescant. dicit quod eccle-
16 sia non iudicat de occultis. cap. Christiana. ubi quoque glos. in uer. quiescit. 32.quæstio. 5. in cap.2.uer. compellendi, de clan. desponsa. Cagno. in l. 2. nume.13. C. de rescind. uendi. & Fortu. de ulti. fin. nume. 42. iuxt. illud Apostoli. j. Corint. 4. Nolite (inquit Paulus) ante tempus iudicare quoadusque ueniat Dominus, qui manifestabit consilia cordium, & illuminabit abscondita tenebrarum. cap. sacerdotibus. ad fin.
17 11.quæstio.1.Nam & ipse Deus cum omnia nuda, & aperta sint oculis

GG 2 eius,

eius, noluit tamen peccata Sodomæ condemnare priusquàm probaret ea uera esse, dicens descendam, & uidebo; utrum clamorē, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non; Gen. 18. c. & late habetur in c. Deus Omnipotens. ubi opt. tex. in proposito. 2. q. 1. & hanc differentiam inter forū conscientiæ, & forum fori trad. Fede. de Sen. in cōs. 21. col. 1. in uers. præterea lex, seu forum conscientiæ. & no. Ancha. in d. c. possessor. nu. 12. per totum & etiam Cagno. in l. 2. nu. 13. C. de rescin. uend. & Fortu. de ult. fi. nu. 41. & seq. & conferunt, quæ in proposito trad. Alfons. à Castro de leg. pœna. lib. 2. c. fi. in 1. principali conclu. pag. 608. & sequentibus.

18 Et hinc est, quod in foro fori exteriori non sufficit ueritatis sciētia, nec sola iudicis conscientia, sed res probari debet per extrinsecas, & legitimas probationes, & secundū acta, & probata iudex iudicare debet, non autē secundum propriam cōscientiam, & ueritatem sibipriuatim notam iux. l. illicitas. §. ueritas. ubi gl. ord. Bar. & cæteri. ff. de of. præsi. c. iudicet. ubi etiam glo. in uer. audit. Gemin. & Card. de Turre Crema. 3. q. 7. glos. in l. 2. uer. aspectu. ff. de fer. & gl. in l. 2. uer. quanti. in litem. in fin. cum qua Bart. & Bal. & bene Paul. de Cast. & cæteri transeunt. & ibi latissime post alios Ias. nume. 5. 6. & seqq. ff. de in lit. iuran. & glo. in auth. de manda princ. §. sit tibi quoque. in uer. æquitate. & glos. not. in §. si minus. uer. in eodem iudicio. & latissime tractat, & declarat Ange. Aret. nu. 4 cum seq. cum aliis ibi latissime adductis per Ias. nu. 15. instit. de actio. quæ ubiq; approbat hanc opin. Io. contra Marti. & glo. in c. summopere. in glo. fi. 11. q. 3. & glos. ord. in cap. 1. in glo. magna. ubi latissime de of. ord. & ibi Abb. Imo. & alij, & glo. in cap. pastoralis. §. quia uero. uer. tenetur. ubi cano. omnes, & latissime Abb. nume. 8. & Feli. nu. 23. 24. & 25. ubi allegat concordan. de offic. deleg. & ibidem omnium latius Imo. & Barba. num. 29. & cæteris seqq. usq; ad fi. Inno. in c. uenerabili. col. 1. in fin. & seq. de censi. Specu. in tit. de senten. §. qualiter. nu. 1. & idem in tit. de noto. crimi. §. fi. nu. 12. in fi. & in tit. de disputa. & allega. §. fin. uersi. licet autem. nume. 13. & ibi latissime Ioan. Andr. in addit. ubi recitat opin. Theolog. & quem ferè de uerbo ad uerbum refert Bal. in l. si irruptione. ff. fin. regū. & bene Bald. in l. 1. C. si plu. una sen. col. pen. in uersi. item allegatio. ubi no. dicit quod secreta conscientia parum ualet in iudicijs, quia de sinu iudicis, & de secretis pectoris ipsius non debet proficisci, sed de utero, ac sinu legis, & no. idem Bal. in l. ut uim. col. 1. ante uers. sed hic quæritur. ff. de iust. & iu. ubi dicit, qđ conscientia nō debet eos mouere, quia non sunt in foro pœnitentiali, sed iudiciali, qui fori non sunt eiusdem speciei, & sequitur Alexan. in consil. 225. nu. 20. uol. 6. & bene etiàm Bal. in l. hac lege. nu. 16. C. de senten. ex breui. recitan. Abb. in proœ. decreta. sub nu. 18. late Fed. de Sen. consi. 21. sub nu. 2. uersi. præterea lex. & nu. 3. latissime Silua nuptia. lib. 5. nu. 121. Ancha. in c. 1. nume. 3. de re iud. lib. 6. de quo idem latissime in c. possessor. nu. 26. ubi finaliter remanet sub dubius. de regu iu. lib. 6. Cy. Bar. & alij in l. 1. in fi. ubi Alexan. alleg. cōcordan. nu. 17. C. ut quæ desunt aduo. & Ias. in d. §. sed iste. nu. 139. inst. de acti. & cōprobat Cassad. super regulis decis. 12. nu. 8. cum seq. tradd. Ang. Saly. Fulg. & Alex. nu. x. in l. bonorū. l. ult. ubi post alios Dec. in fi. C. qui adm. Iul. Clar. in sua prac. crim. q. 8. uers. sed pone. & q. 66. uers. scias autem.

autem. & omnium latissime Couar. qui hanc quaestionem ex professo tractat uaria. resolu. lib. 1. cap. 1. ubi nume. 4. 5. & 6. hanc opin. late probat, prout etiam late illam probat & defendit Barba. in d. c. pastoralis. §. quia uero. à nume. 45. & caeteris seqq. de offi. deleg. post Imo. Card. & alios per eum ibi relatos; ubi postremo Nauar. ut ipse idem refert in c. si quis autem. nume. 121. ad fi. de poeniten. distin. 7. & ex Theologis Thom. Gaieta. & Io. Maior. & Floren. per Couar. relati sub d. nume. 6. & Richar. de media Villa. in 4. distinct. 18. quaest. 3. artic. 2. quem refert & sequitur & latissime probat Summa Asten. lib. 1. tit. 18. artic. 10. in uersi. quid de iudice; & latius Silue. uer. iudex. 2. q. 5. ubi attestatur quod ista est cõis opin. antiquorum, Theologorũ & Canonistarum; & quam ipse finaliter approbat & sequitur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nisi iudex haberet con-

19 scientiam erroneam remordentem, quam deponere non posset, quia tunc non debet facere contra conscientiam, iux. late trad. per nos infra nume. 37. & pluribus seqq. & ita communiter declaratur haec communis opi. ut per Ioan. And. ad Specu. in d. §. fina. de disputa. & allega. in fi. Host. Cald. Imo. & Barba. supra allegatos in d. §. quia uero.. ubi latius Nauar. ut & ipse quoque attestatur & declarat in d. cap. si quis autem. nume. 128. & 129. de poeniten. distin. 7. & post alios Theologos & Cano. per eum relatos probat Couar. d. cap. 1. sub nume. 7. uers. secundum. iuncto uers. non obstant. sub num. 6. & Dom. Soto de iust. & iu. lib. 5. q. 4. art. 2. per totum.

20 Quod totum è contra seruari debet in foro conscientiae, in quo reiectis extrinsecis probationibus, & iuris praesumptionibus, solum attenditur ueritatis iuris naturalis quantuncunque priuatim cognita, licet apud ecclesiam, & in iudicio exteriori probari non possit, iux. cap. inquisitioni. de senten. excommu. not. docto. in cap. is qui fidem. ubi Abb. nume. 4. de sponsa. nam in hoc foro con

21 scientiae iudicatur secundum quod Deus esset iudicaturus sola facti ueritate inspecta, ut not. dicit Bald. in princ. l. fin. nume. 9. ad fin. C. de iu. deliber. Cagno. in d. l. 2. nume. 13. C. de rescind. uend. reiectis apicibus iuris, ut infra late cap. seq. nume. 39. & idcirco supremus Princeps, ut Papa, & Imperator, qui est supra ius posi-

22 tiuum, & coram quo magis attenditur ueritas iuris naturalis, quàm ritus iudiciorum, ut dicit Bald. in l. rescripta. nume. 6. C. de precib. imp. offe. debet iudicare potius secundum eius priuatam conscientiam, quàm se

23 cundum acta & probata, alias peccaret, ut not. trad. Cyn. & Bart. referens ita tenere Theologos in d. l. uni. nume. 4. C. ut quae desunt aduoc. & uoluit Bald. in d. cap. uni. §. inuestitura. colum. fin. de no. for. fidelita. Dec. in d. l. bonorum. l. ultima. nume. 41. & 42. C. qui admi. & idem in c. dilecti. colum. 2. de iud. Ias. in d. §. sed iste. nume. 126. & in §. si minus. num. 15. in fi. insti. de actio. & in l. 2. in fi. ff. de in lit. iur. Felin. in d. cap. pastoralis. §. quia uero. sub nume. 23. uer. secundo limita. & ibidem Card. Imol. Barba. & alij de offi. de leg. Silua nuptia. sub d. nume. 121. lib. 5. & post alios Couar. d. lib. 1. uaria. resolut. cap. 1. sub nume. 7. in uers. tertium. ibi Princeps tamen. & in praecisis terminis testamenti Dec. in consi. 631. num. 7.

24 iudex autem, qui est minister legis, & non debet esse clementior lege ut in authen. de iudi. §. oportet. &

ibi glo. uer. uideri. & glo. in l.celsus.
in princip. ff. de arb. non debet pro-
pter suam priuatam conscientiam re-
cedere à legum tramite, ut not. in-
quit Felin.in d. cap. pastoralis. §.quia
25 uero. nume. 23. de offi. deleg. unde
ipse non peccat si iudicat iuxta le-
gum tramites .i. secundum allegata,
& probata contra suam conscientiam
priuatam, & hoc est quod in propo-
sito uoluit Ambrosius relatus in d.
cap. iudicet. 3. quæstio. 7. dum in-
quit, bonus iudex nihil ex arbitrio
suo facit, & proposito domesticæ
26 uoluntatis, sed iuxta leges & iura
pronuntiat &c. & ratio est, quia iu-
dex in foro fori iudiciario, & ex-
teriori non repræsentat personam
priuatam, sed publicam, unde debet
iudicare secundum conscientiam pu
blicam, quæ sunt acta & probata,
non autem secundum conscientiam
priuatam, & ueritatem sibi priua-
tim cognitam; quæ quidem est ra-
tio fundamentalis & à glo. & docto.
omnibus recepta, de quibus supra
nume. 18. à quibus inuenies latius
explicatam; non ergo peccat iudex
hoc casu, nec dicitur agere contra
conscientiam, sed uerius secundum
conscientiam scilicet publicam, quã
ipse sequi tenetur nisi forte propter
conscientiam erroneam, ut post Ri-
char. concludit Summã Asten. d. lib.
1. titu. 18. articulo 10. in uersi. sed
obijcitur. & declarat Couar. d. cap.
1. sub nume. 14. uersi. tertio. iuncto
nume. 6. in uersi. non obstant. & uers.
secundo. & nume. 7. in uersi. ultima
uero authoritas. cum seq. quam ta-
27 men si potest deponere debet ad con
silium peritorum, ut trad. doct. præ-
dicti, iux. cap. per tuas. el 2. de si-
mo. & in cap. inquisitioni. cum ubi-
que not. per glo. & docto. de senten.
excommuni. cum simi. infra adductis.
nume. 37. cum seqq.

Est ergo tertio præmittendũ, quod
forus conscientiæ est forus priuatus,
28 & forus singulorum, & non facit
ius quo ad omnes, sed quisque in eo
iudicatur secundum priuatam parti-
cularem cuiusque conscientiam. Fo-
rus uero fori iudiciarius est forus pu-
blicus & uniuersalis quo ad omnes,
29 ubi omnes eodem modo iudicantur
secundum leges publicas, quæ sunt
uniuersales non priuatæ, & particu-
lares. l. 1. & l. iura. non in singulas.
ff. de leg. prout latissime etiam osten-
dimus & comprobauimus supra par.
1. cap. 3. num. 44. cum pluribus seqq.
& hanc differentiam inter forum con
scientiæ, & forum fori trad. Feli. in
d. §. quia uero. nume. 23. in cap. pa-
30 storalis. de offi. deleg. & bene Fortu.
de ult. fi. nume. 187. duplex enim est
lex, altera publica, ut est lex scri-
pta per ora Principum promulgata;
31 altera priuata, quæ est lex conscien-
tiæ scripta in cordibus nostris instin-
ctu Spiritus Sancti: & hæc est poten-
tior lege publica, quia qui Spiritu
32 Dei ducuntur non sunt sub lege, ut
late habetur in cap. duæ sunt. 19.
quæstio. 2. & in cap. licet. ubi Abb. &
alii not. de regula. Abb. in d. cap. in-
quisitioni. nume. 3. de senten. excom-
33 mun. ubi enim spiritus Domini ibi
libertas. 2. ad Chorin. 3. conscientia
enim dicitur lex intellectus nostri,
& rationale iudicatorium; ut ait Da-
mas. lib. 4. c. 4. & Basilius relati in com
pen. Theolo. lib. 2. cap. 52. Bald. in l.
fina. §. sed & si quis. num. 26. C. com.
deleg. Cur. iun. consi. 170. nu. 38. Ias.
in §. sed iste. nume. 101. insti. de actio.
ubi post Bald. latissime quid sit con-
scientia. Tabiena in uer. conscien-
tia. nume. 1. quamuis enim, ut ibi la-
34 tius declarat Tabiena, cõscientia pro-
prie sumpta, ut diffinitur à Theolo-
gis,

gis, differat à lege intellectus, & à le ge naturali, prout etiam de sinderesi declarat latius Domi. Soto de iusti. & iu. lib. 1. quæst. 4. articu. 1. tamen quia hæc conueniunt ad unam electionẽ, & unum finem, idcirco etiam in hoc sensu à Sacris Theologis conscientia assumitur. Et ita Vrbanus Pontifex in d. cap. duæ sunt, dicit quod est lex pri

35 uata, quæ instinctu Spiritus Sãcti scribitur in cordibus nostris; & sic potest dici lex illa naturalis impressa à Deo Optimo Maximo in intellectu nostro iux. illud Psal. 90. Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. & Hieremias 31. Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. & rursus, & legem tuã in medio cordis mei; Psal. 39. & Apostolus, qui habent legem Dei scriptã in cordib. suis relat. in d. c. duæ sunt; & originaliter ad Hebræos 8. c. Dabo (inquit) leges meas in mentem eorũ, & in corda eorum superscribam eas; & alibi ad Romanos 2. Cũ enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ sunt legis faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddit illis conscientia ipsorum &c. de quo Summa Asten. lib. 1. ti. 2. col. j. ad fin. ubi dicit, quod hoc est præceptum legis naturæ, quod est insitum cuiuslibet conscientiæ; & alibi inquit Bald. in auth. ad hæc. col. 2. ad fin. sub nume. 6. C. de usu. quod est sensus animi cognoscentis bonum, & malum, quem refert Ias. in rubri. ff. de acqui. hær. nu. 19.

36 Quarto omissis his, quæ de multiplici conscientia pulchre trad. Hostien. in Summa de præscr. re. immo. §. quæ exigantur. in uersi. mihi uidetur. qđ in hac quæstione. & in Sũma de clan. despon. §. quare prohibeantur. nu. 4. & Bald. in l. fi. num. 5. C. de pœna iud. qui male iud. ubi not. ponit triplicem esse cõscientiam, aliam uidelicet, quæ est ligata rebus uisis, aliam ligatam rationibus legum, aliam mortuam, & adheren. quibusdam imaginationibus intellectus, quam dicit non ligare animam nostram, quia ista est conscientia impulsiua non arctatiua, ut ibi per eum; quem refert & sequitur Barb. in d. c. pastoralis. §. quia uero. nume. 45. de offi. dele. & latius in d. cap. compen. Theolog. lib. 2. cap. 52. & per summistas in uer. cõscientia. & Summa Nauar. cap. 27. nume. 280. & alios Theologos, quorum proprium munus est de his tractare, & diffinire, ad quos me remitto; hoc tantum non erit prætereundum in proposito nostro, quod duplex est conscientia, altera recta, uidelicet quando est recta secundum legem Diuinam nobis pro regula datam, & hæc semper ligat ad faciẽdum ea quæ dictat; altera est cõscientia erronea, & hæc ligat ad deponendum ea quæ deponi debent ad consilium peritorum, & si deponi nõ posset, ligat ad ita faciẽdum, quia om-

37 nis qui agit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. iux. illud Apostoli (Omne quod non est ex fide, peccatũ est) ad Roma. 14. in fin. quod ita interpretum est in cap. omnes. in uersi. illud autem Apostoli. ubi glos. uer. conscientiam. 28. q. 1. cap. per tuas. el secondo. de simo. c. literas. de restitu. spolia. c. inquisitioni; & ubique glos. & doc. de senten. excommu. Bald. in auth. ad hæc. sub nume. 6. C. de usu. Alexan. in l. nemo potest. col. pen. in prin. num. 24. ad med. ibi, nisi tamen uenientes ab intestato. & Ripa ibidẽ sub nu. 101. ff. de leg. 1. & in pulchro casu Abb. in c. officii. num. 4. de pœniten. quem sequitur Alcia. de præsumptio. regula 3. præsumptio. 37. nume. 6. late Thom. 1. 2. quæstio. 19. ar.

5.& super 2. senten. distin.39.q.3.ar. 3.& Duran.ibid.quæstio.5.idem Tho. late super Epistolis Pau.ad Roma.14. cap.lectio.2.& quolib.3.ar.27. Summa Silue.uer. conscientia. ubi Tabie. & cæteri summistæ,& bene Hostien. de præscript.re.immo. ubi supra nume.36.& late, & docte trad. præter alios Summa Asten.lib.2.titu.3. articulo 2.per totum, ubi in uersi.utrum conscientia erronea. not. concludit,
38 quod obediens prælato contra conscientiam captiuando iudicium propriæ conscientiæ affectu, uel effectu, uolens se subdere prælato non peccat, sed meretur, licet non possit deponere conscientiam, uel non deponat, sicut ille qui non potest respondere rationibus contra fidem, uoluntatem tamen suam captiuat uolens Deo obedire iux.illud Apostoli, in captiuitatem redigentes omnem intellectum uestrum in obsequium Christi, ad Cor. 10. & sic sufficit secundum
39 dum eum, quòd deponatur affectu, & uolũtate propter bonum obedientiæ, licet secundum rationes in contrarium conscientiam pulsantes illã quis deponere non ualeat, nam satis deponitur quando quis uoluntate ad id consentit, licet ratio & intellectus proprius in contrarium urgeat & repugnet, de qua materia latissime quoque tractat, & eam post alios declarat Doctiss. Doctor Nauar.in d.cap.si quis autem. in uigesima secunda illatio.à nume.81. cum cæteris seqq. præsertim nume.119.& 120. usque ad fi. de pœniten. distin.7. ubi etiam late, an & quando quis teneatur obedire prælato contra conscientiam, uel saltem quando quis habet cõscientiam dubiam, de quo etiam latissime Domin. Soto de ratione tegen. secre. membro 3.q. 2. per totam,& Couar. in epito. de sponsa. par. 2. cap.7.§.2. num.7.8.& seqq.

40 Quinto igitur præmittendum est, quod aliud est conscientia, aliud timor conscientiæ, unde licet contra conscientiam qua quis sententialiter & diffinitiue iudicat aliquid esse faciendum, uel uitandum, quis agere non debeat etiam si conscientia sit erronea, quia peccaret, ut supra nume.37. tamen quando quis agit contra timorem cõscientiæ, non semper peccat, puta quando timor prouenit non ex diffinitiua sententia, sed ex eo quod quis uacillat inter dubium nesciens, quid potius sit agendum, cum tamen non dimitteret quicquid sciret esse placitum diuinæ uoluntati, ut dicitur in d.cõpen.Theolog.lib.2. c.52. præsertim, ubi dubium oritur ex formidine, & pauore quodam tenuissimo animi timidissimi, qui proprie dici potest scrupulus, de quo nulla est habenda ratio, & contra quem agendum est, licet contra conscientiam erroneam, iuxt. superius dicta, agendum non esset, prout bene declarat Domi. Soto proxime allegatus de tegen.secre.memb.3.q.2.in uersi. hinc subsequitur. ad quod uide Nauar.in suo Manua. confess. prælud. 9. ante nume. 10.& quæ de conscientia dubia in proposito traduntur. infra c.3.sub nume.27.& nume.30.31. & 37.

41 Postremo notandum est, quod aliud est conscientia speculatiua alia practica, siue dicere uelimus, dubiũ speculatiuum, & dubium practicũ; practicum, quod pertinet, & ordinatur ad opus,& mores. speculatiuum,
42 quod solum pertinet ad intellectum; & hæc duo possunt simul stare, quod quis sit dubius dubio speculatiuo, & tamen in eodem facto respectu operis agendi sit certus conscientia practica; exempli gratia contraxi matri-

mo-

monium cum aliqua muliere, quod postea ex aliqua probabili ratione dubito ratum, ac legitimum sit, necne, & tamen in praxi certus sum, quod ei debitum petenti reddere teneor iuxt. c. inquisitioni. & ibi not. per glo. & doc. de sentē. excommu. cum sim.
43 & hoc casu agere contra conscientiā speculatiuam, siue dubium speculationis, ex quo sum certus in conscientia practica non est peccatum, ut late & docte declarat idem Domin. Soto d. q. 2. in uersi. & quamuis solutio. quod comprobat Couar. in epito. de sponsa. par. 2. c. 2. §. 2. nume. 10. quod in effectu per aliam uiam idem latius declarat, & concludit Doctiss. Nauar. in d. c. si quis autem. nume. 102. usque 115. de pœniten. distinct. 7. Et in suo Manua. Confess. c. 27. nume. 288. & alio modo distinguendo inter conscientiam, & dubitationem generalem, & specialem idem in effectu explicat post Thom. à Vio per eum relatum idem Doctor grauissimus profundæ scientiæ, & sanctæ conscientiæ in d. suo Manua. prælud. 9. num. 9. ad med. ibi addo item qui d. nume. 9.
44 declarat pariter quando erronea conscientia obliget ad mortale, uel ueniale peccatum tantum, de quibus etiam per eundem in d. c. si quis autem. de pœniten. distinct. 7. num. 61. 62. & 63. & no. idem infra num. 102. & pluribus seqq. ubi uidere licebit, sufficit autem nobis hic obiter quantum ad rem attinet hæc pauca circa forum conscientiæ præmonuisse.

His ergo ad clariorem, & faciliorem huius tertiæ partis cognitionē & resolutionem præmissis, stabilitur prima & principalis nostra conclu-
45 sio, quod in foro conscientiæ ualet testamentum, & seruari debet etiam si in eo non sit adhibitus solennis numerus testium de iure positiuo ciuili, aut canonico requisitus, & absque ulla alia solennitate iuris positiui ex sola simplici, nuda, & libera uoluntate testatoris, quæ duobus saltem testib. probari possit iux. regulam iure naturali, & Diuino probatur de qua supra in prin. tract. num. 1. 2. cum seqq. hæc conclusio probatur ex supra præmissis. num. 4. & pluribus seqq. quia cum in foro conscientiæ attendi debeat (ut ibi ostensum fuit) ueritas tantum iuris naturalis, & Diuini, & ita hoc casu, & respectu huius fori testamentū reducatur ad metas iuris naturalis, certe ualebit testamentum ex sola libera, nudaque uoluntate testatoris duobus tantum testibus ad probationem adhibitis absque ulla solennitate iuris positiui; & tale testamentum arctabit, & obseruandum erit in foro conscientiæ iux. trad. per glos. communiter approbatam, ubi Bar. in l. 1. nume. 9. ff. de cond. ind. & in l. cum quis. ubi etiam Bar. num. 7. 8. & 9. C. de iu. & fac. igno. cum latissime congestis infra cap. sequen. nume. 3. bene Bald. in consi. 285. in prin. uolum. 3. cum alijs supra per nos adductis par. 1. cap. 16. nume. 17. cum seqq. & cap. 18. num. 5. & latius cap. 2. nume. 7. & 9. & 10. & ita regulam hanc præcise firmat Ancha. in c. possessor. nu. 17. de regu. iu. lib. 6. Gemi. in consi. 49. nume. 1. & 2. Ias. in l. nemo potest. lect. 1. nume. 77. & lect. 2. nume. 97. & 98. ff. de leg. 1. Corn. consil. 10. num. 1. uolum. 1. & de communi attestatur Fernan. Vasq. post alios per eum relatos. de succes. crea. par. 1. lib. 1. §. 1. num. 23. declarando ut per eum d. nume. 23. & 24. quibus addo Bal. in l. non dubium. in 7. oppo. C. de testa. & Fernan. Vasq. de success. progress. §. fi. num. 30. cum alijs late congestis per Francis. Manticam de coniectu. ulti. uolunta. lib. 2. titu. 14. nu. 9.

qui

qui materiam hanc per totum illud cap. late pertractat, & ex Theologis Silue.in sua Summa uer. testamen. 1. q. 5. in uersi. quartum. & uer. hæreditas. 3. sub nume. 9. & idem uoluit in uer. alienatio. sub nume. 12. cum seqq.cum quo concordat Adria.quolib.6.articu.1.relat. per Domin.Soto de iust.& iu.lib.4.quæst.5. articu.3.in prin. ubi attestatur de cõmuni,prout etiam attestatur Couar. qui alios cumulat in c.cum esses.nu. 4. & seq..de testam. licet ipse sit contra communem.&probant doc.communiter infra allegati.nu.54. & seq.

46 Quinimo cũ hic testes non requirantur ad solennitatem, sed tantum ad probandum uoluntatem testatoris,satis erit quod de uoluntate testatoris aliunde constare possit, puta ex partis confessione, uel per scripturã manu testatoris factam,uel eius mandato à tertio scriptam,aut alijs modis de quibus late supra d.c.16, nu.166. & octo seqq. ipsum autem testamentum ualebit utique (ut ibi ostensum fuit) ex sola,& simplici uoluntate testatoris absque notario,& testibus,& absque ulla solennitate iuris positiui, ut præcise in hoc foro conscientiæ firmant Ancha.& Ias.proxime allegati, & Silue.in d.sua Summa uer. testamẽtum. 1.q.5.in uersi.quartum.

Confirmatur conclusio, quia cum numerus septem testium, & aliæ solennitates de iure positiuo in testamentis requisitæ sint adinuentæ ad falsitates uitandas,& ut de libera uoluntate testatoris clare constare possit iux.tex.in l.fi.C.de fideicommiss. & late supra par.1.c.2.ostensum fuit,

47 idcirco ubi cessant falsitates,&sumus certi,quod adfuit liber consensus testatoris, ista dispositio tenere debet de iure naturali, & per consequens in foro cõscientiæ,licet in ea sit prætermissa omnis solennitas, & forma iuris positiui,ut post Ant. de But.late firmat & probat Abb. in c.quia plerique.num.42.& 43.usque ad fin.de im

48 muni.eccle.per regulam Inno.ab omnibus celebratam in c.quod sicut. de elec. quam miro modo extollit idem Abb.in c.1.num.19.de in integ.resti tu.& in eo.c.quia plerique.nume.31. Ancha.in c.1.q.7.& latius in c.peccatum.q.etiam 7.de reg.iu. li.6. Gemi. in c.generali.col. pen. de elect.lib.6. & in terminis quoque Feli.in c.1.nume.39.& 40.& ibidem Dec.lec.1.nume.19.& Bero.num. 231. de constit. idemque Felin.in c.quoniam contra. col.5.in uersi. & ad illud de peccato. de proba.Ias.in d.§.sed iste.num.131. & seq.insti.de actio.& in l.si post diuisionem.nu.12.& 13. C. de iu. & fac. igno.& in auth. praterea. num.19. in fin. ibi item aduerte. C. unde uir, & uxor.& in l.&si inutiliter.num.3.4.& seq.C.de fideicommis.& in rub.ff. de acqui.hær.num.21.& seq & in præcisis quoque terminis idem Ias. in l.nemo potest.lec.1.num.77.78. & seqq. & lect.2.num.97.98. & multis seqq. ff.de leg.1.& in l.si non sorté. in prin. num.4.ff.de cond.ind. Marc. Mantua in d.c.1.nume.43.de in integ. restitu. Bero.in c.quæ in ecclesiarum. nu.44. de constitutio.Gigas de pensio. q.34. num.9.Sarnen.in c.2.num.23.de con stit.lib.6.& late Ias.in consi.67.col.4. in uersi.restat circa prædicta. uolu. 3. late Boer.decis.1.nume.13. & seqq.& nume.71.ubi declarat. Tiraquel alios cumulans de leg.connubia.lib.16.gl. 4.nume. 17. & num.21.& ex Theologis Silue.uer.alienatio.q.13.sub nume.12 & nume.13.& in uer. hæreditas.3.q.7.sub nume.9.Summa Tabie. uer.alienatio.nume.10.& late in uer. lex. sub nume.28. unde uidemus,quod professio spõte facta per Religiosum

non

49 non seruata forma regulę, ualet tamē in foro conscientiæ quo ad Deum, ut not. Abb. in c. porrectum. ante nume. 14. de regula. quem in proposito referunt passim Ias. & Felin. in locis proxime allegatis, & Boer. d. decis. j. num. 14. & probat Alcia. in consi. 53. nume. 13. tomo 3. lib. 9. Et de contractu nullo ex defectu solennitatis iuris positiui infra cap. 3. nume. 105. & 106. & est regula generalis in omni
50 actu humano in quo adest consensus & libera uoluntas habentis actuū explicare, quæ sola sufficit de iure naturali pro ualiditate actus humani, qđ ualet in foro cōscientiæ, licet in eo sit prætermissa forma iuris positiui, ut generaliter firmat Abb. in d. c. 1. nume. 19. de in inte. rest. Ias. & cæteri supra proxime allegati. probat Alcia. d. consi. 53. nume. 13. tomo 3. lib. 9. & late Bero. in d. c. quæ in ecclesiarum. nu me. 43. & 44. cum seq. & confirmatur ex alia regula de qua infra cap. 3. nume. 79. 80. & seq. potest enim actus
51 esse ualidus ex solo consensu de iure naturali, & consequenter in foro con scientiæ, licet sit nullus ob formam non seruatā de iure positiuo, ut per illum tex. not. Gemi. & Franch. in c. 1. de spons. lib. 6. Ias. d. consi. 67. col. 5. in ptin. sub uersi. restat. uolum. 3. Gigas d. q. 34. num. 7. & 8. & pluribus exem plis probat Ancha. in d. regula posses sor. nume. 14. ad fi. & nume. 15. & latissime Fernan. Vasq. de success. crea. §. 30. num. 12. & 13. & pluribus seqq. & per nos infra cap. seq. nume. 23. & seq. quibus postremo addo in propriis nostris terminis tex. not. à nemine quem uiderim (nisi memoria me fallat) adductum in l. 2. C. de fideicom mis. in fin. dum inquit, non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia relicti fi deicommissi defuncti uoluntati satisfactum esse uideatur.

52 Et per consequens satis erit foro conscientiæ ad ualiditatem testamen ti, quod de libera uoluntate testatoris constare possit, licet in eo nullus testis, nec nulla solennitas iuris positiui interuenerit, quin & fortius cum forus conscientię sit forus interior, in quo reiectis quibusuis extrinsecis probationib. attenditur ueritas quātumlibet alicui priuatim, & in secreto proprij cordis cognita, ut late supra num. 12. cum cæteris seqq. usque 28. ualebit testamentum in foro isto ex solo consensu, & nuda, ac simplici uoluntate de qua quis est certus in secreto suæ conscientiæ, licet in foro exteriori talis uoluntas probari non possit; exempli gratia si testator morti proximus uocato eius unico filio cui omnia bona sua reliquit in propria eius fide posuerit, ut post mortē suam sine filijs decedente bona prædicta, uel ex eis partem tali suo propinquo, aut tali ecclesiæ, aut alteri cuipiam restituat, nam licet talis uoluntas per extrinsecas probationes probari non possit, ualida tamen erit de iure naturali, & in foro conscientiæ illam filius de qua ipse est certus seruare tenebitur. Fernā. Vasq. de suc cess. crea. d. §. 1. nume. 23. iuncto nume. 24. eo quia ultima uolūtas defun cti modi omnibus seruari debeat. c. ultima uoluntas. 13. q. 2. quibus conuenit in proposito opti. text. ponens exemplum hunc in §. fin. inst. de fideicommis. hæredita. & in l. fin. C. de fideicommis. iux. intellectum antiquorum de quo late supra par. 1. c. 27. nu me. 1. 2. 3. iuncto nume. 8. & seq. quin
53 & ipse Sacratissimus Imperator hanc dispositionem etiam absque ullo teste in propria fide, & conscientia hæredis, ut supra positam obseruare iubet, & ex ea etiam hæres in foro fori soluere quoque compellitur per iura

ra proxime allegata, & per nos d.cap. 27. latissime explanata; unde tanto magis hoc in foro conscientiæ indubie obtinere debet, prout etiam infra c.seq. latius demonstrabitur.

54 Quare ut concludamus in hoc foro conscientiæ ualidum est testamentum absque ullis testibus, & quauis alia solennitate iuris positiui ex sola & simplici uoluntate testatoris quam qui de illa certus est seruare tenetur, prout conclusionem hanc supra firmauimus nume. 45. post Bal. Ancha. Gemi. Ias. Corn. Fernan. Vasq. per nos ibi allegatos, & ultra eos illam in effectu probant, & sequuntur Docto. communiter, qui concludunt ex huiusmodi uolũtate minus solenni oriri naturalem obligationem, & illam

55 de iure naturali, & in foro conscientiæ seruandam esse, & quam seruari dictat ratio naturalis, ut per text. in l. in testamento. & alia iura docet Bar. in l. 1. nume. 10. ff. de cond. ind. & in l. cum quis. num. itidem 10. C. de iu. & fac. igno. & late probat Couar. in d.c. cum esses. nu. 5. de testa. & post alios per eum relatos Franc. Mantica d. libro 2. titu. 14. num. 16. in uersi. secundo considera. prout infra cap. seq. latius declarabitur.

Tertiæ partis. Cap. II.

Quod ex testamento minus solenni de iure positiuo ualido tantum de iure naturali, & gentium oritur naturalis obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex testamento minus solenni, an oriatur naturalis obligatio, antiqua, & profunda quæstio.*

2 *Opi. Pet. de bella pert. & vltramontanorum negatiua recitatur.*

3 *Contraria opi. glo. & citramontanorum, communis, & verior approbatur.*

4 *Vbicunque ualet actus de iure naturali ex eo naturalem obligationem oriri necesse est.*

5 *Pactum nudum validum ex solo consensu de iure naturali producit naturalem obligationem absque alio fomento iuris ciuilis.*

6 *De iure naturali, omnes liberi nascuntur.*

7 *Seruus cuius status nullus est de iure ciuili, licet ciuiliter nõ obligetur, obligatur tamen de iure naturali.*

8 *Naturalis obligatio multipliciter consideratur.*

9 *Duplex principalis species naturalis obligationis.*

10 *Prima, & principalis quæ oritur ex consensu, quæ dicitur de iure gentium.*

11 *Nihil est, quod magis congruat naturali æquitati, quàm fidem seruare. & nume. 17.*

12 *Et cadit hæc in seruum.*

13 *Secunda dicitur obligatio antidoralis, communis omnibus animalibus, etiam brutis.*

14 *Antidoralis obligatio non est proprie obligatio naturalis, sed abusiue.*

15 *Effectus utriusque naturalis obligationis, qui sunt.*

16 *Ex uoluntate testatoris circa res suas disponentis oritur naturalis obligatio.*

17 *Nihil magis congruit naturali æquitati, quàm ut uoluntas custodiatur, & executioni demandetur.*

18 *Ex testamento minus solenni probatur uoluntas testatoris.*

19 *Aequum, & conueniens est quod hæres adimpleat uoluntatem testatoris etiam non solennem de iure positiuo. & nume. 25.*

20 *Bal. Couar. & Fernan. Vasq. error.*

21 *Valet argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, etiam è contra.*

22 *Argumentum Pet. de Bellapert. contra eũ & sequaces retorquetur.*

23 *Ex contractu inutili, & minus solenni oritur naturalis obligatio ex puro consensu, & libera uoluntate contrahentium quod pluribus exemplis demonstratur.*

24 Ex

trauenire contractui ab eis celebrato.

66 *Contrauenìens promissis pacto nudo mortaliter peccat.*

67 *Et contra eum potest procedi per Euangelicam denunciationem.*

68 *Vbi lex resistit actui quando ex eo oriatur, nec ne naturalis obligatio latissime declaratur.*

69 *Sola legis prohibitio non potest impedire ortum naturalis obligationis, sed tantũ effectus ex ea prouenientes.*

70 *Lex resistens actui impedit effectus naturalis obligationis in foro contentioso.*

71 *Lex ciuilis licet non possit tollere iura naturalia potest tamen tollere efficaciam, quam ipsa lex tribuit naturali obligationi.*

72 *Vbi adest liber consensus disponentis, prohibitio legis non impedit naturalem obligationem, nec eius effectus in foro conscientiæ.*

73 *Iuris præsumptio non attenditur in foro conscientiæ, ubi constat de ueritate in contrarium.*

74 *Voluntas & potentia simul requiruntur ad perficiendum omnem actum humanum.*

75 *Intellectus ad tex. in l. si post diuisionem. C. de iu. & fac. igno. late explanatur.*

76 *Error excludit consensum.*

77 *Bal. grauis deceptio.*

78 *Ius accrescendi cessat, ubi dispositio sustinetur, saltem de iure naturali.*

79 *Quis non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

80 *Ius accrescendi qua ratione introductum.*

81 *Tex in l. si ueritas. C. de fideicommiss. declaratur.*

82 *Soluta ex minus solenni testamento, an repetantur.*

83 *Paria sunt promittere, & soluere.*

84 *Argumentum Iasonis contra eum retorquetur*

85 *Ex minus solenni testamento oritur naturalis obligatio.*

86 *Nedum respectu legatorum, sed etiam respectu hæreditatis contra communem.*

87 *Opi glo. omnes alias antecellit, & de eius autoritate remissiue.*

88 *A communi opin. recedi potest, propter urgentem rationem in contrarium.*

88 *Heres à seipso capit bona hæreditaria.*

99 *Et an inter se ipsos hæredes cadat aliqua obligatio.*

CAP. II.

1 EX præcedenti nostra prima principali conclusione suboritur altera, uidelicet, quod ex testamento minus solenni de iure positiuo ex nuda, & simplici uoluntate testatoris ualido de iure naturali oritur naturalis obligatio; hæc fuit antiqua, & profunda quæstio uariis in locis per doc.
2 diffuse tractata. & licet Petrus de Bellapert. cum suis ultramontanis contra insurgat, & late Cy. qui hanc contrariam opin. sequitur. in l. cum quis. nume. 2. & ibi quoque latissime Fulgo. num. 4. in fi. & num. 5. 6. & 7. cum seqq. C. de iu. & fac. igno. & idem Fulgo. in l. 1. nu. 11. usque 19. ubi se remittit ad dicta per eum in d. l. cum quis. ff. de cond. ind. quorum etiam opi. latissime probat ibi Rom. nu. 12. cum pluribus seqq. usque ad fin. & eam in effectu sequitur ibi Ias. nu. 16. & 17. quam opin. in effectu etiam sequitur Bald. in d. l. cum quis. nume. 4. & seqq. per decem fundamenta, licet postea distinguendo declaret, ut ibi late per eum, cum quo transit etiam Salyc. ibi, & Bald. qui etiam distinguit inter naturalem obligationem efficacem, siue præcisam, quam dicit non oriri, & naturalem, quæ stat in puris finibus iustitiæ naturalis ex quodam debito morali, quam tantum dicit oriri, ut latius per eum in l. 1. lect. 2. nume. 55. C. de sacr. eccles. quem refert & sequitur Alexan. in consi. 70. num. 18. uol. 2. & sequitur Couar. in c. cum esses. sub num. 9. in uersi. tertium. de testam.

testam.& Fernã.Vasq.de success.crea. par.1.lib.1.§.2.nume. 15. & idem ibi latius.§.1.sub nume.22.in uersi. contrariam partem. cum seqq. & nu.23.

3 Nihilominus contraria opin.quod imo simpliciter, & absolute ex tali testamento minus solenni oriatur naturalis obligatio iuxt. supra dictam nostram conclusionem uerior, & communis est, quam sequuntur, & ubiq; tenent glo. & communiter citramontani,& cano.in c.fi.de solut.ut attestatur Ias.in d.l.1. nume. 16. ff. de cond. ind.Et illam in primis tenet glo. in d. l.1.ff.de cond.ind. & in l. cuius per errorem.ff.de reg.iu.& in d.l.cum quis. & latius in l.si post diuisionem. C. de iu.& fac.igno. & ubique, ut dicit Ias. sequuta fuit;& sequuntur Iacob. Bal. & Iac.de Ra.Iacob.But. Mart. Syl. & Ray.doc.antiqui relati per Cy. in d.l. cum quis.& per Fulg.in d.l.1.nu.13.ff. de cond.ind.& ibidem late Bar. nu.6. cum pluribus seqq. ubi etiam idem tenet Bal.sibi contrarius.& Alex.nume.7.& seqq.& Soz.num. 5.ubi attestatur, quod est communis opi. Bald. quoque ut dixi sibi contrarius. hanc opi.firmat, & comprobat in l.non dubium.in 7.& 8.oppo.C.de testa. & in l.si ueritas. nume. 11. ubi Ias. attestatur quod est communis. C.de fideicõmis.& in l.1.§.eum qui.ff.de const.pecu.idemque Bald.à nemine quem uiderim allegatus in l. ad exactionem. ad fi.ibi si uero est alia solennitas. C. de dot.promiss.& in consi.28.uersi.in contrarium sic probatur.uol.3.quam etiam sequitur,& firmat Bar.qui ubique ita tenet in l.in testamento.per illum tex.ff.de fideicom.lib.in l. 2. §. 1. sub num. 2.ff. quemad.testa.ape.& in d.l.cum quis.nume.7. & multis seqq. & ibidem Alber.in princ.qui attestatur de communi,ubi finaliter Ias. sibi etiam contrarius cum hac opinione residens dicit, quod licet in stricta disputatione posset contraria opin.defendi,tamen ab hac quæ est communis minime recedi oportet,ut ibi per eum sub nume.13.in uersi. & licet in stricta disputatione. & hanc conclusionem firmat etiam Bart.in l. nemo potest. nume. 18. & ibi quoque late Ias.in 1.lect.sub num.75.uersi.tu aduerte.& nume.76.& lect.2.num.94. & Ripa num.96. ubi attestatur quod cum hac conclusione transeunt omnes.ff.de leg.1.idem Bar.ubi etiam ipse attestatur de communi in tract.minorica.distin.1.cap.3.num.3. & latissime etiam probat Anch.in regula possessor.nume.17.& num.18.in fi. cum seq.de regu.iu.lib. 6. Paul. de Cast.& Ias.in l. 2.ante num.2.C.de fideicom. idem Ias. attestans de communi in l. plane.§.si coniunctim.sub num.15.ff. de leg.1.& in l.si post diuisionem. sub nu.11. in uersi. ego autem in contrarium.C.de iu.& fac.igno.& in l.si creditoris.nume.10. C. de fideicommis. & idem Ias.in l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.num.11.C. de testa. & in l.huiusmodi.§.si Titio. nume. 15. ubi etiam attestatur de communi.ff.de lega.1.& in l.re coniuncti.num.202. ff. de lega.3.& idem in l.si duo.ante nume.7.ff. de iureiu. idemque Ias. in l.si pacto quo pœnam.ubi etiam attestatur de communi.C.de pac. Io. Annibal.in repet.d.l. nemo potest. nu.111. ubi etiam attestatur de communi. ff. de leg.1.Corn.in consi.261.nume. 4. ad med.ibi,nec refragatur.uolum. 1. & consi.119.num.34.uolum.2.Alcia. in c.nouit.sub num.30.de iud.Capite decis.89.nume.1.Iul. Clar. qui etiam hanc opi.post alios sequitur, & attestatur communem lib.3. sentẽ.q. 90. uers.præterea.& in uers.sed hæc quidem.& nouissime Franc.Mantic. post alios per eum relatos. de coniect.ult.

uolunt.

uolunt.lib.2.titu.13.num.3.& tit.14. num.16.tradd.cano. communiter in c.fi.de solu.ubi Abb.nume.6. attestatur de cõmuni,& late post alios Imo. nu.12.& seqq.& de communi etiam attestatur Fernan.Vasq.ubi plures cumulat de success.crea.d.§.1.num. 22. & ex Theologis Silue.uer. hæreditas. 3.q.7.nu.9.

Hæc nostra communis conclusio ineuitabiliter ex alia proxima præcedenti communi conclusione probatur, in qua ostensum fuit tale testamentum minus solenne de iure positiuo ualidum tamen esse de iure na-
4 turali, & iure gentium primæuo ex sola & simplici uoluntate testatoris, ubicunque enim tenet actus de iure naturali ex eo oriri naturalem obligationem necesse est, prout præcise arguit & firmat Ias.in d.l.nemo potest.
5 lect.1.nume.76.ff.de lega.1. & prout etiam uidemus in pacto nudo, quod cum teneat de iure naturali, & gentium ex solo consensu paciscentium absque aliquo fomento iuris ciuilis ex eo oritur naturalis obligatio. ut l. 1.in prin.iuncta l.iuris gentium.§.sed cum nulla.cum ubique not.ff.de pac. & l.stichum.§.naturalis.ff.de solu. & l.cum amplius.§.is natura debet. ubi Dec.nu.2.ff.de reg.iu.Abb. qui bene declarat.in d.c.fi.nu.5.de solu. & Bal. in d.l.cum quis.nume.15. & in auth. ad hæc.num.6.C.de usu.prout etiam uidemus, quod licet status serui sit de iure ciuili annihilatus, tamen quia secus est de iure naturali, quo iure
6 omnes liberi nascebantur.l.quod attinet.ubi utrunque dictum probatur. & ibi late Cagno.ff.de regu. iu.idcirco ipse ciuiliter non obligatur,sed na
7 turaliter bene obligatur, & obliget. l.serui. ubi etiam utrumque dictum probatur.ff.de actio.& obl.l.naturaliter.& l.si id quod.ubi opt. text. & ibi tradd.Bar.& cæteri scribentes.& post alios late Ias.ff.de cond.ind.l.in personam.iunctis ibi not.per Dec.ff. de regu.iu. & in proposito Ancha.in d.regula possessor.num.17.ubi aliis exemplis argumentum istud confirmat de regulis iu. lib.6. & de seruo latissime Abb.uiden. in c. quia plerique. nu.9. 10.& 11.de immu. eccle.

8 Secunda igitur principali fundamento confirmatur conclusio, nam est aduertendum quod naturalis obligatio multipliciter consideratur, ut in proposito per Bart.in d.l.1.nu.10. ff.de cond.ind.& in d.l.cũ quis.nu.9. & seq.C.de iu.& fac.igno. & Ancha. in d.regula possessor.num.19.tamen
9 principaliter in duas species distinguitur, ut dicit Ias.in l.si non sortem. §.libertus.num.5.ff.de cond.ind.& late declarant Cagno. & Dec. d.l. cum amplius.§.is natura debet.ff.de regu.
10 iu.uidelicet inter illam,quę oritur ex consensu de iure gentium primæuo, de qua in d.§.is natura debet. & in d. l.stichum.§.naturalis.ff.de solu. quod post alios probat Fernan.Vasq.de suc
11 cess.crea.lib.3.§.30. nume.6. cum nihil magis cõgruat naturali æquitati, quàm fidem seruare,ut l.1.in prin. ff. de const.pecu.& l.1.ff.de pac. & hæc
12 cadit in seruum, quia eo iure nõ erat cognita seruitus,sed omnes homines liberi nascebantur iuxt. d. l. naturaliter.& l.si id quod.ff.de cond.ind.cum alijs proxime allegatis.num.7.distinguitur ergo naturalis obligatio inter istam, quæ proficiscitur à consensu,
13 & illam quæ appellatur antidoralis, quæ prouenit ex quodam instinctu naturali, ut benefacienti benefaciamus commune omnibus animalibus etiam brutis,prout distinguit, & declarat glos.not.communiter recepta. in l.sed & si lege.§.cõsuluit.ff.de pet. hær.tradd.latius Bar.& cæteri.in l. ex

hoc

hoc iure nu. 11. Ias. num. 50. 51. 52. & multis seqq. ubi latissime de effectu huius antidoralis obligationis, ff. de iust. & iu. & late quoque idem Ias. in d. §. libertas. nu. 5. 6. & seq. & Dec. & Cagno. in d. §. is natura debet. nu. 2. & seq. & bene declarat Abb. in d. c. fi. nume. 5. cum seq. de solu. & Ancha. in d. regula possessor. nu. 19. & hæc non proprie sed abusiue dicitur obligatio
14 naturalis; quia ut dicit Ancha. animalia non obligantur, & stat in meris terminis æquitatis naturalis residens in puris terminis cordium, non redacta ad aliquam necessitatem, ut ibi per eum, unde hæc est debilis, & modi-
15 ci effectus, quæ solum impedit soluti repetitionem, non autem parat ius retentionis compensationis & exceptionis, prout parat altera quæ proficiscitur ex consensu, quæ est præcise naturalis, & efficacior, ut per glo. in d. §. consuluit. & latius Bart. & Ias. & cæteros proxime allegatos nume. 13. prout etiam in effectu distinguunt Bald. Alexand. & latius Couar. & Fernan. Vasqu. supra allegati nume. 2. in fine.

Cum igitur ex testamento minus solenni de iure positiuo ualido tamen de iure naturali ex libero consensu, & simplici uoluntate testatoris, iux. terminos propositæ conclusionis (hoc enim semper supponimus quod in eo adsit libera uoluntas testatoris) resultet uoluntas, & consensus testatoris circa dispositionem rerum suarum, prout etiam late infra sub num. 30. in uers. hoc solum superest. & nu. 31. cū cæteris seqq. usque nu. 63. ubi latissi-
16 me declarabitur; ergo inuitis dentibus fateri oportet quod inde oriatur hæc naturalis obligatio, quæ oritur ex consensu & uoluntate disponentis
17 de iure gentium primæuo, nihil enim est quod magis cōgruat naturali æqui tati, quàm ut uoluntas custodiatur, & executioni demandetur, iux. d. l. 1. in princip. ff. de consti. pecu. & hoc est quod uoluit Imper. in l. 1. C. de sac. ecclē. dum inquit, nihil esse quod magis hominibus debeatur, quàm ut supremæ uoluntatis liber sit stilus, & licitum quod iterum non redit arbitriū,
18 unde ex hoc testamento minus solenni de iure positiuo probatur tamen uoluntas & consensus testatoris, iux. l. fin. ff. de reb. eo. cum aliis latissime adductis supra par. 1. cap. 5. num. 9. & multis seqq. ubi quomodo & quando hoc procedat late & sufficienter explanauimus; ita ut luce clarius constet, ob idq; indubitanter concludendum sit ex huiusmodi minus solenni testamento oriri hanc naturalem obligationem proficiscentem ex huiusmodi consensu & libera uoluntate testatoris Pau. de Cast. & Ias. in d. l. 2. ante nu. 2. C. de fideicom. nam & æquum
19 est, & naturali rationi conuenit quod hæres adimpleat uoluntatem testatoris quamuis non solennem de iure positiuo, ut in proposito trad. Bart. in d. l. 1. nume. 9. & seq. ff. de cond. ind. & in d. l. cum quis. nume. 8. & seqq. C. de iu. & fac. igno. & late Anchar. post Iaco. But. per eum relatum in d. regula possessor. sub nume. 19. in uers. ad quæstionem ergo propositam. ibi, cui accedat, quod not. Iacob. de But. de reg. iur. lib. 6. & comproba, ut infra nu. 25.

20 Ex quibus patet quantum aberrauerint Bald. Couar. & Fernan. Vasq. supra relati nu. 2. in fi. qui dixerunt ex testamento minus solenni non oriri hanc naturalem obligationem, quæ habet effectum excipiendi, & retinendi, quæ est uera naturalis, prout illa quæ ex pacto nudo & ita ex consensu proficiscitur, sed tantum eam, quæ oritur ex solo instinctu naturæ, quæ

tantum impedit soluti repetitionem, ut est obligatio antidoralis, de qua supra nu. 13. 14. & 15. quorum error præter superius adducta infra quoq; latius demonstrabitur.

21 Tertio principaliter accedat recte argui posse de contractibus ad ultimã uoluntatem, & è contra. l. seruum filii. §. eum qui chirographum. ff. de leg. 1. ubi Dy. Bart. & cæteri not. l. pactum inter hæredem. iuncta gl. & ibi Guil. de Cun. Bart. & post alios late Ias. in 1. notabili. ff. de pac. l. fi. ubi Bal. & Salyc. C. de lega. l. uni. & ibi plene Bal. C. de l. fus. cani. tollen. & plene Ang. Aret. & cæteri scriben. per illum tex. insti. eo. & plene Euerar. in locis legal. centu. 17. & latius Mantica de conicc. ult. uolun. lib. 3. tit. 18. per totum, quo argumento utuntur Dec. cõs. 69. nu. 6. & 387. nu. 3. Cur. iun. consi. 171. nu. itidem. 3. Paris. consi. 32. nu. 71. uolu. 1. Cepha. consi. 156. nume. 25. unde prout se habet defectus formæ in cõtractu, ita se habet in ultima uoluntate, ut pro suæ opi. fundamento arguebat Pet. quem refert Bald. in d. l. cum quis. sub nu. 4. in uers. secundo arguit. quod tamen argumentũ contra eum

22 & sequaces efficaciter retorquetur, prout illud retorquet, & pro hac nostra conclusione adducit Ancha. in d. regula possessor. nu. 17. etenim ex inutili contractu de iure positiuo, si tamen in eo adest consensus & uoluntas actum gerentis oritur hæc de qua loquimur naturalis obligatio, ut proxime ostendam, ita etiam ex minus solenni testamento.

23 Nam de contractu inutili & minus solenni de iure positiuo ualido tamen ex consensu & libera uoluntate actũ gerentis, de iure naturali quod inde oriatur hæc naturalis obligatio pluribus exemplis comprobari potest, & primo exẽplo pacti nudi, ut late supra nu. 5. cũ seqq. ubi secũdo adduximus exemplum in contractu per seruum celebrato inutiliter de iure ciuili, quo iure status eius est nullus, & tamen ex eius consensu oritur hæc naturalis obligatio. ut ibi nu. 6. & seq. tertio idẽ uidemus in stipulatione alteri facta, quæ est inutilis & nulla de iure ciuili, ut in §. si quis alij. insti. de inutil. stipu. l. ut inter. C. eo. tit. l. 1. §. si seruus communis. in fi. ibi nullius momenti sit. ff. de stipu. ser. l. certi condictio. §. quoniam. ibi nulla est stipulatio. ff. si cer. pet. & l. si stipulatio ista. §. alteri. ubi Bar. & cæteri. ff. de uerb. oblig. & tamen ex ea oritur naturalis obligatio ex consensu stipulan. iux. glo. in d. §. alteri. communiter approbatam. per Bar. ibi nu. 8. Alex. 7. & late Ias. ubi attestatur de communi. nu. 20. & Dec. in d. §. quoniam. nu. 1. & post alios latissime probat & deducit Fernã. Vasq. ubi etiam attestatur de communi de success. crea. lib. 3. §. 30. num. 5. 6. cum seq. quamuis teneat non oriri effectus huius naturalis, ut ibi per eum latissime nu. 8. de quo tamen in proposito nostro infra num. 28. cum seqq. latius est differendum. Quarto idem est in gestis per pupillum sine tutoris authoritate, ex quibus nulla obligatio nascitur de iure positiuo. §. præterea. ibi stipulatio inutilis sit, & rursus ibi, nulla est obligatio. inst. quib. mod. tollen. oblig. tamen si est doli capax ex eius consensu oritur naturalis obligatio, & naturaliter obligatur gl. ibi in uer. à pupillo. iux. l. 1. in fi. ff. de noua. ubi late Bar. nu. 7. & 8. cuius doct. reassumit Ang. Are. in §. pupillus. nu. 3. inst. de inuti. stip. & idem in adulto habente curatorem. gl. & Bar. in d. l. 1. nu. 9. ff. de noua. per l. si curatorem habens. ubi gl. & doct. C. de in integ. rest. min. Quinto idem erit in acceptilatione, quæ habet certam formam, & inuẽta est

est de iure ciuili, ut habetur in §. item per acceptilationem. inst. quib. mod. tol. oblig. & tamē licet deficiat, & nulla sit de iure ciuili, tamen si in ea adest consensus habet in se utile pactum, quia inde oritur naturalis obligatio. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pac. & l. acceptilatum. ff. de acceptila. & bene in terminis nostris arguit, & probat Ancha. in d. regula possessor. num. 17. Sexto idem uidemus in stipulatione facta per nuncium, uel epistolam, ut trad. Bald. in auth. ad hæc. nume. 6. in fin. C. de usu. quæ tamen de iure ciuili taliter fieri non potest. §. item uerborum. ubi Ang. Aret. nume. 3. & cæteri inst. de inut. stipu. gl. in l. ea quæ. ff. de dona. inter ui. & uxo. qui in etiam si lex
24 ciuilis resistat actui, nisi aliqua solennitas fuerit adhibita, uel aliàs prohibeat actum geri, tamen si in eo actu adest consensus, qui facit actum ualere de iure naturali, ex eo oritur naturalis obligatio, licet effectus naturalis obligationis isto casu in foro contentioso tantum impediatur, non autem in foro conscientiæ, de quo nunc agitur, ut per Ias. in l. si non sortem. in princ. nu. 3. cum seqq. ff. de cond. ind. & latissime per plura exempla discurrendo comprobat & defendit Fernā. Vasq. de success. crea. d. §. 30. num. 12. & 13. cum infinitis seqq. & probatur ex illa celebri regula Inno. in c. q̄d sicut. de elect. de qua latissime supra c. præced. nu. 47. 48. cum seqq. prout ēt infra nu. 68. 69. & trib. seqq. latius ostendimus, & declarauimus. Et per cōsequens multo magis sine dubio oriri debet hæc naturalis obligatio, etiā quo ad omnes effectus ex hoc testamēto, in quo interuenit liber consensus, & uoluntas testatoris, licet nulla interuenit solennitas iuris positiui, cui tamen propterea lex non resistit, licet non assistat, quo casu, sine dubio oritur naturalis obligatio quo ad omnem effectum, ut supra, & infra in responsionibus ad contraria latius demonstrabitur, & declarabitur.

Quod probat in effectu Bart. conclusionem istam per tex. no. in l. in testamento. ff. de fideicom. lib. ubi dicit Bar. quod ibi est casus contra Petr. & Vltramontanos, quos sequitur Cyn. qui negant, quod relicta in minus solenni testamento sint debita naturaliter, ubi testamentum erat minus
25 solenne, & tamen inquit I. C. pios filios debuisse adimplere disposita per testatorem. nota uerbum, pios, nota, debuisse, ex quibus clarissime infertur, quod ex uoluntate minus solenni quis tenetur, ut denotat uerbū illud, debuisse, non quidem rigore iuris inspecto, sed ex pietate, quadā de iure naturali, prout etiā alia iura adducit Bart. in l. 1. ff. de cond. ind. & in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. nu. 10. in quibus probatur æquum esse, q̄d hæres adimpleat uoluntatem testatoris, licet minus solennem, ut etiam in proposito no. Ancha. in d. regula possessor. nume. 15. & è contra Imper. iudicat impios, & impie agere eos, qui recusant adimplere uoluntatem minus solennem, in l. penul. §. illo. quē in proposito ad hæc no. Ange. C. de necess. ser. hær. insti. ubi tamen uide Bal. & Paul. de Cast. quid dicant, & comprobat Couar. in c. cum esses. num. 5. de testamen. & eum in proposito refert Mātica de conie. ult. uolun. lib. 2. titu. 14. nu. 16. in uersi. secundo con-
26 sidera. Aequitas ergo ista naturalis est quæ producit hanc naturalem obligationem ex testamento minus solenni de iure positiuo, ut probat Bart. in d. l. 1. & l. cum quis. proxime allegatus. nume. 25. quamuis huic fundamento, & præsertim ad tex. in d. l. in testamento, in quo Bar. facit magnum ca-

pitale, respondeant Roma. & Fulgo. qui contrariam partē tuentur, ut per eos in locis de quibus sup.nu.2. & ul tra eos responderi potest, qđ argumē tum non cōcludit, nisi tantū de quadam naturali æquitate ex quodā debito morali, quæ stat in puris finib.iustitiæ, seu æquitatis naturalis, & depē det mere à cordibus hycorū de qua supra nu. 13. cum seqq. prout de hac loquitur tex.in d.§.illo. proxime allegatus, ut ibi declarant Bal. & Pau. de Cast.& quam omnes admittunt oriri ex hoc testamento minus solenni, etiam ij qui Vltramontanos sequuntur, ut supra nu.2.& de hac in effectu uidetur Bar. loqui in hoc suo fundamento, non autem de illa quæ proficiscitur ex consensu, & uoluntate testatoris, licet minus solenni, in qua tantum stat controuersia, & pondus totius difficultatis.

27 Postremo igitur pro hac nostra cōi conclusione arguitur ab effectu, qđ est opt. & ualidissimum argm̄ in iure nostro.l.3.uers.nā & in contēptores. iuncta gl.& ibi no.doc. C. de summa Trinit.l.debitor. ibi uideamus de effectu rei.& ibi no.Pau.de Cast.ff.ad trebel.no.per Bar.& cæteror.in l.cōstitutionib.ff.ad municipa.gl.in l.nullus uidetur dolo facere. & in l.cuius effectus.ff.de reg.iu.no.Ang.Aret. per illū tex.in proœ.inst.§. quorū.in 3.notabili.Bal.in l.j.col.2.in 4.oppo.C.de his qui accu.nō pos.& Osasc.in sua disput.posita post decis.nu.5.& Euerar. in locis lega.centu. 9. ab effectu.n.cognoscitur causa.l.rē non nouā. in fin. C.de iud.opt.gl.c.quattuor.uer.docere.12.q.2.Bar.in d.l.constitutionibus. ad municipa. Bal. proxime allegatus. & Euerar.d.cētu.9.ad fi.uers. quarto. nā ex fructib.eorum cognoscetis eos si quidem ex fructu arbor cognoscitur.Matthæi 12.& Luc. 16. cap.

28 Si igitur attendimus ad effectus prouenietes ex naturali obligatione, prout à iure nostro considerantur,& approbantur respectu exceptionis, compensationis,retentionis, fideiussionis,nouationis,& similium de quibus in l.iurisgentium.§. sed cum nulla.ff.de pac.in l.etiā. ff. de compen.in l.naturaliter. & l.si id quod.ff.de cōd. ind.in l.fideiussor.obligari. §. fideiussor.ff.de fideiusso.l. 1. & ubique not. per glo.& doct. ff.de noua. cum sim. certe uidebimus eos oriri ex huius-

29 modi testamento minus solenni, prout de effectu exceptionis, compensationis,& retentionis probatur in l.milites codicillis.§. ueteranus.ff.de mili. testamento.in l. non dubium. in fi. C. de testa.in l.2.& in l. si ueritas. C. de fideicommis.tradd. Bar.in l.nemo potest.num.18.& post eum Alexan.nume.23.& seq.Ias.lect.1.nu.70. & lec. 2.nu.94. & Ripa sub nu. 96. uers. ex ista conclusione.ff.de leg. 1.& nu.97. Iul. Clar. alios allegans, & attestans de communi lib.3.senten.q.90.uers. hinc infertur. & infra latius demonstrabimus id procedere, tam in foro contentioso, quàm in foro conscien-

30 tiæ, quicquid & male uoluerit Fulg. cui respondet Ias.in d.l.1.sub nu. 16. in uersi.capio.ff.de cond.ind.& quicquid etiam uelit in d.l.cum quis. nume.6.& Bal.in l.1.num.55.C. de sac. eccl.quē propterea reprehendit Alexan. in d.l.nemo potest.nume. 24. in fi.cuius etiam error infra num.75. & alijs seqq. latius ostendetur, & confutabitur. Ex quo manifestum fit ex huiusmodi testamento minus solenni oriri naturalem obligationem proficiscentem ex libero consensu simplicique nuda, & pura uoluntate testatoris iuxta hanc nostram ueram, & communiter approbatam conclusionem.

Hoc

Hoc ſolum ſupereſt diſſoluere ea quæ exaduerſo contra hanc noſtram concluſionem & pro opin. contraria Pet. & ſequacium adduci ſolent, & primo dum exaduerſo negant doct. Pet. ſequen. quod in teſtamento minus ſolenni de iure poſitiuo adſit uoluntas teſtatoris (à quo principali fundamento dependet ueritas huius noſtræ concluſionis) hoc eſt contra ſtimulum calcitrare, nam præter ſupra adducta num. 16. & 17. cum ſeqq. ubi clare oſtenſum fuit in hoc minus ſolenni teſtamento adeſſe uoluntatẽ teſtatoris, hoc patet ad ſenſum ſi quidẽ
31 nemo cẽſetur ore proferre illud quod mente prius non cogitauerit. l. labeo. §. idem tubero. ff. de ſupel. lega. nam & ut ibi ait. I.C. quorſum ſunt nomi-
32 na ac uerba niſi ut demonſtrent uoluntatem loquẽtis cum alijs adductis per Aym. conſi. 20. nu. 2. & conſi. 294. col. 9. in uerſi. ſecundo cõſidera. Cur. iun. conſi. 169. nu. 2. cum ſeqq. Boer. deci. 1. nu. 34. uerba enim eo inſtituta ſunt, ut quiſq; in alterius notitiam cogitationes proferat inquit Auguſtinus relatus in c. is autem. in princ. 22. q. 2. fa-
33 cit. c. humanæ aures. 22. q. 5. unde uerba ſunt in uoce earum quæ ſunt in animo paſſionum notæ, ut ex Ariſtotele, & Boetio paſſim atteſtantur noſtri doct. ut Bal. in d. l. de quibus. nu. 41. ff. de leg. in l. uni. §. ſin autem ad deficientis. in princ. C. de cadu. tol. & in tract. ſchiſma. ubi plura in propoſito adducit. num. 27. poſito ſub rub. C. ſi quis aliquem teſta. prohibue. & in l. iuris gentium. §. pactorum. col. 1. ff. de pac. & idem in conſi. 134. ad med. uol. 4. Alber. in d. l. labeo. nu. 4. ff. de ſupel. lega. Alex. conſi. 52. nu. 5. uol. 4. Iaſ. plura in propoſito adducens in conſ. 142. col. 10. in 11. ratione. & conſi. 171. col. 1. uerſ. ſecundo facit. uol. 2. & in l. neque profeſſio. nu. 6. 7. C. de teſta. & in l. ſi quis filium. in uerſ. tertio intellige. C. de lib. præt. Cur. iun. conſi. 169. nu. 2. cum ſeqq. Boer. d. deci. 1. nu. 34. cũ aliis latiſſime ad id adductis per Tiraquel. in l. ſi unquã. uer. libertis. nu. 17. & ſeq. C. de reuocan. dona. unde nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimo-
34 nium, quàm qualitas inſpecta uerborum iuxta Caſſiodorum ſæpiſſime ad id à Bal. citatum in l. generaliter. nu. 1. C. de non nu. pecu. in l. ad recognoſcendos. C. de ing. manumiſ. & in l. tres denunciationes. ſub nu. 5. C. quo modo, & quando iud. & conſi. 160. uol. 1. Alex. Iaſ. & alii etiam proxime allegati & Dec. in conſi. 305. nu. 1. & in l. ſemper in ſtipulationibus. nu. 5. ff. de reg. iu. Cur. iun. conſi. 5. nu. 13. Fráci. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 3. tit. 4. ſub nu. 4. cum aliis adductis per Aym. d. conſi. 20. nu. 2. & conſi. 294. col. 9. ubi ſupra, & Cur. iun. d. cõnſi. 169. nu. 2. cum ſeqq. & Boer. d. dec. 1. nu. 34. & aliis late congeſtis per Tiraquel. d. uer. libertis. nu. 18. & idcirco alibi dicit Bald. in l. ſed & reprobari. ff. de excu. tuto. quod ex loquela ani-
35 mus hominis cognoſcitur, cui conuenit illud Euangelij, loquela tua manifeſtum te facit Matthe. 26. & iſte eſt certior modus illam indicandi, quàm ſint alia ſigna quæ plura ſunt, ut dicit Boer. d. deci. 1. nu. 37. habet enim neſcio quid latentis energiæ uiuæ uocis actus, ut per eum ibi nume. 34. cum aliis ſimilibus in propoſito ad plenũ congeſtis per Tiraq. proxime allegatum Iaſ. in l. neque profeſſio. nu. 6. & ſeq. C. de teſta. & Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita. in prima editione. nu. 143. ff. ad trebel. & nouiſſimè Zun. in reſpon. pro uxo. nu. 543. & Mantica d. titu. 4. lib. 3. nu. 1. & multis ſeqq. & nos ſupra par. 1. c. 10. nu. 87. 88. 89. 90. & 91. ubi oſtendimus hac præcipua ratione inſtitutum eſſe ut confeſ-

sio sacramentalis uiua uoce fieri debeat; ita ut minime negari possit quin ea sit uoluntas testatoris, quæ ex ipsius ore significatur, & ex uerbis ipsius demonstratur, cum ad explorandam uoluntatem testatoris tenor te-
36 stamenti sit inspiciendus, ut habetur in authen. de restitut. fideicom. in §. nos igitur. quem ad hoc pōderat Bal. in cap. 1. §. 1. num. 3. de feu. guar. Ias. in l. si ancilla. nume. 4. ff. de leg. 1. Pau. de Cast. in consi. 177. colu. 1. in uers. primo quia ex tenore. par. 2. & cons. 71. nume. 4. in fi. & seq. ead. par. 2. cum aliis ad plenum congestis per Tiraquel. in d. uer. libertis. num. 10. & Zanch. d. nume. 143. ubi supra. & Mantica etiam proxime allegatum. d. tit. 4. nume. 1. cum pluribus seqq. & tenor stipulationis contractus & instrumenti. l. si quis stipulatus. ibi respiciendus erit sermo stipulationis, qui semper ad hoc allegatur, ut ibi dicunt Pau. de Cast. & Ias. nume. 4. & l. si ita stipulatus. §. chrisogonus. in fi. ibi, uerba ex quibus obligatio oritur inspicienda sunt. ff. de uer. oblig. l. fideiussores magistratuum. §. 1. ibi, lecta subscriptione fideiussionis. ff. de fideiuss. l. 3. ad med. ibi, iux. pactorum tenorem. C. de inutil. stipulat. l. si operas. in fi. ibi, pacti tenor seruari debet. C. de solutio. cum aliis late congestis per Tiraquel. d. uer. libertis. nume. 7. tenor priuilegiorum. ca. porro. & cap. seq. ubi opt. tex. de priui. tenor sententiæ compromissi, & sim. de quibus specialiter & generaliter infinita cumulat Tiraq. d. uer. libertis. nume. 4. & 5. cum seqq. usque 12. quæ cum pateant ad sensum,
37 non est opus aliis authoritatibus, quia quærere legem aut rationem in his, quæ patent ad sensum, non est aliud nisi infirmitas intellectus secundū Philosophū teste Ang. in cons. 275. col. fi. cū aliis adductis sup. par. 1. c. 16. nu. 8.

Vnde motiuum Pet. qui dicebat, quod testator nō grauauit uenientes ab intestato ad quos uadit hæreditas relicta in minus solenni testamento, nec ipse hæres ab intestato præsumitur ad id quod in eo minus solenni testamento dispositum est uelle se obligare, prout ēt arguunt Fulg. & Rom. eum sequentem sup. allegati nu. 2. præter responsionem Bart. in l. 1. nu. 6. & seqq. ff. de cond. ind. & in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. ubi respondet ad hoc motiuum Pet. ad quod etiam colligitur responsio ex Bal. in l. non dubium. in 8. oppo. C. de testa. & præter quod illud omnino cessat respectu huius nostræ conclusionis, in qua pro firmo & certo supponimus hic adesse liberum consensum, & claram simplicem, & nudam uoluntatem testatoris, prout ita eā sup. firmauimus. nu. 1. præterea pro clara huius motiui resolutione est aduerten. quod tota disputatio & inuestigatio an ex testō minus solenni oriatur naturalis obligatio ex consensu testatoris eo tendit, ut sciamus ad quos bona tėstatoris de iure naturali ex tali testō peruenire debeant, & sic quæstio est respectu bonorum, quo circa ad cōtrariū de quo sup. facilis est solutio, quia posito qđ ipse ueniens ab intestato, non esset in
38 personam naturaliter obligatus bona per ipsum forte possessa scripto hæredi tradere, tamen ex quo testator uoluit bona sua ad hæredē scriptū, uel ad legatarios, quibus legata reliquit prouenire, satis dicitur adesse uoluntas testatoris respectu bonorū, ut sic uere possint dici naturaliter debita his, ad quos testator ea pertinere uoluit, prout in effectu concludit Ripa multum in proposito in d. l. nemo potest. nu. 102. & seq. ff. de leg. 1.

Et confirmatur adhuc latius responsio, quia cum testator in testō minus solen-

ſolenniter condito de bonis ſuis di-
ſpoſuerit,certe ex hac uoluntate de-
bet oriri illa naturalis obligatio, quia
æquum eſt ut uoluntas Domini de re
ſua diſponentis ſeruari debeat , licet
in eam uenientes ab inteſtato nun-
quam conſenſerint ad not.per Bar.in
leg.Iulianus.nume. 26. & ſeq. & Iaſ.
ſub nume.23.in uerſi. quarto & ulti-
mo.ff.de cond.ind. & Imo.in c.fi.nu-
me.14.de ſolu. ita ut ex hac uolunta-
te poſſit dici orta naturalis æquitas ,
& naturalis obligatio reſpectu bono-
rum per quam huiuſmodi bona natu
raliter dici poſſint ipſorum legatario
rum,& hæredis ſcripti,ut teſtator uo
luit,& ad ipſos naturaliter pertinere;
nam cum de iure naturali & gentiũ
ualidum ſit hoc teſtamentum minus
ſolenne ex ſola,& ſimplici uoluntate
teſtantis, ut latiſſime cap. præceden.
oſtenſum fuit,per conſequens dicen.
eſt eodem iure bona illius acquiri, &
eis deberi quibus in eo teſtamento
relicta ſunt,cum eodem iure natura-
li, & gentium bona de uno in alium
transferantur , & acquirantur. §. ſin-
gulorum.& §.per traditionem.ibi, ni
hil enim tam conueniens &c. inſt. de
re.diui.cui eſt ſimilis text.in l. qua ra-
tione.§.hæ quoq; res. ff. de acqui. re.
domi.l. ex hoc iure. cum ibi late per
Bar.Iaſ.& cæteros no.ff.de iuſt.& iu.
optime Old.conſi.107.nu.3.

Accedat quod & ſi iſto caſu hæres
ueniens ab inteſtato, qui non reperi-
tur grauatus à teſtatore ex ſtricto iu-
ris ciuilis rigore , non poſſet proprie
dici obligatus ad legata,ſeu ad tradẽ-
dum bona ſcripto hæredi,ex eo ſolũ,
quod ipſe in poſſeſſionem bonorum
teſtatoris reperiatur , cum obligatio
non bona , ſed perſonam reſpiciat.§.
omnium.cum ibi not.inſt.de actio.ni
hilominus cum concluſio noſtra lo-
quatur reſpectu fori naturalis,& con

39 ſcientiæ, in quo de iuris apicibus non
diſputamus.Archid.in cap. ſcriptum.
6.q.3.& not.Bal.& Iaſ.in l.2.nume.2.
C.de fideicommiſ.Iaſ.in §.ſed iſte.nu
me.108.inſt.de act.& in rub.ff.de ac-
qui.hære.num.20.Dec.in cap.cum di
lecta.col.fin.in uerſi.ex quo infertur.
de confir.uti.uel inuti. Sarnen. in re-
gula de non iud.iux.for.ſup.q.14.uer
ſi.breuiter.& faciunt trad. per Bar.cũ
latiſſima apoſtil. in l. ſi fideiuſſor. §.
quædam.ff.mand. & nos ſupra par. 2.
cap.3.nume. 3. merito ſaltem largo ,
& quodam groſſo , & naturali modo
loquendo poteſt dici poſſeſſor ratio-
40 ne rerum realiter obligatus iux. gloſ.
not.in l.creditores.ff.de uer.ſignifi.&
inſt.de actio. in prin.in uer. debetur .
quam ibi ſequũtur Ang. Aret.& Iaſ.
num.98. cum ſeq.Bal.in l.dominum.
nume.2.C.quod cum eo. idem Bal.in
l.fi.num.3.C.de compenſa.in tantum
quod prout ibi dicit Bal. procedit li-
bellus iſto caſu ſi quis dicat aduerſa-
41 rium eſſe ſibi obligatum ad reſtituen
dum bona , prout uoluerunt Roff. &
Pet.Doct. antiqui,quos refert , & ſe-
quitur Bart.in l.ex diuerſo. §. ubi au-
tem.nume.2.ff.de rei uendica.Angel.
Aret.in §. omnium. ſub nume. 10. in
uerſi.aduertas tamen.ubi id late com
probat Iaſ.nume.140.& alijs ſeqq. &
rurſus num.172.ad fin.inſti. de actio.
Alexan.in l.debitor.ſub num.10.cum
ſeq.ff.ad trebel.Pau.de Caſt. in conſi.
42 85.nu.3. par.2. & idcirco poteſt etiã
huic reali obligationi accedere fide-
iuſſor cum poſſeſſor dicatur debitor
ſaltẽ largo & groſſo modo Bald. in l.
pen.nume. 2. C. quod cum eo. quod
& probat tex. in l.pecuniæ uerbum .
§.actionis.& §.fin.cum gloſ.ff.de uer.
ſignifi.ubi habetur quod debitum lar
go modo comprehendit, quod debe
tur actione reali,iuncta.l.fideiuſſor o-
bligari.in §.fideiuſſor. ff. de fideiuſſo.

ubi aperte deciditur, quod fideiussor accedere potest etiam pro eo, quod abusiue & largo modo dicitur debitum, & sic etiã ut dicit Bal. reali obligationi quibus accedit Bar. ubi bene comprobat in l. Marcellus. nume. 4. eo. ti. ff. de fideius. ubi Alexan. ad eum expresse transit cum hoc dicto Bald. & consequenter negari non potest quin saltem hæres ab intestato, licet non reperiatur expresse à testatore grauatus, sit saltem in foro conscientiæ naturaliter obligatus ratione pos-
43 sessionis bonorum, qua quis obligatur naturaliter non minus, quàm ratione promissionis, quin & fortius in conscientia, ut late per Hostien. in Summa de præscript. re. immobi. in §. quæ res præscribi possunt. in uersi. oppono tamen. quicquid dicat Bal. in auth. ad hæc. sub nume. 8. C. de usu. dum dicit, quod fortius obligat fides promissionis, quàm sola bonorum possessio.

44 Præterea quamuis hæres ab intestato non reperiatur expresse grauatus à testatore, tamen ex quo testator expresse noluit, quod bona sua deueniant ad legatarios, uel hæredẽ scriptum in minus solenni testamento, quibus ea reliquit, per consequẽs uoluit, quod quisquis, ad quem dicta bona peruenerint, teneatur ea illis dimittere, & restituere, ad hoc ut sua dispositio effectum sortiatur, argu. l. denique. §. interdum. ubi opt. text. ff. de pecu. lega. nam & qui uult consequens. &c. l. 2. ff. de iurisd. om. iudi. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ubi glo. allegat concordan. ff. de procu. l. illud. & ubique doc. ff. de acqui. hære. cum alijs supra adductis par. 1. cap. 16. num. 111. & late in proposito Zanch. in d. l. hæredes mei. §. cum ita.
45 nu. 651. & seq. ff. ad trebel. nec etiam mirum est si ex grauamine uni iniuncto alius sit grauatus, ut uoluntas testatoris sortiatur effectum. l. si seruus legatus. §. qui margaritam. ad med. ff. de lega. 1. ubi inquit I. C. non autem mirãdum est, si cum alius rogatus sit, alius fideicommisso obstringatur; & quæ sequuntur; quem tex. in proposito not. Bal. in l. Titia Seio. §. Seia liberti in fi. ff. de lega. 2. Zanch. ubi supra nume. 639. & quamuis in foro fori,
46 & inspecta ciuili obligatione is cum honoratus non sit grauari non potuerit, nec bona hæredi scripto, aut legatarijs dimittere teneatur, cum ea nõ ex iudicio testatoris, sed ex legis dispositione consequatur iuxt. l. ab eo. C. de fideicommis. l. sed & si sic; cum uulg. ff. de lega. 3. tamen sat est in foro conscientiæ, quod ex huiusmodi simplici uolũtate testatoris de bonis propriis disponẽtis naturaliter teneatur ea naturali obligatione, quæ ex huiusmodi uoluntate proficiscitur per supra allegata.

Nec obst. dum dicit Bald. comprobando fundamentum Pet. in d. l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. col. 3. in uersi. sed ego impugno. quod qui potest adhibere solennitatem, & non adhibet, non uidetur uelle, quod late com probari potest ex supra trad. par. 1. c. 5. nume. 7. Tum quia ut infra cap. seq. nume. 33. 34. & seqq. latius huic fundamento respondimus, hoc motiuũ procedit ex quadam iuris præsumptione, quæ cessat in terminis nostræ conclusionis, in qua pro certo supponimus, quod adsit libera uoluntas te-
47 statoris. Tum quia plura possunt contingere propter quæ testator nõ fuerit solenniter testatus, & uix possit reperiri aliquis qui nolit testamentum ualere omni meliori modo, præsertim cum loquamur in foro conscientiæ, ut per Bart. in tracta. minorica. distinct. 1. cap. 3. sub nume. 8. uersi. tertio.

tio. prout ibi latius ostendimus, ubi melius cadit, ad ibi dicta me remitto.

48 Ad secundum principale fundamentum Pet. uidelicet, quod ubicunque actus peccat in forma, nō oritur etiam naturalis obligatio. l. 1. §. si quis ita. ubi late Bar. & cæteri. ff. de uerbo. obli. l. an inutilis; secundum communem literā, ut ibi per gl. Bart. & alios. ff. de acceptila. l. 1. §. eum qui. & ubiq; doc. ff. de cōst. pecu. & ut dicunt Cy. & Bald. in d. l. cum quis. sicut se habet defectus formæ in cōtractu, ita se habet in ultima uoluntate, & idcirco si deficiat solennis numerus septem testium, qui est de forma substantiali testamenti, ut latissime supra par. 1. c. 4. per totum ostensum fuit, non potest oriri ex eo etiam naturalis obligatio; licet pluribus modis Docto. respondeant, mihi semper placuit responsio Sozi. in d. l. 1. nume. 5. ff. de cond. ind. uidelicet, quod argu. procedit ubicūque ex defectu formæ omissæ deficit uoluntas, & consensus, prout in stipulatione, quæ contrahitur ex uerbis, si partes agāt stipulari, & uerba omittantur, seu non præcedat interrogatio, ut debet, hoc casu stipulatio non ualet etiam in uim pacti nudi, prout in hoc casu loquūtur iuxt. ex aduerso allegata, quia in eo non adest consensus cum partes noluerint pacisci, sed stipulari, & hoc est quod uoluit clare I.C. in d. l. an inutilis; quæ semper ad
49 hoc allegari solet, dum inquit, & nisi in hoc quoque consensum est non habet pactum; quia actus agentium, ut dicit Sozi. non operatur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cer. peta. l. obligationum substantia. uersi. non satis. ff. de actio. & obl. cum sim. at in testamento, ut ipse idem ait, licet deficiat numerus septem testiū, non tamen deficit uoluntas. l. fi. ff. de reb. eo. ubi apparet, quod ex testamēto minus solenni ex defectu testium probatur uoluntas testatoris cū aliis ad hoc late adductis supra d. par. 1. cap. 5. nume. 9. & pluribus seqq. Et hoc est in effectu, ut dicit Sozi. quod uoluit Bar. in d. l. 1. sub nume. 10. 11. & 12. ff. de cond. ind. & in d. l. cū quis. num. 11. & 12. C. de iu. & fac. igno. ubi in Summa Bar. & bene respondendo ad hoc fundamentum Pet. dicit quod illud procedit ubicunque deficit for-
50 ma substantialis, quæ cōsistit in uoluntate, cum aliis supra ad hoc adductis par. 1. cap. 4. nume. 8. at testes in testamento non sunt de hac forma substantiali, quia in illis non stat uoluntas testatoris, merito non procedit arg. Pet. & idcirco, ut dicit Bar. si deficeret uoluntas testatoris in qua stat forma essentialis testamenti, puta, quia pupillus, uel furiosus, uel quia fuisset præteritus filius, quem testator ignorabat habere, tunc nō oriretur etiam naturalis obligatio.

51 Et sic tota uis stat in hoc, an deficiat uoluntas illius, qui gerit actum peccantem in forma, & non oritur etiam naturalis obligatio, & procedit argumentum Pet. & procedunt iura pro hac opin. supra allegata. aut non deficit uoluntas, & tunc oritur naturalis obligatio etiam si actus peccaret in forma, ut probatur in ea. l. an inutilis. in illis uerbis, Et nisi in hoc quoque consensum sit non ualet pactū; nam à contrario sensu si saltem partes cōsentiant in pacto, licet acceptilatio peccet in forma, ualebit ut pactum, & sic oriretur naturalis obligatio, & procedit. l. si unus. §. fi. ff. de pact. & l. acceptilatum. ff. de acceptila. & l. cū emptor. ff. de rescind. uend. cum sim. & trad. Ancha. in d. regula possessor. nume. 17. & comprobauimus supra nume. 23. cum seq. ubicunque enim adest uoluntas, tunc sustinetur actus, licet

licet peccet in forma, omni meliori modo quo potest, & sic orietur naturalis obligatio, ut late post alios in terminis nostris Fernan. Vasq. de success. crea. lib. 1. §. 2. sub num. 5. uersi. ergo actus. & per nos supra par. 1. cap. 6. nume. 32. unde si testator solum adhibuisset quinque testes, & constaret ipsum noluisse codicillari, sed tantum facere testamentum, sciēs illud cum quinque testibus ualere non posse, tunc non ualeret ut codicillum, quia noluit, nec ut testamentum, quia sciebat ut tale ualere non posse iux. l. non codicillum. iunctis ibi not. per Doct. C. de testa. & d. c. 6. per totum latius declarauimus, unde isto casu ex tali testamento inutili ex defectu formæ solennitatis testium non oriretur naturalis obligatio iux. opin. Vltramon. & procederet argumen. Pet. ut in terminis trad. Ripa in l. 1. §. si quis ita. ante nume. 24. ff. de uerborum oblig. quod tamen infra latius declaratur.

52 Prout nec obst. quod ut arguit Bal. in d. l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. forma est, quæ dat esse rei, & sine forma res non incipit esse, per text. in l. si is qui. cccc. §. quædam. ff. ad leg. Falc. cum alijs latissime supra cumulatis. par. 1. cap. 4. num. 27. cum seqq. & rursus, quod ista est forma substantialis, & non probatoria tantum, prout etiā latius ostensum fuit supra par. 1. c. 4. per totum. nam præter multa, quæ dici possent, hoc sat est, quod cum hæc solennitas numeri septem testium sit forma introducta (si eam formam appellare uelimus) de iure ciuili, idcirco licet illa non adhibita actus sit nullus de iure ciuili, & non possit inde oriri ciuilis obligatio, tamen si adest uoluntas, ualet de iure naturali ita, ut oriri debeat naturalis obligatio iuxt. latius adducta supra in primo, & tertio principali fundamento huius nostræ conclusionis.

Et simili quoque modo soluitur aliud fundamentum, quod tenentes partem Pet. magnifaciunt, uidelicet quod disposita in testamento recipiunt conditionem, si ex eo adeatur hæreditas. l. si nemo. ubi Dec. allegat concordan. ff. de reg. iu. cum aliis supra adductis par. 1. cap. 17. nume. 14. quæ tamen ex testamento nullo ex defectu numeri testium adiri non potest, ut ibi not. & in l. eam quam. cum sim. C. de fideicommis. quia ex præ-

53 missis respondetur, quod ex quo aditio hæreditatis est conditio subintellecta, & solennitas inducta de iure ciuili. & quædam nimia subtilitas, ut dicit Couar. in cap. Raynaldus. §. 3. sub nume. 10. in uersi. octauus casus. de testamen. quæ non requiritur de iure naturali, & gentium, ut late supra par. 2. cap. 3. nume. 31. 32. 36. & seqq. idcirco cum de iure naturali nō sit in cōsideratione, ut ibi latius ostēsum fuit, merito non impedit, quin illa oriatur ex sola uoluntate testatoris, quæ iure naturali inspecto, sola morte testatoris citra aliam aditionē hæreditatis confirmatur; cum secun-

54 dum Apostolum ad confirmationem testamenti nihil aliud requiratur, nisi ut mors testatoris interueniat, ut late supra par. 1. cap. 19. nume. 12. & 13. & in proposito trad. Bar. in repet. l. 1. num. 66. & seq. C. de sac. eccles. & latius supra d. par. 2. cap. 3. à num. 29. usque 41. & ita cessat quoque motiuum Bald. in d. l. cum quis. quod aditio hæreditatis sit confirmatio testamenti, quia ut modo ostensum fuit, istud uerum est de iure ciuili, non de iure naturali, & ita nō concludit quo ad naturalem obligationem.

Minus obst. dum idem Bal. ibidem in octauo fundamento pro hac opi. Pet. argumentatur ex eo, quod lex ci

uilis distinguit ius diuinum, quæ tamen non posset ualere tanquàm peccati nutritiua si oriretur naturalis obligatio, quia ad hoc motiuum, quod requirit altiorem indaginem, & de eo particulariter tractandum est infra capit. proximo ex ibi adductis. responsio colligitur nume. 62. & seqq. & rursus nume. 81. in fin. in uersi. & ut res ista actio diuersitatis. usque nume. 104. inclusiue, ubi latius uidendum est.

55 Præterea non obst. si dicatur, quod testamentum absque solenni numero testium est omni iure nullum. l. 2. C. si omis. sit cau. testa. cum alijs late adductis supra par. 1. cap. 4. nume. 14. & seq. eo quia lex uidetur prohibere ne cum minori numero septem testium testamenta conficiantur, sed quod septem omnino adhiberi debeant, in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ibi uoluntatem tenere defuncti non uolumus. & §. per nuncupationem. ibi non alias ualere sancimus. &c. C. de testa. & l. fin. ibi minus autem nullo modo concedimus. eod. titu. & sic cum hoc casu lex uideatur resistere actui, prohibendo ne aliter fiat, nec ualeat, nec oritur etiã naturalis obligatio. l. si non sortem. in prin. ubi hoc not. Bar. Pau. de Cast. Alexan. & post alios late Ias. in 4. notabili. ff. de cond. ind. & l. cum lex. ubi late Bar. ubi materiam hanc ex professo tractat. ff. de uer. obli. & late quoque Bar. in l. 1. nume. 8. ff. de noua. & Ias. per illum tex. quem dicit meliorem de toto corpore iuris in l. non dubium. nume. 8. C. de leg. & Bart. in l. seruus inscio. iuncta l. seq. cum glos. nume. 1. ff. de fideiuss. Sozin. in l. 1. in prin. nume. 62. ff. ad leg. Falc. Cepha. consi. 59. num. 13. uolum. 1. Ruyn. consi. 31. nume. 6. uolumi. 2. & latissime firmat, & probat Fortu. in l. ueluti. nume. 11. cum sequentibus. ff. de iusti. & iure.

Quia pro responsione aduertendum est primo, & tollitur omnis difficultas, negatur testamentum minus solenne ex defectu numeri testium esse contra legem, seu per legem improbari, aut legem illi resistere, quãuis enim sit nullum, ut probant iura ad hoc proxime allegata, non tamen est contra legem, lex enim non prohibet, quod quis non testetur absq; numero septem testium, sed testamentum aliter factum annullat eo respectu, quia illi non assistit, nec ei præstat somẽtum iuris, ut late supra par. 1. c. 3. num. 65. & pluribus seqq. ostensum fuit, unde talis dispositio est nulla non tanquàm contra legem, sed tanquam legibus non subnixa, & tanquam legis auxilio destituta, ut est tex. qui hoc clare probat in l. non dubium. in fin. ibi legibus non sit subnixa. C. de testamen. l. fin. ibi, etiam si solennitate legum huiusmodi dispositio sit destituta. C. fam. her. unde licet non habeat fomentum iuris, nec sit à iure approbata, non tamen est reprobata, lex enim non resistit, licet non assistat, & ita non dicitur contra legem, sed præter legem prout in terminis declarat Bar. uiden. in l. sed & si lege. §. scire. nume. 4. ff. de pet. hær. & supra par. 1. c. 3. nu. 65. & plurib. seqq. latissime ostensum fuit.

56 Prout idem quoque uidemus in stipulatione alteri facta, quæ licet sit nulla, & nullius momenti. l. 1. §. si seruus cõmunis. in fi. ff. de stipu. ser. quia alteri stipulari nemo potest. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. ubi tex. loquitur per uerba præcise negatiua, quæ denotant actum esse impossibilem, & præcise nullum, ut ibi per Ias. num. 17. & sub nume. 20. ibi licet
57 ista sit communis. & tamen non dicitur contra legem, quia lex non resi-

stit,

stit,licet non assistat.glo.in d.§.alteri. in uer.conueniet.& ibi Bart.nume.4. & cæteri omnes indifferenter transeunt,ut dicit Ias.ibi nume. 16. & latissime Fernan.Vasq.de success. crea. §.30.nume. 33. & sequen. ubi plures cumulat & attestatur de communi, licet ipse contra communem teneat nume.35. & cum aliis supra adductis
58 par.1.c.3.num.67. unde ex ea oritur naturalis obligatio,glos. ibidem in d. §.alteri. in uersi. nihil interest. & est communis opin. ut attestatur ibi Ias. nume.20.& latissime Fernan.Vasq.d. §.30.nume.6.cum sequen. & nedum lex non resistit testamento minus solenni quinimo dicit pios hęredes,qui illud adimplent,& impie agere eos, qui illud sub hoc prætextu adimplere recusant. l. in testamento . ff. de fideicommis.lib.& l.penul.§.illo. & ibi Ang.not.C.de neces.ser.hær.inst.Ancha.qui alias.ll.allegat in d.regula possessor.nume.15.de reg.iu.lib.6.& aliis pluribus exemplis probauimus supra num.23.cum seqq.

Præterea & secundo principaliter respondetur, & aduertendũ est, quia tollitur obiectio alia uerissima respõsione, quod licet testamentum sit nullum ob non adhibitam solennitatem iuris positiui circa numerum testium, & dato etiam quod lex resisteret,tamen si adest consensus,& uolũtas testatoris, quæ est de iure naturali, & per legem prohiberi non potest, & cessant falsitates,& scandala propter quæ lex ciuilis introduxit huiusmodi solẽnitatem tenere debet de iure naturali iuxt.late trad. supra cap. proximo.nume.47.& 48. cum seqq. & ex
59 eo oriri dẽt naturalis obligatio quantuncunque lex illi resisteret, nã ubicunque adest liber consensus, & uoluntas disponentis,ex ea oritur naturalis obligatio quãtumlibet lex actui resistat, ut latissime post alios pluribus exemplis comprobat Fernand. Vasq. d.§.30. nume.17. & nume. 12. 13.14.& pluribus seqq. usque nu.30. quicquid uoluerit Fortu.supra allegatus in d.l.ueluti. nume.11. cum seqq. de iust. & iu. qui finaliter subdubius remanet, unde constat errasse Bart. in d.l.cum lex. & post eum Paul. de
60 Cast.ff. de fideiuss. concluden. quod si statutum annullat contractum ex defectu omissæ solennitatis,ex eo nõ oriri naturalem obligationem, quia quoad obligationem iuris naturalis non est curandum de solennitate iuris positiui, ubi adest consensus, & cessat causa deceptionis, & scandala propter quæ fuit adinuenta talis solennitas per proxime allegata.

61 Quæ procedunt etiam si uerba legis, uel statuti prohibitiua sint directa ad personam,& sic nõ solum,ubi lex resistit actui prohibendo actum, sed etiam si resistat personæ prohibẽdo personam ne contrahat, uel ne se obliget, nisi seruata tali solennitate, reiecta distinctione Bar.in d.l. cũ lex. nume. 4. 5. & seq. quem ibi sequitur Pau.de Cast.& Bar.in d.l.1. sub nu.8. ff.de noua.& in simili idem Bar.in l.si quis pro eo.nume. 9. ff. de fideiuss.& in auth. sacramẽta puberum. sub nume.15.in uersi. ego dico contra. C. si aduer.uend.& in auth. decernimus. C.de arb. & in terminis etiam sequitur Ang.consi.160.col.2.in uersi.contrarium dico. Grammat.decis. 12.nume. 12. in fi.& seq. & alios in id allegat Ant. Gabriel.com. conclu. lib. 2. titu.de iureiu.conclu.5.nume.15.ubi Bart.ubique uoluit, quod in isto casu,ubi est prohibita persona nõ oriatur naturalis obligatio, nec firmetur actus iuramento; nam in hoc Bart. communiter est reprobatus, ut attestatur Aret.in consi.54. circa prin. &

Salyc.

Saly.& post eum & alios per eum relatos,late Ias. in auth.sacramenta puberum.sub nume. 51.in uersi.quid tenendum. & nume. 52.& seq.& Alex. in l.is,cui bonis.nume.25.in fi.& seq. & Ias.sub nume. 19.in uersi.primo respondet Bar.& seq.ff.de uerbo.oblig. & etiam reprobat Abb. in c. Apostolicam.in 1.notabili per illum text. de regula.Paul.de Cast.in l. legis uirtus. in fi.ff.de leg.& latius i d.l. si quis pro eo.nume.7.ff.de fideiuss.& in l.si constante.§.quoties.nume.8.& ibid.Alexan.col.3.in prin.ff.sol. mat.idemque Alex.in consi.3.num. 5.uolu.1.in consi.29.sub nume. 14.uersi.quinimo. in consi.54.nume.15.& consi.62.nu.21. in fi.uolum.7.Ruy.consi.103.nume.7. uol.4.Goza.consi.16.nu.5.Ripa lib.3. respon.c.10.nume.3.ubi omnes attestantur de communi Legistarum, & Canonistarum contra Bart. & ut per cano. communiter in cap. cum contingat.ubi latissime Abb. nu.9. col.4. & duabus seqq.& Imo.nume.80.81. ubi hoc late declarat Alcia.num. 94. cum seqq.usque 111. de iureiu. cum aliis latissime adductis per Anto. Gabriel. proxime allegatum. sub d. nume.15.in uers.tamen contrariam partem.
62 Tum quia differentia Bar. ut dicunt Doct. est uerbalis non realis, cũ in effectu non uideatur differentia, an uerba dirigantur in personam ne contrahat, uel se obliget, uel in contractum ne fiat, uel obligatio ne contrahatur, cum in effectu etiam isto casu sit prohibita persona contrahere, ut late probat Abb. in d.c. cum contingat.col.5.in uersi.moueor primo. Tum quia ratio, quæ adducitur ubi-
63 que per Bart. uidelicet quod persona prohibita contrahere, si contrahat, peccat contraueniendo præcepto superioris,cum de iure naturali, & gentium primæuo teneamur obedire superioribus.l.ueluti. ff.de iust.& iu. & idcirco nõ debeat oriri naturalis obligatio, non subsistit, & cõmuniter reii-
64 citur, nam præter quod præceptum istud quod emanat fauore prohibiti resoluitur in effectu in consilium. l.2. §.fin.ff.man.l. cum pater.§. mando.ff. de leg.2.ubi gl.id no.l.titio centum. in prin.ff.de cond.& demon.opt.tex. à nemine allegatus in l. generaliter. in uersi.si petitum.ibi,quia consuluit hæredi. iunctis præceden. ff. de fideicommiss.lib.Ias.in l. filiusfam. §. diui. in 1.notabili.ff.de leg.1.& in terminis per Abb.in d.c.cum contingat.col.5. & seq.& Ias.in d.auth. sacramenta puberum.sub d.nu.51.uersi. quid tenendum.præterea non bene infertur. q̃d non debeat oriri naturalis obligatio, licet quis eo iure teneatur obedire Superioribus, & peccet contraueniẽdo eius præceptis,quia licet quis peccauerit contrahendo, & contraue-
65 niendo, non tamen debet uenire contra contractum à se celebratum, sed debet illũ obseruare, ex quo in illius obseruantia non uertitur peccatum,ne iterum peccet contraueniendo promissis iux.tex. in cap.1. iuncto cap.fi.cum ubique no.per glo.& Docto.de pac.prout in proposito respondet Abb.in.d.cap.cum contingat.ante nu.7.in uersi. item posito; & Imo. col.31.in uers. item aduerte.quia cõtra Bar.& Ias.in d.auth.sacramẽta puberum.sub nume. 52.nam & si ipsi loquantur; quando interuenerit iuramentum respectu transgressionis iuramenti, idẽ tamen est respectu trãs-
66 gressionis promissorum, ad quæ quis uoluntarie absque iuramento se obligauit etiam nudo pacto, cuius transgressio etiam inducit peccatum mortale iuxt. illud prophetæ: quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Psal.88. Os enim quod mentitur occidit

cidit animam, Sap. 1. cap. si quis ad te cófugerit. cap. ne quis arbitretur. 22. q. 2. c. iuramenti. 22. q. 5. & probatur in cap. 1. iuncta glos. & ibi cano. omnes de pac. ubi post alios latissime Felin. col. 3. uersi. probatur ista communis opi. & Fortu. ibid. i tertio not. Bal. in auth. ad hæc. num. 6. C. de usu. Ange. Aret. in §. in personam. num. 7. insti. de actio. Couar. in cap. cum in officijs. sub nume. 10. in uersi. sic etiam, licet ex pacto nudo. de testam. inter simplicem enim loquelam, & iuramẽtum Deus non facit differentiam, ut habetur in d. cap. iuramenti. 22. q. 5. glo. & Doct. in d. c. 1. de pac. & in c. penult. ubi id declarant de iureiuran. & post alios Bero. in c. 1. num. 175. de iu

67 di. In tantum, quod etiam in terris Imperij contra transgressores nudi pacti potest procedi per Euangelicam denunciationem, ut trad. Bal. in d. auth. ad hęc. proxime allegatus qui hoc bene declarat Bart. in extra. ad reprim. uer. denunciationem. nume. 10. Ang. Aret. in d. §. in personam. nume. 7. & Ias. nu. 75. idemque Ias. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. nu. 14. ff. de pac. Inn. in c. nouit. ubi Abb. nu. 49. & 50. & alij ibid. de iud. & cano. in c. quæ in ecclesiarum. ubi post alios Fel. nu. 58. de constitu. Abb. in cap. fi. nume. 22. de præscrip. Ancha. in regula possessor. sub nume. 19. de regulis iuris, libro 6. quibus suffragantur trad. in proposito infra cap. proximo. nu. 50. & 51.

68 Quod ergo dicunt Docto. quod ubi lex resistit actui, non oritur etiam naturalis obligatio declaratur not. ut procedat ubicunque lex resistit propter defectum, seu imbecillitatem cõsensus, prout in pupillo doli non capace, prodigo, furioso, & sim. qui cũcareant iudicio intellectus, ideo nec naturaliter obligantur sine solennitatibus à iure requisitis iux. l. is, cui bonis. cum ibi not. per doc. ff. de uerbo. oblig. & in l. 1. in fi. ubi Bart. nume. 8. ff. de noua. uel quando ratio legis respiciat ius naturale, seu gentium, ut puta quando lex resistit ratione doli ueri, uel pręsumpti, prout in terminis intelligit glos. tex. in d. l. cum lex. ff. de fideius. & declarat not. Bal. in d. l. non dubium. sub nume. 20. uers. iuxt. hoc quæro. C. de leg. uel quando actus reprobaretur ratione turpitudinis, uel quia contra bonos mores naturales, quia in omnibus his, & similibus casibus non est æquum oriri aliquam naturalem obligationem iux. l. siquis inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1. ubi glo. allegans concordan. & l. conditiones. & l. quidam. ff. de cond. inst. & l. 1. §. si ut maleficium. ff. de pac. & l. generaliter. & l. stipulatio hoc modo concepta. & l. si plagij. cum ubique not. per doct. & post alios Ripa in hac. l. si plagij nume. 7. ff. de uerb. oblig. Et generaliter ubicunque prohibitio, seu reprobatio legis esset fundata in iure Diuino, naturali, & gẽtium, quia in omnibus his casibus non potest oriri naturalis obligatio, non tam propter prohibitionem iuris ciuilis, quàm propter resistentiam ipsius iuris Diuini, & naturalis quo prohibetur omne maleficium, ac omnis rei turpis, seu contra bonos mores dispositio, ut in proprijs terminis bene declarat Fernan. Vasqu. de success. crea. d. §. 30. nume. 12.

Præterea cum hic inciderit sermo de actibus quibus lex resistit (parce lector si extra particularem materiã, non tamẽ extra propositum aliquantulum sermo digrediatur) nõ est prætermittendum, quod lex extra casus prædictos, in quibus cum prohibitione legis ciuilis adest concursus iuris Diuini, naturalis, & gentium, sola legis

gis ciuilis prohibitio non possit impe
69 dire ortum naturalis obligationis, ut probat Dec. in l. pacta quæ contra. nume. 3. quem ibid. sequitur Cur. iun. in prin. C. de pac. & comprobat latissime Fernan. Vasq. d. §. 30. nume. 7. & 12. cum seqq. tamen bene impedit effectus ex dicta naturali obligatione prouenientes, ut bene uoluit Dyn. & latius probat & declarat Bar. in l. fi. §. procurator. ff. rem rat. hab. Bal. in l. sicut. nu. 4. & latius in l. omnes. col. 2. in prin. C. de præscrip. 30. anno. & in proposito Dec. in d. l. pacta quæ contra. nume. 3. & Ias. qui in hoc bene loquitur, in l. si non sortem. in prin. in 4. notabili ibi tu considera. ff. de cond. ind. & latissime Fernan. Vasq. d. §. 30. nume. 8. 9. 11. & 12. uerum quia nec hoc est ita absolute recipiendum, idcirco circa prædicta est postremo aduertendum, & ad propositum huius fori conscientiæ, de quo est principalis sermo satis pertinenter, quod de huiusmodi naturali obligatione possumus duob. modis loqui, & ad duplicem effectum illam considerare, uidelicet primo in foro iudiciario respectu effectuum, qui ex huiusmodi naturali obligatione in eo foro de iure considerantur, & attenduntur, de quibus supra nume. 28. cum seqq. Secundo in foro conscientiæ respectu peccati, quod quis incurrit non obseruando uoluntarie, etiam nudo pacto, & contra iuris positiui dispositionem per eum promissa iuxt. supra trad. nume. 59. & 61. iuncto num. 66. & 67. & respectu Euangelicæ denunciationis contra transgressores. ut ibi iux. late trad. per cano. in cap. nouit. de iud. & infra cap. seq. num. 51. & respectu retentionis, de quo infra cap. proximo latissime est tractandum.

70 Igitur in proposito si loquimur de naturali obligatione respectu effectuum in foro cōtentioso, & uerum dicit Ias. quod si lex resistit actui impeditur naturalis obligatio respectu effectuum, quos aliàs naturalis obligatio de iure producere solet, & ita loquendo respectu effectuum recte procedit doctr. Bar. de qua supra nume. 55. quæ sic intellecta, & declarata saluari potest, ut per Ias. & Fernan. Vasq. proxime allegatos nu. 69.

71 Et ratio est, quia lex ciuilis, licet non possit tollere iura naturalia, quæ sunt immutabilia. §. sed naturalia. insti. de iu. natu. cum sim. infra late adductis par. 3. nume. 216. bene tamen potest tollere uim, & efficaciam, quā ipsa lex ciuilis tribuit naturali obligationi respectu effectuum supradictorum de quibus supra nume. 28. cum seq. ut sic non præstet illi aliquod fomentum in foro contentioso, quia non tuum (ut dici solet) sed meum tibi denego auxilium, quod est in mea potestate, ut in simili proposito dicit Bald. in repet. l. 1. nume. 59. in fin. C. de sac. eccle.

72 Si uero loquimur de naturali obligatione respectu effectuum in foro conscientiæ, & procedit cōtraria opi. de qua supra nume. 58. in uersi. Præterea. & nu. 59. cum sequen. uidelicet quod etiam si lex resistat, tamen si adest consensus, & in eo actu cessat ratio fraudis, doli, scandali, & deceptionis, propter quam lex prohibet actum fieri absque certa solennitate, quod non impeditur ortus naturalis obligationis, nec effectuū ex ea prouenientium in foro conscientiæ, in quo stante libero consensu disponentis non est curandum de solennitatibus iuris positiui iuxt. regulam Inno. in cap. quod sicut. de elect. de qua latissime supra cap. proximo nume. 48. & seqq. & præcise respectu effectuū naturalis obligationis in casu, quo

lex

lex actui resistit, declarat Fernand. Vasq.d. §.30.nu.9.12.& seqq. & prout etiam supra hoc eo.cap.declarauimus.nu.24.

Ad principalem nostram igitur cōclusionem redeundo, quod ex minus solenni testamento ex defectu numeri testium oriatur naturalis obligatio ex nuda, & simplici uoluntate testatoris (quam hucusq; ab his, quæ contra eam obiici solent, sufficienter defendimus) non obst. ulterius dum dicit Bald.in d.l.cum quis.col.3.in uersi.septimo.C.de iu.& fac.igno. quod tale testamentum minus solenne deficit propter suspectam falsitatē, prout etiam uoluerunt Bart.& cæteri supra par.1.c.2.nume.25.allegati, ita ut inde, ut dicit Bal.oriri non debeat naturalis obligatio. Tum quia respondetur primo negando, quod lex præsumat testamentum huiusmodi minus solenne fraudolentum, licet ratio uitandæ fraudis fuerit causa legis motiuæ ad introducendum huiusmodi septem testium solennitatē, ut d.c.2.latius declarauimus num. 35.& multis seqq.usque ad fin. Tum etiam secundo, quia licet lex præsumeret testamentum in quo non interuenit solennis numerus testium fraudolentum,
73 tamen considerando naturalem obligationem in foro cōscientiæ talis præsumptio fraudis attendi non debet, ubicunque constat de ueritate in contrarium iux.c.literas. de restitu. spol. c.is qui fidem. cum ibi not.per doct. præsertim Abb.nume.4.de sponsa. & cap.tua nos.cum ibique not.per Abb. nume.6.per totum eod. titu.& bene not.Bal.in d.l.cum quis.sub num. 14. in tertio casu suæ distinct. C.de iu. & fac.igno.& tradd. cano. in cap.1. ubi Abb.nume.10.Felin.ibidem. col. 10. sub num.40. in uersi.hanc fallentiam. & Dec.nume. 18.in fin. uersi. quarta cōclusio.& seq. & post alios Bero.nume.228.& seq.de constitu. Abb.in c. quia plerique.nume.39.& 41.de immuni.eccle.& late, & not.idem Abb. in cap.Raynaldus.nume. 14. de testa. Aret.col.2.& Ias.post alios in rubr. ff. de acqui.hær.nume.25. Fede.de Sen. in consi.21.col.1.in uers.præterea lex seu forum conscientiæ. & post eū late Ancha.in illa quæstione, an hæres qui non confecit inuentarium teneatur ultra uires hęreditarias in foro cōscientiæ in regula possessor. in 4. oppositio.col.7.& seq.de regu.iu.lib.6. ad qđ plures supra congessimus par. 1.cap.2.sub nume.40.& idem Anch. in præsumptione solutionis inducta uigore præscriptionis statuti in eo. c. possessor.col.pen.sub nume.27.Abb. in c.fi.nume.23.de præscrip. Felin. in c.sicut dignum.col.fin. ad fi.de homicid.trad.Alcia.in c.nouit.num.42. de iud.Curt.iun.in consi.104.num. 6.& Alcia.in consi.53.nume.8.tomo 3.libro 9. Sarnen. in regula de non iud. iux.for.sup.quæstione.14.in uersi.postremo.Mantica de coniect.ulti.uolū. lib.2.titu.14.nume.14. & ex Theologis præter alios bene Richar.in 4.distin.28.ar.1.in 3.& 4. quæstione per totam quibus postremo suffragantur trad.supra cap.proximo.num.6.quando quis igitur est certus, quod in testamento minus solenni nulla fraus interuenit, tunc ex libera uoluntate defuncti oriri debet naturalis obligatio in foro conscientiæ, non attenta aliqua solennitate iuris positiui, ut per Feli. proxime allegatum cum alijs ad plenum allegatis supra c.præced. nume.45.& nu.47.cum seqq.

Non obstat fundamentum Bald.in repet.d.l.1.nume.55.C.de sac.eccles. quod cum testamentum minus solenne ex defectu numeri testium sit ipso iure nullum, & pro nullo habeatur

iux.

iux. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. cum aliis per eum allegatis, idcirco nō pariat naturalem obligationem, quia licet hic adsit uolūtas, nō tamen adest potētia, quæ duo simul requiruntur ad perficiendum omnem actum humanum teste Boetio, ut ibi arguit Bal. & post eum quē refert Couar. in c. cum esses. nu. 7. de testa. in uerf. Tertio his accedit. cum alijs supra adductis par. 1. c. 16. num. 241. idem Bald. in d. l. cùm quis. C. de iu. & fac. igno. dum in nono suo argumento dicit quod naturalis obligatio requirit consensum non remotum à iure communi; quia argumentum suum licet concludat quo ad iuris ciuilis obligationem, quo iure inspecto testamentum est nullum, non tamen quo ad naturalem obligationem, quo iure ualidum est testamentum ex solo consensu testatoris absque ulla solennitate iuris positiui, ut latissime ostensum fuit supra cap. præceden. à nume. 45. cum pluribus seqq. usque ad fi. ita quod hoc iure inspecto non deficit uoluntas, nec potentia prout etiam huic fundamento respondimus infra cap. proximo sub nu. 126. uerf. prout nihil obst. unde constat falsum esse quod dicit Bald. in d. l. cum quis. quod naturalis obligatio requirit consensum non remotum à iure communi, quinimo quo ad illam sufficit solus consensus absque ullo concursu iuris communis, ut latissime ostendimus supra in tertio principali nostro fundamento num. 21. 22. & seqq. quinimo etiam contra iuris communis prohibitionem, ut supra late nu. 59. 60. & pluribus seqq. declarando, ut nu. 68. & quattuor seqq.

74

75 Quibus tandem non obstat tex. in l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. igno. allegatus per Bald. in d. l. 1. nume. 55. C. de sac. eccle. ubi apparet quod retractatur diuisio facta prætextu testamenti, quod postea apparuit non solenne, ita quod ex eo non competit retentio, qui est effectus naturalis obligationis, ut late supra nume. 28. ut postremo arguit Bald. in suo ultimo fundamento in d. l. cum quis. nume. 6. quia respondetur quod in d. l. si post diuisionem. diuisio fuit facta per errorem facti ab eo qui putabat testamentum esse solenne cum non esset, ibi, per ignorantiā &c. ut

76 ibi declarat glo. quæ in hoc communiter approbatur, qui quidem error excludit consensum. l. si per errorem. ff. de iur. om. iud. l. cum testamentum. in fi. ibi, cum errantis uoluntas nulla sit. C. de iu. & fac. igno. l. 2. in princip. ff. de iudi. & est regula iuris in l. nihil consensui. §. non uidentur consentire qui errant, ubi dicit Dec. quod ista regula nullam habet limitationem. ff. de reg. iur. unde non potest competere ius retinendi. l. cum quis. eod. titulo. quod quidem in foro fori (secundum quod loquitur & procedit tex. in d. l. si post diuisionem) non potest competere ex uoluntate testatoris minus solenni, ex qua sæpius diximus oriri hanc naturalem obligationem, quia talis uoluntas in foro fori quo ad hæredis institutionem de qua loquitur tex. in d. l. si post diuisionem. non probatur ex testamento minus solenni, præsertim defectu numeri septem testium, ut latissime ostendimus, & declarauimus supra par. 1. cap. 5. per totum; quin etiam si de ea constare posset puta per confessionem partis, tamen in hoc foro etiam quo ad effectū retinendi attendi non posset, ut infra cap. proximo seq. latius declarabimus, ubi proprius cadit; alias quo ad legata, & alia in eo minus solenni testamento disposita etiam in foro contentioso iudiciario, ubi constat de

uoluntate testatoris licet minus solenni competit effectus retentionis, & alij prouenietes ex ipsa naturali obligatione, iux. latius trad. supra in 4. principali nostro fundamento. nu. 29. & infra cap. seq. nu. 1. & 2. & multis seqq. ex
77 quibus constat Bald. in hoc grauiter deceptum fuisse, & arg. suum contra eum efficaciter retorqueri, licet eius opi. ut iam patet, procedere, & saluari possit in hoc foro fori tantum quo ad hæreditatem uniuersalem, de qua loquitur d.l. si post diuisionem. quæ notanda sunt ad illius legis intellectum.

Postremo non obst. duo fundamenta, quæ ultra alios adducit Ias. contra nostram conclusionē in d.l. cum quis. nume. 13. uers. tu pro ista opinione. & uers. tamen iterum contra communem. & in l. 1. ante nume. 18. in uers. quarto pro ista opin. & uers. pro ista parte. ff. de cond. ind. nam ad illud de iure accrescendi, quod habet locum etiam in hoc minus solenni testamento iux l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. quod tamen non ha-
78 bet locum ubicunq; dispositio sustinetur saltem de iure naturali. l. plane. §. si coniunctim. & l. huiusmodi. §. si Titio. cum ubiq; not. per gl. & doc. ff. de leg. 1. & not. per glo. & doc. in l. si duo. in princ. ff. de iureiu. & in l. re coniuncti. ubi Ias. ipse. nu. 200. ff. de leg. 3. & ibidem Ripa nu. 178. quibus accedunt late in proposito adducta supra par. 2. c. 4. nu. 39. & 40. prout etiam per illū tex. d. §. ex imperfecto. pungit ibi Bal. nu. 8. præter multas responsiones per ipsummet Ias. in locis prædictis trad. ad d. §. ex imperfecto. illa uidetur mihi satis probabilis, quam Ripa proxi-
79 me allegatus assignat, uidelicet quod idcirco in d. §. ex imperfecto. habet locum ius accrescendi ne alias sequatur absurdum quod quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. contra. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. cum sim. supra adductis par. 2. cap. 3. nume. 72. declaro quia si in terminis illius. §. portio extranei, cuius respectu testamentum est ipso iure nullum, non deueniret ad filios ibi institutos per ius accrescendi certe deueniret ad eos uirtute successionis ab intestato, uel ad alios uenientes ab intestato. & sic quo ad illam portionem extraneis relictam testator decederet intestatus, quo uero ad partem liberis re-
80 lictam testatus contra regulam d.l. ius nostrum. Cum igitur ius accrescendi sit inductum de iure ciuili principaliter propter hanc regulam, ut per doc. communiter in d.l. re coniuncti. ubi Ripa nume. 77. cum aliis supra adductis. d. par. 2. cap. 3. nume. 72. nimirum si ad conseruandam regulam in terminis d. §. ex imperfecto. uoluit Imperator ibi habere locum ius accrescendi, licet portio extraneis relicta sustineatur saltem de iure, & æquitate naturali; ius enim accrescendi non prouenit de iure naturali, sed tantum de iure ciuili à quo principaliter originem trahit, licet per consequens & secundario ex quodam tacito iudicio testatoris. l. interdum. §. paterfamilias. ibi potestate iuris in hæc reuoluitur &c. ff. de hære. inst. l. si in testamento. & ibi Barto. & cæteri tradd. ff. de uulga. & pupil. l. celsus §. fina. in fi. iuncta glo. & ibi Bart. not. quod est inductum per l. 12. tabularum. ff. de leg. 2. iuncta. l. si titio & mæuio. §. Iulianus. ubi bene declarat Pau. de Cast. nume. 2. eod. titu. Dec. in consi. 378. sub num. 1. in uers. istud autem ius accrescendi. & idem Dec. latissime tractat in rub. C. quando nō pet. par. ubi etiam Cur. iun. id firmat nume. 10. & latius comprobat Cagn. ibid. nu. 19. & aliis seq. usque 25. & Cepha. cōsi. 59. nu. 18. & aliis itidē seqq. usque

usque 25. uol. 1. & Mantica post alios per eum relatos de coniec. ult. uolun. lib. 4. tit. 10. nu. 2. cum aliis decē seqq. unde ius ciuile pōt statuere quod in hoc, uel in illo casu locum habeat, uel nō habeat uarijs considerationibus, & rōnibus inspectis, & per consequens ut concludamus licet generaliter statutum reperiatur quod ius accrescendi cessat ubi portio relicta ex toto non deficit, sed sustinetur saltem de naturali æquitate, tamen fallit ubicunque si locum non haberet offenderetur alia regula d. l. ius nostrum. quia ad illam principaliter conseruandam, ut diximus, fuit introductum ius accrescendi, & ita tollitur obiectio de d. §. ex imperfecto.

81 Ad secundum argumentum Ias. de tex. in l. si ueritas. C. de fideicom. in uers. stipulantibus promisisti. dupliciter inducendo, ut per eum, & eundem latius in d. l. si ueritas. respondetur quod quicquid dicat Ias. illa uerba stipulantibus promisisti; denotant contingentiam facti, prout postea inueni ita ad illum tex. contra inductionem Ias. præcise respondere Cur. iun. in l. si pacto quo pœnam. col. 1. C. de pac. qui etiam alijs duobus modis ad inductionem Ias. de eod. tex. respondet, sed hæc magis applaudet, licet Ias. dicat quod hoc esset facere uiolentiam tex. sed hoc clare constat ex eo quod tex. loquitur de stipulatione facta ex causa transactionis; & tamen nemo dixerit, quod stipulatio non tantum causa transactionis, sed simpliciter interposita idem non operetur; unde in terminis. d. l. si ueritas. satis esset quod hæres etiam pacto nudo promisisset soluere legata ex minus solenni testamento, iux. tex. cum ibi not. per Bald. Ang. & Pau. de Cast. in l. fi. C. ad l. fal. & quod hoc uerissimum sit, ex eo clarissime ostenditur, quod

82 sicut solutum ex minus solenni testamento causa agnoscendi uoluntatem testatoris, & pleniorem fidem illi exhibendi repeti non potest iux. tex. no. in l. 2. C. de fideicom. & in d. l. fi. C. ad l. fal. ita etiam si hæres qualitercunq; agnouerit dictam minus solennem uoluntatem etiam nudo pacto, ad illam implendam efficaciter postea compel
83 li potest, cum quo ad hoc paria sint promittere & soluere, iux. d. l. fi. cum ibi not. per doct. C. ad l. fal. cui concordat. l. si patronus. in uers. de illo. ff. de dona. l. fuit quæstionis. in fi. ubi hoc not. Alex. ff. de acqui. hær. l. iubemus. la 2. in §. sane. iuncta glo. in uer. acquirantur. & doc. ibidem. C. de sac. eccle. cum aliis latissime cumulatis per Tiraq. de retrac. conuentio. ad fi. tituli nu. 30. & pluribus seqq. & ut in his nostris terminis est tex. clarus. in l. non dubium. in uer. nō agnouerit; iunctis ibi not. per doc. præsertim Alex. col. 1. per totam. & Ias. nu. 4. C. de testa. & & est glo. not. in d. l. 2. C. de fideicom.
84 Ita quod argumentum Ias. contra ipsum retorquetur, & pro hac nostra cōclusione efficaciter induci pōt, quia si hæres in approbando relicta in minus solenni testamento etiam pacto nudo, efficaciter contra eū ex tali pacto tanquam ex constituto agi potest, necessario dicendum est quod ex tali testamento erat orta prius saltem naturalis obligatio. l. 1. §. debitum. cum ibi not. ff. de consti. pecu. & ut per Alexan. in d. l. non dubium. proxime allegatum, quod etiam uoluit satis clare Bal. ibidem in 7. oppo. & late Ias. in l. si pacto quo pœnam. nu. 6. C. de pac.

85 Firma igitur remanet nostra conclusio ab omnibus contrarijs defensata, quod ex tali testamento minus solenni & inualido de iure positiuo ex defectu testium, oritur naturalis obligatio ex sola & simplici uolunta-

te testatoris, qui uoluit per ipsum dispositа sortiri effectum, quæ quantum ad legata, & legatarios communiter recipitur per doc. supra allegatos nu.3. quamuis respectu hæredum inter seipsos doc. communiter ab ea recedere uideantur in d.l.si post diuisionem.iux. primam lec.glo.quam ibi approbant Bart.Bald. & Pau.de Cast. nu.4. & communiter cæteri, ut attestatur ibi Ias. sub nu.5. qui tandem dicit passum hûc apud se esse dubium; sed & id not. Bal.in l. si in testamento. in princ.per illum tex.ubi etiam Ang. C.si quis omis.cau.testa. Bald. & Pau. de Cast.in l.ex parte.nume.2.& Alex. nume.3.ff.de acquir.hær.Imo. & post eum Alexan.in l.nemo potest. nu.23. ff.de leg.1.ubi Ias. lec.1.nume.75.attestatur, quod ista est communis opi. & quod ab ea in consulendo, & iudicando durum esset recedere,& de cõmuni etiã attestatur ibi Ripa nu.102. quam etiam sequitur Alex.consi. 70. nu.17.uolu.2.& hanc distinctionem inter legatarios, & hæredes inter se ipsos communem esse attestatur Iul. Clar.lib.3.senten. q.90.in uers. Præterea.iuncto uers. sed hæc quidem.ac uers. cæterum in hæreditate.

86 Sed nihilominus quod præsens nostra conclusio tam respectu legatorũ, quàm hæreditatis indistincte procedat, prout illam indistincte firmauimus, uerius esse arbitramur, iux.glo. in d.l.si post diuisionem; quæ pro hac nostra conclusione determinat,quam per plura approbat ibi Ias. sub nu.16. in uers.ego aût. & idem Ias. latissime in l.nemo potest.lec.1.sub num.75.in uers.tu aduerte.cum multis seqq.ff.de leg.1.cuius quidem glo.opi. oẽs alias
87 excellit,ut dicit Bal. in l.cum hæreditas.C.depo.& à qua non est recedendũ,& de cuius prærogatiua excellentia,& authoritate Iac.But.in l.j.C.qui pro sua iurisd. Bald. in l.1. in fi. ff. de uulga. & pup. & in auth.cessante. ante nume.3.C.de leg.hær. & in cap. 1. in fi. cum latissima.apostil. Barba. de natu. success. feud. idemque Bald. in l.2.in fi.C.de sent.quæ sine cer. quan. unde dicit idem Bald.in l.fin.§. necessitate.sub nume.9.in uers.alii dicunt. C. de bo. quæ libe. & ideo adhæreas rationi ueritatis.i.glossatori. & in perpetuum non errabis. & Alexan. consi.51. nume.3.in fi. & seq. uolum.4. & in consi.147.col.fin.in princ. uolu.5. & consi.92. nume.4. cum sua apostil. uolu.2.Dec.consi.146.nu. 7. Thom. Ferrat.in tract.caute. cau.17. col.1.in uers. & ista in effectu. & late Ias. & Dec.post alios per eos allegatos in l. ut uim.nume.34.ff. de iust.& iur.& in consi.19.nu.3. uol.1. & in consi. 215. col.5.in uers. quanta autem sit. uol.2. Ceph.consi.16.nu.31.& consi.32.nu. 8.uolu.1.& consi.283.nu.16. uolu.2. Nico. Euerar. in locis lega. centu. 4. ad fi.Silua nuptia. lib.5. nu.25. Cora. de com.opi.lib.1.ti.3.nu.2.cum seqq. & lib.2.titu.9. nu.21. & seqq.Dec.in c.1.lec.1.num.30.de constitu.ubi Feli.sub nu.54.in uer. secundo limi.uult opi. glo. præferendam esse communi licet allegata per eum id non probêt, ut bene aduertit Dec.nunc allegatus, & idem Dec.in d.l.ut uim nu.34.ff.de
88 iust.& iu. de quo late Cora.d.ti.9.nu. 21.cũ seqq. sed tamẽ à cõi recedi pôt ubicunq; aliqua urgenti ratione conuincitur,ut late sup.par.1.c.16.nu.51.

In casu igitur præsentis conclusionis ratio nedum efficax,sed clarissima nos compellit ab hac cõi opi.recedere, & indistincte, ut dictum est, cum glo.in d.l.si post diuisionem concludere quod tam respectu legatariorum, quàm hæredũ in minus solenni testamento institutorum oriatur naturalis obligõ ex illa pura & libera uolũtate

testatoris

teſtatoris qui uoluit omnia per ipſum diſpoſita ſortiri effectū iuxt. late trad. ſupra ſub nume. 38. in uerſi. & confirmatur. cum pluribus ſeqq. & ſic nulla uidetur conſtituenda differentia, inter legatarios, & hæredes ſcriptos, cum quo ad utroſque pariter eadem æquitas naturalis militet, ut uoluntas teſtatoris ſortiatur effectum ſuum, ex qua quidem naturali æquitate fundata in uoluntate teſtatoris, oritur, ut toties replicauimus, hæc naturalis obligatio uulg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & l. à Titio. in fi. cum concordan. ubique per glo. allegatis. ff. de uerbo. oblig. & per nos ſupra par. 1. cap. 11. nu. 3.

Præterea, ut bene aduertit Iaſ. in d. l. ſi poſt diuiſionem. in d. uerſi. ego autem ſub nu. 11. & in d. l. nemo poteſt. lect. 1. nume. 76. cum iſtud teſtamentum minus ſolenne de iure poſitiuo in quo adeſt libera uoluntas teſtatoris, ualidum ſit de iure naturali, quod ſupra cap. præced. latiſſime per nos oſtenſum fuit, merito tàm quo ad legatarios, quàm quo ad hæredes oriri debet naturalis obligatio iuxt. late trad. ſupra num. 4. 5. & ſeqq. & ſic eodem iure etiam inducitur communio inter ipſos hæredes inſtitutos, per quam unus alteri teneatur dare partem ſuam, & quilibet ultra partem ſuam quicquam petere non debeat, licet non ſit orta communio talis, quæ cauſet obligationem efficacem de iure, ſcilicet poſitiuo, ſed tantum de iure naturali, prout ſupra oſtenſum fuit, & late deducit Iaſ. proxime allegatus.

Nec quicquam obeſt fundamentum Bart. Bald. & ſequacium in d. l. ſi
89 poſt diuiſionē. in quo præcipue fundatur communis opi. uidelicet quod cum hæres ſit directus dominus, & à ſe ipſo capere debeat bona hæreditaria, & non de manu alterius, per conſequens unus alteri non teneatur dare partem. l. ex parte. ff. de acqui. hær. cum ſim. & ita nulla inter ſe ipſos ca-
90 dere poſſit obligatio, etiam ſi teſtamentum ualeret, ut latius per Bal. in d. l. ſi poſt diuiſionem. ſub nume. 4. Tum quia iſtud eſt introductum de iure ciuili poſitiuo, & idcirco nō concludit quoad naturalem obligationē proficiſcentem ex uoluntate teſtatoris, quæ ea uidetur eſſe, ut ſi bona ab uno ex hæredibus poſſideantur, uel aliàs quocunque modo aliquis plus parte ſua poſſidere, & detinere reperiatur, quod portionem alteri relictā ei tradere teneatur iuxt. late trad. ſupra nume. 38. cum pluribus ſeqq. Tum etiam, quia ſaltem oriri debet naturalis obligatio quoad effectum, ut hæres bona in teſtamento minus ſolenni ſibi relicta tanquam de iure naturali debita aduerſus alios cohæredes in eo deſcriptos licite poſſit retinere, licet non aduerſus uenientes ab inteſtato iux. late trad. infra c. proximo ad cuius explicationem accedamus.

Tertiæ partis. Cap. III.

Quod ex huiuſmodi teſtamento minus ſolenni de iure poſitiuo ex defectu numeri teſtium licita eſt retentio, tam in foro fori, quàm in foro poli, & conſcientiæ.

SUMMARIUM.

1 *Naturalis obligatio non eſt potens ad agendum, ſed tantum ad retinendum.*

2 *Legata in teſtamento minus ſolenni poſſunt etiam in foro fori per legatarios retineri.*

3 *Hæreditas tamen in hoc fore fori ex testamento minus solenni per scriptos hæredes retineri non potest.*

4 *Vera ratio differentia inter legata, & hæreditatem assignatur.*

5 *Intestatus decedere quis dicatur.*

6 *Venientes ab intestato dicuntur succedere ex tacita mente testatoris.*

7 *Hæreditas non potest dari, neque adimi in testamento*

8 *Legata etiam ab intestato ex sola uoluntate testatoris dari, & adimi possunt.*

9 *In foro conscientiæ attenditur solum ueritas iuris naturalis, & simplex uoluntas testatoris omissa solennitate iuris positiui.*

10 *Et in hoc foro non est differentia inter legatarios, et hæredem scriptum, sed utrisque competit ius retinendi.*

11 *Et hæc conclusio est communiter recepta, tam à Theologis, quàm à legistis, & canonistis, aduersus solum Couar.*

12 *Aequitas non scripta attendi non debet.*

13 *De iure naturali rerum dominia, de uno in alium ex sola uoluntate Domini trāsferuntur.*

14 *Tex. in cap. est probanda. 86. distinctio. declaratur.*

15 *Pater excepta filiorum legitima potest de residuo ad libitum disponere.*

16 *Pater quærens per fraudem priuare filium integra legitima peccat, & num. 166. & seqq.*

17 *Magis est de iure naturali liberum arbitrium testatoris de bonis suis disponentis, quàm successio filiorum.*

18 *In foro conscientiæ, tam legatarii, quàm hæres scriptus possunt licite retinere bona eis relicta in minus solenni testamento dummodo sint certi de uoluntate testatoris.*

19 *Quando vero dicantur certi ad effectum, de quo agitur declaratur. & pluribus seqq*

20 *Vnus testis non probat plene, nec de iure ciuili, nec etiam de iure naturali.*

21 *Quis potest esse certus de uoluntate testatoris iure naturali inspecto plurib. modis hic enumeratis.*

22 *In foro conscientiæ potest quis effici certus de uoluntate testatoris ex depositione duorum testium ad effectum retinendi.*

23 *Fernan. Vasq error, & deceptio.*

24 *De iure naturali non est differentia inter probationem contractuum, & ultimarum voluntatum.*

25 *Numerus septem testium dicitur numerus solennitatis iuris positiui, numerus uero duorum testium dicitur numerus ueritatis iuris naturalis.*

26 *Dubius & ignorans æquiparantur.*

27 *Conscientia in dubio debet conformari cū dispositione legis. & nume. 39. Et an agens contra dubium conscientiæ peccet.*

28 *Vbi verba sunt clara non est ab illis recedendum.*

29 *Voluntas testatoris talis esse præsumitur qualis ex verbis colligitur.*

30 *Dubitatio non inducitur malam fidem, nec conscientiam erroneam.*

31 *Dubius in conscientia non dicitur facere contra conscientiam donec sibi innotescat veritas in contrarium.*

32 *Faciens actum nullum scienter censetur velle nugari.*

33 *Testator omittendo solennitates requisitas in suo testamento, an censeatur nugari nec ne.*

34 *Non est credendum, quod quis eligat uiam ad impugnandum sua iudicia ubicunque potest capi aliqua alia coniectura.*

35 *Plura accidere possunt propter, quæ testator in suo testamento non adhibuerit solennitates de iure requisitas.*

36 *De his quæ raro accidunt non curant legislatores.*

37 *Conscientia erronea, seu scrupulosa, an & quando sequenda.*

38 *In foro conscientiæ quis non est obligatus adhibere fidem minus solenni testamento ex defectu numeri testium.*

39 *In dubio potest quis niti authoritate legis etiam in conscientia.*

40 *Venientes ab intestato possunt in foro conscientia licite retinere bona per eos possessa aduersus hæredes scriptos in minus solenni testamento.*

41 *Leges dicuntur diuinitus per ora Principum promulgata.*

Deus

42 *Deus Optimus Maximus pro utilitate Mundi, & sano regimine uniuersi dedit potestatem Principibus statuendi inter eorum subditos.*

43 *Omnis potestas à Deo esse dicitur.*

44 *Leges, quæ iustæ sunt, seruandæ sunt etiam in foro conscientiæ declaratur. nu. 104.*

45 *Quemadmodum ex minus solenni testamento hæres scriptus potest tuta conscientia retinere hæreditatem aduersus venientes ab intestato ita & è conuerso venientes ab intestato aduersus scriptos hæredes.*

46 *Fallit ratione conscientiæ erroneæ.*

47 *Venientes ab intestato qui certi sunt de uoluntate testatoris non possunt in foro conscientiæ illi contrauenire, nec eam oppugnare sub prætextu omissæ solemnitatis, & nu. 48. 49. & nu. 96.*

48 *Testamentum minus solemne de iure positiuo, ubi interuenit libera voluntas testatoris validum est de iure naturali, & arctat in foro conscientiæ.*

49 *Qui certus est de voluntate testatoris, & illi contrauenit sub solo prætextu omissæ solennitatis peccat mortaliter. & nume. 96.*

50 *Et idcirco potest contra eum procedi per viam Euangelicæ denunciationis.*

51 *Naturalis obligatio proficiscens ex libera voluntate, licet in foro iudiciario non mereatur executionem, tamen ratione peccati pro voluntate saluanda competit via denunciationis Euangelicæ.*

52 *Naturalis obligatio ex consensu proficiscens non potest statuto prohiberi.*

53 *Remedium denunciationis Euangelicæ non competit, ubi ordinaria via iuris agi potest.*

54 *Ad effectum obtinendi in remedio denunciationis Euangelicæ, quid probandum sit.*

55 *Et in hoc remedio standum est in animæ iudicio solius dicto ipsius denunciati.*

56 *Qui via iuris bona sua, vel sibi debita recuperare non potest, potest in foro conscientiæ illa occulte subtrahere.*

57 *In actibus moralibus, ubi est varietas opi. inter doc. licitum est eligere opi. quam quis vult.*

58 *Non peccat qui in hac varietate eligit unā opi. licet postea appareat contrariam veriorem esse.*

59 *In foro fori iudiciario stante diuersitate opi. sequenda est communis opi. quando de ea apparet, secus in foro conscientiæ, prout hic latius declaratur.*

60 *Opi. Couar. & Domi. Soto contra communem in articulo principali recitatur.*

61 *Responsio authoris ad primum argumentū Couar. & Domi. Soto.*

62 *Lex non reprobat testamentum absque septem testibus conditum, licet illud non approbet.*

63 *In lege magis principalis est intentio legislatoris, quàm litera.*

64 *Litera occidit, spiritus autem viuificat.*

65 *Quis dicitur obseruare legem si eam secundum intentionem adimpleat, licet non secundum verba, & è conuerso.*

66 *Lex accidentarios casus non respicit, quia est vniuersaliter posita, non autem in particulari.*

67 *Ratio legis, licet cesset in particulari, an deficiat vis legis, vel opus sit ut cesset in communi, & vniuersali, late disputatur.*

68 *Lex quamuis vniuersaliter, & in communi constituatur, applicatur tamen ad actus particulares.*

69 *Vbi in aliquo casu particulari cessant uerba legis, ibi quoque cessat legis dispositio.*

70 *Legis ratione, aut causa cessante, cessare debet legis dispositio.*

71 *Dictum determinatur secundum suam causam.*

72 *Ratio legis est ipsa lex, & ita disponit ratio, prout lex ipsa.*

73 *Dispositio generalis per rationem restringitur, & è conuerso.*

74 *Homo quantumuis perfectus non est solutus à lege ieiunii.*

75 *Iuramentum sine causa prohibetur, ne ex incauta iuratione periuria oriantur.*

76 *Non est licitum absque causa iurare etiam si quis verum iuret.*

77 *Cessante causa finali cessat lex, secus cessante causa impulsiua, quæ distinctio*

vera, & communis ab authore approbatur.

78 *Ratio vitandi fraudes propter quam lex introduxit solennitatem numeri septem testium, fuit impulsiua non finalis.*

79 *Lex requirens aliquam solennitatem propter aliquem finem in certo actu adhibendam, non habet locum in foro conscientiæ ubicunque in eo casu cessat ratio legis, & non contrauenitur fini legis.*

80 *Transgrediens legem præcepti si non contrauenit fini legis non incurrit peccatum mortale.*

81 *Transgrediens præceptum ieiunii dummodo non ex contemptu si non contrauenitur fini propter quem ieiunium fuit institutum non incurrit peccatum mortale.*

82 *Finis iuris ciuilis est conseruatio ciuilis societatis inter homines pro bono publico mundano.*

83 *Lex humana, quo iusta sit debet habere respectum ad bonum commune.*

84 *Pro iustitia, & validitate legis ciuilis sufficit quod sit iusta in communi, quamuis non in quolibet casu particulari*

85 *Non est recedendum à forma legis propter casum particularem.*

86 *De duobus malis minus est eligendum.*

87 *Vna & eadem est rectitudo legis humanæ, & legis naturalis.*

88 *Ius legale deriuatur à iure naturali tanquàm digniori, & antiquiori.*

89 *Lex naturalis est æterna legis participatio, & lex Diuina reputatur.*

90 *Omnis lex, in quantum iusti quippiam continet ab æterna deriuatur.*

91 *Forus conscientiæ non est vniuersalis, sed singulorum, & particularis.*

92 *Et eius iustitia, & rectitudo pensatur per respectum non ad bonum commune, sed ad casus particulares, quod temperatur nu 95.*

93 *Lex naturalis, & conscientia est particulariter infixa à Deo menti cuiuslibet mortalis.*

94 *Forus conscientiæ nihil iniustum, aut oppositum charitati, & rectitudini legis æternæ admittere potest.*

95 *Lex Dei æterna iusta, & immaculata, tam in communi, quàm in particulari.*

96 *Peccatum mortale est contrauenire liberæ voluntatis testatoris, sub prætextu omissæ solennitatis.*

97 *Licitum est recedere à iure naturali in aliquo casu particulari ratione boni communis, & publicæ vtilitatis.*

98 *In foro conscientiæ validitas legis humanæ potest considerari in abstracto, & in concreto.*

99 *Ratio differentiæ inter forum fori, & conscientiæ in principali articulo explanatur.*

100 *Vna ex pluribus causis, seu rationibus legis cessante, non cessat legis dispositio.*

101 *Ratio differentiæ inter forum fori, & forum conscientiæ procedit ratione diuersi finis.*

102 *In foro fori licitum est contrahentibus in precio se decipere, secus in foro conscientiæ.*

103 *Hæc deceptio infra dimidiam iusti pretii est permissa in foro fori ad vitandas lites ratione publicæ vtilitatis secus in foro conscientiæ ratione peccati, & idcirco contra hos deceptores potest procedi via denunciationis Euangelicæ.*

104 *Lex fouens lucrum odiosum ex quodam rigore contra naturalem æquitatem, & contra voluntatem testatoris non ligat, nec est seruanda in foro conscientiæ.*

105 *Contractus nullus de iure positiuo, ex defectu omissæ solennitatis, tenet in foro conscientiæ si in eo adest liber consensus disponentis, cesset causa propter quam lex solennitatem induxit.*

106 *Contractus minorum, mulierum, & ecclesiæ non seruata forma statutorum tenent in foro conscientiæ stante libero eorum consensu.*

107 Opi. Inno. *quando loquitur interpretando, non legem condendo est solum probabilis non necessaria.*

108 *Inaduertentia Dom. Soto ad lecturam Innocen in c. quod sicut. de elec.*

Inciule

109 *Inciuile est tota lege non perspecta respondere.*
110 *Contractus qui beneficio restitutionis in integrum rescindi potest, an teneat in foro conscientiæ.*
111 *In præcepto ieiunii plura bona considerantur.*
112 *Solennitas numeri septem testium per legem non præcipitur.*
113 *Et idcirco lex ciuilis non obligat in foro conscientiæ ad sic testandum, prout obligat lex ieiunii, quod est de præcepto.*
114 *Lex ieiunii ex sui natura est vtilis. & salutaris propter plura bona, quæ ex eo proficiscuntur.*
115 *Præceptum ieiunii radit sub præcepto legis naturalis, & iuris Diuini.*
116 *Præceptum ieiunii fuit primum præceptum traditum à Deo in Paradiso voluptatis.*
117 *Delatio armorum quo respectu possit pertinere ad legem iuris naturalis.*
118 *Deferens arma prohibita per edictum Superioris si ea deferat absque scandalo, et malo animo non incurrit peccatum mortale in foro conscientiæ.*
119 *Transgrediens præceptum ieiunii ex causa rationabili nullum peccatum incurrit.*
120 *Incauta & frequens iuratio est mala, & qua ratione prohibetur.*
121 *Iuramentum de sui natura est bonum, sed incautum, & frequens sine causa reprobatur.*
122 *Responsio authoris. ad fundamenta Couar. & Dom. Soto.*
123 *Prælatus habens conscientiam de re aliena, quam possidet ecclesia cuius ipse est administrator quid agere debeat.*
124 *Iudex potest, & debet contra suam priuatam scientiam condemnare eum, qui ex actis conuictus reperitur, quia hoc facit ratione officii publici sibi iniuncti.*
125 *Tutor non tenetur cum dispendio bonorum suorum prætermittere curam pupilli, ne aliis damnum inferatur. quod hic declaratur.*
126 *Solennitates in alienatione bonorum ecclesiæ cur introducta.*
127 *Canones emanarunt instinctu Spiritus Sancti.*
128 *Et nihil præcipiunt, nec permittunt cum peccato.*
129 *Finis principalis iuris canonici est salus animarum, & vita æterna.*
130 *Forus contentiosus iuris canonici non semper concordat cum foro conscientiæ.*
131 *In foro conscientiæ non est curandum de solennitate Parochi introducta per ius canonicum in testamentorum confectione vbicunque in certo actu cessaret ratio fraudis propter quam talis solennitas introducta fuit.*
132 *Plures sunt modi per quos rerum dominia de vno in alium transferuntur, tam de iure naturali, quàm ciuili.*
133 *Translatio dominiorũ de iure ciuili, et humano est iusta in foro conscientiæ.*
134 *In foro conscientiæ licite retineri possunt bona præscriptione quæsita, licet post eam completam superueniat scientia rei alienæ.*
135 *Leges ciuiles inducentes præscriptionem longissimi temporis cum mala fide sunt per ius canonicum abrogatæ, etiam in terris Imperii*
136 *Hodie nulla præscriptio quantumlibet longissimi temporis procedit cum mala fide præscribentis.*
137 *Præscriptio tamen cum bona fide est eodem iure canonico iustissime approbata.*
138 *Quinetiam de iure quoque Diuino introducta reperitur.*
139 *Et licita quoque est in foro conscientiæ.*
140 *Præscriptio, an & quo respectu dicatur recedere à natura iæquitate.*
141 *Ius ciuile nihil potest statuere circa ius naturale nisi ex iusta, & rationabili causa respiciente bonum commune.*
142 *Facilius impeditur ne dominium quæratur, quàm iam quæsitum tollatur*
143 *Ius quærendum facilius tollitur, quàm ius quæsitum.*
144 *Ignorans verum rei valorem si illam minori pretio emat, & postea innotescat sibi rem pluri valere an possit licite in foro conscientiæ illam retinere.*

Diffe-

145 Differentia inter approbationem praescriptionis, & emptionis lesiua.

146 Detractio falcidiae, & trebellianicae dicitur fieri contra voluntatem testatoris.

147 Portio, quae per falcidiam, & trebellianicam defalcatur est naturaliter debita legatariis, & fideicommissariis.

148 Haeres potest has quartas detrahere etiam in foro conscientiae.

149 Detractio falcidiae, & trebellianicae est probata etiam de iure canonico. Et in hoc standum est determinationi iuris positiui etiam in foro conscientiae.

150 Pariserror in consi.16.nu.61.uol 2. ab authore reprobatus.

151 Falcidia hodie an detrahatur contra uoluntatem testatoris, uel potius secundum eius tacitā voluntatem, quod magis per authorem approbatur.

152 Testator si non prohibet detractionem falcidiae, uidetur illam permittere.

153 Tex.in cap.Raynaldus. de testa. declaratur.

154 Testator censetur conformare dispositionem suam cum dispositione iuris communis.

155 Falcidiae detractio, an sit contra naturalem aequitatem, & qua ratione inducta.

156 Portio falcidiae quo respectu sit legatariis naturaliter debita.

157 Filiusfamilias, an possit licite in foro conscientiae se tueri exceptione S.C.Maced.

158 Et quid in muliere respectu S C Velleiani.

159 Filius potest detrahere legitimam sibi debitam in bonis paternis etiam contra expressam patris dispositionem.

160 Detractio legitimae est approbata etiam de iure canonico.

161 Legitima portio appellatur quarta iure naturae debita.

162 Legitima prout & paterna haereditas debetur filio de iure naturae.

163 Legitima respectu quota est de iure positiuo, sed quatenus subrogatur loco alimētorum est de iure naturae.

164 Legitima dicitur inducta de iure positiuo, naturali tamen ratione suadente.

165 Legitima filiorum, an possit per statutum tolli, vel minui.

166 Parentes fraudantes liberos integra legitima eis debita dicuntur peccare mortaliter.& nu.180. 184.& 185.

167 Pater non relinquendo filiis integram legitimam dicitur agere contra officium pietatis.

168 Quota legitimae cum non sit de iure naturae determinata, potest per ius positiuum eius arbitrio determinari.

169 Filius, cui non est relicta integra legitima, potest in foro conscientiae residuum petere etiam contra dispositionem, & uoluntatem paternam.

170 Et nihilominus haeres vniuersaliter institutus, qui habet pro se voluntatem testatoris, potest tuta conscientia omnia bona retinere quousque pro legitimae supplemento in iudicio conueniatur, & condemnetur.

171 Supplementum legitimae fit ipso iure si petatur.

172 Praescriptio contra ius petendi legitimam, & eius supplementum procedit etiam scienter, tam in foro fori, quàm in foro conscientiae.

173 Praescriptio cōtra ius nondum perfectè quaesitum, sed per acceptionem quaerendum, procedit etiam scienter, antequàm acceptetur, tam de iure Ciuili, quàm Canonico.

174 Filius pro legitima non habet dominium, neque etiam hypothecam in bonis haereditariis antequàm fuerint sibi pro legitima assignata.

175 Lex licet concedat filio actionem pro legitimae supplemento consequendo, non tamen obligat haeredem ad bona sponte filio testatoris dimittenda.

176 Haeres censetur una, & eadem persona cum defuncto, & in eum transeunt omnia bona, & iura defuncti actiue, & passiue.

177 Fallit in spiritualibus, quae ligant animam, quae in haeredem non transeunt.

178 Antonius Gallesius olim Cur.Rom. Procurator Primarius.

179 Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii.

180 Pater an & quando mortaliter peccet non relin

relinquendo filiis integram legitimam noue declaratur. & nu. 184. 185.

181 Lex positiua, tam canonica, quàm ciuilis etiam, vt talis potest obligare ad peccatum mortale.

182 Lex loquens de legitima filiis relinquenda non loquitur per verba praeceptiua, nec prohibitiua, sed solum per verba ordinatiua seu constitutiua.

183 Leges loquentes per verba communia statuendo; uel per verba praeceptiua, aut prohibitiua, an & quando obligent ad peccatum mortale.

184 Tex. in c si 17. q. 4. declaratur.

185 Parentes non relinquentes filiis integram legitimam, an & quando peccent mortaliter, & quando non.

186 Legitima non minus pie ascendentibus, quàm descendentibus debetur.

187 Legitima ascendentium difficilius tolli dicitur, quàm legitima descendentium.

188 Legitima ascendentium dicitur etiam iure natura debita.

189 Alimenta iure naturali parentibus debentur prout liberis.

190 Crudele est excludere mortem à legitima, & addere afflictionem afflicta.

191 Pater et mater caeteriq; ascendentes possunt retinere legitimam eis debitam contra expressam uoluntatem liberorum etiam in foro conscientia.

192 Pupillariter substitutus in testamento paterno in foro fori excludit matrem pupilli à legitima in bonis filii debita.

193 Fallit in foro conscientia secundum opi. Archid. quem plures sequuntur.

194 Opi Archid. super sexto omnes alias antecellit.

195 Et tamen in quaestione proposita opin. Archid. communiter reprobatur.

196 Saluatur tamen in certo casu particulari, prout hic declaratur.

197 Matrimonium solo consensu perficitur.

198 Plura impedimenta per leg. canonicam inducta reperiuntur contra matrimonia, alias libero consensu contracta.

199 Matrimonium ex libero consensu validum de iure naturali potest esse nullum propter impedimenta inducta à iure positiuo.

200 Matrimonia absque interuentu Parochi hodie ex dispositione Concilii Tridentini irrita sunt.

201 Matrimonia irrita in foro fori obstante canonico impedimento irrita quoque sunt in foro conscientia.

202 Matrimonium contrahentes contra iuris canonici dispositionem, tanquàm adulteri per ecclesiam separantur.

203 In qualibet dispositione prius quaerendum est de legitimitate personae.

204 In matrimonio contrahendo personae debent esse legitima.

205 Matrimonio diffinitio secundum Theologos, an differat à diffinitione tradita per Iuristas & Canonistas.

206 Papa potest ex causa personas aliquas inhabiles reddere ad matrimonium contrahendum.

207 Personae considerantur, vt materia in sacramento matrimonii.

208 Impedimenta canonica matrimonium dirimentia, inducta fuerunt per uiam inhabilitationis personarum, prout etiam impedimentum inductum per Concilium Tridentinum.

209 Votum professionis emissum per minorem 14. annis etiam doli capacem non tenet.

210 Hodie professio facta ante decimum sextũ annum nulla est, & nullam obligationem inducit ex definitione Sacri Concilii Tridentini.

211 Religio non est sacramentum, nec in eo imprimitur character.

212 Sacramenta non subsunt iudicio ecclesiae, nec in illis Papa habet authoritatem statuendi, nec dispensandi.

213 Papa potest facere de monacho non monachum, & cum eo dispensare, vt matrimonium contrahat.

214 Interdictum, aut prohibitio Papae, an possit irritare matrimonium. & nu. 230.

215 Fortius dicitur vinculũ matrimonii, quàm interdictum Papae.

216 Iura naturalia sunt immutabilia.

217 De iure naturae omnes personae reputantur legitima ad matrimonium contrahendũ praeter patrem, & filiam, filium, & matrem.

218 Tex.

218 Tex.Gen.cap.2.in fi. declaratio.

219 Matrimonium in primo gradu ascendentium, & descendentium prohibitum est, tam iure Diuino, quàm iure naturæ.

220 An vero in vlteriori gradu huius lineæ, & in primo gradu lineæ transuersalis sit etiam iure naturæ, & Diuino prohibitum.

221 Maxima inter doct. dissensio de quo remissiue.

222 Papa quamuis matrimonium, vt est sacramentum irritare non possit, potest tamen aliquas personas subtrahere tanquàm materiam à sacramento matrimonii.

223 Matrimonium prout est contractus, & in officium communitatis subest determinationi iuris positiui prout alii contractus, & nu. 265.

224 Papa ex causa potest circa ius naturale statuere, distinguere, limitare, & declarare.

225 In gradibus iure Diuino, & naturali prohibitis Papa dispensare non potest.

226 Dispensatio strictè, & propriè dicitur iuris communis relaxatio.

227 Papa quamuis contra ius diuinum, vel naturale propriè dispensare non possit, potest tamen illud declarare, & interpretare.

228 Et de hac impropria dispensatione declaratiua, seu interpretatiua loquuntur cano. passim asseuerantes Papam ex causa posse contra ius diuinum & naturale dispensare, & ita eorum opi. per authorem saluatur.

229 Leges positiuæ sunt determinationes quædam iuris naturalis circa casus particulares.

230 Interdictũ, & prohibitio Papæ an & quando irritet matrimonium, contra eius prohibitionem contractum, & quando non distinguitur.

231 Papæ potestas in matrimonio adhuc nõ consumato amplissima.

232 Iure diuino veteris Testamenti prohibetur matrimonium cum relicta fratris leui. 18. cap.

233 Papa tamen ex causa potest in eo gradu dispensare iux. opi. doc. qui hic recitantur per authorem approbatam, & pluries exemplis in practica roboratam.

234 Gradus matrimonii Leui. 18. cap. prohibiti, non omnes sunt prohibiti iure naturæ nec diuino noui Testamenti.

235 Lex Mosayca veteris Testamenti per Aduentum & Passionem D.N. Iesu Christi expirauit.

236 Prohibitio legis Mosaycæ in matrimonio cum relicta fratris fuit conditionaliter lata, nisi ad semen sui fratris suscitandum.

237 Et hac ratione Inno. III. dispensauit in eo gradu cum populo Liuonien. nouiter ad fidem conuerso.

238 Et ita multo magis ex eadem, uel simili causa in casu particulari poterit per Papam dispensari.

239 Præceptum de ducendo fratrissam ad semẽ fratris sui suscitandum fuit misticum & figuratiuum.

240 Contraria opin. quod imo in relicta fratris Papa non possit dispensare recitatur.

241 Papa potest dispensare, vt matrimonium carnis copula non consumatum dissoluatur

242 Doctor Nauarra laudatur.

243 Et pluries eius consilio per Felin. re. Paulum Tertium, & Pium Quartum iuxt. hanc opin. dispensatum, & in practica seruatum fuisse idem Nauar. attestatur.

244 Non potest tamen dispensare in matrimonio consumato.

245 Indissolubilitas matrimonii consumati est de iure diuino, contra quod Papa non dispensat.

246 Matrimonii sacramentum, tam carnali copula consumati, quàm non consumati, quid significet.

247 Verba cum consensu absque carnis copula sufficiunt ad essentiam Sacramenti matrimonii, & gratiam, quæ in eo confertur.

248 Sacramentum matrimonii est verum, & completum ante illius consumationem.

249 Carnis copula non est de integritate matrimonii.

Inter

250 *Inter Beatam Virginem, & Ios ph eius vi rum fuit uerum Sacramentum coniugii, cum tamen nunquàm interuenerit copula coniugalis.*

251 *Matrimonium etiam non consumatum est verum Sacramentum, & vnum ex septem sacramentis noua legis gratiam conferens.*

252 *Sacramenta noua legis è latere D. N. Iesu Christi profluerunt.*

253 *Opi. glos. qua tenebat in hoc sacramento matrimonii gratiam non conferri iure merito ab omnibus reprobatur.*

254 *Sacramenta nec ab ecclesia, nec ab Apostolis, nec ab ipso Papa, sed tantum à Iesu Christo instituti, & pariter immutari, aut irritari possunt.*

255 *Indissolubilitas matrimonii etiam ante illius consumationem dicitur de iure Diuino.*

256 *Matrimonium considerari potest vt sacramentum. & vt contractus.*

257 *Inter infideles est verum, & legitimum matrimonium, non vt Sacramentum, sed vt contractus.*

258 *Matrimonium, prout contractus subest determinationi ecclesia, & iuris positiui, & prout alii contractus dissolui potest.*

259 *Matrimonium quatenus est Sacramentum regulatur à natura, & significato ipsius rei significata.*

260 *Matrimonium non consumati Sacramentum, significat coniunctionem, qua est inter Deum, & fidelem animam, qua sape dissoluitur intercedente peccato mortali.*

261 *Sacramento vero matrimonii consumati designatur vnitas inseparabilis verbi ad humanam naturam, qua in aeternum permanet.*

262 *Matrimonium soluitur per ingressum Religionis, & an per susceptionem Sacri ordinis.*

263 *Copula coniugalis, quid addat ad Sacramentum matrimonii.*

264. *Prohibitio illa euangelica (quos Deus coniunxit homo non separet) refertur ad matrimonium carnali copula consumatum.*

265 *Matrimonium non consumatum, quoad ratificationem sortitur naturam ex constitutione ecclesia.*

266 *Papa circa matrimonium non consumatum potest statuere etiam circa illius separationem, & dissolubilitatem, & omnia determinare, qua Diuina institutione non sunt determinata.*

267 *Tex in cap. ex parte. el secondo, de conuers. coniuga declaratur.*

268 *Papa dispensando in matrimonio non consumato procedit vt Deus, & vt Vicarius Iesu Christi.*

269 *Protestatio Authoris.*

CAP. III.

ERGO cum ex hoc testamento non solenni ex defectu numeri testium orta sit naturalis obligatio iuxta proximam nostram, & communem conclusionem, quam cap. proximo prȩcedenti latissime comprobauimus, inde consequens fit, ut quis possit licite retinere bona in eo testamento sibi relicta, quia naturalis obli-
1 gatio, licet non sit potens ad agendum, potens est tamen ad retinendum. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pac. & est opt. tex. in proposito in l. 2. & l. si ueritas. C. de fideicommiss. cum aliis ad hoc allegatis supra cap. praeceden. nume. 28. & sequen. & concludunt communiter doc. ibi per nos latissime adducti.

Haec igitur generalis conclusio nedum in foro conscientiae, in quo ius naturale attenditur, sed etiam in foro fori procedere debet, prout loquûtur iura proxime allegata, & Bar. & caeteri post eum in l. nemo potest. ff. de lega. 1. per nos latius adducti. c. proximo praecedenti. nume. 29. quae
2 quidem conclusio clare procedit respectu legatorum, quae possunt etiam in foro fori ex huiusmodi testamento

to minus solenni per legatarios retineri, ut praecise probant iura, & doct. ibi per nos allega. Bar. scilicet in l. nemo potest. num. 18. Alexan. nume. 23. cum seq. & Ias. qui attestatur de communi lect. 1. num. 70. & lect. 2. nu. 94. Ripa sub num. 94. in uersi. ex ista conclusione ff. de leg. 1. & praeter eos Capit. decis. 89. nume. 2. & Bertran. & alii quos refert, & sequitur Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 90. in uersi. hinc infertur; ubi etiam post eos attestatur de communi.

Veruntamen in hoc est aduertendum, quod quamuis haec ratio fundata in naturali obligatione, quae oritur ex uoluntate etiam minus solenni testatoris, aeque militet respectu haereditatis, prout legatorum iux. late trad. supra cap. proximo. nume. 85. & 86. cum seqq. usque ad fin. nihilominus quo ad haereditatem, & respectu haeredis scripti contrarium est cō-
3 cludendum, uidelicet, quod is in hoc foro fori non possit retinere haereditatem ex huiusmodi minus solenni testamento aduersus uenientes ab intestato contra eum agentes, prout expresse concludit, & declarat Alexan. in d. l. nemo potest. nu. 23. & ibidem Ias. nume. 71. in 1. lect. per tex. in l. si post diuisionem. qui proprie loquitur ad effectum retinendi haereditatem ex minus solenni testamento. C. de iu. & fac. igno. & hoc respectu scilicet retētionis haereditatis saluari possunt not. per Bar. ibi & Doct. communiter concludētes, quod ex huiusmodi testamento respectu haeredum inter se nō oriatur naturalis obligatio, uidelicet ad effectum, ut illam aduersus haeredes ab intestato retineri non possint, prout etiam supra cap. proximo. num. 75. & seqq. ad intellectum d. l. si post diuisionem. adnotauimus.

4 Et tamen quicquid dicant ibi doc. uera ratio differentiae inter legata, & haereditatem haec est, quia de iure ciuili positiuo, in cuius foro nūc loquimur, ubi testamentum non est solenne, ut quia solennis numerus testium in eo non fuit adhibitus, & sic est nullum. l. si unus. cum sim. C. de testamē. perinde est ac si testator nullum fecisset testamētum, sed decessisset ab intestato, inst. de haered. quae ab intesta. defe. in princ. ubi intestatus dicitur
5 decedere qui testamentum nō fecit, aut non iure fecit. & in proposito Fernand. Vasq. qui ita arguit de success. crea. lib. 1. §. 2. nume. 11. cum late adductis supra par. 1. cap. 4. num. 53 absurdum autē esset dicere, quod alius, quàm ueniēs ab intestato posset hoc casu retinere, & habere haereditatē,
6 cum haereditas ipso iure deferatur uenientibus ab intestato inst. eo. tit. §. 1. etiam ex tacita mente testatoris sic à iure interpretata. l. cōficiūtur. in prin. ff. de iu. codicil. ubi glo. in uer. credit. dicit, quod ista est fictio ita ut nō possit probari contrariū, & supra par. 1. cap. 17. sub nume. 21. & propterea huiusmodi naturalis obligatio, respectu haeredis scripti ex minus solenni uoluntate non potest aduersus uenientes ab intestato esse in hoc foro ciuili in aliqua consideratione, cum eo iure haereditas, neque dari, neque adimi
7 possit, nisi in testamento. l. haereditatem. C. de codicil. & inst. eo. §. codicil li. l. non codicillum. cum ibi not. per glos. & doct. C. de testamen. cum sim. supra allegatis par. 1. cap. 6. nume. 16. Quae ratio cessat respectu legatorū,
8 quae etiam ab intestato sola uoluntate, & etiam solo nutu dari, & adimi possunt, prout etiam pōderat in proposito Ias. licet non ita explicet. in d. l. nemo potest. lect. 1. num. 74. & seq per tex. opt. in proposito in l. ex parte.

te.ff.de adim.leg. cui adde similē pro hac distinctione inter legata, & hære ditatem in l.militis codicillis.§. ueteranus.ff.de milit. testa.

Hæc ut dixi procedunt respectu retētionis in foro fori,quæ multo ma
9 gis fortius sibi locum uendicare debent in foro conscientiæ, de quo hic principaliter tractamus,in quo solum attenditur ueritas iuris naturalis, & sola libera nuda, & simplex uoluntas testatoris,omissa quacunque solennitate iuris positiui,præsupposito semper, quod in tali casu cesset suspicio fraudis propter quam fuit à iure introducta talis solennitas, ut in terminis per Abb.in c.quia plerique.in fin.
10 de immu.eccle.& late Ripa post alios in d.l.nemo potest.num.97. 98.cum seqq.nullo habito discrimine inter legatarios, & hæredem scriptum, quia utrisque in hoc foro competit ius retinendi si habeant compertam uolūtatem testatoris,ut patet ex trad. per Doct. qui promiscue loquuntur tam de hærede,quàm de legatarijs,ut per Bal.in l.1.nume.5.C.de testa. Pau. de Cast. qui eum refert & sequitur. in l. ad testium.§.conditionem.num.6. ad med.ff.eo.& licet Bal.& Pau.de Cast. loquantur in casu in quo testamentū non fuit solenniter conditum, quod tamen probari non possit, tamen & in minus solenni testamento idem cō cludit latissime Ancha.loquens in hærede scripto in regula possessor. q. 1. per totum præsertim col. 9. sub nume.17.in uersi.ex quibus concludo. & col.11.in prin.in uersi. ad quæstionem ergo propositam.de regu. iu. libro 6.quem sequitur Felin. in cap. 1. num.40 de constit. Imo. & post eum Alex.in d.l.nemo potest.sub nu.23.& Ias.lect.1.nume.76. in fin. cum seqq. & lect.2.nume. 95. & latius nu.107. qui omnes loquuntur de hærede scripto,& ibidem Ripa loquens, tam de legatarijs, quàm de hærede scripto, ubi etiam attestatur de communi. nume.97.98. & 99. Capit. d. decis.89. nu.2. cum seq. addo Marc. Mantuam idem firmantem in c.1.sub nume.43. in uersi. tertio. de restitu. in integ. & Ias.in cons.67.col.fi.in uersi.non obstant in oppositum adducta.uol. 3. & Paris.consi.33.nume.40.uolum.2. & nouissime alios cumulans Franc.Mantica de coniect.ult.uolunt.lib.2. titu. 14.nume.9.& nume. 28. ubi præcise loquitur quo ad retentionem respectu hæredis scripti, cum latissime adductis per Tiraquel. de ll. connubia. lib.16.glo.4.nume.22. & de communi etiam respectu hæredis in hoc foro conscientiæ attestatur Iul. Clar.libro 3.senten.q.90.in uersi.sed quid si iste hæres; prout etiam attestatur Fernan.Vasq.de succes.crea.lib.1.§.2.nume.13. & nume. 18. à qua licet ipse recedat, ubi hæres scriptus est dubius de uoluntate testatoris, ut ibi.d. nume. 13. cum seqq. tamen eam admittit, & sequitur ubi talis uoluntas esset illi pro certo cōperta,ut ibi nume.11.& 18.usque ad fin.& latissime quoq; ibidem nu.9. prout nos quoq; intelligimus,& infra latius declarabimus;& uolunt Doc.communiter idē concludentes in contractu nullo ob non adhibitas solennitates iuris positiui, quod si in eo adest liber consensus contrahentium teneat in foro cō scientiæ, ut infra late num.105. cum seq. & est de mente omnium qui sequuntur regulam Inno.in cap. quod sicut. de elect. de qua latissime supra hac par.cap.1.nume.48. Et in principali articulo ex Theologis hanc etiā opi. firmat, & explicat tam respectu legatarij,quàm hæredis scripti Dom. Soto de iust. & iu.lib.4.q.5. articu.3. col.penul.in uersi. nunc igitur explicatione

catione opus est. in tantum, quod ut ipse subdit, etiam si hæres legitimus ignoret testamentum esse nullum, & idcirco taceat, & bona ab intestato nō petat, tamen possessor id illi in foro
11 conscientiæ reuelare nō tenetur, quæ quidem conclusio in his terminis, tā à Theologis, quàm à Legistis, & Canonistis, ut ex præmissis constat, communiter recipitur, quamuis cōtra sit solus Couar. in c. cum esses. sub nume. 10. in uersi. secundo infertur. de testam. per plura fundamenta, quæ infra latius dissoluentur, cum quo etiam consentit Iul. Clar. proxime allegatus.

Hæc igitur conclusio limitatur per Ripam in d.l. nemo potest. nu 99. nisi testator inconsulte prætulisset extraneum suis propinquis, prout latius declarat Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 9. ad med. num. 90. in fi. cum seq. de constit. & ut ipse Feli. dicit hæc fuit quædam consideratio peritissimi & deuoti fratris Thadei de Vrbe ueteri ordinis Prædicatorū in sacra Theologia magistri maxima certe æquitate fundata, prout latius refert Anch. qui eum ut ipsemet attestatur consuluit in d. regula possessor. col. 12. ad med. ex quo testator præferēdo extraneos eius filijs, & alijs propinquis indigentibus nō esset sequutus ordinem charitatis, secus si extranei instituti essent pauperes, & uenientes ab intestato diuites, quia tunc licite in conscientia possent retinere hæreditatem, ut ibi latius per Anch. ubi dicit quod ista consideratio est multum æqua.

12 Sed tamen cum ista æquitas non reperiatur in iure scripta, non uidetur mihi attendenda. l. placuit. C. de iud. l. 1. iuncta glos. & ubique doc. C. de leg. cap. fi. cum glo. & ibi Abb. nume. 9. & cæteri de transac. tradd. Cagno. & Dec. in regula in omnib. quidem. nume. 9. & 10. ff. de reg. iu. neq; etiam in foro cōscientiæ, in quo multo æquius uidetur, & naturali ratio-
13 ni conueniens, quod uoluntas domini de re sua in alium transferrenda disponentis, rata habeatur, ut habetur in §. per traditionem. inst. de re. diui. & in l. qua ratione. §. hæ quoque res. ff. de acqui. re. dom. & multum ad propositum Old. consi. 107. num. 3. & supra cap. proximo præced. sub nu. 38. in uersi. & confirmatur. præsertim in ultima uolūtate postquàm aliud uelle non possumus. l. 1. C. de sacr. eccle. adeoquòd licet bonum esset, quod testator potius reliquisset sua bona suis filijs, & propinquis indigētibus, quàm extraneis, tamen ad id non est obligatus, cum de bonis proprijs possit, ut ei libet disponere, argumen. tex. ad id not. in l. hac lege. C. de pac. conuen. Nec obst. quod testator in
14 hoc non seruat ordinem charitatis iux. latissime trad. supra par. 2. cap. 2. nume. 40. c. est probanda. 86. distinct. quia tex. ille quem ad hoc allegat Ancha. loquitur de consilio non de præcepto, & de ordine perfectionis non necessitatis, ut probatur in cap. non satis. ea. distin. Ibi item perfecta libe-
15 ralitas &c. nam dummodo pater filijs legitimam relinquat, de residuo potest ad libitum disponere, ut not. in cap. fin. 17. q. 4. & est tex. in auth. ut lice. mat. & aui. in princ. cum late adductis supra par. 1. cap. 16. nu. 155, quare si propinqui testatoris pauperes essent, teneretur hæres scriptus de bonis testatoris eis subuenire, prout ipse testator, & quilibet alius in dicto casu teneretur. iux. cap. pasce. & cap. in singulis. ea. distin. non tamen teneretur in totum restituere bona ei per testatorem relicta; quo fit ut hæc limi
16 tatio non procedat, nisi tantum quādo pater testando in fauorem extraneorum

neorum quæreret priuare filium integra legitima quod tuta conscientia facere non posset, ut infra nu. 166. cum
17 seq. quo casu excepto limitatio non procedit, quia magis est de iure naturali liberum arbitriũ testatoris, quàm successio filij, ut not. concludit Bald. in l. lege. nu. 1. uers. ex testamento. C. de leg. hær. & idē in effectu Old. d. cō si. 107. nu. 3. unde magis etiam fauemus liberæ uoluntati testatoris, quàm dispositioni legis illi aduersantis, ut in his terminis respectu legitimæ Ripa in l. in quartam. nu. 45. in fi. cum seq. ff. ad leg. falc.
18 Ergo reiecta hac limitatione remanet indistincte firma præsens nostra cōclusio, q᷒ tā legatarijs, quam hæredi scripto liceat in foro conscientiæ retinere bona eis relicta in minus solenni testamento, supposito semper ut diximus quod eis sit nota clare uoluntas testatoris, ut supponit & declarat Ancha. in d. regula possessor. col. 2. in uersi. ex prædictis concludo. ubi dicit quod ista fuerunt uerba cuiusdam magistri Michaelis ordinis Carmelitanorum profundæ scientiæ, & optimæ conscientiæ, quæ ipse ad plenum refert; exempli gratia si testator in recto sensu existens uoluntatem suam legatarijs, uel hæredibus scriptis ad eum uocatis clare & in aperto siue ēt tantum in secreto manifestauerit, & animo deliberato significauerit, iux. supra trad. hac par. c. 1. nu. 52. & c. 2. nu. 31. cum quinque seqq. & infra quoque hoc cap. nu. 21.
19 Et ut magis clari simus, an & quando ex huiusmodi testamento minus solenni ex defectu numeri testium dicatur clare constare de uoluntate testatoris in hoc foro poli & conscientiæ ad effectum ut quis licite possit bona in eo sibi relicta retinere (quia hic iacet magna difficultas, nec per Ancha. nec per alium hoc clare determinatum reperimus) idcirco pro clara huius difficultatis resolutione aduertendum est quod quicquid circa hoc dicendum sit in foro fori, quod supra par. 1. cap. 5. per totum latissime explicatum reperies; tamen in foro poli, & conscientiæ distinguendi sunt duo principales casus (prout ad duplicem effectum circa hanc difficultatem in foro conscientiæ loqui possumus) primo quantum ad effectum utrum quis possit tuta conscientia huic minus solenni testamento fidem adhibere, secundo utrum illi fidem adhibere teneatur, & ita ad fidem illi adhibendam in conscientia sit obligatus.

Circa primum dicendum est, quod aut tale testamentum, & ultima uoluntas deficit non solum probatione iuris ciuilis positiui, sed etiam iuris naturalis, quia de ea non deponit nisi unus testis tantum, qui solus non
20 plene probat nedum de iure ciuili, sed nec etiam de iure naturali, cum etiam eo iure duo ad minus requirantur in actibus humanis ad plenam rerum probationem, iux. late trad. per Dom. Soto de iust. & iu. lib. 5. quæst. 7. artic. 2. & nos supra latius in princip. tract. nume. 1. & multis seqq. iuncto num. 34. & seq. & iste casus uidetur indubitatus, siquidem non probatur sufficienter uoluntas testatoris etiam de iure naturali, ita ut neque eo iure quis bona defuncti licite retinere possit; quod si ultra unum testem scriptus hæres, aut legatarius aliunde haberet notam uoluntatem testatoris,
21 puta quia ipse interfuisset dispositioni testatoris, & ex ore eius proprio illam audiuisset & percepisset, per quem modum inducitur certa, & indubia notitia, iux. glo. not. in cap. cupientes. in princip. uer. notitia. de

elec. lib. 6. quam præter doc. ibi not. & sequitur Fel. in cap. cum contingat. colu. 4. in uers. Secunda conclusio. de rescrip. iste etiam est casus clarus, quod licite retinere posset, ut supra proxime nume. 18. seu etiam constaret de uoluntate per scripturam manu propria testatoris, uel de eius mandato scriptam, & certitudinaliter notam ita quod legatarius, seu hæres scriptus esset certus, & indubius de uoluntate (quantum ad ius naturale pertinet) per hos, uel per alios modos iux. late trad. multum in proposito per Lud. Zun. in respon. pro uxo. nume. 67. 68. 69. & 70. cum multis seqq. & nos supra par. 1. cap. 16. num. 167. & pluribus etiam seqq. & ita procedat quod præcise firmat Silue. in summa. uer. hæreditas. 3. nume. 9. ubi loquitur quando unus tantum testis deponeret de uoluntate testatoris; qui tamen solus absque aliis indicijs & coniecturis non sufficeret ut supra, quamuis alias dictum unius probi uiri & spectatæ conscientiæ iustam inducat credulitaté ad effectum excludendi dolum & malam fidem, iux. l. si à bonæ fidei possessore. ff. de rei uen. & glo. singu. in l. titio fundus. quam doc. omnes not. ff. de condi. & dem. & ad effectum retinendi, & præscribendi bona in quorum possessione quis reperitur. l. fin. ubi Bar. in fi. ff. pro suo. & late Bart. & cæteri in l. celsus. cum ibi latissime in proposito adductis per Balb. in 1. par. pr. n. nume. 45. & 46. ff. de usucap. & Ias. in l. 1. nume. 17. cum cæteris seqq. ff de eo per quem fac. erit. & Felin. in d. cap. cum contingat. ubi fusius declarat col. 2. in uersi. prima conclusio. nume. 3. & 4. & col. seq. de rescrip. quin & in pluribus casibus plenam inducat quandoque probationem, ut supra par. 1. c. 1. nume. 36. cum tribus seqq. & cap. 22. nume. 77. ostendimus & declarauimus; non tamen ad effectum de nouo occupandi & retinendi bona in præiudicium uenientium ab intestato ad quos de iure nullo condito testamento peruenire deberent, ut supra iux. etiam not. per Bar. & cæteros in d. l. 1. ubi Ias. nume. 7. ff. de eo per quem fac. erit. & Alcia. de præsumptio. regula. 3. præsumptio. 2. num. 2. & seq. ad qué effectú nos loquimur.

22 Aut igitur, ut ex præmissis quoq; dictis constat, tale testamentum, & ultima uoluntas deficit quidem probatione iuris positiui, quia non interfuit solennis numerus septem testiú, tamen non deficit probatione iuris naturalis, eo quia duo saltem testes fide digni interfuerunt & illam probant (qui duo satis sunt ad probandam ueritatem cuiuscunque actus humani, ut supra in d. princ. trac. nume. 5. & 6. cum seq. late ostensum fuit) ut merito iste dici possit numerus ueritatis, ut late etiam supra par. 1. cap. 5. num. 38. & certe ex his duobus testibus dicetur clare constare de uoluntate testatoris ad effectum, ut hæres scriptus, & legatarij possint ex tali minus solenni testamento in foro animæ tutaque conscientia bona retinere, nam quicquid sit de iure positiuo, de quo late supra d. cap. 5. differuimus; tamen de iure naturali hæc est sufficiens probatio etiam respectu testamenti, & tam respectu legatorum, quam respectu institutionis hæredis, & ipsius hæreditatis uniuersalis, ut patet ex late quoque trad. per Lud. Zun. d. respon. pro uxo. num. 40. & seq. & nos etiam supra latius d. par. 1. cap. 16. nume. 17. & 18. & cap. 5. nume. 38. cum cæteris seqq.

23 Ex quibus patet in hoc deceptum fuisse Fernan. Vasq. de succes. crea. lib. 1. §. 2. sub nu. 7. & late nu. 13. 14. 15. &

& 18. dicen. quod legatarius, aut hæres scriptus in minus solenni testamento non potest in foro cõscientiæ bona retinere, eo quia si unus tãtum testis deficiat de solenni numero non debet reliquis fidem adhibere, quia etiam sex nõ plene, nec legitime probant uoluntatem. l. si unus. C. de testa men. prout nec quis posset in foro cõscientiæ unico testi in materia cõtractuum fidem adhibere; Nam præter quod etiam per duos testes probatur uoluntas testatoris etiam in foro fori quo ad legata, licet secus quo ad hæredis institutionem, ut late supra d. c. 5. par. 1. ostendimus, & declarauimus; præterea in foro conscientiæ probatur quo ad utrunque effectum, cum prout ex proxime dictis apparet, hęc sit sufficiens probatio de iure naturali etiam quo ad hæredis institutionem, cum hoc iure, quod in hoc foro conscientiæ attendi debet, ut late

24 supra hac par. cap. 1. nu. 6. nulla reperiatur differentia inter proban. contractus, & ultimas uolũtates, sed quæ sufficiens est in uno, eadem est & in altero casuum; unde licet argu. Fernan. Vasq. concludat respectu institutionis hæredis in foro fori de iure positiuo, non tamen concludit in foro conściẽtiæ de iure naturali, cum numerus

25 iste septem testium pertineat ad solẽnitatem tantum iuris positiui, ut merito dici possit numerus solennitatis, numerus uero duorum testium pertinet ad probãdã ueritatẽ de iure naturali, & merito dicitur numerus ueritatis iuris naturalis, ut late d. c. 5. par. 1. nu. 38. ostendimus, & declarauimus.

Quod si aliunde legatarius, uel hęres scriptus ꝓbabiliter dubitare posset de spontanea, & libera, & sincera uoluntate testatoris, puta & si de uoluntate cõstaret per duos fide dignos testes, aut per scripturã publicã duobus, aut plurib. etiam testibus munitam, tamen ex alia parte testator fuisset uir prudens, sciensq; testamentũ non solenni numero septẽ testiũ confectum, nullius esse momenti, & legatarius, siue hæres scriptus nimiũ forte illi importunus, & parum dilectus, & huiusmodi; ita qđ ex huiusmodi circũstantijs posset probabiliter dubitari, an ex animo sincero, & deliberato id fecisset, uel potius, ut se ab importunitate liberaret, & illudere ualuisset, & nugari faciendo actũ nullum iuxt. late adducta sup. d. par. 1. c. 5. nu. 6. 7. & in hoc casu maior difficultas est, an hæres scriptus, uel legatarius in hoc dubio possit in foro conscientiæ ex tali testõ minus solenni bona retinere, & Fernan. Vasq. ubique pro comperto habuit hos in casu dubio minime bona retinere posse in d. suo tract. de succes. crea. lib. 1. §. 2. sub nu. 7. & nume. 13. 14. 15. & 18. prout ẽt uoluit Ripa in d. l. nemo põt. nu. 101. ad fi. Tum quia in casu dubio cessat fundamẽtalis ratio fundata in uoluntate testatoris propter quam dicebamus licite in conscientia bona ex minus solenni testamento retineri posse, cũ n. dubius,

26 & ignorans æquiparẽtur, ut ipse dicit iux. l. manifestissimi. in uersi. si autem nescius. quæ semper ad hoc allegari solet. ubi Bar. & cæteri no. C. de fur. & l. 2. in prin. in uers. fieri. ubi bon. tex. ff. quis ordo in bo. pos. serue. tradd. doc. in l. fi. C. de cond. ind. cũ alijs late allegatis per Ias. in l. quãdiu. nu. 2. & pluribus seqq. C. qui adm. & i l. 1. nu. 25. & seq. ff. de cond. ind. merito qui dubitat, de uolũtate ignorat. Tũ quia in dubio debet quis conformare conscientiã suam cum dispositione legali Ancha. in regula peccatũ. nu. 22. de reg. iu. li. 6. nec debet illã fabricare ex ingenio suo, ut no. dixit Bal. in quæstione statuto cauetur, qđ fenerator. col.

fin.quem refert Alex.in consi.218.nu me.5.uol.2.Iaf.in l.2.nu.6.& seqq.C. de fideic.& in §.sed iste.nu.137.insti. de actio.& in consi.191.sub nu.3.uer si.itē magis in specie.uol.2.bene Bar. in tract.minorica.dist.1.c.3.sub nu.8.
27 uersi. tertio. cū alijs in proposito per nos infra adductis.nu.39.&sic nō adhibere fidem minus solenni uoluntati ex quo nō est certus de contrario, eo qđ leges,quæ instæ sunt,prout sūt hæ de solennitatib. in testō adhiben. seruandæ sunt in foro cōscientiæ.Bal. consi.285.col.1.& infra latius ostēdimus nu.38.39.& plurib.seqq. præsertim nu.44. Tum quia stante dubietate si quis ageret cōtra dubiū cōscientiæ mortaliter peccaret iux.illud Salomonis, Qui amat periculū peribit cū illo,Ecclesiast.3.&probat tex.in c.inquisitioni.in fin.de senten. excom.& in c.per tuas.el secondo, ubi Abb. & alii de simo. & latissime Nauar. qui hæc, & alia plura adducit in c. si quis autē.in 22. principali illatio.à nu. 81. cum cæteris seqq.de pœniten.dist. 7. ubi ex professo articulū hunc tractat firmat,& declarat,& idem in suo Manua.Confes.c.27.nu.288.quæ tamen rursus declaranda sunt ex trad. supra per nos hac par.c.1. sub nu.40. & 41. cum seqq. prout etiam de agente cōtra conscientiam erroneam habetur in iur.& per Nauar.ubi supra allegatis,& per nos supra hac par.c.1.i quarto præmisso.num.36.37.cum seqq.& ita præcise stante huiusmo ii probabili dubitatione concludit Summa Ange.ut refert Silue.uer. hæreditas.3.q. 7. sub nume. 9. ad med.

Contrarium uero quod non obstāte huiusmodi dubitatione possint hæres scriptus, & legatarii in foro conscientiæ retinere bona ex tali uoluntate minus solēni,ut supra,tenet ibi Silue.& credo uerissimum eo,quia ut ēt
28 dicit Silue. cum hi habeant pro se uerba clara testatoris ab illis non est recedendum,nisi ubi clare constat de contraria uoluntate.l. non aliter. & l. ille, aut ille.§.cum in uerbis. ff. de lega. 3. cum concordan. ibi per gl. allegatis, & late supra par.1.c.6.nu.30.& c. 16.
29 nu.126. nam uoluntas testatoris talis esse præsumitur qualis ex uerbis colligitur.l. Labeo.§. idem tubero. ff.de supellec.leg. cum latissime in proposito supra adductis c.proximo.nu.31. & multis seqq.Et quamuis alia ex parte militent,ut supra,tales circunstantiæ per quas incidit probabilis dubitatio de libera,& sincera uoluntate testatoris,nihilominus ea non impedit, quin licite in conscientia bona interim retineri possint, quousque quis clarus, & certior factus sit de contraria uolūtate testatoris;dum enim dubitat ignorat, quātum attinet ad hoc forum conscientiæ,bona aliena possidere.arg.c.si uirgo.34.q.1. & multū in proposito Abb.iux.gl.& communem in c.fi.nu.40.quem sequitur Fel.nu.9.
30 de præscript.talis enim dubitatio, ut tradd.glo. & communiter ibi Docto. non inducit malam fidem, & sequitur Nauar. ubi etiam attestatur de cōmuni in d. cap. si quis autem. nu. 89. de pœniten.distinctio. 7. nec inducit ut dicit Feli. conscientiam erroneam referens Bald. in cap. fin. de consuetu. quod dubius in conscientia non
31 dicitur facere contra conscientiam, donec sibi clare innotescat ueritas in contrarium, & bene Bald. post Archi. per eum relatum in consil. 298. colum. 2. ad fin. uersicu. & si in conscientia. uolum. 1. prout etiam late Ias. in l.3.§. genera. nume. 16.& sequen.ff. de acqui.possess.& in d. l.1. nume.26. ff. de cond. ind. d. l. quandiu.nume.6. C. qui adm. cum prout dicunt Doct. in tali dubio non tenea-

tur

tur quis ius suum indiscussum relinquere.l.illo.ff.de pet. hær. imo potius sibi ipsi fauere, quàm dissuadere, ut dicit Bal.in d.consi.298. prox.alleg.

32 Non obstat quod faciens actum nullum sciens, & prudens uidetur uelle nugari.l.an inutilis.ibi,fingamus eum qui accepto ferebat scientem prudentéq; nullius esse momẽti &c.ff. de acceptila.cum alijs late in proposito adductis supra par.1.cap.5.nu.6.& seqq. Tum quia in terminis nostris negatur

33 quod testator non adhibendo in testamento solennitates legales uoluerit facere actum nullum, quin potius confidere uoluerit in probitate, & integritate hæredis scripti, qui persoluet legata, licet non in solenni testamento relicta, & uenientium ab intestato, qui se non opponent tali eius uoluntati,arg.§.fin. insti.de fideicom.hær. & l. fi. cum ibi not. per glo.

34 & doc. C. de fideicom. Nam ubicunque potest capi aliqua coniectura, tũc nunquam credendum est, quod quis elegerit uiam ad impugnan. sua iudicia.l.3.ff.de mil.testa.late Alcia.de præsumptio. regula.3.præsumptio.35.cũ aliis latius adductis supra par.1.c.16. nume.84.& 85.& in terminis nostris multũ clare & notabiliter hoc uoluit Bar.in trac.minorica.distin.1.c.3.sub nu.8.in uers. tertio quando ille. Tum etiam quia licet testator omittendo solennitates requisitas de iure positiuo sciat eo iure testamentum suum nullius momenti esse,scit tamen illud ualidum esse de iure naturali,& idcirco in foro conscientiæ censetur uelle illud eo iure subsistere, & obseruari debere prout potest,iux.trad.per Bar. proxime allegatum & nouissime post Abb. & Ant. de But. per eum relatos respondet huic motiuo Franc.Mantica.lib.2.de coniec.ult. uolun. titu.24. sub nu.12.in uers.quarto.cum seq.

Tum quia quicquid fit in foro exteriori de quo loquuti sumus in d. p.1. c.5.nu.6.& 7. cum seq. ut ibi aduertimus,tamen in foro conscientiæ præ

35 sumptio ibi allegata non est necessario sequenda,quia præter proxime allegata plures aliæ præsumptiones in cõtrarium militare possunt, uel quod talis testator mortis cogitatione turbatus, non fuerit memor huiusmodi solennitatum,uel ad ea non aduerterit, uel quod ipse etiam iuris peritus esset illius opin. quod leges ciuiles de hac materia loquentes sint hodie correctæ ꝑ ius canonicũ ex dispositione. d.c. cũ esses.de testa. iux.secunda lec. glo.cõiter à doc. antiquis receptam, & ab Ant.de But.Abb.Gemi.Silue.& cæteris quos supra par.2.cap.9.nu.8. cum seq. latius congessimus. tũ quia licet possit quis conformare conscientiam suam cum dispositione legali, iux.trad.sup. nu. 27. non tamen ad id tenetur ubicunque actus est ualidus de iure naturali, & sic in foro consciẽtiæ licet inualidus sit de iure positiuo iux. late trad. supra hac par.c.1. in primo præmisso.num.2. cum seqq.usque nu.12.iunctis ibid. tradd.nu.45.& cæteris seqq.usq; ad fi.Tum & postremo quia licet quis sit dubius dubio speculationis de uoluntate libera,& sincera testatoris,certus tamen est in actu practico,quod in hoc dubio non tenetur ius suum indiscussum relinquere, sed quod pōt bona interim retinere absq; peccato donec certior factus sit de contraria uoluntate testatoris, iux. ẽt late tradd.eo.c.1. huius 3. par. in ult. præmisso.nu.41.& trib. seqq. ex quib. ẽt sublata remanent fundamenta pro opi.contraria sup.adducta sub nu. 25. in uers.quod si aliunde. cum seqq.

Poterunt ergo hæredes scripti & legatarii licite in conscientia retinere bona quamuis dubij sint de libera uo

luntate testatoris, quod si testator nul la ratione, aut necessitate adductus consulto prætermisisset has solennitates, ut testamentũ subiaceret uitio nullitatis, idq; scriptis hæredibus, uel legatarijs innotesceret, fateor hoc casu huiusmodi uoluntatẽ tanquã nugatoriã, & uentosam nõ esse aliquo pacto sequendam in foro conscientiæ, sed quia uix casus iste contingere põt, cũ uix reperiatur qui uelit suam dispositionem non debere sortiri effectum oĩ modo quo potest, ut in proposito not. Bar. in trac. minorica. proxime allegatus, idcirco illum omissum facia-
36 mus, quia de his, quæ raro accidunt non multum curant legislatores. l. iura constitui. cum trib. seqq. ff. de leg.
37 Sed tamen non est hic prætermittendum, quod si hæredes scripti, & legatarij in casibus in quibus firmauimus eos in foro conscientiæ licite posse retinere bona ex tali minus solenni uoluntate, haberent læsam conscientiã putantes id eis nullo pacto corã Deo licere, forte adhærentes opi. Couar. supra relati sub nu. 11. uel quia consciẽtia scrupulosa id eis dictaret, quam deponere non possent, tunc sequenda esset eorum cõscientia licet erronea, & ita ratione conscientiæ ita dictantis non possent bona retinere, quia omnis qui facit contra conscientiam ædificat ad gehennam. c. per tuas el 2. de simo. cum sim. sup. in proposito adductis hac par. cap. 1. num. 37. 38. & seq. & in proposito trad. Alexan. in d. l. nemo potest. col. pen. in princ. nu. 24. ad med. ibi nisi tamen ueniens ab intestato. ff. de leg. 1. & Dom. Soto de iust. & iur. d. lib. 4. q. 5. art. 3. col. pen. uersi. si quis autem contraria teneatur opinione. & hæc quo ad primum membrum principale.
38 Quo uero ad secundum, utrum scilicet quis sit obligatus in cõscientia sequi hanc minus solennem uoluntatẽ ex defectu numeri testium, & illi fidem adhibere, certe secundum oẽs concludendũ est quem ad id non esse obligatum, quia licet per duos testes, ut superius ostensum fuit, dicatur clare constare de uoluntate testatoris ad effectum retinendi bona in foro conscientiæ, tamen hæc non est adeo sufficiens probatio, ut quis in eo foro sit obligatus & astrictus illam sequi, ita quod aliter peccet, nam ex quo non fuit adhibitus in tali testamento solennis numerus testium, potest quis inni-
39 ti authoritati legis, & iuste suspicari, quod res non absque fraude processerit, aut saltem quod fraus interuenire potuit conformando conscientiã suã cum dispositione legis. Anch. in regula peccatum. nu. 22. de reg. iu. lib. 6. cũ alijs supra allegatis. nu. 27. & in tali testamento fidem non adhibere ex quo lex illi fidem non adhibet Bal. in consi. 437. in uers. sed pone. uol. 5. & consi. 295. in uers. non ob. allegationes. & consi. 298. col. 2. in uersi. & si in conscientia. uol. 1. & in terminis bene declarat Alcia. in c. nouit. nu. 42. in fi. & nu. 43. cum seq. de iud. & late quoque Fernan. Vasq. de succes. crea. lib. 1. §. 2. nu. 6. & 7. & nu. 9. & nouissime Fran. Mantica de coniec. ult. uolun. lib. 2. titu. 14. nu. 7. & seq. ubi hoc probat exemplo filii regis, qui non tenetur credere matri suæ quod sit natus ex adulterio, ut habetur in l. imperatores. in uers. mulier grauida, & ibi Bald. ff. de probatio. & per doc. in l. filium. ubi Bart. nu. 2. & cæteri. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. post Iac. Aret. per eum relatum, & Cyn. in l. si uicinis. in fi. ubi Saly. C. Ang. & Alb. C. de nup. & cano. in c. officij. ubi Abb. nu. 3. cum seq. de pœni. & remis. & in c. per tuas. ubi ẽt Abb. num. 4. de probatio. Bald. d. consi. 437. ubi supra uol. 5. Alcia. de

præ-

præsumptio.regula 3.præsumptio.37. num.6.Silua nuptia. lib. 1. sub nu.83. cum seq.Couar.in relect. regulæ pec catum.par. 1.sub nume.6. uersi.secun do illud est obseruandum. de reg. iu. lib.6.cum alijs adductis per Boer.decis.299. nume. 6. & seq. Domi.Soto de iust.& iu.lib.4.q.7.articu.2. col. 5. in uersi. ego uero. ibi nam spurius. quod declara. ut per eum ibi & Abb. in d. c. officij proxime allegatum. & Alfon.à Castro de lege pœna. lib. 2. cap.11.pag.mihi 477. uersi. & ad hoc apertius conuincendum.

40 Et per consequens uenientes ab intestato, qui uident testamentum hoc carere solenni numero testium, poterunt tuta conscientia retinere bona testatoris,& ea à scriptis hæredibus, & alijs detentoribus auocare iux. legum humanarum dispositionem, ut multum in proposito cōcludit Cald. in quadam disputatione,quam in effectu in præcisis terminis refert, & sequitur Ancha.in regula possessor. nume.13.in fi.cum seq.de regu.iu.lib.6. & bene etiam Fede. de Sen. in consil. 21.& 131.& P.de Palu. Rayne. Abb. in subscrip.ad d.consi. Bald.si de feu. defun. conten. fit inter dom.& agna. uasal.§. si quis per triginta.col.fin. in princ.idemque Bald.in auth. ingressi. col. 5.uers.nam regula est.ibi, dubitat tamen Bar.C.de sac.eccle.& in l.pen. §.illo.ibiq; latius Pau.de Cast.& Alexan.eos sequens nume.3.C.de neces. ser.hær.inst.Alex.consi.209.nume. 7. cum seqq.uolu.2.& consi.119.nu.16. uolum. 6. & præcise idem Alex. post Imo.& alios per eum relatos. in d. l. nemo potest.nume.24.Ias.nume. 73. in 1.lect.& in 2.nume.172.cum pluribus seqq.& Ripa ibidem.nume.100. & late Ias.consil.67.col. pen.in uersi. sed præmissis non obstantibus.& col. seq.uolu.3. cum late adductis per Tiraquel.de ll.connubia.l.16.glo.4.nume.23.& 25.& Fernan. Vasq. de success.crea.§. 2.nu.6.7.& 8.ubi attestatur de communi;quia ut dicunt Doc. cum hoc faciant legis authoritate nō peccant, nec ullam pœnam merentur.l.Graccus.ubi bene Bald.C.de adul.l.in concubinatu.in fi.ff.de concubi.l.1.§.si proponatur. & l.quia autē. in uersi.plane si nominatim. ff. si quis omis.cau.testam.c.qui peccat.23.q.4. c.dixit.cum glo.14.q.5. & in pulchro casu not.Abb. in c.cum autem. in fin. de iu.patr. & in alio casu notabili nos infra ostendimus.nume.149. & in occidente bannitum authoritate statuti,& zelo iustitiæ trad.Alber.in 4.par. statuto.q.19.Io.And.ad Specu. in rubri.de constitu. in ult.add. Bar.in l. ut uim.num.4.ubi Bal.& post alios Dec. col.4.in prin.ff.de iust.& iu.& in l.omnes populi.num.23. ubi Ias.num. 45. & 46.alios citat eo.titu.Bart.& Bal.in l.amissione.§.qui deficiunt.sub nu.2. per illum tex. ff.de cap.diminu. idem Bar.in l.ubi pactum.num.10. Bal.nume.11.& post alios Ias.parum sub nume.15. uersi.no. etiam diligenter. C. de transac.nott.Bar. & Bal.in l.1.& 2. C.quando liceat unicu.sine iud.se uindica.& idem Bar.in consi.188.in fi.uolum.1. & latius in disputa. Lucanæ ciuitatis statuto.per totam.Bal.in l.1.nume.8.in fi.C.de sum.Trinit.& in l.fin. sub nume.4.C.si contra ius. & in l.1. num.12.C.si à non compet.iud. Alexan. qui attestatur de magis communi in l.si plagij.ubi latissime Ias. col.1. per totam.ff.de uer.obliga.Alexan.in consi.114.nume.1.uol.1.& consi.65. nume.2.uol.3.& late Dec.consi.327. col.2. uersi. sed tamen prædictis non obst.Gemi.consi.51.nume.3.tradd.cano.in c.si.ubi Abb.num.4. de consue. & in c.quæ in ecclesiarū.ubi late Dec. nume.14. & latissime Felin.nume.3.

cum 13.seqq.& latius Bero.num.109. cum alijs seqq. usq; 127. de constitu. Couar.in epito.de spon.par.2. cap.7. §.7.sub nume. 18.Gomes.inst. de act. in prin.sub nume.54. Iul.Clar. latissime lib.5.senten.§. homicidium.uersi. plerunque etiam. cum cæteris seqq. Summa Sil.uer.homicidium.1.§. 2. nume.5.in fin.uersi.sextum.& nume. 6. & Tabie.in uer. bannitus. ex mente S.Thom.2.2.q.64.ar.3.quamuis axioma hoc (qui peccat.l.authoritate non peccat) uideatur in se non modicam continere repugnantiam, ut subtiliter aduertit Fortu. de ult. fin.nu.133. & declara, ut per glo. no.in cap. inter hæc.33.q. 2. communiter receptam, ut per Ias.Felin. & alios supra allegatos Io.de Ana. Abb. & Felin. in c.interfecisti. de homicid. Abb.in c. 1. in 1.notabili.in fi. & late Felin. nume. 1. & 2.de præscript. Abb. in c. ueniens. el secondo.in fin. de sponsa. & in c. si uero.el primo.num.10.cum lata apostil.'de senten. excommuni. idemque Abb.in proposito, de quo principaliter agimus in repet. c.cum esses. nume.10.in fin.de testam. Felin.in c. ecclesia Sanctæ Mariæ.nume.42.de constitutio.Ias.in l.ut uim.nume.22.ff. de iust. & iu.cum alijs ad hoc adductis à Couar.d.par.2.de sponsa. cap.7. §. 7. sub nume. 9. in uersi. quarto accedit authoritas gl.quam, & probant Theologi quoque in 4.senten. distin.37.

Etenim leges, quæ iustæ sunt, prout iustissimæ sunt hæ, quæ disponunt de septem testibus in testamento adhibendis ad fraudes uitandas, ut latissime par.1.cap.2.& 3.ostensum fuit, iustæ quoque sunt, & seruari debent in foro conscientiæ, ut infra late nu-
41 me.44.cũ diuinitus sint per ora Principum promulgatæ.c.fin.16.q.3.l.fin. iuncta glo.uer.diuino.C.de præscrip. lon. temp. cum alijs adductis per Cagno.in l.2.nu.14. C.de rescin.uen.iux. illud prouer.8.per me Reges regnãt, & conditores legum iusta decernũt, per me Principes imperant, & potentes decernũt iustitiam; & habetur in epistola inter claras.C. de summa Trini.& bene declarat Silua nup.libro 5. sub nume.69. uersi. & idem Fortu.
42 Nam pro utilitate Mundi, & sano regimine uniuersi Deus dedit potestatem Regibus, & Cæsaribus statuendi inter subditos faciens eos Vicarios suos in temporalibus iux.c. solite. de maio.& obe.ut no.in hoc nostro proposito dicit Bal.in consi.285.uolu. 3. & habetur in auth.de instru. cau.& fi. in princ.in uersi. quia igitur Imperium. unde regius Propheta, Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis.Psal.71.Est igitur ciuilis sapientia res sanctissima inquit Vlpia.in l.1.uersi.proinde.ff.de uar.& extraord.cogni. & Imperator appellat leges sacratissimas in l.leges sacratissimæ.C.de leg.&no.Abb.in c.inter alia.in 1.notabili.de immuni.eccle.ut merito Oratorum Princeps Demosthenes dixerit leges esse donũ Dei. l.2.& ibi glo.ff.de leg.omne enim donum perfectum (ut ibi refert glo.) de sursum est descendens à patre Luminum.Iacob. 5. & habetur in c.quàm pia.1.q.2.non est enim potestas, nisi à
43 Deo ad Roma.13.c.mouet. uersi. sed sciendum.22.q.1 c. quid culpatis. ad fin.23.q.2.cap.1. in uersi. cum igitur. ubi glo.Io.And.Ancha.nume.2.& cæteri de homi.lib.6. unde inquit Aug. quod ipsa iura humana per Impe. & Rectores seculi Deus distribuit humano generi.c.quo iure.distin.8. scriptũ est enim, Cor Regis in manu Dei est, & ubi uoluerit inclinabit illud, ut habetur i epistola inter claros. C. de sũma Trini. & late comprobat Boer. de authorita.magni consi.nu.127.cũ seq.

Vnde

Vnde Saluator noster ait, Qui uos audit me audit, qui uos spernit me spernit. Luc. 10. Nam & si illud dictũ fuerit Apostolis, tamẽ indistinctè Petrus Apostolorũ Princeps. 1. 2. inquit, subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi tãquàm præcelléti, siue Ducibus tanquàm ab eo missis ad uindictam malefactorũ laudem uero bonorum. cap. solitæ. in prin. de maio. & obe. c. magnum. 11. q. 1. & Paulus ad Titum 3. admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. & rursus latius, & clarius ad Rom. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo (subdens) itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistũt ipsi sibi damnationem acquirunt. &c. c. qui resistit. 11. q. 3. c. omnis anima. de censi. Ergo qui non obedierit Principi morte moriatur. cap. 2. ubi cano. omnes de maio. & obed. cum alijs in

44 proposito adductis infra nume. 181. Et idcirco ut dictum est, ubi leges iustæ sunt, seruandæ sunt etiam in foro conscientiæ, ut ex Theologis probat Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. & 2. 2. q. 60. articu. 5. Archiep. Floren. 1. par. titu. 18. c. uni. §. 2. Summa Asten. lib. 1. tit. 46. articu. 7. uersi. nunquid lex humana. Siluest. uer. lex. num 9. Tabie. eo. uer. lex. nume. 24. quod & aperte docet Alfon. à Castro de l. pœna. lib. 1. c. 4. in 6. & 8. argumen. suæ conclu. & bene declarat Domi. Soto de iusti. & iu. lib. 1. q. 6. articu. 4. Et ex cano. in primis extat glo. celebris in c. quæ in ecclesiarum. gl. 1. dicens, tam iure fori, quàm iure poli. quam ad hoc ibi no. Bal. Barba. Felin. Dec. & alij de constitu. Io. And. in c. quanquam. ubi Anch. quoque num. 9. & alij scriben. de usu. lib. 6. quod & uoluit Inno. in rubri. de consuetu. ad fin. Ancha. in regula possessor. num. 14. de reg. iu. lib. 9. tradd. Anto. de But. & Abb. in c. quia plerique. nume. 7. de immun. eccl. Abb. in procem. decre. rex pacificus. nume. 4. & in c. 1. nume. 9. Felin. 44. cum seqq. Dec. lect. 1. nume. 18. & post alios Bero. nu. 223. cum multis seqq. de constitu. & late comprobat Fede. de Sen. in consil. 21. & consil. 131. per totum Sarnen. in c. 2. in prin. num. 15. & nume. 35. de constitu. lib. 6. & Alcia. qui attestatur, quod in hoc concordant omnes Theologi in c. nouit. sub nume. 35. in uersi. tertia fuit princ. opin. & nume. 36. de iud. & in præcisis nostris terminis. Couar. in c. cum esses. nume. 9. de testamen. & in epito. de sponsa. par. 2. cap. 7. §. 7. nume. 9. Et probant Legistæ omnes, & in terminis Bal. in conf. 285. col. 1. uersi. nec aliter uidetur dicendum. col. 3. & in l. cũ quis nume. 14. C. de iu. & fac. igno. & in auth. ingressi. col. 5. uersi. nam regula est. C. de sac. eccles. & in proœ. feu. nu. 5. & 6. & in l. pen. §. illo. ubi quoq; Pau. de Cast. & Alex. C. de necess. ser. hær. inst. Pau. de Cast. in rubr. ff. de acqui. hære. nume. 4. ubi dicit ita tenere Theologos, & ibid. late Ias. nume. 24. cum sequen. Alexan. conf. 209. nu. 8. uolum. 2. & conf. 119. num. 17. uol. 6. Ruy. conf. 4. num. 11. uolu. 5. Ias. consil. 191. nume. 3. uolum. 2. & in terminis idem late Ias. in cõs. 67. in uers. ad idem facit, quia ẽt in foro conscientiæ. uol. 3. & in d. l. nemo potest. lec. 2. nume. 105. & latissime in d. l. repetitio. Io. Annibal. nume. 145. cum alijs seqq. usque 164. ff. de leg. 1. Cagno. in rub. ff. de orig. iu. nume. 27. & sequen. & in l. si quis maior. nume. 163. C. de transac. Fortu. de ult. fi. in 16. prin. illatio. nume. 186. cum aliis plene congestis per Tiraquel. de ll. connubia. l. 16. glo. 4. nume. 20. & in præfa. retract. lignia. num. 73. aliàs 74. in uers. uerum

Corn.

Corn.& in præcisis terminis Fernan. Vasq.de success.crea.§.2. nume.7. & Mantica de coniect.ulti.uolunt lib.2. titu.14.nume.1. Hæc tamen conclusio præter alia not.limitatur, & declaratur, ut infra in proposito late nume.104. & aliter ut supra cap. proximo.nume.73. & late per Abb. Felin. Dec.& Bero.supra allegatos in d.c.1. de constitutio.

45 Et idcirco quemadmodũ scriptus hæres potest tuta conscientia,ut superius ostendimus,ex tali testamẽto minus solenni duobus tantum testibus munito bona retinere, ita è cõtra hæres ueniens ab intestato tuta cõscientia poterit in hoc casu ea à scriptis hęredibus auocare,& si ab eo possideantur pariter retinere iuxt.late adducta supra nume. 40. hæc enim non sunt inter se contraria, aut aduersa, ut putauit Couar.in d.c.cum esses.sub nume.10.in uersi. sexto.& in relect. regulæ peccatum.par.2. §. 3. ad fin. ibi quamobrem miror.de regu.iu. lib.6. sed quodlibet horum uerum est,& simul optima ratione conuenire possunt iux.communem opin. quæ uera est,ut distinguendo declarat Alex. in d.l.nemo potest. nume. 23. & 24. & Ias.d.consi.67.col.fi.in uersi.non obstant.uolum.3. & bene declarat Fernan.Vasq.de succes.crea.d.§.2.nu.18. Nam & ut hoc silentio non prætermittam,potest quis,tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ,de quo ad præsens agimus credere aliquid uerum esse ad unum effectum , & itidẽ idem non credere quo ad alium effectũ,ut pluribus exemplis luce clarius probat, & in proposito multum not, declarat doctis. Doctor Nauar. in c. si quis autem.nume.102. & pluribus seqq.usque 115.de pœniten.distin.7. Itaque poterit scriptus hæres in proposita facti specie credere illam uere fuisse uoluntatem testatoris qui ipsũ fecit hæredem ad effectum licite in conscientia bona hæreditaria retinẽdi, & tamen ueniens ab intestato poterit id non credere ad effectum excludendi hæredem scriptum, ut supra; quæ omnia hactenus ab alijs non ita declarata reperies; & ita pariter hæc conclusio declarari debet,ut dictum est supra de scriptis hæredibus. num.37.in uersi.sed tamen.uidelicet nisi uenientes ab intestato haberent

46 cõscientiam læsam, & erroneã quam deponere non possent, prout in terminis bene declarat Alexan.in d.l.nemo potest.col.pen.in princ.uersi. nisi tamen ueniens ab intestato. & per late adducta supra par. hac 3.cap.1.nume.37.

47 Prout etiam nisi scirent pro certo uoluntatem testatoris, quod uoluerit bona sua peruenire ad hæredes scriptos, & quod nulla fraus in huiusmodi testamento interuenit,quia tũc non possent retinere bona absq; peccato mortale, nec ea à scriptis hæredibus auocare in hoc foro conscientiæ sub solo prætextu omissæ solennitatis,prout nec posset hæres scriptus, aut legitimus, quisque bona possideret,recusare soluere legata,ubi certi essent de uoluntate testatoris sub eo tantum prætextu, quod in ea non interuenerit solennis numerus testiũ, aut alia solennitas iuris positiui, puta registrationis,prout in terminis quæstionis Cald.ut tradd. Ang.in §.si uero expressim.in auth. de hære. & fal. Abb.in d.c.quia plerique. nume. 42. cum seq.de immuni.eccl.& in c.cum esses. 2.lec.num.7.& sub nume.10.de testamen.Ripa in d.l. nemo potest.nume.101.Rube.Alexandri.consi. 107. nume. 2.Neuiza.consi.26. nume. 13. Port.consil. 12.nume.14. & latissime Fernan.Vasq. de success. crea.d. §. 2. nu.9.

nu.9.& seq. Alcia. in l. quinq; pedum. nume.15.C.fin.regun.& in conf. 53. nume.12.tomo 3.lib.9. & consi.157. nume.6.eo. lib.9. late quoque Alcia. in d.c.nouit. nu. 29.& 30.cum seqq. de iud. & nouissime quoque Francis. Mantica d.lib.2.titu.14.nume.27. & ex Theologis hoc uoluit Silue.uer.testamentum.1.q.5.ad fi.uers.quartum. ubi secundum Archi.& ueritatem(ut is dicit) si quis sanus, uel infirmus sanæ mentis non uiolentatus, nec circũuentus, sed liber disponit de rebus, quibus potest per scripturã, aut uerbo solum sine notario,& testibus debitis, standum est huic dispositioni in foro conscientiæ,& hæredes, quibus de hoc cõstat certitudinaliter ad hoc tenentur in foro animæ iux. cap.ultima uoluntas.13.q.2.quamuis aliter dicendum sit in foro causarum, ut ibi per eum; non enim potest omitti ultima uoluntas citra læsam conscientiã, ut est tex. melior de toto corpore iuris ciuilis in l.militis.cum gl.uer.conscientiam.ubi not.Bald.C.de religio. & sump. fune.ad idem quod idem Silue.post Anto. de Butr. & alios firmat in uer.alienatio. sub nume. 12. cum quo consentit Adria.quolib.6. art. 1. relat. per Domi.Soto de iust. & iu.libro 4.q.5.articu.3.in princ.& Couar. alios quoque citans in d.c.cum esses. sub nume.5.in uersi. postremo. de testamen. ubi attestatur de communi, quibus accedant late trad. infra nume.105.cum seq.

48 Hoc enim testamentum minus solenne de iure positiuo in quo interuenit libera uolũtas testatoris ualidum est de iure naturali,& arctat,& obseruari debet in foro conscientiæ, ut late supra hac par.cap.1.num.45.& cæteris seqq.usque ad fin. & inde oritur naturalis obligatio, ut ibi nume. 55. & latissime cap.2.nume.3. cum seqq. unde ut dicunt Abb.in d.c.cum esses. lec.2.nume.7.Fernan.Vasq.& plures ex proxime allegatis. nume. 47. om-

49 nis qui certus est de uoluntate testatoris,& illi contrauenit sub prætextu quod non interfuit solẽnis numerus, aut alia solennitas de iure positiuo requisita, peccat mortaliter, prout etiã uoluit Ange.in l.pen.§. illo. nume. 3. & sequen.C.de necess.ser.hær. instit. Corn.consi.119.nume.34.uolum. 2. late Alcia.d.c. nouit. nume. 29. cum seqq.& aliis in locis proxime allegatis Boer.decis.249.nu.19. post med. uersi. & peccat mortaliter. & post alios per eum relatos late etiam Lud. Zun. qui attestatur,& probat hanc esse communem,& ab ea non esse recedendum in respon.pro uxo. num.41. cum seqq. quibus addo supra in terminis adducta par. 1. cap.3. nume. 8. cum sequen. & idcirco contra eum

50 qui certus est, ut supra potest procedi per uiam denunciationis euangelicæ, ut per Ang.Corn.& Alcia. proxime allegatos Gemi.in consi.49.nu.1. & 2.Iason l.cum quis. nume.14.C. de iu. & fac. igno. Ripa in d.l. nemo potest.nume.98.Imo.in d. c. cum esses. col.fin.post Anto.de But.quem ibi refert Abb. sub nume. 8. ad med. & est cõmunis, ut attestatur Fernan. Vasq. de success.crea.d.§. 2. nu. 17. quamuis ipse ibi,& Couar. in d.c. cum esses.sub nume.10. in uersi. octauo. & in regula peccatum.par.2.§.3. nu. 9. & sequen. contrarium uoluerint, sed tamen à communi non est recedendum, quia communis est, & uerior; prout ultra præmissa, inde luce clarius comprobatur, quia ex tali testamento, ut proxime dictum fuit oritur

51 naturalis obligatio proficiscens ex libera uoluntate testatoris, quæ licet in foro causarum non mereatur executionem, tamen ratione peccati ad illã

obser-

obseruandam competit uia denũciationis euangelicæ, ut per Imo. proxime allegatum iux. trad. per Inno. in d. c. nouit. & Bar. in tract. ad reprimen. in uer. denunciationem. sub num. 10. ubi indistincte concluditur eam com petere ubicunq; adest naturalis obligatio proficiscens ex consensu, ut in pacto nudo, & similibus, prout etiam per Anch. in regula possessor. col. 10. sub num. 19. in uersi. quo ad factum. de regu. iu. lib. 6. & Abb. in cap. si. nume. 22. de præscript. & in d. c. nouit. nume. 49. in addi. & supra cap. proximo. nume. 67. circa quod uide not. Theoricam Bald. in auth. ad hæc sub num. 8. uersi. sed ponamus. C. de usu. ubi in effectu uoluit, quod etiam sta-
52 tuto talis naturalis obligatio est consensu proueniens prohiberi non possit per quæcunque uerba loquatur, siue fingendo, siue disponendo, quia authoritas statuentium non potest eneruare naturalem rationem, & ipsam ueritatem, nec ipsam ueram iustitiam abolere, in qua fundatur euangelica denunciatio, ut ibi latius per eum.

Est præterea circa prædicta aduertendum, quod ubicunque testamentum esset conditum iux. formam d. c. cum esses. cum duobus tantum testibus adiuncto parocho in locis, ubi seruandum esset ius canonicum, licet id minus solenne esset de iure ciuili, non tamen competeret uia denunciationis euangelicæ, eo quia tunc cõ peteret remedium ordinarium in fo-
53 ro fori, quo casu cessat istud extraordinarium, & subsidiarium denunciationis euangelicæ iux. l. in causæ. la secunda, in prin. ff. de mino. l. quædam. in prin. & ibi no. doc. ff de eden. & l. in prouinciali. ubi latissime Bar. Alber. & cæteri. ff. de no. opc. nuncia. & in terminis post Inno. Host. & Io. And. in d. c. nouit. trad. Bar. in d. trac. ad reprim. uer. denunciationem. nume. 9. Bal. in auth. ad hæc. C. de usu. num. 6. Ancha. in regula ea quæ. nume. 15. & 16. de reg. iu. lib. 6. de quo late & docte Doctor Nauar. doctissimus in relectio. d. cap. nouit. notabili sexto. nume. 22. de iud.

54 Præterea est multum caute animaduertendum, quia uidetur multum difficile, & penè impossibile in terminis quibus loquimur obtinere per hanc uiam denunciationis euangelicæ, siquidem non satis esset probare liberam, & nudam hanc uoluntatem testatoris per duos, tres, aut plures testes, minus tamen septem à iure requisitos, cum possit ueniens ab intestato tuta conscientia illis fidem non adhibere cõformando suam cõscientiam cum conscientia legum, ut late supra nume. 38. & multis seqq. declarauimus, adeoquòd non posset per hanc uiam obtineri, nisi adiũctis alijs quibusdam manifestis indiciis, ex quibus liquido constaret ipsum hæredẽ legitimum ab intestato habere certã scientiam de uoluntate deliberata & sincera testatoris, & ita bona cũ peccato retinere, aut saltem cum conscientia erronea iux. trad. per Bart. in d. uer. denunciationem. nume. 17. in fi. cum seqq. Inno. Io. And. & cæteri in d. c. nouit. ubi Abb. no. & latissime nume. 53. cum seq. & Bald. in d. auth. ad hæc. num. 6. & 7. quod qualiter constare possit nimis uidetur difficile, imo ut dixi penè impossibile, cũ semper possit denunciatus negare se habere talem conscientiam, & certam scientiam de intima, & sincera uoluntate testatoris, & quod illa absque ul-
55 la seductione, fraude, & dolo processerit, cum in animæ iudicio standum sit solius dicto ipsius denunciati, ut dicunt Inno. & cæteri proxime allega-

ti

ti iux.c.significa. el. secundo. de homicid.& c. tua nos. cum ubique not. per glos.& doct. de sponsa.& glos. in clemen.1.in fi.in uer. quàm cito commode.de pœn.saltem accedente eius iuramento, ex quo non sumus mere in foro pœnitentiali, in quibus termi nis procedunt doctr.proxime allegatæ,prout & loquuntur,& declarat gl. not.in cle.1.uer.habita.in fi. de priui. stabitur ergo eius dicto saltem, ut dixi cum iuramento de his quæ ab eius animo, & de secreto conscientiæ dependent iux. text.in c.in lectum.iuncta glo.34.q.2.& in c.præsentium.de test.in c.pastoralis.de except.& in c.si uero.el secondo,ubi glo.allegat concordan.de senten. excommu. & opt. glo.in c.significasti. el primo,ubi late Felin.de homicid.& gl.in c. proposui sti.82.distin.cum aliis allegatis per Felin.Bar.in l.inter omnes.§.recte.nu.2. ff.de furt. & alibi passim, ut latissime per Ias.in §.sed iste.num.88.cum pluribus seqq. instit. de actio. præsertim quod etiam in casu certo possent uenientes ab intestato licite etiam in foro conscientiæ bona retinere sequendo opi.Couar.& Domi.Soto,ut infra proxime in uersi. postremo. sub nume.56.& nume.57. cum seqq. latius ostendetur.

Sed tamen in subsidium, quando nec per hanc uiam denunciationis legatarij, & hæredes scripti contra uenientes ab intestato (bona testatoris
56 forte detinentes) obtinere possent propter difficultatem forte probationis iux.proxime adducta, possent saltem eis relicta, aut tantundem æquiualens in hoc foro conscientiæ occulto subtrahere,quia quocunque ingenio possunt sibi satisfacere non peccant iux.Bald.in l.1.nu.5.& post eum late Ias. alios cumulans, & attestans Theologos ita tenere. col.4. in uersi. aliam utilitatem. C. de testa. & Ias. in d.l.cum quis.sub num 14. C. de iu.& fac.igno. quod uerius est contra Couar.in d.c.cum esses.sub nume.10.in uersi.sexto.iux.Inno. & cæteros in c. olim.el primo,& ibi Abb. nume. 23. de restitu.spo.& gl.ordi.in c.ius gentium.in gl.1. distin.1.Bal.in l.2.nu.72. C.de ser.& aqua.& in l.1.ad fi. C.unde ui.Floria.in l. itaque. ff. dd.l. aqui. Hyppo.de Marsil.singu. 177.in uersi. item etiam ad propositum.Cagno.in l.2.num.207.ff.de orig.iu.Alex. consil.127.num.8.uolu.4.quod late comprobat Pau.de Cast.in cōsi.399.col.j. par.1.& Ancha. in regula peccatum. nume.11.ad fin.uers.sed in foro conscientiæ.in 12.col.de regu.iu.libro 6. Abb.in cap.1.sub num.7. de his quæ ui.& in cap.sicut. el terzo, nume. 15. de iureiu.Ripa in c.1.sub num.89. in uersi. tertius casus. de iud. Iul. Clar. lib.5.senten.§.furtum.uers.excusatur autem. Tiraq. in præsa. retrac. lignia. nume.70.& bene declarat Alexan.in consi.135.col.1.uol.1. & Feli.in c. 2. nume.36.in fi.de sponsa. & in c.quoniam.nume.13. de simo. late Alexan. consi.135.col.1.& seq.uolum.1. cum alijs adductis ab ipso Couar.uaria.resolu.lib.1.cap.2.nume.15.Rebuf.in l. uni.notabili 9.nume. 13. & 14. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & ex Theologis Conrad. de contract. quæst.32.& q.42. ubiq; in 2. conclu. Caieta.2.2.q.66. art. 5. in respon. ad tertium.S.Anto.par.2.titu.1.cap. 51. §.1 Pet.de Palu.in 4. senten. distin.15. q.2.ar.2.conclu.5.Silue. uer. furtum. q.13.Soto de iust.& iu.lib.5.q.3. articulo 3.col.4. in uersi. restat enim dubium. usque ad fin. & alii quos refert Couar.proxime allegatus. Prout etiā qui bonum ius fouet in causa principali potest uti cauillationibus pro illius defensione,dum tamen abstineat à men-

à mendacio, ut præter Abb. in d.c. 1. nume. 7. de his quæ ui. Marsil. & Tiraquel. proxime allegatos est glos. ordi. & communiter approbata in c. cupientes. uersi. malignantium. de elect. lib. 6. in c. dominus. uersi. ex insidijs. 23. q. 2. Dec. in consi. 690. nume. 3. & in l. ea est natura cauillationis. num. 2. & 3. ubi latius Cagno. num. 12. & 13. cum seqq. ff. de reg. iu. & post Imo. in cap. 1. ad fi. de mutu. petitio. bene declarat Alex. in l. qui totam. nume. 2. & 3. cum seqq. ff. ad trebel.

Postremo est maxime aduertendũ, quod licet uerum sit ut supra firmaui mus iux communem nume. 47. cum pluribus seqq. uenientes ab intestato peccare mortaliter contraueniendo uoluntati testatoris, illamq; oppugnã do sub solo prætextu omissæ solennitatis numeri septẽ testiũ, aut similis, quam tamen ipsi pro certo compertam habent, nihilominus licite in foro conscientiæ, & absque ullo peccato poterunt illam oppugnare adhærendo contrariæ opin. quam etiam in casu nostro tenent, & firmant per plura non leuia fundamenta Domi. Soto maximus Theologus de iust. & iu. libro 4. q. 5. articulo 3. & doctissimus Cano. Couar. in d.c. cum esses. nu. 6.

57 cum seqq. de testam. quia in huiusmodi actibus moralibus, ubi adest uarietas opinionum inter doc. licet eligere opi. quam quis uult iuxt. tradd. per Cano. communiter in c. ne innitaris. ubi post alios Felin. nume. 5. & Dec. lect. 2. in fin. de constitu. Silua nuptiæ. lib. 5. sub num. 74. late Cora. de com. opi. lib. 2. titu. 9. nume. 172. Nauar. in suo manua. confes. cap. 27. num. 286.

58 nec peccabit is qui unam elegit, licet post ea appareat contrariam opi. fuisse ueriorem, & illam, quæ tenebatur non [illegible] tam falsam esse. iux gl. no. ibique Abb. in cap. capellanus. num. 6. de fer. Silua nuptia. lib. 6. nume. 4. & nume. 7. Alexan. in consi. 1. nume. 9. uolum. 2. Ias. in l. cum prolatis. num. 16. ff. de re iud. Marza. in materiam fideicommis. pag. 18. in fin. in uersi. illud tamen est tenen.

59 Et late Silue. in uer. opinio. nume. 1. & licet in foro contentioso, ubi est diuersitas opin. inter doct. sit eligenda communis quando de communi apparet iux. latissime per nos adducta supra par. 1. cap. 16. nu. 50. quod etiam in foro conscientiæ dicit procedere Cora. de com. opi. lib. 2. titu. 8. nu. 17. cum hoc etiam teneant Summistæ, ut ibi per eum, prout de communi apparet in terminis istis de quib. nũc loquimur, ut supra nume. 47. tamen in foro conscientiæ ea non est necessario sequenda, sed in hoc foro ad effectum non peccandi sufficit pro uera eligere unius opi. quem merito cẽsemus uirum ad id idonea scientia, & conscientia præditum, ut not. declarat huius qualitatis prædictus eruditissimus Nauar. d. cap. 27. nume. 288. in fin. & seq. cui adde Tabie. uer. opi. sub nu. 4. in uersi. sexto. quicquid dicat Cora. proxime allegatus.

60 Ergo, ut diximus contra hanc nostram declarationem communiter approbatam per plura fundamenta tenent doctissimi Couar. & Domi. Soto proxime allegati ante nume. 57. firmantes hæredes legitimos ab intestato uenientes posse licite in foro cõscientiæ retinere bona testatoris, & ea à scriptis hæredibus auocare etiã quod certo compertam habeant contra se uoluntatem liberam testatoris, eo quod iure legitimo (quod obseruandum est in foro conscientiæ) testamentum deficiat, ubi in eo solennis numerus testium adhibitus non fuerit, quinimo in hoc casu secundũ Couar. hæredes scripti, & legatarij, ua-

uis

uis & ipsi habeant pro se compertā, & certitudinaliter cognitam uoluntatem liberam testatoris, non poterunt in foro conscientiæ bona eis relicta retinere, sed ea legitimis intestati hæredibus restituere tenebuntur, ut per eum in d.c. cum esses. num. 10. quamuis in hoc ultimo minime consentiat Domi. Soto. d. articu. 3. col. pen. in uersi. nunc igitur.

Verum sustinendo nostras supra firmatas communes conclusiones, ad fundamenta in oppositum per Couar. & Dom. Soto adducta opus est re
61 spondere, quibus absolutis remanebit pariter absoluta totius huius nostri tract. disputatio. Ad primum igitur, quod leges ciuiles, quæ huiusmodi testamētum minus solenne ex defectu numeri testium reddant ipso iure nullum, sint ualidæ, & consequenter seruandæ in foro conscientiæ, ut supra nume. 38. 39. & pluribus seqq.
62 respondetur. Primo, quod argumen. non concludit nisi quo ad ualiditatē actus in foro fori, quia lex non prohibet, quod quis aliter non testetur, nisi cum solenni numero testium, sed testamenta aliter facta non approbat, & ita illis non dat fomentum in foro fori, ut late supra par. 1. cap. 3. nume. 65 66. & pluribus seqq. & supra cap. proximo. num. 55. & multis seqq. & idcirco nihil obstat, quin seruandum sit in foro conscientiæ, ut patet ex his quæ late tradidimus supra hac par. cap. 1. num. 45. & multis seqq. usque ad fin. ubi ostendimus, quod huiusmodi testamentum, licet sit nullū de iure positiuo, tamē cum in eo adsit liber, & spontaneus consensus testatoris, ualidum est de iure naturali, & idcirco seruandum est in foro conscientiæ in quo attenditur ueritas iuris naturalis, omissa quacunque solennitate iuris positiui, ubi certum est, quod in eo actu cessant fraudes, & deceptiones propter quas uitandas lex ciuilis eas solennitates introduxit, & idcirco in casu isto non attenditur, nec arctat lex positiua in foro cōscientiæ, ut late per Felin. in cap. 1. nume. 39. & 40. de constitu. & latius supra d.c. 1. nume. 47. & nume. 48. cum multis seqq. usque ad fi. præsertim, quod lex positiua in casu isto annullans testamentum ex defectu omissæ solennitatis testium etiam ubi clare constet de uoluntate testatoris, puta ex confessione partis, uel aliter quis de ea certus est iuxt. late trad. supra nume. 19. cum pluribus seqq. uidetur nimis rigorosa, & fouere lucrū odiosum uenientibus ab intestato contra naturalem æquitatem, & idcirco minime seruanda in foro conscientiæ, ut per Abb. sing. in c. filius noster. nume. 3. de testam. & infra num. 104. latius declarauimus.

Præterea ad fundamentum istud respondetur, ut per magistrum Michaelem Ordinis Carmelitarum uirū profundæ scientiæ, & optimæ conscientiæ, quem in proposito refert & sequitur Ancha. in d. regula possessor. colu. 12. de regu. iu. lib. 6. uideli-
62 cet quod in lege duo attenduntur, litera, & intentio legislatoris, quarum principalior est intentio legislatoris, cum uirtus legis in mente principaliter consistat. l. non dubium. ubi Bal. not. & post eum Ias. in primo notabili. C. de legib. l. scire leges. iuncta glo. & l. contra legem. ff. de leg. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. l. in contentionibus. ff. de uerbo. signifi. l. sed Celsus. §. si fundus. ad med. ibi, potius id quod actum, quàm id quod dictū sit sequendum est. ff. de contrah. emp. l. fi. ad med. ibi, cum sit iustum &c. C. quæ res pigno. l. promittēdo. in prin, ibi, magis enim res, quàm uerba intuenda.

tuenda sunt.ff.de iu. dot. l.3. ibi, non quod scriptum est, sed quod gestum inspicitur. C. plus uale. quod agi.l. si quis id quod. ibi, edicti quidem uerba cessabunt &c.ff.de iurisd. om. iud. l.sed Iulianus.§.mutui. ff.ad macedo. l. cum hic status. §. oratio. in uersi. si sponsus sponsæ.ff.de iu. dot.l. fin. ibi, incidit quidē in uerba &c.ff. qui pet. tuto.l.scire.§.aliud.ibi, sed & si maxime uerba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud uult.ff.de excu.tut.l.Gallus.§. & quid si tantum.in fin.ff.de lib. & post.l.3.§. cōditio.ibi,sed melius est sensum magis,quàm uerba amplecti.ff.de adim. lega.l.filiū.§. uideamus. ibi, quamuis edicti uerbis &c.ff.de bon. poss. con. tabu.l.si quis adulterium.ibi,ex sententia legis tenetur,quamuis uerbis non contineretur.ff.ad l.Iul.de adul.& diuus pius rescripsit sententiam magis sequendam esse,quàm scripturam. in l.diuus.ff.de fal.& l.impuberē. §. qui liberti.eo.titu.l.1.§.incidit.ad fin. ibi, non ex uerbis, sed ex sententia.ff. ad turpilia.l.2.in uersi. sed ut subtilitati. C.de constitu. pecu. prior enim atq; potentior est,quàm uox mens dicentis.inquit Celsus in l. Labeo. in fin.ff. de supellec. leg. unde uerborū interpretatio nusquam tantum ualet, ut melior sensu existat. l. 3. ubi præter alios late Ias.C.de lib. præte. non ergo oportet ius ciuile calumniari, nec eius uerba captare, sed qua mente, quid diceretur animaduertere. inquit Paulus I.C.in l.pe.ff.ad exhiben. & idem Paulus in l.ubi pure. §.1. ibi, nec uerba senatusconsulti spectātur, sed sententia.ubi bene Ripa nume.4. & 5.ff.ad trebel.bonus tex.in c.sedulo.38. distin. melior in cap. marcion. & basilides.1.q.1.optimus in c.humane aures.22.q.5.ubi refertur Gregorius dicens, quod non debet quis uerba considerare, sed uoluntatem,& intentionem, quia non debet intentio uerbis deseruire,sed uerba intētioni. c.secundo requiris.de appella.& in c. in ijs.in fin.de uerbo.sig.& alibi idem Gregorius,rogo non uerbum ex uerbo, sed sensum ex senso transferri, quia plerunque dum proprietas uerborū attenditur,sensus ueritatis amittitur.cap.propterea.eod.titu. de uerbo. sig. & Beatus Hilarius inquit intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia nō sermoni res, sed rei est sermo subiectus.c.intelligētia.itidem.eod.titu.de uerbo. signi.c. si postquam.ibi, sed etiam ex sui mente.ubi bo.glo.& late Ancha.& alij de elect.lib.6.clemen.1. in uersi.uerum, quia sepefatus H. ibi, non uirtutem, & mētem, sed nudum uerborum insectans corticem sensumque confundens.de iureiu.& per trad.Ang.in cōsil.389.sub nume.2.Abb. late in consi.75.num.6.ad fi.cum seq. uolu.1. & per Dec.in l. semper in stipulationib. ff.de regu.iu.& infinita cumulat Tiraquel.in l.si unquam. uer. libertis. nume.47.& 48.cum alijs seqq.C.de reuocan.dona.& quo ad ultimas uoluntates latissime supra par. 1. cap.3. nume.37. & 38. cum seqq. Cum igitur conscientia debeat se legibus conformare,ut ipsi Couar. & Domi.Soto testantur; sequitur quod recta conscientia debet se potius conformare intentioni,quàm literę,prout etiā sic oportet facere in l.Diuina,quæ non minus obligat,quàm ciuilis,& hoc est quod intendit Apostolus 2. ad Corinth. 3.
64 litera occidit, spiritus autē uiuificat;
65 nam & is dicitur seruare legem, qui eam adimplet secundum sentētiam, licet eam non adimpleat secundum uerba, illam infringit qui eam infringit secundum intentionem,& sententiam, licet non secundum uerba iux.

tex.

tex.in c. fi. & ibi Dyn. de reg.iu.lib.6. & d.l.non dubium.in princ.ubi Bal.& Ias. proxime allegatus not. quod uirtus legis non consistit in uerbis, sed in mēte. Nauar.in rub.de iud.sub nu.75 uers.quare certo credo.& opt.in simili proposito Asten.lib.5.ti.28.ar.3.q.j. ad med.ibi praecepta iuris positiui. & quia solennis numerus septem testiū à iure positiuo principaliter est introductus, ut malitijs & fraudibus obuietur, utq; uoluntas clare cognoscatur, & cognita obseruetur, & suum sortiatur effectum, ut probat tex.in l.fin.C. de fideicō. cum latissime adductis supra par.1.c.3.nu.36.37. sequitur quod uoluntas testatoris, de qua clare constat obseruari debet etiam si scriptura testamenti solennitate iuris careat, quia sic obseruatur principalis intentio legislatoris, ut latius per Ancha. proxime allegatum in d. regula possessor.col.12.de reg.iu.lib.6.

66 Quibus secundo non obstat quod lex, ut inquit Do. Soto accidentarios casus non respiciat, sed eos qui ut plurimum contingunt. l.iura constitui.cū tribus seqq. ff. de leg. quod & nos latissime ostendimus & comprobauimus supra par.1.c.3.nu.44.cum pluribus seqq.& consequenter licet solennis numerus testiū sit introductus ad obuiandū fraudibus, & fraus in aliquo casu particulari cesset, non tamen cessare debeat eo casu legis uinculum, quod pluribus exemplis nititur cōfirmare Dom.Soto de quibus infra particulariter erit discutiendum.

Et confirmatur fundamētum, quia cum lex sit posita uniuersaliter & in communi, non autem in aliquo casu particulari. l.1.& l.iura.non in singulas.ff.de leg.c.erit autem lex.4.dist.& probat Dom. Soto de iust. & iu.lib.1. q.6.artic.1.cum aliis late adductis supra par.1.cap.3.nu.44.& nu.56. nec

67 eius ratio tendat ad aliquem particularem finem, idcirco non sat est, quod causa, ratio, & finis legis cesset in aliquo casu particulari, ut deficiat uis legis, sed opus est, ut cesset in communi & uniuersaliter, ut per Dom. Soto in d.lib.4.q.5. art. 3. in 2. ratione suae opi.& in solu. ad argumenta partis cōtrariae, & late per Couar. in d. c.cum esses.nu.8.ad fi.& seq. quod firmat & late probat Sarmien.olim Rotae auditor praestantissimus Selec. interpre. lib.3.c.12.num.8. per totum. idemq; Dom.Soto de iust.& iu.lib.1.q.6.arti. 8.col.fi. in uers. quod si scisciteris; ex quibus nituntur soluere aliud nostrū principale fundamentū huic fere aduersum, dum dicebamus, quod ubi cessat in aliquo casu particulari fraus, & deceptio, propter quas uitādas lex introduxit in certo actu aliquas solennitates, puta in terminis testamenti, de quib. est principalis sermo noster, solennem numerum septem testium, & adest liber consensus testatoris, tūc in foro conscientiae ualet actus omissa d. solennitate, & sic eo casu cessat legis uinculum, ut latissime supra hac par.c.proximo.nu.47.& seqq. non.n. sufficit, ut ipsi Dom.Soto, Sarmien.& Couar. dicunt causam legis in particulari cessare, sed opus est, ut cesset uniuersaliter ad hoc ut cesset. l.dispositio, prout ante eos uoluit Bald. in l. nō dubiū.sub nu.7.C.de leg.& in l.1. lec.1.col.j.in uers.in ea.gl.ibi, sed impulsiua.ff.de fer. & Bald. refert & sequitur Alex.in consi.32.sub nu.6. ibi per quam l.etiam dicit Bald.uolu.7.& Aret.in l.2.ff.de uulga.& pupil. subst. quem refert & sequitur Tiraquel. cess. can. cau. limit. 32. & idem Tiraquel. limit. 7. & limit. 9. ibidem. Aym. in consi.192. qui loquitur in praecisis terminis quaestionis propositae. nu.21.ad fi. Mantica de coniec. ult. uolun. lib.2.

cit.14.sub nu.15.uers.secundo. & uoluit Caie.sup 2.2.q.120. per plura fũdamenta, quæ refert doctissimus Nauar.in sua famigerata relec.cap.nouit, de iud.in rub.sub nu.72. in uersi.decimum octauum. & fuit opinio antiquorum, quos refert Innoc.in c. quia plerique.in fi. ubi Anch. Ant. de But. Card.& late post alios Abb. num.38. 39. de immu. eccle. quos ad longum refert, nihil tamen firmans Tiraquel. eo.trac.cessan.cau.par.1.nu.169.usq; 174.sed & id firmat Fortu. de ult.fi.ll la. 15.& 16. quem refert & sequitur Couar.proxime allegatus,& idem Couar.in epito.de sponsa. par.2.c.6.§.9. nu.8.unde in hoc casu particulari,ubi cessat ratio legis, nihilominus opus est dispensatione superioris,qua opus non esset si in eo casu cessaret uinculum iuris,ut concludit Couar. ibi, & late etiam Dom. Soto de iust. & iu. lib.1.q.7.art.3.& eo.lib.1.q.6.ar.8.& Sarmien.supra proxime allegatus sub d.nu.8.in uers. & hoc manifeste apparet.prout etiam respectu fori contentiosi, hæc omnia quoque deduximus supra par.1.c.2.nu.32.& 33.

Hoc inquam fundamentum quod Dom. Soto. & Couar. ubiq; solidissimum arbitrantur, parui est ponderis, & momenti, hæc enim fuit antiqua quæstio,de qua in terminis huius fori conscientiæ per Inno. in d.c.quia plerique.ad fi.& cano.omnes,& præsertim Abb.nu.38.& seq.ex cuius dictis potest colligi responsio, & firmari cõclusio contra Couar. & Dom. Soto. Sarmien. & alios proxime allegatos;

68 nam & si lex sit uniuersaliter posita,& in communi, tamen applicatur ad casus particulares, ut docet Caiet. ad Thom. super 1.2. q 90. artic.2.& id-

69 circo quemadmodũ uerbis legis cessantibus in casu aliquo particulari cessat legis dispõ.l.4.§.toties.ibi, si sit cui denuncietur.ubi Pau.de Cast.& cæteri.ff.de dam.infe.l.hos accusare. §.oibus.ff.de accus.cum mille sim. allegatis per copiosissimum Tiraq. in l.si unquam.uer. libertis.nu.2. C. de reuoc. dona.& per nos sup.c.10. nu.148. &

70 149.ita quoq; legis ratione,aut causa cessante in casu particulari cessare debet legis dispositio, ut probat tex.in l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis.ff.de iu.patr. & uidetur tex. in c.& si Christus.ad fi.uers.quemadmodum ergo Paulus,licet Couar. eũ in contrarium adducat, de iureiu.ad idem.c.cum cessante.ubi cano.de appel.& c.post translationẽ.in uersi.cæterum.ubi glo.in uer.cessante.allegat concordan.de renuncia. latissime Nico. Euerar.in locis lega.centu.85.per totam. cum mille etiam sim. adductis per eundem Tiraq. cessan. cau. par.1. nu.125.& per nos supra par.1.cap.2. nu.34.præsertim ubi ratio est expressa iux.late trad.supra par.1.cap.10.nu. 142. cum seq. uel unica tantum reddi potest quæ habetur pro expressa,arg. l.nominatim.ff.de lib.& post.iux. glo. quæ semper ad hoc allegari solet. in l. quamuis. quam ibi summe not. Bald. Pau.de Cas.& cæteri,ubi late Ias.post alios num.6.cum seqq.C.de fideic. & pro regula firmat Bal. in l. maximum uitium. C. de lib.præt.& alibi passim, & bene declarat Pau.de Cast.in l.si uero.§.de uiro.ff.sol.mat. trad.Alex.in l. si constante.cum ibi late adductis per Rip.nu.65.eo.tit. & Ias. in auth. quas actiones. sub nu. 22.C.de sac.eccl.& Franch.per illum tex.in c.suggestum. ubi etiam Dec. in 2. not. attestans de communi & alia adducens de appel. Abb.in c. fi.nu.11. de rescri. Fel. in c. translato in fi.de constitu.& consulentes omnes cum infinitis propè congestis per Tiraq.cessan.cau.lim.21.nu.7. 8.& 9.cum seqq.ẽt in correctorijs,u

sup.

71 sup.par 2.c.1. nu.17. & prout in terminis declarat Abb.in d.c.quia plerique. nu.39. dictum enim determinatur secundum suā causam. l.ita tamē.
72 in prin.ubi Bar.ff.de adm.tut.rō enim legis est ipsa lex, unde ita disponit rō legis,prout ipsa lex, prout hæc & plura sim.copiosissime congerit Fel. in c. tua nos.n.3.de iureiu. & latius Tiraq. proxime allega. nu.133. 134. & 135. cum seqq.& per nos supra par. 2.c.9.
73 nu.24. quo fit, ut & si legis dispositio sit generalis, tamen per rationem restringatur,& è diuerso dispositio specialis per rationē generalem amplietur, ut latissime quoq; probat ibidem Tiraq. num.139. & 140.cum infinitis seqq. usq; 160. cū alijs ad hoc per nos supra adductis par.1.cap.10.nu.31.& pluribus quoq; fundamentis hæc cōprobat contra opi.Caiet. Nauar.in d. rub.de iud.nu.73.& 74.cum seqq.

Et nihilominus è diuerso quoque uidemus, quod cessante ratione, aut causa legis,non tamen cessat ipsa lex, pro quo Couar.in locis superius allegatis allegat tex. in clem. ad nostram. de hæret.ubi in uers.secundo.apparet
74 quod quamuis in homine quantumcunque perfecto cesset causa propter quam fuit institutum ieiunium, quæ est carnis castigatio,nō tamen ipse est solutus lege ieiunij. & in d. cap. & si Christus; quem nos pro contraria parte adduximus, apparet quod & si iuramēta sine causa sint prohibita, ad
75 hoc ne ex incauta iuratione periuria facile oriantur,non tamen cuipiam li
76 citum est sine ulla causa iurare, etiam si uerum iuret, cum aliis congestis per Tiraquel. proxime allegatum d. nume. 160. ex quibus patet quod uis non stat in eo, quod lex sit posita in communi, & ratio seu causa cesset in particulari,nec ne,sed aliūde ueritas,
77 & resolutio huiusmodi brocardi pendet, uidelicet à cōi distinctione inter causam finalem & impulsiuam,ut prima cessante cesset lex, & procedant primo per nos supra adducta nu. 70. secunda uero uidelicet impulsiua cessante non cesset lex, iux. secundo loco adducta nume. 74.& seqq. cum latissime congestis sup.par.1.c.2.nu.22. quam distinctionem inter causam finalem, & impulsiuam, ut supra glo. ubiq; approbat in c. quod pro necessitate.1.q.1.in c. duæ sunt. uer. propter criminosos.19. q.2. in c. post translationem.uer.cessante. ubi cano.omnes Host.in uer.impedimento.Ioan.And. Collecta. Card. Zabarel. col. fi. Abb. nu.17.& latissime Imo.nu 37. & aliis seqq.ac cæteri omnes.de renuncia.gl. in d.c.& si Christus.in gl.pen.ubi præter alios late Henr. Boic. de iureiu. in c.cupientes.in princ.uer. periculosis. ubi Io.And. & alij de elec. lib.6.& gl. quoque de iu.ciuili. in l.1.uer.occupati.ff.de fer. in l.1.§.1.uers. sexum. uer. causam.ff.de postulan. in l.si pecuniā. in glo. magna ad med. ibi (item causæ defectus). ff. de cond. ob cau. & in l.si repetendi.C.eod. in l.2. §. fin. ubi Dyn.& late Bar.& cæteri. ff. de dona. & glo.fin.in l.generaliter.C.de epis.& cler. ubi Cyn. & latissime Bald. col.2. & aliis etiam seqq. ubi refert Pet. dicen. quod ista materia fecit eum musare.glo.in l.si mulier.C. de iu. dot. & in §. illis autem . uer. adiuuantem . & ibi Ang.Aret.nume.3.insti. de milita. testam.Spec.tit.de disputa. & alleg.§. post hoc. nume.12.& de instru.edi.§. nunc autem uiden. restat. uers. item quod fuit ob causam. Io.Monac.in c. fin.ad fi.nu.4.de hæret.lib.6.late Dyn. in c.decet.& Franch. ibid.de regu. iu. eod.lib.6.Bar.in l.in omni.ff.de adop. & in extrauag. ad reprim. in uers. ne ex eorum absentia. Bald. in repet. l.iurisiurandum. col.27. in uersi.de tertia

igitur principali q.ff.de iureiu.& in l. 1. col. pen.in prin. uers.item an cessatio rationis.ff.sol.matri. & in l. fin. in prima opposi.ff.de hæred.institu.Pau. de Cast.in cons.314.col.j.par.1.Alex. in l.fi.notabi. primo.C.de edi.di. Adr. tol.Ripa in l.1.nu. 30. C.de pac.Abb. in prin. procœ. decretal. col. pen. in uersic. unde primo quæritur. Cano. omnes in cap. cum cessante. ubi post alios lateDec.in primo notabili de appel.Fel.in c.cum nuncius.col.1.de testib.Euerar.in locis leg.centu.85.uersi.sed istud debet limitari.& latissime, ut nihil ultraTiraq.d.tract.cessan.caus. limi.1. per totam. Et ista est uera, & communis in hac materia omniú distinctio,& resolutio, quicquid absolute, & minus aduertenter cótra cómunes doctr.dixerit Sarmié.uir alioquin doctiss.d.c.12. Selec.interpret. lib.3. nu. 8. quãuis quod de causa finali dictú est, ut ea cessante cesset lex, non ita absolute procedit,sed plures recipit distinctiones,& declarationes per doct.præfatos,& late refert Tiraq. d. tracta.num.160. & pluribus sequentibus par.prima.quibus postremo accedant late in proposito supra adducta par. prima cap. 2. nume. 22. & rursus nu.29. cum aliis seqq. usq; 35.

Quare reducendo prædicta ad terminos de quibus est nostra principalis disputatio,uidelicet testamenti,nó
78 solennis ex defectu numeri testium, est aduerten. quod cum ratio uitandi fraudes, & falsitates, quæ in ultimis uolútatibus facile committi possunt, propter quam lex mota fuit ad introducen. hanc solennitatem amplioris numeri testium iux.l.fi.C. de fideicó. fuerit occasio quædam, & causa impulsiua non finalis, ut late sup. par.1. c.2.nu. 20.cum seqq. idcirco ea cessante, ut puta,quia in aliquo casu res absq;fraude processerit,non tamé cessare debet.l.dispositio,prout est de natura causæ impulsiuæ iux.d.l.1.§.1. in uers.sexum.ff.de postulan.: cum latissime adductis per Tiraq.ces.cau.limi.j. nu.1.& 2.cum seqq.ut ibi nos.d.par.1. c.2.latissime ostendimus nu.22.&pluribus seqq.quinimmo etiam si hæc posset dici causa finalis, adhuc tamen ea in aliquo casu particulari cessante,nó tamen cessaret.l.dispositio annullando testamenta condita absq; solenni numero testiú,non quidé ea ratione, qua mouētur Couar. & Soto, qđ lex sit posita in communi, quæ (ut supra diximus) parú ualet,sed per alia plura per nos adducta ibi in d.c.2. num. 22.& seqq. & rursus sub nu.26. uersi. nec obst. isto casu. cum cæteris seqq. usq,nu.34.ubi uiden.est;& consequēter remanet adhuc difficultas isoluta.

79 Pro cuius uera resolutione est animaduertendum, quod licet hæc procedant in foro fori, de quo in d. c. 2. ubi supra nos loquuti sumus, tamen prout ibi aduertimus sub nu.33.secus in foro conscientiæ in quo traditur,& firmatur certa,& infallibilis regula, quod lex requirens aliquam solennitatem propter aliquem finem in certo actu adhiben. nó habet locum in eo foro ubicunq;in aliquo casu cessat ratio,& causa legis,nec contrauentú est fini propter quem lex introduxit illam solennitatem, & idcirco in foro conscientiæ ualet actus in casu hoc absq; legis solennitate,licet secus in foro fori iux.regulam illam Inn.in c.qđ sicut.de elec.ab omnib.celebratú, de qua in proposito latissime sup. hac par.c.1.nu.48.cum seqq.cui in effectu conuenit similis regula, de qua
80 per Archi.in c. utinam. 76. dist.qđ si quis transgrediatur legem præcepti, & non contraueniatur fini legis pp qué præceptú emanauit, nó incurrit peccatú mortale secluso cótéptu, qđ

alias

alias incurreret post S. Th. per eū relatū, qui hanc regulam trad. 2.2.q.147. ar.3. in resp. ad secundum. idem in 4. senten. distin. 15.q.3. ad quartam quæstionem in respon. ad tertium. & late sequitur Gemi. in c. generali. sub nu. 12. in uers. si uero pœna de elec. lib. 6. Abb. in c. quoniam contra. nu. 6. Feli. nu. 11. & Dec. nu. 17. & Bero. sub nu. 60. & 61. notabili 9. de proba. Cur. Iu. consi. 12. nu. 10. ad fi. & seq. Tiraq. cessan. cau. par. 1. nu. 18. Nauar. in d. rubr. de iud. sub nu. 74. in uers. sexto facit. bene in proposito declarat Alfon. à Cast. de lege pœna. lib. 1. c. 5. in tertio documento pag. 83. & seq. & in quinto documento pag. 90. & 91. inferrentes propterea ad præceptum ieiunij,
81 quod si quis illud transgrediatur dummodo non ex contemptu, nec cōtraueniatur fini propter quem est institutum ieiunium non incurrit peccatum mortale, ut uoluit Tho. in locis supra citatis & late Caieta. ad eum 2.2.q. 147. ar. 3. in respon. ad secundum. de quo Silue. uer. ieiunium. nu. 21. Tabie. eo. uer. ieiunium. q. 8. sub nu. 9. & summa Asten. lib. 5. ti. 28. ar. 3. q. 1. & Alf. à Castro proxime allegatus, unde dixit Arch. in d. c. utinam. quod constitutiō humana non eodē modo obliget oēs, sed prout requiritur ad finem propter quem est inducta; & consequenter ad arg. Couar. & Dom. Soto formaliter respōdetur, quod & si procedere possit in foro fori, nō tamē in foro poli, & conscientiæ, prout ēt in effectu respondet & declarat Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 17. ad fi. de proba.

Et ut res ista ac ratio diuersitatis inter forum fori, & conscientiæ patentior fiat, quia hinc pendet ueritas, & resolutio totius huius difficultatis, repetenda sunt ea, quæ supra par. 1. c. 3. à nu. 44. & multis seqq. tradidimus,
82 nempe quod finis, & principale intentum iuris ciuilis est conseruatio ciuilis societatis inter homines pro bono publico mundano, intantum quod
83 omnis lex humana quo iusta sit & ualida debet habere respectum ad bonum commune, & non ad actus particulares, quia nec possibile, nec expediens id fuisset, ut ibi late ostensum fuit, attento fine boni cōmunis, quod præcipue fit procurando quietū, & pacificū statum Reipublicæ obuiando litibus, & discordijs, quæ est præcipua cura legislatoris, iux. l. properandū. in prin. C. de iud. cum si. ibi adductis. nu. 47. & seqq. sufficit ergo pro iustitia, &
84 ualiditate legis ciuilis, quod eius rō, & dispositio sit uniuersaliter, & in cōi iusta & utilis Reipublicæ, quāuis non in quolibet casu particulari; exempli gratia in terminis præcisis testamēti, de quib. est principalis noster sermo, lex ut ibi latissime ostendimus quæ statuit in defunctorū ultimis uoluntatib. septē testes esse adhibēdos ad hoc, ut res libere absq; dolo, & fraudis suspicione procedat, ut ultimæ uoluntates morientium liberū sortiantur effectū, iusta salubris, & utilis fuit Reipublicæ propter bonū cōe, & publicam ciuiū
85 utilitatē; unde quamuis accideret aliquis casus particularis, in quo forte testator non potuisset tot testes adhibere, non tamen esset expediens sed in finē boni cōis, in quem intendit ius ciuile propter hunc casum particularē, quod in eo recederetur à forma per legē introducta, quāuis ex hoc in eo casu particulari contraueniatur uolūtati testatoris, quia alias esset præbere materiā litibus, & fraudibus ipsis, quibus lex ipsa maxime obuiare intendit, ut ibi latissime ostendimus d. nu. 44. & cæteris seqq. usq; 65. & per consequens quāuis attento iure isto propter bonum publicum introducto læ datitur aliqui singulares, & in particulari,

lari, non tamen lex pro cōi utilitate introducta uiolari debet, ut ibi nu. 53. unde quamuis lex in casu isto particulari, & eo attento dura uideatur, seruāda est iux. l. prospexit. ff. qui, & à quib. de cuius intellectu latissime Fel. in c. si quando nu. 11. & 12. de rescri. & sup. par. 1. c. 22. nu. 54. ut per Anch. in d. regula possessor. col. 1. in uers. sed antequam procedam. de reg. iu. lib. 6. nec propterea quod in casu quopiā particulari contraueniatur uoluntati testatoris & lædantur aliqui in particulari, lex communis, & quæ principaliter ad bonum cōe respectum habet, ut iniusta aut peccati nutritiua censeri debet, cum minus malum in Republica habito respectu ad bonum cōmune hoc sit, quàm propter huius, aut illius particularis casus prouisionem, præbere in uniuersum materiam liti-
86 bus, occasionemq; fraudes excogitandi, nam de duobus malis illud per quod minus Respublica ciuilis societas, & communis utilitas læderetur, eligendum fuit, ut in d. c. 3. ubi supra, præsertim nume. 54. & seq. latissime ostensum fuit.

Et hæc est uera ratio quare cum lex ab initio ex aliqua iusta & rationabili causa mota fuerit, ut in aliquo actu solennitates aliquæ adhiberētur, prout in testamentis septem testes, in aliena natione per minorem facienda authoritas tutoris, uel curatoris ac iudicis decretum. C. de præd. min. in rub. & nigro. per totum. quamuis postea in aliquo casu particulari cesset causa à lege considerata, propter quam huiusmodi solennitates introductæ fuerunt, nō tamen cesset iuris uinculū, & legis dispositio, sed lex quāuis dura sit seruanda in foro fori, quia si bene consideramus, licet cesset in hoc casu causa uitandi fraudes, militat tamen alia causa uitandi lites, non minus ciuili iustitiæ, & Reipublicæ expediens, qua attenta talis lex non potest etiam in casu isto particulari censeri iniusta, nec contra ius naturale, ut per Imo. in c. fi. sub nu. 43. & 44. de consue. & per nos latissime. d. c. 3. ubi supra, præsertim nu. 56. cum pluribus seqq.

87 Quamuis autem ut eo. cap. 3. nu. 16. & seqq. ostendimus & declarauimus, una sit tantum rectitudo legis humanæ, & legis naturalis, à qua na-
88 turali tanquam digniori, & antiquiori, iux. tex. & glo. in cap. 1. dist. 5. ius legale originem sumit & deriuatur, ut latissime probat Dom. Soto de iust. & iu. lib. 1. q. 5. arti. 2. & Fortu. de ultimo fine nume. 7. & 8. & latissime Neuiza. post alios per eum relatos in Silua nuptia. lib. 5. sub nume. 69. in uers. dicit tamen burgos. & docet S. Thom. 1. 2. q. 95. arti. 2. Io. Driedo. de liber. christ. pag. 76. in secunda sententia. est enim lex naturalis participatio legis æternæ summa Asten. lib. 1. titu. 3.
89 artic. 5. q. 2. & lex Diuina reputatur, ut supra hac par. cap. 1. num. 10. & latius par. 1. cap. 1. nume. 5. ostendimus, & declarauimus; à qua omnis lex in
90 quantum iusti quippiam continet deriuatur, iux. Augustinum relatum per Dom. Soto d. lib. 1. q. 3. artic. 3. & latissime post Thom. per eum relatum declarat Fortu. de ultimo fi. ubi supra, & nume. 55. & Sarmien. Selec. interpre. lib. 1. cap. 8. sub nume. 18. & bene Neuiz. in sua silua nuptia. lib. 5. sub nume. 69. in uersi. & idem Fortu. Io. Driedo. proxime allegatus, & tradūt canon. omnes, ubi post alios Præpo. & latissime Card. de Turre Crema. in cap. 2. distin. 1. nihilominus ratio proxime assignata per respectum ad bonum cōmune in foro fori quoad ius legale, cessat in foro conscientiæ quoad ius naturale, tum quia cum forus conscientiæ non sit forus uniuersalis,

91 salis, nec constituat ius in communi; sed sit forus singulorum, & particularis, ut supra hac par. cap. 1. in tertio præmisso. nume. 28. cum multis seqq. eius iustitia, & rectitudo non conside
92 ratur per respectum ad bonum commune, prout consideratur in lege humana, & in foro fori, ut supra nu. 82. & 83. cum seqq. sed per respectū ad casus particulares, prout etiam hanc differentiam optime trad. Fortu. de ult. fine. num. 187. Tum quia lex naturalis, quæ in foro conscientiæ attendi
93 tur, ut supra d. cap. 1. in primo, & tertio præmisso late ostensum fuit, est particulariter infixa à Deo Opt. Max. menti cuiuslibet mortalis iuxt. illud Psalmi. 90. signatum est super nos lumen uultus tui Domine. & probat Dom. Soto d. lib. 1. q. 4. articu. 1. & id-
94 circo nihil iniustum, aut oppositum charitati, & rectitudini legis æternæ, & Diuinæ in foro conscientiæ admittitur, quia ut habetur Psal. 18. lex Do
95 mini imaculata cōuertēs animas &c. tam in communi, quàm in particulari Couar. in epito. de spōsa. par. 2. c. 6. §. 9. num. 4. in fi. & quia contrauenire uoluntati testatoris de rebus suis libe
96 re disponentis propter omissam solēnitatem iuris positiui est peccatum mortale late supra nume. 47. & pluribus seqq. per consequens in nullo casu particulari in foro cōscientiæ hoc admitti debet, ut late multum quoque in proposito comprobat Cagno. in l. 2. nume. 19. 20. & 24. C. de rescin. uend.
97 Non obstat ergo ratio illa publicæ utilitatis à lege humana considerata propter quam, ut diximus, in foro fori non est conueniens, quod in aliquo casu particulari possit contrauenir uolū tati testatoris, ut alia maiora mala, quæ contra bonum commune, & pacificum statū Reipublicæ oriri possent euitentur, propter quod etiam licitū est recedere à iure natural. iuxt. late trad. per cano. in c. quæ in ecclesiarum. ubi post alios late Feli. nu. 26. & 27. & Dec. nume. 18. & seq. de constit. & gl. & doc. in l. fi. C. si contra ius uel uti. pub. & glo. no. in c. ius generale. 1. dist. cum alijs supra adductis par. 1. c. 1. nu. 19. & 20. quia pro responsione huius difficultatis, in qua tota machina præsentis disputationis reuoluitur, est animaduertendum, quod de ualiditate legis humanæ in foro conscientiæ dupliciter loqui possumus.
98 Primo, quo ad ualiditatem legis in communi, & in abstracto; & hoc modo uerum est, quod licitum est recedere ex causa publicæ utilitatis à iure naturali, etiam in foro consciētiæ, quia etiam in hoc foro ualet huius legis dispositio dummodo aliter nō sit contra fidem, nec contineat in se peccatum. iux. late adducta supra nu. 41. 42. 43. & 44. Secundo in concreto, & prout applicatur ad certū casum particularem; & tunc aut in illo casu militat causa propter quam lex recessit à iure naturali, & non est dubium, quod prout ualet in utroque foro in communi, ita etiam & in casu illo particulari, ubi dicta ratio militat, & ita in utroque foro seruanda est per prædicta; aut causa dicta cessat in illo casu particulari, & tunc in casu illo non est seruanda in foro conscientiæ, quia perinde est, ac si quo ad casum illum lex condita esset sine causa quo casu contra ius naturale nihil ualet, ideo in foro conscientiæ in casu illo, ut diximus non est seruanda ad trad. per Inno. in c. quia plerique. ad fin. de immu. eccle. & Abb. ibidem num. 37. & seqq. & Sarnen. in cap. 2. nume. 20. de constitu. lib. 6. ita quod nec illa generalis dispositio in tali foro trahitur ad casum istum, arg. not. per Bart. in l. si

quis sub conditione.in fin.ff.de cond. inst. cum lata apostil. quæ ibi allegat concordan. & cum alijs per Dec.in cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ.nume.50. & seq.de constitu.quamuis secus ubi disponeret in his,quæ sunt de iustitia positiua, in quibus nulla requiritur causa, sed satis est pro ratione uoluntas iux.late trad.sup.par.1.c.3.nu.23. cũ seqq. & c.22. nu.48.49.& nu.52.

Nec obstat,quod in casu illo particulari, licet cesset causa uitandi fraudes, militat tamen alia ratio non minus utilis, & expediens publicæ utilis, & expediens publicæ utilitati uitandæ lites,&discordias,propter quã diximus in casu isto iuste seruandam
99 esse in foro fori, quia si bene aduertatur (attende lector, quia in hoc stat uera ratio differentiæ inter hos duos foros) hæc postrema ratio uitandi lites, licet militet in foro fori publico exteriori, nõ tamen in foro conscientiæ priuato,& interiori,ut modo ostẽdemus,& idcirco ex hac causa in hoc foro lex sustineri non potest; exẽplo in terminis de quibus est principalis noster sermo res comprobabitur; lex requirens solennem numerum septẽ testium in testamentorum cõfectione,quamuis uideatur contra ius naturale,secundum quod in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbũ, ut late supra in prin.nostri tract.tamẽ cum sit facta ob causam publicæ utilitatis ad uitandas fraudes, tenet etiã in foro conscientiæ,ut latissime supra nume.39.40. & 41.& pluribus seqq. detur nunc casus in quo cõditum sit testamentum absque præfinito numero testium,quia forte repentina morte præuentus testator non potuit tot testes habere,sed tamen libere,& animo deliberato testatus fuit,resq; candide, & sincere absque ulla fraude processit;certe si res deferatur ad forum fori, clarum est quod à forma legis non est recedendum, secundum quam huiusmodi uoluntas testatoris minus solennis pro nulla, & nullius roboris haberetur iux. latissime trad. supra par.1.c.4. per totum. & seq.qd &si uellemus eam in hoc casu particulari sustinere, ex eo.qd nulla fraus hic interuenit, iam lites in medium proderent, quia opus esset super cessatione fraudis iudiciũ agere, & probationes adducere,ut supra num.83. & 84.& seqq. latius cõprobauimus; Quod si res deferatur ad forum conscientiæ, certe in eo nulla datur occasio litibus,aut discordijs, cũ ipsemet, qui est pars, sit etiam iudex propriæ conscientiæ,qui non ex externis probationibus,sed ex sui proprij intellectus dictamine, & ratione habeat iudicare iuxta late trad. supra hac par. c.1.in secundo præmisso,nume.12.& pluribus seqq.& in tertio, num. 28. 29.cum cæteris seqq.& est text.multũ no. in proposito , in quo probatur hæc nostra distinctio,& ratio differentiæ inter utrumque forum in l.fin. C. de fideicom.ibi, cum ipse sibi iudex, & testis. & quæ sequuntur; nullus .n. potest esse timor litis, aut discordiæ in hoc foro conscientiæ postquàm nemo in eo potest oppugnare uoluntatem testatoris liberam, quam pro certo scit absque ulla fraude processisse, non quidem hæres scriptus,& legatarij, qui habent pro se hanc licet minus solennem uoluntatem ualidam saltem de iure naturali,quam merito in hoc foro tute sequuntur, ut late supra nume. 9.& 10.non item legitimi hæredes ab intestato,qui sub prætextu omissæ solennitatis non possunt in hoc foro absque reatu peccati mortalis oppugnare clare eis notam hanc testatoris uoluntatem,ut etiam latissime supra nume.47.cum seqq. Et sic

nullum

nullum est periculum excitãdi lites, & discordias in hoc foro, si in casu isto solennis forma testamentorum non attendatur; quinimo tollitur occasio litium postquàm utraque pars tenetur claram, & liberam testatoris uoluntatem in foro conscientiæ obseruare.

Ecce igitur apertum discrimen, & clara ratio differentiæ inter forum fori, & conscientiæ, nam (ut breuiter repetamus) in foro ciuili causarum, licet i hoc casu particulari cesset una prima ratio ex qua lex mota fuit ad introducendum hanc solennitatem numeri septem testium, uidelicet ad fraudes uitandas, postquàm nulla in hoc casu fraus interuenit, militat tamen ratio alia uitandi lites; propter quam lex etiam in hoc casu seruari
100 debet, quia non sufficit unam ex pluribus causis cessare, ut cesset.l. dispositio, uulg.§.affinitatis.inst.de nup.l.si non lex Aelia sentia.ubi Bar. Bald. & omnes.ff. de hære. inst. cum latissime cumulatis per Tiraq. cessan.cau.limita.22.nume.1. & 2. cum multis seqq. & per nos supra par.1.c.23. num.27. At in foro conscientiæ utraque causa cessat, ut supra ostensum fuit, unde non mirum si cessat.l.dispositio, quæ cum remaneat in hoc foro conscientiæ ab omni causa nuda, & destituta, non potest contra ius naturale uim ullam obtinere, ut multum in proposito trad.Nauar.in rubr.de iud. parum post nume. 75. & Alfon. à Castro de l.pœna.lib.1.c.5.documēto 5.pag.90. & 91.nã & ut ait Nauar.ibidem, idem esset in foro fori exteriori, uidelicet quod non esset seruanda legis dispositio introducentis ex aliqua iusta causa solennitatem contra ius naturale, ubi in aliquo casu particulari cessaret omnis causa legis, nec posset militare alia ratio ad uitandas lites; & è cõuerso si in foro conscientiæ posset militare hæc secunda ratio uitandi lites, quamuis cessaret prima uitandi fraudes, non tamen legis dispositio cessaret iux.opi.Couar.& Domin.Soto de qua supra nume.60.quod & declarat Alfons.à Castro d.c.5.in tertio documento pag.83.& 84.uersi. sed in hac parte necessarium censui.ita quòd da ta paritate terminorum, nullum esset discrimen inter forum fori, & forum conscientiæ, ut concludit Nauar. loco proxime allegato; uerum quia in terminis nostræ præsentis disputationis inter hos foros adest disparitas manifesta, quam non ponderarunt Couar.& Domin.Soto nimirum si dispariter quoque inter utrunq; forum est definiendum.

101 Pro qua differentia, & disparitate inter forum fori contentiosum, & forum cõscientiæ ratione diuersi finis, uidendum est infra sub nume.122. in uersi. nec obst. dum subdit; & multũ ad propositum post Tho. & alios per eum allegatos Cagno.in l.2.num.23. & 24.C. de rescind. uendi.& Abb. in cap.quia plerique.nume.28. in fin.de immuni.eccle.& Papien. in forma libelli in cau.uendi. uer. pro pretio.nume.2.Couar. uaria.resolu.lib. 2.c. 4. nume.11. & plures alii ex infra proxime allegan.ubi assignãt rationem dif-
102 ferentiæ, cur in foro fori ciuili, & canonico licitum sit contrahentibus (ut uulgatum est axioma) in pretio inuicem se decipere iux. l. item si in pretio.§.fin.ff.loca.& l.in causæ.la secunda.§.pen.ff.de min. c.cum dilecti.ubi Bero.nu.18.& 19. cum seqq. late declarat post Anto.Burg.ibidem nu 15. & num.22.& c.cum causa.de emp.& uend.Bal.in rub.nume.12.C. de contrahen.emp.Io.Baptista Lupo. tracta. de usu.commen.3.§.5. nu. 104. Fortu.de ulti.fi.num.194. cum pluribus seqq.

seqq. ubi id latissime prosequitur, & declarat Cagno.in d.l.2.nume.5.6.7. & 8.Couar.proxime allegatus.d.nume. 11. non tamen in foro conscientiæ etiam citra dimidiam iusti pretii, quia hoc esset peccatū mortale. nec conuenit bono uiro, ut trad.Tho.2.2. q.77.artic.1.& 2.& quodlib. 2.ar.10. Anto.in 2.par.sum.titu.1.cap.16.§.3. per totum.Scot.in 4.dist.15.q.2.ar.2. in 3.conclu.late Corad.de contract. q.57.in 3.conclu.& alij Theologi de quibus infra mentionem faciemus. Inno.in c.in ciuitate.nume.2.& post eum Anto.de But.Io.de Ana.latissime num.8.9.10.& 11.& Abb.sub nume.6.de usu.Bal.in c.cum causam.el secondo.in fi.de test.Anto.de Butr.in c.1.nume.6.& Abb.ante nume.3.de emp.& uendi.Bero.in c.cum dilecti. nume.24.eo.titu.ubi quoque Anto. Burg.nume.22.& 23.cum seqq.& Abb.post Anto.de But.in d.cap.quia plerique.nume.28.cum seqq.de immuni.eccl.Fed.de Sen.consil.21.col.j. & de iu.ciuili glo.ordi.in l.semper in coniunctionibus.aliàs contractibus, ut ibi late per Dec.nume.9.& seqq. ubi id moderatur, nisi uenditio fieret scienti, ut ibi per eum num.11.ff.de reg.iu.Gerar.de Pet.Sancta sing.22. per totum Ias.in §.sed iste.num.104. cum seqq.institu.de actio.trad.Doct. communiter in l.pen.ubi Ias.& Cur. iun.in 4.notabili.& Dec.in tertio notabili.nume.7.cum seqq.C.de pac.& ut attestatur Curt.iun.communiter Cano.in d.cap.cum causa.de emp.& uend.Fortu.de ult.fi.in 17.principali illa.d.nu.194.cum seqq.Aret.cons.92. num.2.Ias.in l.si quis cum aliter nume.17.ad fi.ff.de uerbo.oblig.& in l. quoties.nu.119.C.de rei uend.Curt. iun.in l.precibus.nume.15.C.de impub.Thom.Ferrat.caute.19.in fi.latissime Sarnen.in cap.2.in prin.sub nume.4.in uersi.sed retenta.& nume.5. cum pluribus seqq.de constitu.lib.6. ubi attestatur hoc cōmuniter ab omnibus approbari, prout etiam attestatur Dec.in consi.111.col.1.in uersi. secundo non obstat.& latissime quoque Bartol.Veronen.in tract.de simula.contract.in tertio casu principali in secunda præsumptio.& Cagno.in d. l.2.num.11.12.& 13.cum infinitis sequentib.usq; 37.ubi hoc declarat per quattuor principales conclu.C.de rescinden.uend.& Tiraquel.qui, ut eius moris est, omnes alios latissime cumulat in legibus connubia.l.9.nu.8.& 9.& nume.11.ubi attestatur de communi, & ueriori Couar.uaria.resolu. d.l.2.c.4.nume.11.& Io.Baptista Lupo.de usu.commen.3.§.5.nume.111. ubi inuenies latissime omnes Legistas, Cano.& Theologos pro hac opi. cumulatos, & præter eos Mantica, qui in proposito hoc etiam nititur argumento de coniect.ult.uolun.lib.2. titu.14.sub nu.24.ibi præterea non sequitur.quam opi.nouissime late, & docte pariter, & clarissime probat, & comprobat uir profundæ scientiæ, & optimæ conscientiæ Doctor Nauar. in c.qualitas.in glo.ult.præsertim nume.26.& cæteris seqq.usque ad fi.de pœniten.distin.5.& latius in sua doctissima relect.d.c.nouit.notabili 6.in 1.& 2.& seqq.prosuppositis.nu.47. cum infinitis seqq.& ex Theologis Alfons.à Castro.de l.pœna.lib.2.c.10. fallen.3.pag.441.& seq.late Tabien. uer.emptio.nume.5.uersi.quarto.latissime Dom.Soto de iust.& iu.lib.6. q.3.articu.1.per totum.ubi attestatur omnes in quarto senten.q.15.communiter ita sentire Thom.Caieta.Scot. Bernard.Senen.Io.Maior.Adria.Gabriel.Anto.Silue.Corad.per Couar. & Io.Baptista Lupo.& Nauar.ad plenum relati, apud quos uidere licebit

quam-

quamuis non defuerint qui contrarium uoluerint,ut Bald.in c.si proponente.nume.4.de rescript.in auth.ad hæc.nume.16.C.de usu.Dec.in cap.1. lect.1.col.6.in tertia conclu.in fin. de constitu. late & subtiliter Ancha. in regula peccatum. nume. 21.& 22.de regu.iu.lib.6.& Aret.in d.c.cum causam.el secondo.in fin.de test. & Abb. etiam ibidem,num.4.& alii relati per Couar.& Io. Baptista Lupo proxime allegatos,& quos late cumulat Tiraquel.ubi supra num. 10. tamen ab eo quod firmauimus nō est recedendū, cum sit uerius,& communiter teneatur,ut per eum ibi nume.11. etiam si post contractum innotescat uerus rei ualor,ut infra num. 144. nam licet id

103 sit permissum, ut impunitum in foro fori exteriori ad uitandas lites,& dissentiones, & ne commercia inter homines impediantur, quod esset contra bonum commune, & utilitatem publicam,ut per Cagno.& Abb.allegatos supra nume.101.non tamen in foro consciētiæ interiori ratione peccati,ut late per eos, & alios proxime allegatos nume. 102.ita quod contra tales deceptores, licet non sit prodita actio in foro fori iudiciario potest tamen contra eos procedi per uiam denūciationis Euāgelicæ ratione peccati, ut latissime probat Nauar. præsertim nu 79.& 80.cum multis seqq. usq;nu.102.inclusiue in d.c.nouit.notabili 6.de iud.

104 Nam & cum in terminis istis dispositio iuris ciuilis, & canonici in foro contētioso uideatur nimis rigorosa, & fouere lucrum odiosum contra naturalem æquitatē,prout præcise euenit,ubi ex defectu solennitatis testiū, uel alterius cuiusuis solennitatis lex defert bona testatoris uenientib. ab intestato contra expressam uoluntatem testatoris,qui uoluit bona sua ad hæredem scriptum deuenire,idcirco talis lex,siue ciuilis,siue canonica nō ligat,nec seruāda est in foro cōscientiæ,ut sing.& not.determinat Abb. per illum tex.in c.filius noster. num.3. de testamen. & ita sing.limitatur, & declaratur conclusio. S.Thom. & communis Theorica,ut ibi dicit Abb.quæ habet,quod lex, quæ iusta est, nullum continēs peccatum, nec procedit ex falsa præsumptione, sed super certo, est seruanda etiam in foro conscientiæ, de qua latissime supra nume. 40. in fi.uersi.etenim leges. num.41. 42. 43.& 44. nam limitatur, ut non procedat ubicunque lex positiua fouet quodammodo lucrum odiosum, nec est fundata in æquitate naturali, sed in rigore,ut per Abb.proxime allegatum Felin.in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ.col.17.nume.52.de constitu.Cagno.in l.si quis maior.nume.157. C. de transac.& sequitur Sarnen. in c.2. nume.20.de constitu.lib.6. & Ferrar. caute.19.cui concinit Aug. quicunq; exhæredato filio.in cap.si.17.q.4.ibi, in potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori non iure poli; per quem text.in proposito ita quoq; arguit Alcia.in c.nouit. nu.4. de iudi. & Galia.in repet.l.centurio.nu. 368. ff.de uul.& pup.substit.Prout & quādo legis dispositio est contraria, & aduersa liberæ uoluntati testatoris, ut in terminis late quoque Alcia. in l. quinque pedum. nu. 15.& aliis seqq. C.fin.reg.& in consil.53. nume.6. & pluribus seqq.& 157.num.6. tomo 3. lib.9.& late supra nume.47.& pluribus seqq. est enim in proposito animaduertendum,quod quamuis dispositio iuris ciuilis in communi, & in abstracto considerata super solenni numero septem testium in testamentis adhibendo sit fundata (ut sæpius replicauimus) in iusta causa uitandi fraudes,

fraudes, qua attenta iusta est, & rationi naturali, non solum non aduersa imo maxime consona, & idcirco ualida etiam in foro conscientiæ, ut latissime par. 1. cap. 2. & 3. ostensum fuit, & supra hac parte hoc in quo sumus cap. nume. 82. usque 87. & nume. 98. iuncto nume. 38. usque 46. nihilominus quando (prout nũc loquimur) in aliquo casu particulari cessat omnis suspicio fraudis, & sumus certi de uoluntate defuncti, tunc quod ob hunc solum defectum non adhibitæ solennitatis bona defuncti aduenire debeant uenientibus ab intestato contra defuncti uoluntatem, in hoc lex uidetur nimis rigorosa, & fouere lucrum odiosum uenientibus ab intestato contra naturalem æquitatem, ita conuenit, & procedit in terminis istis præsens conclusio Abb. in d. c. filius noster. nume. 3. de testa. & Alcia. in d. c. nouit. nu. 4. de iud. cum aliis supra allegatis; quæ est summe notanda, & menti perpetuo cõmendãda. 105

Ex his finaliter prosternitur principale fundamentum Couar. & Domi. Soto, quod & si cesset in aliquo casu particulari causa uitandi fraudes, propter quam lex mota fuit ad introducendum in testamentorum cõfectione solennem numerum septem testiũ, non tamen cessare debat legis dispositio, quia ut latissime supra ostensum fuit, argumentum hoc, licet concludat in foro iudiciario, non tamen in foro cõscientiæ de quo tractamus.

Nec obstant exempla pro sua opi. adducta per Dom. Soto d. lib. 4. de iusti. & iu. q. 5. articu. 3. quæ demirandum ait Panor. & suos non inspexisse, primum enim de puero, qui sapiẽter res suas sciat administrare, & aliqua ex his absque tutore alienauerit contra legis dispositionem, cuius utique finis fuit obuiare eorum imprudentiæ, & facilitati; nam licet in huiusmodi puero sagaci cesset ratio imprudẽtiæ, non tamen secundum eum tenebit contractus in conscientia; hoc inquam primum exemplum refellitur, ex eo, quia licet argumen. concludat in foro fori, non tamen in foro conscientiæ, unde ipse repetit principiũ disputationis, uidelicet an talis contractus nullus ex defectu solennitatis de iure positiuo teneat, nec in foro conscientiæ; ex quo adest consensus disponentis, & cessat causa motiua legis; & quamuis ipse uelit non tenere, prout etiam uoluit Couar. in d. c. cũ esses. sub nume. 10. & in relect. d. regulæ peccatum. par. 2. §. 3. etiam nu. 10. de regu. iu. lib. 6. & prout in simili respectu alienationis bonorum ecclesiæ arguit, & inclinat, licet non firmet Hier. Paulus in pract. cancella. in uers. ubi Papa concedit gratiam. ibi, in illo autem semper dubitaui. fol. mihi 173. & arguit, & firmat late Bero. in cap. j. nume. 163. & pluribus seqq. de in int. restit. de quo latissime quoque Bero. in c. quæ in ecclesiarum. num. 43. 44. & 45. cum seqq. contrarium tamen tenent communiter Doct. prout concludunt Anto. de Butr. & post eum Abb. in c. quia plerique. nume. 31. de immuni. eccle. & multum ad propositum Ias. in l. nemo potest. lect. 1. nume. 78. & lect. 2. nume. 98. & seqq. ff. de leg. 1. & in §. sed iste. num. 132. insti. de actio. Felin. in c. 1. sub num. 40. ibi, & ideo dixit d. Abb. de constitutio. & ibidem Dec. lect. 1. nume. 19. & post alios Bero. nume. 231. late Ias. in l. 2. nume. 3. 4. & 5. C. de fideicom. & in l. si post diuisionem. num. 12. & 13. C. de iu. & fac. igno. late Boer. decis. 1. nume. 13. & seqq. & nume. 71. Gigas de pensio. q. 34. num. 8. & seq. Silue. uer. alienatio. q. 13. Tabie. eod. uer. alienatio. nume. 10. & in uer. lex. sub nu. 28.

nu. 28. ubi cócludũt quod ualet alie-
106 natio,ſeu contractus mulieris, ſeu ec
cleſiæ, & ſimilium in foro conſcien-
tiæ non ſeruata forma ſtatutorum,
uel contra illorum prohibitionem,
ubi ceſſat cauſa prohibitionis, quod
ualet in omni actu in quo eſt omiſſa
forma iuris poſitiui,ut per Abb. in c.
1.in fi.de reſtit. in int. quem ſequitur
ibi Marc Mantua ubi late de alienatio
ne rei eccleſiæ num.43. cum ſequen.
quicquid in contrarium arguat, & ſe
quatur Bero.ibi nume.163.& pluribi
ſeqq.ſed & opi.Anto.de Butr.Abb &
aliorum proxime alleg. ſequitur etiã
Silue. & Gigas proxime quoque alle
gati per regulam Innocen. in c.quod
ſicut.de elect. latiſſime probatam ſu-
pra hac parte cap. 1.nume. 48. & ſe-
quentibus.

Et quamuis in hoc exemplo pro
opi.Domi. Soto uideatur concludere
Inno.in d.c.quia plerique.in uerſi.ſed
quid dices. tamen quicquid dicat ibi
Inno. contrarium concludunt com-
muniter Doct.ut dixi,& opi.Inno.ibi
107 licet eſſet probabilis,non tamen eſſet
neceſſaria,quia loquitur interpretan-
do,non legem condendo ad trad.per
Felin.in c.ne innitaris.num.7. de con
ſtitu.Silua nuptia.lib.5.nume.25.& la
te poſt alios per eum relatos Cora.de
commu.opi.lib.2.titu.9.nume.78.&
ſequen. prout & de authoritate Bart.
ipſiusq; Inno.& aliorum Docto. late
oſtendimus, & comprobauimus ſu-
pra par.1.c.16.nu.13.cum alijs etiam
ſeqq.ubi latius declarauimus. Et ta-
108 men re uera Inno.ibi non loquitur
quando clare conſtaret, quod côtra-
ctus minoris eſſet factus abſque ſim-
plicitate, ſed cum debita prudentia,
prout loquitur Domin.Soto,quinimo
contrarium in hoc caſu expreſſe ſen-
tit Innocẽ. in d. regula per eum trad.
in d.cap.quod ſicut. de elec.proxime
per nos allegata; quamuis Domi. So-
to in d.articu.3. col. pen.in uerſi. ue-
runtamen.nihilominus huic noſtrę aſ
ſertioni. parum aduertenter reſpon-
dens ad d. regulam reprehẽdat Abb.
& eius ſequaces, qui illã pro ſe addu-
cunt, eo quod ut ipſe dicit non fuerit
ab illis candide, & ſincere intellecta,
quia ſecundum ipſum Inno. non lo-
quitur quãdo electio à principio fuit
nulla de iure poſitiuo,ſed quando eſ-
ſet infirmanda ex contemptu alicu-
ius,qui nõ fuiſſet uocatus ad electio-
nem,quo caſu tenet electio,licet con
temptus ſi uult poſſit agere de con-
temptu, & petere illam infirmari; fa-
teor equidem Inno. hunc caſum ibi
111 decidere referens circa illum tres Do
cto.opin. & paulo inferius in uerſi. ſi
autem nulla ſit electio propter for-
mam non ſeruatam. diſtinctionẽ ſuæ
doct. proſequendo expreſſe determi
nat idem eſſe in caſu, quo electio eſt
à principio nulla de iure poſitiuo ob
formam non ſeruatam de qua in cap.
quia propter.eo. titu.ubi expreſſe di-
citur quod aliter electio facta non ua
leat; inquit enim Inno. quod licet in
caſu iſto nulla ſit electio, de iure poſi
tiuo ob formam non ſeruatam, tamẽ
ſi in ea interuenit mutuus conſenſus
electi,& eligentium, qui ſufficit dẽ iu
re naturali,quod licite in conſcientia
talis electus beneficium tenet,& or-
dines cõfert,ex quo canonica eſt ele-
ctio de iure naturali, maxime ubi ex
hoc nullum ſcandalum oritur, ut ibi;
rationem ſubdens, quia hoc ius poſi-
tiuum de forma ſeruanda inuentum
eſt propter pericula eccleſiarum, quę
erant in litibus,quæ iam ceſſant poſt-
quam conſecratus eſt pacifice. Hæc
in Summa Inno.cuius uerba tam cla-
ra ſunt,ut mirum ſit Domi. Soto ad ea
non aduertiſſe, & parum modeſte er
ga Abb.& eius ſequaces ſe habuerit,
cum

cum tamen Abb. non meruerit repre
hendi,sed potius ipse Domi.Soto qui
109 inciuiliter tota doctr. Inno. non per-
specta respõderit.l. inciuile.ff. de leg.
bene uerum est, quod Abb. ibi rece-
dit in col. fin. ab hac regula Innocen.
propter consensum à iure reprobatũ
iuxt. l. cum lex. cum ibi not. ff. de fi-
deiuss. sed tamen ipsemet Abb. ibi fa-
tetur,quod communiter Docto.eam
110 sequantur; nam eam doctr.& regulã
prædictam in omnibus, & per omnia
approbat Ancha. in regula prima. in
7.q.principali sub num.8. de regu.iu.
lib.6.& ipsemet Abb.passim & cæte-
ri qui hanc regulam Inno.ubique se-
quuntur supra ad plenum cõgesti hac
par.c.1.nume.48.cum seqq. ubi eam
latius comprobauimus. nam ad argu.
Abb.de l.cum lex.ff.de fideius.fuit cla
re,& sufficienter supra per nos respõ
sum hac parte cap.2. sub nume.58.in
uersi.præterea.& secundo.& nu. 59.
60.& multis seqq.usque 72.inclusiue
ubi uidendum est. Quod si cõtractus
nõ esset ipso quidem iure nullus, sed
beneficio restitutionis in integrũ so-
lum rescindi posset, ut in terminis d.
cap.1.de in integ.restitu. & cap.ad no
stram.cum ubique not.per gl.& doc.
de reb.eccles.non alie. multo fortius
prædicta in eo sibi locũ uendicarent,
ut uoluit Inno.in d.c. quia plerisque.
in uers.sed quid dices.ubi & alij com
muniter sequuntur de immu.eccle.&
firmat Couar.in relect. regulæ pecca
tum.par.2.§.3. nume.8. & latius pro-
bat,& declarat lib.1.uaria.resolu. c.3.
nume.5.per totum, & præterea Ale-
xan.consil.222.nume.7.uolum.2. Ti-
raquel.de retract. lignia. §.1. glos.18.
nume. 67. & in hoc casu idem quoq;
fatetur ipsemet Domin.Soto dum re-
spondet ad regulam Innocen. quem
supra parum sub nu. 108. retulimus.
Et tradd.Inno.in c.cum olim.in uersi.
sed nunquid salua conscientia. & ibi-
dem cæteri cano.de censi. Ex his tan-
dem remanet primum exemplũ Do-
mi. Soto nedum resolutum, sed satis
clare,ut puto contra eum retortum.

Ex prædictis etiam resolui potest
aliud exemplum Domi.Soto de præ-
cepto ieiunii, cuius finis est, ut ipse
ait, carnis maceratio, & tamen licet
quis maceratione non indigeat,nõ id
circo erit solutus à lege ieiunii,ad qđ
est tex.ubi glos.& doct. in clemen.ad
nostram.de hæret.quem pro hac par-
te allegat Couar.in c.cum esses.nu.9.
de testamẽ. nam præter quod ad hoc
potest colligi respõsio ex adductis su-
pra num.80.& 81. & præter quod in
111 præcepto ieiunij non solum attendi-
tur causa macerationis carnis,sed Dei
meditatio, debiti Dei redditio, item
plura alia bona, quæ ex ieiunio profi
ciscuntur; unde Aug.ieiunium men-
tem purgat,sensum subleuat,carnem
spiritui subiicit,cor contritum,& hu
miliatum facit,concupiscentiæ nebu
la dispergit, libidinum etiam ardorẽ
extinguit, castitatis lumen accẽdit.&
Ambro. indictum est ieiunium absti-
nentiæ lex à Domino Deo,præuarica
tio legis à diabolo. culpa per cibum,
latebra post cibum; cognitio infirmi-
tatis in cibo, firmitatis uirtus in ieiu-
nio;serpens suasit gulæ,Dominus ie-
iunare decreuit. Itaque gula à Para-
diso regnantem expulit,abstinẽtia ad
Paradisum reuocauit errantem.c. sex
to die.distinctio.35. Tabien.uer.ieiu-
nium.col.1.Asten.lib.5.titu.28.art.1.
q.2.& probat Duran.in 4.senten. di-
stin.15.q.9.art.1.per illud quod habe
tur Dan.10.cap.ubi Daniel post ieiu-
nium trium hebdomadarum accepit
reuelationem à Deo, ut late habetur
d.cap.10. Sed & ecclesia in præfatio-
ne tempore quadragesimali dum ait,
Qui corporali ieiunio uitia compri-
mis,

mis, mentem eleuas, uirtutem largi-sis, & præmia. & de illius celebritate, & auctoritate late quoq; habetur per Specu. in ratio. Diuino. offi. lib. 6. c. 7. in uers. auctoritas. ita qd licet una ex his causis cesset, (puta macerationis carnis) remanent tamen aliæ, idcirco nõ cessat legis obligatio in hoie quouis perfecto, prout respondet, & declarat Alfons. à Castro d. cap. 5. de lege pœna. documento tertio, pag. 84. in uers. sed in hac parte necessarium censui. at in terminis testamenti nõ solenni in foro conscientiæ cessante falsitatis causa, nulla alia causa remanet propter quam lex introducens solennitatem numeri septem testium seruanda sit iuxt. late trad. supra nu. 98. & seq.

Præterea est animaduertendum, quod exemplum hoc de ieiunio non est simile, nec conuenit materiæ de qua agitur. Tum quia ut supra in responsione ad primum argumen. Couar. & Domi. Soto num. 62. ostensum
112 fuit, lex non præcipit, quod quis non testetur, nisi cum interuentu septem testium sub pœna reatus, sed solum non præstat illis fomentum iuris, ita quod lex non obligat in hoc casu ad sic testandũ in foro conscientiæ, prout obligat lex ieiunij, quæ est de præcepto iux. not. per cano. in rub. de obserua. ieiu. ubi Abb. col. fi. & Summistas omnes in uer. ieiunium. ubi Silue. nume. 21. & bene, & late Tabie. nu. 9. & Asten. libro 5. titu. 28. articulo 3. Tum etiam quia lex, quæ requirit solennem numerum septem testium in testamentis condendis sustinetur solum ex causa uitandi fraudes, quæ in
113 ultimis elogiis committi possunt, qua seclusa, lex esset iniusta, & contra ius naturale, tanquam exigẽs superfluas probationes, & præbens occasionem contraueniendi liberæ uoluntati testatoris, quod est peccatum mortale iuxta late adducta supra par. 1. cap. 3. nume. 7. & octo seqq. & idcirco nimirũ si in aliquo certo casu cessante causa uitandi fraudes, propter quam solũ talis lex sustinetur in foro conscientiæ cessare debet legis uinculum, licet secus in foro contentioso propter aliã causam uitandi lites, & scandala, quæ cessant in foro conscientiæ iux. etiam late adducta supra num. 97. 98. & 99. at non sic in præcepto ieiunii, quod ex sui natura est bonum, utile, & salu
114 tare propter plura bona, quæ etiam seclusa causa castigationis corporis, ex eo proficiscuntur, ut supra proxime num. 111. Vnde ex se est actus uirtuosus, ut concludunt Asten. & Tabien. ibi allegati. & tantum abest, qd sit contra ius naturale, quod imo ca-
115 dit sub præcepto legis naturalis, & iuris diuini, prout de præcepto legis naturæ saltem in communi tradd. Summistæ omnes in uer. ieiunium. ubi Silue. nume. 4. late Tabien. num. 1. & nume. 9. & Asten. d. lib. 5. titu. 28. articulo 3. q. 1. & de iure diuino patet, quia fuit prima lex, & primum præceptũ traditum à Deo Opt. Maximo in pa-
116 radiso uoluptatis, ut probat Ambros. in sermone quodam de ieiunio, & late comprobat Specu. supra allegatus. nume. 111. & habetur in c. sexta die. 35. distinct. Et originaliter Genes. cap. 2. ubi postquam Dominus Deus posuit primum hominem Adamum in paradisum uoluptatis, præcepit ei dicens. Ex omni ligno Paradisi comedes, de ligno autem scientiæ boni, & mali non comedes, in quacunque n. die comederis, ex eo morte morieris &c. cuius quidem præcepti transgressio fuit originale peccatum, qd fuit causa mortis, & omnium malorum; nimirum ergo si secluso fine castigationis corporis seruãdum est ie-

iuuium

iunium indictũ ab ecclesia, quod per se bonum est utile, & salutare homini quantumuis perfecto, originẽ trahẽs à iure diuino, & naturali per proxime allegata.

Ad tertium autem exemplum Domi. Soto de lege prohibente arma nocturna, cuius uinculum non cessat ẽt in homine pacifico, & de quo nulla subest causa scãdali, dupliciter respõ-
117 detur. Primo, quod cum hoc sit praeceptum de pertinentib. ad iustitiam mere positiuam, ex quo delatio armorum non pertinet ex se ad ius naturale, nisi per accidens, puta pro defensione uitae corporis, & bonorum iux. l. ut uim. cum ibi not. per glo. & doc. ff. de iust. & iu. merito etiam si aliquo particulari casu cesset causa prohibitionis armorũ, non cessabit legis obligatio ex quo in his, quae sunt mere de iustitia positiua nulla causa requiratur, sed sufficit sola uoluntas, & authoritas statuentis etiam respectu fori cõscientiae, ut supra nume. 98. in fin. non sic in his, quae pertinent ad iustitiam naturalem, & in quib. requiritur causa pro ualiditate legis, iuxta late adducta supra par. prima. cap. 22. num. 74. cum seqq. iuncto num. 79. & in terminis testamenti. de quibus nunc principaliter agimus supra proxime nume. 99. & nume. 113. Secundo respondetur, quod hoc etiam exemplum non concludit, nisi quo ad forũ fori, in quo lex esset uniuersaliter po-
118 sita pro bono communi, non etiã respectu fori conscientiae, quia si quis non causa scandali, aut alicuius mali perpetrandi, propter quam lex prohibuit arma nocturna, sed uel leuitatis causa, aut ut iuuenes, ut appareãt pulchriores, facere solent, ea deferret, in foro conscientiae non peccaret saltẽ mortaliter propter supra adducta nume. 80. cum seq. praesertim si quis ea deferret ob defensionem personae, uel rerũ, & sic ex causa licita, & permissa etiam de iure naturali iux. d. l. ut uim. cum ibi not. per glo. & doc. quia tunc absq; dubio nullum incurreret peccatum in foro conscientiae, tum per late adducta supra in terminis no- 119
stris num. 63. & seqq. tum per ea quae in simili dicunt Theologi de praecepto ieiunij. de quo proxime loquuti sumus, quod si quis illud transgrediatur ex causa rationabili, non est reputandus transgressor, nec ullum incurrit peccatum, ut post Thom. & Petr. de Palud. tradd. Asten. d. lib. 5. titu. 28. artic. 3. q. 1. & Silue. uer. ieiunium. q. 8. & supra nu. 81.

Ex his quoque colligitur responsio ad cap. & si Christus. de ieiu. adduct. per Couar. in d. c. cum esses. nume. 9. de testamẽ. circa aliud exemplum de prohibitione iurandi ex causa, quia ex frequenti, & assidua, & incauta iuratione periuria faciliter & saepe cõtingunt, & tamen non ideo est licitũ frequenter absque causa necessitatis iurare, quãuis id sit de quo nullus subsit timor peierandi; itaque quamuis in aliquo homine, seu certo casu particulari cesset causa propter quã fuit prohibita frequens, & incauta iuratio, non tamen cessat legis dispositio.
120 Est enim pro resolutione aduertendũ quod non solum ex hac causa prohibetur frequens, & incautum iuramẽtum, quia scilicet ex eo, ut dictum est periuria saepe oriri, & contingere solent iux. illud, Vir multum iurans implebitur iniquitate. Ecclesiast. 23. Sed etiam quia hoc est de sui natura malum, quia exhibetur quaedam irreuerentia Deo assumendo nomen Dei in uanum, & absq; causa, Thom. 2. 2. q. 98. artic. 1. Silue. uer. iuramentum. 2. q. 1. Tabien. uer. iurare. q. 3. & Abb. in d. c. & si Christus. in antepen. notabili.

de

de iureiu. aduerte tamen, quia non di co simpliciter quod iuramentum de se sit malum, quia imo est licitum, & honestum, ut præfati doct. dicunt & contrarium credere, & pertinaciter asserere esset peccatum & hæreticũ, ut post Tho. probat Nauar. in suo ma-
121 nua. c. 12. nu. 2. & nu. 4. quin & Deute ro. 6. præcipitur, ibi, dominum Deum tuum timebis & illi soli seruies, & per nomen illius iurabis, & Hiere. 4. & iu rabis (inquit) uiuit Dominus in ueritate & in iudicio & in iustitia. c. & iurabunt. 22. q. 1. c. & si Christus. de iure iu. unde & laudabuntur oẽs qui iurãt in eo, Psal. 62. Et Dominus iurauit & non pœnitebit eum, Psal. 109. & rursus, iurauit Dominus Dauid ueritatẽ, & non frustrabitur eum, Psal. 131. atq; iterũ, quib. iuraui in ira mea, Psal. 94. & Ecclesi. 44. ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua. ac rursus, per memetipsum iuraui dicit Dominus Gen. 22. & in cantico Zach. iusiurandum quod iurauit ad Abraham pa trem nostrum, Luc. 1. & rursus, iurauit Dominus eis in sancto suo. & Christus D. N. sæpe cum iuramento affirmabat, Amen amen dico uobis, ut præcipue habetur Io. 3. cap. ubi ter id replicatur, & alibi sæpe. Angelus quo que iurauit per uiuentem in secula se culorum Apocal. 10. cap. & Apostolus dũ ait. Testis enim mihi est Deus, quo cupiam oẽs uos in uisceribus Iesu Christi, ad Philip. 1. cap. si peccatum. ibi, testis est mihi Deus. 22. q. 1. & rursus; quotidie morior propter ue stram gloriam fratres. 1. ad Corin. 15. c. ut noueritis. & c. iurabunt. 22. q. 1. & in ueteri testamento, Viuit Dominus, & uiuit anima tua. 4. Regum. 4. & rur sus, Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant. 3. Regum 19. & 4. Regum 6. & habetur in d. c. & peccabunt. 22. q. 1. summa Asten. lib. 1. tit. 18. artic. 6. & late habetur in d. c. & si Christus. de iureiu. & latissime Io. de Selua in trac. de iureiur. par. 1. q. 3. ex quibus patet non esse peccatum iurare, nec ma lum iuramentum. c. non est. c. tu malum. & c. si peccatum. & fere per totum. d. q. 1. sed incautum iuramentum & frequens sine causa reprobatur, quia per hoc (ut dixi) assumitur nomen Dei in uanum, quod est de se ma lum, & contra secundum præceptum Decalogi, Non assumes nomen Domini Dei tui in uanum, Exod. 20. & trad. magister & cæteri Theologi post eum in 3. senten. dist. 39. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. & latissime prosequitur & declarat Alex. de Hales in 3. par. summæ. q. 31. ar. 5. §. 1. & 2. & arti. 6 §. 1. & rursus. q. 63. late quoque Dom. Soto de iust. & iu. lib. 8. q. 1. artic. 2. & 5. per totum, & late summa Asten. lib. 1. titu. 18. ar. 3. In proposito igitur quamuis in aliquo casu particulari ex incauta iuratione, seu in iuramento præstito sine causa sufficienti, cessaret causa peierandi, quia uerũ esset quod iuratur, militat tamen alia. i. irreuerentia quæ Deo exhibetur, quia sic assumitur nomẽ Dei in uanum, quod ipsa lege Dei, & naturæ prohibetur ut supra.

Resolutis ergo exemplis Couar. & Dom. Soto firma remanet conclusio supra firmata, quod si in aliquo casu particulari cesset causa fraudis & deceptionis ad quas uitandas lex introduxit solennem numerum septem te stium, cessabit etiam in foro conscien tiæ legis dispositio, & idcirco seruanda est in hoc foro huiusmodi uoluntas minus solennis de iure positiuo ab his quibus ea certitudinaliter no-
122 ta est. Nihil enim prorsus obstat ratio illa adducta per Dom. Soto. d. lib. 4. q. 5. artic. 3. de iust. & iu. quam dicit esse potentissimam, uidelicet quod

MM si

si prædicta conclusio procederet leges scrupulos pusillorum cōscientijs relinquerent, cum sæpe ambiguum, & obscurum esse posset, an interuenerit tanta fraus, ut parēdum esset legi, an tā parua, ut illa attendi nō deberet, sed potius ius naturale; & idcirco legislatorem noluisse ciues esse horum iudices, sed legis obseruatores. Hæc enim rō non est ad propositum, quia qō nostra & sua ibi, est de casu certo & claro ubi scilicet clare compertum est his (quorum interest) quod nulla fraus in hoc uel in illo testamento interuenit, nā in casu dubio procul nos quoq; fatemur, & oēs admittunt uenientes ab intestato posse tuta cōsciētia niti legis authoritate contra hanc minus solennem uoluntatē illamq; licite oppugnare per late adducta supra nu.38. & 39. cum multis seqq.

Et quāuis idem Dom. Soto subdat leges & rem publicā posse hac de cā uitandi fraudes naturalē ciuiū uoluntatē cohibere & modum illis præscribere, ita ut iuste hac de causa statuere potuerit septē testes in testamētis ordinandis adhibendos esse, & aliter cōdita testamenta minime ualere; quod & nos fusius probauimus sup. par. 1. c. 2. & 3. per totum, tamen huic argumento respondetur, ut supra nu. 61. & multis seqq. iuncto nu. 78. cum pluribus ēt seqq. ubi latissime ostendimus quod lex ciuilis introducens certam formā & solennitatem adhibendam in aliquo actu ob aliquam iustam causam puta in terminis testamenti numerum septē testium ad fraudes uitādas, si in aliquo certo & particulari casu cessat causa illa quod ualebit actus ille in foro conscientiæ & de iure naturali prætermissa solēnitate iuris positiui, quia cum cesset causa legis, cessat in foro conscientiæ legis uinculū, licet aliud sit in foro fori propter aliā causam uitandi lites, quæ non militat in foro conscientiæ, ut ibi nu. 97. & 98. cum seqq. cuius nostræ conclusionis immobile fundamētum stabilitur super illa celebri regula Inn. de qua late supra hac parte cap. 1. nu. 48.

Per quam quidē regulā dissoluitur tertiū principale fundamentū Do. Soto. quod pro sua opi. huic nostræ contraria adducit, nempe quod secundū leges perinde est oino decedere intestatū, & cū minus solenni & legitimo testamento, imo (ut & hoc obiter addam) & in hoc casu is uere intestatus dicitur decedere. l. 1. ff. de su. & legi. & insti. de hæred. quæ ab intest. defe. cum aliis supra adductis par. 1. cap. 4. nu. 53. cum seq. eo quod lex (ut inquit Soto) iuste ad fraudes uitandas potuerit irritare uoluntatem testatoris minus solennem non obstante iure naturæ præsertim in pœnam negligentiæ testatoris qui omisit & negligens fuit in non adhibendo solennitatem à iure requisitam in suo testamento, ut ibi per eum, quia quamuis ratio hæc concludat respectu ualiditatis legis in communi, & in abstracto, quæ ex tali causa iuste potuit irritare huiusmodi minus solennem dispositionem non obstante iure naturæ, etiam in foro conscientiæ, non tamen respectu casus particularis, in quo cessaret causa illa, quia tunc remanet dispositio ualida de iure naturali, quæ attēdi debet in foro cōscientiæ, postquam in eo casu cesset causa per quā legis dispositio contra actū ualidum de iure naturali sustinebatur iux. late adducta supra nu. 97. & plurib. seqq. iuncta regula de qua sup. d. c. 1. nu. 48. & multis seqq. Nec est ad propositū pœna negligentiæ, quia non eam lex considerauit, nec ea ex causa mota fuit ad irritandum testamenta minus solennia, sed solum causa uitandi

fraudes,

fraudes, & falsitates, quæ in eis committi possent iux.l.fin.in uersi.lex etenim.C.de fideicom.& l.iubemus.circa princ.C.de testa. & supra par. 1.c. 2.nu.3.& multis seqq. usque 19.latissime ostensum fuit; sed ad motiuum de præscriptione, de quo postremo latius est discutiẽdũ patet respõsio ex ibi late adductis nu.135.& decẽ seqq.

Ad quartum autem argumentum Dom. Soto, quod est secundum Couar.in d.c.cum esses.nu.7.de testa. qđ iudex in foro iudiciario exteriori nõ obstante uolũtate defuncti minus solenni adiudicabit hæreditatem legitimis hæredib.ab intestato ueniẽtibus, etiam quod ipsi fateantur in eo testõ nullam fraudem interuenisse, qđ nos latissime probauimus supra par.j. c. 2. nu.23.cum cæteris seqq.usq; ad fin.& per consequens idem sit dicendũ in foro conscientiæ, ex quo iudiciũ exterius fundatur super certo, nec procedit ex falsa præsumptione iuxt.Tho. & alios relatos per Feli.in c.1.nu. 41. iuncto nu.40. in uersi. primus est qđ canon.de constitu. & latius supra nume.38.39.& 40.cum plurib.seqq. latius ẽt ostẽdimus, & cõprobauimus, respondetur quod iudex in iudicãdo repræsentat personam publicam non priuatam, & idcirco iudicare debet secundũ leges Reipublicæ postposito foro conscientiæ, iux.late adducta supra hac parte c.1.in secũdo præmisso præsertim nu.18.& multis ẽt seqq.& idcirco, licet iudex tanquàm persona publica, & minister legis id iuste statuat in foro iudiciario, non tamen id sequendum est in foro conscientiæ. Tum propter diuersam rationẽ, quæ militat inter unum, & alium forũ, de qua latissime supra à nu.79.cum omnibus seqq. usq; nu.104. quæ hic pro repetitis habeantur. Tum etiam quia doctr.S.Tho. de qua supra non procedit ubicunque lex ciuilis, siue etiam canonica fori cõtentiosi fouet lucrũ odiosum ex quodam rigore cõtra naturalem æquitatẽ, ut in proposito.d. nu.104.ostẽdimus, & declarauimus.

Nec obstat dum subdit Dom.Soto, & idem Couar.supra proxime allegatus, quod nisi leges in hoc casu obligarent in conscientia, essent illaqueatrices cõscientiarum, ut etiam arguit Bal.in consil.285. col.1.in uersic. nec aliter uidetur dicendum. ibi alioquin uolu.3.nec illas ecclesia tolleraret cũ peccato.c.fin. de præscri.cum ibi not. ad hoc enim primo dici potest, quod imo ecclesia eas propter hãc causam expresse reprobauit.in c. cum esses. de testam.iux.secundam lect.glos. ibi à Doct. antiquis communiter approbatam, ut late ostendimus supra par. 2.c.9.nu.8.& 9.cum multis seqq.usq; nume.34. uerum quia contra eam se habet communis moder. quæ hodie sine dubio est magis communis, quã sequitur Domi.Soto. & nos ibi latius probauimus d. num. 34. cum cæteris seqq.usque ad fi. idcirco Secundo respondetur, quod non est absurdum, nec nouum, aut inconueniens, quod aliquod sit licitum, & permissum in foro fori exteriori, quod tamen non sit permissum in foro conscientiæ ẽt ubi non proceditur ex præsumptione, sed super certo, iux. late not. per Io.And. in regula peccatum. col. 11. in uersi.ad propositum. & uersi.ulterius.de regu.iu.libro 6.in mercu.Cagno.in l.2.nu.23.& seq. C. de rescin. uend.& tã respectu fori ciuilis, quàm canonici, prout trad.Anto.de Butr.in c.inquisitioni.de sentẽ.excom. & ibidem Felin.num.2.& Dec.in c.1.lec.2. col. pen.uersi. non obst.quod de iure canonico.de constitu. Ferrat. cau.19. Felin.in c.nouit.col.4.ad med.ibi, & allego D.Anto.de iudi.& late probat

Sarnen.in c.2.num.21.& num.32.& seqq.de constitu.lib.6.& in regula de non iudi.iuxta for.suppl.q.14.in uersi.breuiter.usque ad fi.ubi etiam dicit quod iste forus conscientiæ à contẽtioso sicut cœlum à terra differt, & Gigas de pensio.q.34.per totam. & probatur ex trad. & late adductis supra nu.101.& 102.& pluribus seqq. nec enim pertinet ad forum exterius omnia uitia cohibere,sed ea tantum, quæ habent impedire ciuilem societatem,& bonum commune ad qđ principaliter intendit ius legale in foro exteriori Asten.lib.1.titu.46.art.5.cũ aliis supra in proposito adductis par. 1.c.3.nu.44.& plurib.seqq.iuncto nume.78.Nec tamẽ ex eo,quod in hoc, uel illo casu particulari contraueniatur uoluntati testatoris sub obtentu omissæ solennitatis numeri septem testium de iure requisiti, potest dici ius ciuile in hoc continere peccatũ,aut peccato occasionem præbere, nec ullo modo iniquum, aut iniustum reputari,ut latissime d.c.3.nu.60.in fin. in uersi.ex quib.& nu.61.cum pluribus seqq.usq; nu.79.latissime ostẽdimus; & nihilominus, quamuis in foro fori exteriori hæc testamenta minus solẽnia non mereantur executionem, nõ tamen excusandus est in foro cõscientiæ qui certus de uoluntate testatoris sub eo prætextu nititur eã oppugnare,ut ibi nu.72.& 73.cũ seqq.declarauimus iux.latissime adducta sup. hoc in quo sumus cap.nu.47.48.&49. cũ seqq. ubi ex hoc firmauimus posse ẽt contra tales procedi per uiam denunciationis Euangelicæ, declarando latius, ut ibi prosequuti fuimus, usque ad nume. 53. inclusiue.

Quinta ratio Dom. Soto de absurdo, qđ sequi posset de tutore qui habeat clare notam uoluntatem testatoris contra pupillum legitimum hæredem ab intestato ueniẽtem, nam nisi pro pupillo hæreditatem petat cõtra hanc minus solennem uoluntatem,teneretur illi postea propter negligentiam actione tutelæ resarcire omnia damna, si uero petat incurreret peccatum mortale cõtraueniendo huic, licet minus solenni uoluntati, in qua ipse tutor pro certo scit nullam fraudem interuenisse pluribus modis dissoluitur,prout illi plurib.modis consuli potest tuta conscientia ne damnũ ullum incurrat,uel procurãdo ob aliquam causam legitimam à tutelæ officio se remoueri, fingendo puta causam absentiæ, uel alterius legitimi impedimenti,citra suæ tamen existimationis aut famæ læsionem, prout in simili de iudice, qui certo scit innocẽtem esse eum,qui super aliquo crimine in iudicio exteriori per falsos forte testes conuictus est,qđ procurare potest, ut à iudicandi munere se abstineat,& causam superiori remittat,ut consuluit S.Tho.2.2.q.64.art.2.& artic.6.ad tertium, quem sequitur Silue.in summa uer.iudex.2.q.5.& referunt Couar.uaria.resolu.lib.1.c.1.ante nu.10.uers.Septimo. & Dom.Soto de iust.& iu.lib.5.q.4.arti. 2. col.4.in uers.sunt autem.Vel negotiũ differendo usque quo pupillus maior efficiatur à quo liberationem à tutelæ administratione obtinere possit,cui rẽ propalare poterit, & quod ipse nõ petiit hæreditatem legitimã ab intestato eo quod sciat uoluntatem defuncti licet minus solennem ueram esse, & absq; ulla fraude processisse,dicendo mundæ sunt manus meæ à sanguine huius causæ,petas tu si uis,ut melius nosti,ut dixit Pilatus Matth.27.c.& exẽplo Apostoli ad Ephesios act Aposto. cap.20.& habetur in c. Ephesiis. dist. 43.& in simili quoq; de iudice in casu proposito trad.Couar.ante d.nu.x. ibi,

ibi, satius mehercle erit. & multum in
123 proposito de prælato habente conscientiam læsam de re aliena, quam possidet ecclesia cuius ipse administrationem gerit tradd. glo. & late Gemi. & alij in c. generalis. dist. 54. Host. de præscri. re. immo. in summa. §. quæ exigantur. uersi. quid si prælatus habet conscientiam. & duob. seqq. gl. & doc. in cap. fi. ubi late Abb. nu. 41. & seqq. Imo. col. pen. & Fel. nu. 10. de præscri. summa Asten. lib. 3. tit. 2. ar. 6. uersi. quid si prælatus. ubi consulunt etiam quod denuntiet ei quem credit esse dominum, ut in iudicio petat, cũ non uideatur in hoc prælatus dolum malum facere ratione iuris sui seruandi causa, iux. l. at qui natura §. si cum me absente. (ubi ponitur hæc cautela) ff. de neg. gest. & glo. in c. si uirgo. 34. q. 2. & in terminis trad. glo. in d. c. generalis. & in d. c. fi. in glo. fi. & Inn. ibid. & alij de præscrip. & in c. bonæ. el 2. in uers. diffidere. ubi tamen uide Abb. sub nu. 22. de postula. præla. cui tutor, ubi adest eadem ratio, & in fauorabilibus saltem comparatur, iux. glo. in c. auditis. uer. ecclesia. de in integ. restitu. & respectu administrationis glo. in c. qualiter & quando. el 2. uer. redde rationem. de accusa. & in c. ex literis. in pen. glo. de iud. Abb. in c. cum deputati. in fi. ubi late Fel. col. pen. uers. quando prælatus. nu. 8. ubi allegat concord. de iud. Bero. q. 27. & q. 68. nu. 4. & idem Bero. in c. 1. nu. 99. de in integ. restitut. quamuis non me lateat in pluribus quoq; eos differre ita ut non ualeat indistincte, argu. de uno ad alium, iux. glo. ord. in c. fin. 5. q. 3. Abb. ẽt q. 3. inci. Sẽpronius. col. 9. uers. nec ob. quod tutores. & late Fel. in d. c. cum deputati. col. fi. nu. 9. & in d. c. qualiter & quando. col. 3. in fi. in uers. in glo. in uer. rationem. de quo late ẽt Bero. in c. nulli. nu. 65. de reb. ecclecle. non alien. Nam ut ad institutũ redeamus non debet tutor contra conscientiã pro utilitate pupilli aliquid agere, & impendere animam sua commodis alienis & pro alio peccare, iux. c. fi. ubi bo. glo. dist. 46. & c. quod ait. iuncta gl. magna ad fi. dist. 14. & opt. tex. in proposito loquens de tutorib. & curatoribus in l. uideamus. in prin. ibi, graue. n. uidebatur. ubi omnes. ff. de in lit. iuran. ubi no. Bal. i tertio no. ex eo tex. not. quod non debet quis grauare conscientiã suam rõne officii quod gerit, sed debet salutem animæ præferre cuicunq; officio, & bo. glo. loquens de prælato in c. breui. & ibi doct. de iureiu. & de uasallo glo. in c. paruuli. uer. causa. 22. q. 5. unde nõ debet tutor, nec prælatus fouere causã iniustam pupilli, & ecclesiæ. l. quoties. §. sicut. ff. de adm. tut. gl. in c. 1. 14. q. 1. & in terminis ẽt bene Bart. in l. tutor secundũ dignitatẽ. §. non est. in princ. ff. de adm. tut. Host. & post alios Abb. in c. per uestras. in fi. de dona. inter ui. & uxo. uel etiam quando alia uia sibi consultũ non esset, quia forte in expectando, & differẽdo aliquod periculũ occurrere posset, tunc sine dubio posset tutor tuta cõscientia petere hæreditatẽ, & cãm in iudicio peragere pro pupillo cuius tutelam gerit, quia hoc ageret coactus ex munere publici officii sibi iniuncti, ut est tutela insti. de excu. tut. in prin. cũ cõcord. ibi per gl. allegatis. iux. l. cũ quædã mulier. C. de adm. tuto. & in terminis propositis de prælato respectu ecclesiæ cuius ipse curã gerit tradit Arch. in d. c. generalis. dist. 54. & post eũ Abb. in d. c. fi. nu. 41. ad med. ibi, tertia est opi. de præsc.
124 & prout ẽt de iudice qui ex munere publici officij sibi iniuncti coactus potest & debet contra suã propriam certam scientiã eũ qui exactis conuictus reperitur condẽnare, quamuis iudex

MM 3 ipse

ipse indubitanter & pro certo sciat illum innocentem esse, ex quo hoc facit tanquam persona publica ratione muneris publici sibi iniuncti, tradd. doc. omnes quos supra hac parte. c. 1. nu. 18. late congessimus iunctis, cæteris seqq. usque nu. 28.

125 . Quod postremo confirmatur, quia non tenetur tutor cum dispendio, & periculo bonorum suorũ prætermittere curã pupilli, & officiũ sibi ex publico iniunctũ, ut alius puta scriptus hæres non lædatur & dãno afficiatur, dũtamen à dolis, & fallacijs abstineat, & uia iuris experiatur; nã hoc in casu licitũ esset tutori hac uia redimere uexationẽ suã, & occurrere dãno quod sibi aliter immineret, ẽt cum dãno eorũ ad quos uere ex uoluntate testatoris bona deuenirent, quia hoc nõ faceret aĩo oppugnando uoluntatẽ testatoris, sed ne ipse teneatur de negligẽtia cum periculo & euidenti iactura bonorum suorũ, arg. eorũ quæ multũ ad propositum in simili trad. Ancha. in regula peccatũ. sub nu. 11. in uersi. sed restat dubium. & in uers. sed occurrit quæstio. de reg. iu. lib. 6.

Sexta & postrema rõ Dom. Soto, quod nõ esset prouisum fini legis, quę solennitates in actib. humanis induxit nisi talis obseruantia attendenda esset in conscientia, ponens exemplũ in solennitate requisita in alienatione rei ecclesiasticæ, tantum abest, ut pro sua opi. faciat, quod imo contrariã maxime fulciat, & cõtra suã retorqueatur;

126 nam cũ finis, propter quẽ fuerunt introductæ solennitates in huiusmodi alienatione, fuerit occurrere læsioni, quam ecclesia ex ea incurrere posset, ut not. in c. fine exceptione. ubi gl. uer. profuturũ. 12. q. 2. & in c. 1. de reb. eccle. non alien. lib. 6. idcirco si in aliquo casu particulari cessset læsio, & omnis fraus in huiusmodi alienatione absq; ulla solennitate celebrata, nihil est in causa cur in foro conscientiæ talis alienatio subsistere non debeat, ex quo in eo casu particulari satis est prouisum fini, cum nulla læsio, aut fraus interuenerit, prout tradd. Ant. de But. & post eum Abb. in c. quia pleriq;. nu. 31. de immu. eccle. idem Abb. aliud sentiens in foro fori in c. 1. nu. 19. de rest. in inte. Silue. uer. aliena. sub nu. 12. cũ seq. & Tabien. eo. uer. alienatio. nu. 10. Bero. c. 1. nu. 23. de constitu. & alii supra allegati nu. 105. & seq. iux. regulã Inno. in c. quod sicut. de elec. pluries probatam, de qua late supra hac parte c. 1. nu. 48. cum seqq. licet secus in foro fori, in quo tantum procedit exemplum hoc à Do. Soto adductum, iux. glo. ord. in summa. & in c. fine exceptione. 12. q. 2. & in d. c. 1. ubi Abb. & alij de in integr. restitu. & habetur in c. tua nuper. ubi ẽt Abb. nu. 8. de his, quæ fi. à præla. & in c. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. & ita præcise quoq; declaratur regula Inno. ut per Boer. decis. 1. nu. 13. & seq. iuncto nu. 71.

Prout nihil obst. quod in confirmationem huius opi. adducit Couar. in d. c. cum esses. sub nu. 7. in uers. tertio his accedit. de testam. uidelicet quod cum omnis actus humanus teste Boetio perficiatur uoluntate, & potentia iux. late adducta supra par. 1. cap. 16. num. 241. non satis sit uoluntas quantumlibet manifesta in huiusmodi testamento non solenni postquam non adest potentia testandi absq; solennitate legali, etiam si quis id expresse facere uellet. l. nemo potest. ubi omnes not. ff. de leg. 1. l. testandi. ibi, mutare formam aut iuri publico derogare cuiquam permissum est. C. de testamen. & latissime supra par. 1. c. 6 ostẽsum fuit, quia huic argumento quod fuit Bald. in repet. l. 1. nu. 55. C. de sac. eccle. respondimus supra c. proximo.

nume. 74. ubi ostendimus argumentum nō concludere inspecto iure naturali, & consequenter in foro conscientiæ, sed tantum inspecto iure ciuili, prout etiam reperi postea Manticam ita respondere de coniect. ult. uolunt. lib. 2. tit. 14. nu. 22.

Et inde quoq; colligi potest respōsiō ad aliud argumentum Couar. in eo. c. cum esses. num. 7. in fin. in uersi. quarto. & nume. 8. quod in effectu in idem recidit, uidelicet quod iste solēnis numerus testiū sit de forma substantiali testamenti sine qua actus est ipso iure nullus, quod plenissime ostēdimus, & comprobauimus supra par. 1. cap. 4. & idcirco nihil referat, quod aliunde possit constare de hac uoluntate minus solēni, secundum Couar. etiam in animæ iudicio, & in foro cōscientiæ, si quidem hoc argumentum concludit solum inspecta dispositione iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, secundum quod ualet testamentum absq; ulla solennitate ex sola nuda, libera, & simplici uoluntate testatoris, quæ attendi debet in foro conscientiæ, ut late supra huic argumento, quod in effectu fuit Pet. ut referūt Cyn. & Bal. in l. cum quis. C. de iu. & fac. igno. latius responsum fuit supra cap. proximo. num. 48. 49. & 50. cum seqq. & hoc c. 3. num. 61. & seq.

Postremo non obst. quod etiam iure Pontificio, ut idem Couar. d. c. cum esses. sub d. nu 8. arguit, non ualet testamentum ex sola uoluntate testatoris, nisi ultra duos testes interueniat etiam præsentia presbyteri parochialis, ut ibi est text. de quo latissime supra par. 2. c. 8. disseruimus, quæ solennitas de iure naturali non est necessaria, & tamen in foro conscientiæ omnino seruāda uideatur, cum prout dicit Couar. ius Pont. & Canonicum legi Diuinæ propius accedat, & saluti animarum diligenter consulat. c. filius noster. ubi Abb. in tertio notabili de testamen. quod & no. Gemin. Ancha. & alij in c. 2. in prin. per illum tex. ubi post Crot. & alios latissime Sarnē. nume. 2. & infinitis seqq. de consti. lib. 6.

127 quia cum Canones emanauerint instinctu Spiritus Sancti. c. si quis diaconus. in prin. 50. distin. & idcirco lex canonica nihil præcipiat, nec permittat

128 cum peccato. c. fi. de præscript. cū alijs supra adductis par. 1. c. 3. num. 32. seruari omnino debent in foro consciētiæ, prout etiam arguit Sozi. in l. 2. nume. 21. ad fin. ff. de uul. & pup. Dec. in l. precibus. nume. 10. & Curt. iun. nume. 14. & 15. C. de impu. & alijs subst. & opt. trad. Abb. etiam respectu fori contentiosi. in c. uigilanti. col. fin. ubi etiam Felin. nume. 11. de præscript. & latissime comprobat Sarnen. d. c. 2. nume. 15. 16. & 17. cum seqq. de constitu. lib. 6. Mantica de coniect. ult. uolū. lib. 11. tit. 7. sub num. 2. & per nos infra num. 149. quod quamuis etiam regulariter dici soleat de iure Cæsareo circa leges ciuiles diuinitus per ora Principum promulgatas iuxt. latissime adducta supra nume. 41. & pluribus seqq. tamen multo fortius, & magis principaliter, & in uniuersum id procedere debeat quo ad ius Canonicū, cuius principalis finis est uita spiritualis æterna, & supernaturalis, ac sa-

129 lus animarum, cum tamen iuris ciuilis finis sit bonum publicum mundanum, & tranquillitas huius uitæ mortalium temporalis iuxt. late adducta supra par. 1. c. 3. nu. 44. & seqq.

130 Huic enim motiuo facilis est respōsio si quidem etiam forus contentiosus iuris canonici non semper cōcordat cum foro consciētiæ, quia ille nō semper tendit ad salutem animarum, & idcirco non omnia, quæ in eo licita sunt, erant licita in hoc foro cōsciē-

tiæ,ut post alios bene declarat Sarnē. in c.2.num.32.& seq. de consi.lib.6. cum alijs late adductis supra sub nume.122.in uers.nec obst.dum subdit. & nume.101.& pluribus seqq.latius cōprobauimus, & declarauimus. in proposito quamuis lex canonica iustissime ad obuiandum fraudibus mota fuerit ad statuendum, ut testamentum confici debeat cum interuentu presbyteri parochialis, ut trad. Specu.in titu.de instru.edi.§. compendiose.nume.12.& latissime Abb.in repet. c.cum esses.sub num.12.13.14.& 16. in fin.de testa. & nos supra par. 1.c.3. num.15.& par.2.c.8. nume.4.5.& 6. cum seqq.nihilominus ubicunque in aliquo casu particulari cessaret ratio ista fraudis, tunc in foro conscientiæ non esset curandum de huiusmodi solennitate iuris positiui ex causa uitandæ fraudis itroducta,sed ualeret testamentum ex sola,& simplici libera uoluntate testatoris iuxta sæpius allegatam regulam Inno.in c.quod sicut.de elect. prout in terminis huic motiuo respondimus late supra nume. 63. & seqq. & nu. 79. cum seqq. nec tamen quod in hoc, aut altero casu particulari ob dispositionem iuris canonici possit contrauenīri liberæ uoluntati testatoris, eius dispositio ullo pacto censeri debet iniusta, aut peccati nutritiua, seu illi occasionem præbens, ut in terminis quoque dispositionis iuris ciuilis late ostensum fuit supra nume. 82. & pluribus seqq. & rursus nu.97.& 98.cum seqq. & supra quoque latissime par. 1.c.3.num.52. cum cæteris seqq.usque 79. ubi ne frustra membrana occupemus lectorem reijcimus.

131

Ex quib.sufficienter, ut puto sublata remanent,& resoluta omnia fundamenta per Couar. & Domi. Soto pro eorum opin.contra nostram,& communem adducta; hoc ergo tantum superest,ut alia quædam, quæ illam maxime oppugnare uidentur pariter resoluamur. Nam cum certi sint modi per quos rerum dominia, de uno in alium transferantur, tam de iure naturali,quàm ciuili, inter quos est legitima successio ab intestato, ut habetur in l.1.iuncta glo.uer.ciuitatis.ff.de acqui.re.dom.& in §.singulorum.iuncta etiam glo. uer.ciuili.inst.de re.diui. & iusta sint rerum dominia eo modo de iure ciuili, & humano translata,& quæsita, prout ex Augustino super Io.habetur in c. quo iure.8.distinctio. & probat Fede. de Sen. multum in proposito in consi.131.sub num.3. uersi.item appropinquando. & nu.4. Pet.de Palu.&Rayne.Abb.qui se subscripserunt illius consi. & late Domi. Soto de iust.& iu.lib.4.q.3.articulo 1. in tertia,& quinta concl. idcirco ubicunque non obstante minus solenni testamento quis ab intestato de iure ciuili iuste successerit, poterit utique bona testatoris iusto titulo sibi quæsita,licite in foro conscientiæ & retinere, & ab ipsis possessoribus auocare, cum earum rerum legitime ipse dominus sit effectus, quantūcunq; sciat testatoris aliam fuisse uoluntatem, ut multum in terminis per Bald.in auth. ingressi.colum.5. in uersi. nam regula est ista.C.de sac. eccle.& prout in simili per plura fundamenta,quæ huic conclusioni adoptari possunt, cōcludunt doc. in materia præscriptionis, quod si post illam completam superueniat præscribenti scientia certa, & indubitata, quod res erat aliena, non tamen tenetur in foro conscientiæ eā restituere,quinimo licite retinere potest, cum iuste uigore præscriptionis de iure ciuili,etiam cōtra domini uoluntatem dominium quæsierit. iuxt. glos. ordi.in c.si uirgo.34. q.uni.& in c.si

132

133

134

c.si res.16.q.4.& hoc no.Inn.in c.cura.in fin.ubi opt.tex.de iu.patro. glo. Inno.Abb.num.37. & cæteri in c.fin. de præscript.& glos.in c.uigilantis.in secunda opi.quam tenet omnes doc. antiqui.& moderni,ubi late Bal.Cardi.Imo.Abb.Felin.& cæteri communiter, prout de communi, & ueriori attestantur Abb.ibi,ubi late nu.6.eo. tit. & latissime Hostien. in summa de præscri.re.immo.§.quæ exigantur. in uersi. sed quid si iam completa. Dyn. & latissime Io.And. in regula possessor.in sexta quæstione principali, de reg.iu.li.6. in mercu.& ibi etiam Ancha.nume.9.& seq.& Franch.parum sub num.13. ubi referunt Ray. & omnes summistas ita tenere,& ita tenuit Pet.doc.Vltramon. quem refert,& sequitur Bal.in l.cum quis.nu.14.ad fin. uersi.in secundo uero casu. C. de iu. & fac.igno.& Io.de Ligna.quem etiã refert Bal.in consi.295.in fin. uolu.1. idem Bal.in auth.ad hæc.nume.8.ubi bene declarat hoc procedere quo ad præscriptionem rerum corporalium, ubi præscribitur earum dominiũ,nón autem quo ad præscriptionem actionum; & declarat Inno. in c. quia plerique. nume.3.& 4. quem omnes ibi sequuntur, præsertim post alios Abb. nume.25.de immuni. eccles.& bene ad propositum nostrum Ancha. in regula peccatum.col. 11. nume.11. ad med.in uersi.pone statutum.de regu. iu.lib.6.Felin.in c.nouit. col.3.in uersi.nam præscripta.sub num.5. & ibid. Dec.nume.11. de iudi.Cagno.in l.2. nume.28.C.de rescind.uend. Bero.in rub.de præscrip. parum sub num.12. in uersi. secundo quoque. & latissime comprobat Balb.de præscrip.2.par.3. par.principalis. quæst.9 per totũ. ubi alios etiam cumulat, & attestatur de cõmuni; & ex Theologis Th. quodlibet.12.articu.25. Scot. 4. distin.15. q.2.articu.1.Asten.lib.3.titu.2.arti.6. in uersi.pone quod præscriptum sit canonice.Silue.uer.præscriptio.1.nume.13. ubi refert cano.omnes antiquos,uidelicet Ioã.Vin.Tancre.Goffred.Ber.Ioan.And.Hostien.Innocẽ. Hugo.Mona.Vlde.Lauren.& alios ab eo nominatim citatos ita tenere, affirmans indubitanter hoc esse tenendũ, & Tabien.eo.uer.præscriptio. nu.12. & latissime Dom.Soto de iustit.& iu. lib.4.q.5.artic.4. cum latissime cumulatis per Tiraquel.cessan.cau.limi.12. nume.16. & 17.ubi & alios cano. & Theologos per eum relatos uidere poteris.

Quamuis autem hoc fundamentum,ut diximus,maxime uideatur oppugnare hanc nostram communem conclusionem,nihilominus pro illius resolutione est aduertendum, quod prædicta communis opinio de præscriptione,de qua proxime num.34. tunc demum procedit ubicunq; præscriptio completa fuit cum bona fide præscribẽtis,&in his terminis loquũtur doc.omnes pro opi.ibi allegati,& cæteri qui de hac re tractarunt; nam leges ciuiles, quæ permittebant, &
135 inducebant præscriptionem longissimi temporis 30. uel 40. annorum, ẽt cum mala fide præscribentis saltem ad effectum retinendi iux.l. sicut.& l. omnes. & clarius in l.si quis emptoris.§.1.ubi Bal.& cæteri. C.de præscr. 30.uel 40.annorum. & l.1.§. ad hæc. C.de anna.except.& habetur. in cap. placuit.in uersi. quod si mala fide.16. q.3.& late trad. Hostien. in summa de præscrip.re.immo. §. quæ exigantur. uersi.in præscriptione uero longissima.& uersi.sequitur secundum leges.& post alios Balb. de præscript.2. par.3. par.principalis.q.6.nume.1.2. & seq. hodie non habent locum, sed sunt abrogatæ per ius canonicum etiam

in terris Imperij ratione peccati, quo
136 iure cautum est, ut nulla præscriptio quantumlibet lōgissimi tēporis procedat cum mala fide præscribentis, sed oportet ut in nulla temporis parte præscribens habeat conscientiam rei alienæ.c.uigilanti.& c.fin.& ubiq; doc.de præscrip.c. possessor.ubi glos. Dyn. Ioan.And.Anch.& cæteri de regu.iu.lib.6.late Host. in d.§. quæ exigantur. in uersi. uerum quicquid dicant legistæ. usq; ad uersi. aliquoties. Bar.in l.naturaliter.nume.8.ff.de usucap.Bald.in l.super longi.lect.1.nu.9. ubi etiam Ang.& alij.C.de præscript. lon. tempo. & latissime Fortu. qui late prosequitur.& declarat in tract.de ulti.fin.in secunda prin.illa. nume.26. 27.& cæteris seqq. usq; 147.& Balb. d.q.6.nume.9. & q.7.nume.3.& 4.& Alleus.d.articu.6.q.2.& Bero.in rub. de præscrip.num.20.& 40.

Et quemadmodum præscriptio cū mala fide est improbata, de iure canonico ratione peccati non obstante, quod lex ciuilis ex iusta causa ad puniendam negligentiam præscribentis, & ad conseruandum statū quietum Reipublicæ, & ad uitandas lites, quæ inde oriri possent, eam introduxerit iux.tex.in d.c.uigilanti.ibi Ephesinus enim legislator. & latissime pariter,& doctissime trad.per Ioā. And. in d. regula possessor.in tertia principali quæstione.de reg. iu.lib.6.in mercu.quem ibidem late etiam refert, & sequitur Ancha. in secunda principali oppo.sub nume.1.& num.2.& 3.& 4.cum seqq.quibus tamen plurimum aduersatur Fortu. proxime allegatus; ita quoque præscriptio cum bona fide,& sic cessante peccato, est eodem
137 iure canonico iustissime approbata ꝑ c.si uirgo.34.q.uni.& c.sanctorum.c. ad aures. & per totum ext. de præscript.cap.1.& 2.eo.titu. lib.6.tradd. Host.Io.And.& Ancha.proxime alle
138 gati.quinetiam de iure diuino approbata, & introducta reperitur Leuiti. 25.ad med.ibi, qui uendiderit domū intra urbis muros, habebit licentiam redimendi donec unus adimpleatur annus; si non redemerit,& anni circulus fuerit resolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuū, & redemi non poterit etiam in Iubileo; & ita quoque licita est in foro
139 conscientiæ, Dom.Soto supra allegatus d.lib.4.de iust.& iu.q.5.ar.4.col.4. in uersi. his ueruntamen non obstantibus.quod & uolunt omnes supra relati num.134.& quamuis ex eo quod quis uidetur locupletari cum aliena
140 iactura uideatur huiusmodi præscriptio recedere à naturali æquitate iux. l.nam hoc natura.ff.de cond.ind.& regulam iure naturæ.ff.de regu. iu. & c. locupletari.eo.titu.lib.6.tamen attentis pluribus alijs causis, quia scilicet per eam punitur negligentia,& desidia eorum, qui tanto tempore negligunt prosequi ius suum, & ne dominia rerum semper sint in incerto, & ut continuis, ac frequentissimis litibus obuietur, præsertim, ubi adest bona fides præscribentis,hæc præscriptio non potest iudicari cōtra ius naturale, imo per has causas ad ipsum ius naturale reducitur, ut ex sententia cuiusdam fratris Gerardi de Senis Ordinis Eremitarum doctissimi Theologi late probat Io.Andr.in d. regula possessor.in 2.q.principali,& late cōprobat etiam Ancha.ibidem in tertia oppo.sub num.6.& num.7.& 8. cum seq.glo.& Gemi. in c.ius generale.1. distin.Abb.& Felin.in rub.de præscri. late Balb.de præscrip.1. par. principali.q.5. num.7.& num.13. & per consequens licitam esse in foro conscientiæ; etenim in hoc casu præscriptio non solum toleratur, quin est approbata

bata tanquam actus uirtuoſus, tam ex lege canonica, quàm ciuili, ut per Nauar. in releſt. c. nouit. notabili 6. nu. 69. de iud.

His ergo breuiter circa præſcriptionem in propoſito prænotatis ad argumen. reſpondetur, quod & ſi regulariter per ius ciuile rerum dominia iuſte de uno in alium transferantur, tamen ubicunque ius naturale à principio acquiſitionis, & translationis dominij reſiſtit, talis acquiſitio, & dominij translatio non poteſt eſſe licita in foro conſcientiæ, in quo attenditur diſpoſitio iuris naturalis, ut ſu-
141 pra hac par. cap. 1. in primo præmiſſo. num. 2. & 3. cum pluribus ſeqq. circa quod ius ciuile nihil ſtatuere poteſt, niſi ex iuſta, & rationabili cauſa boni communis, ut ſupra nume. 97. & ſeq. & idcirco, prout ibi diximus, & declarauimus, quamuis lex ciuilis ex iuſta cauſa uitandi fraudes, ut ſæpius dictum fuit, ſtatuerit, ut teſtamenta cõdita abſque interuentu ſeptem teſtiũ irrita ſint, & conſequenter hæreditas transferatur, & acquiratur etiam contra uoluntatem teſtatoris uenientib. ab inteſtato, tamen ubi in aliquo certo caſu ceſſet cauſa iſta motiua legis, lex quo ad caſum illũ nuda eſt à cauſa, & conſequenter in foro conſcientiæ ſeruari debet libera uoluntas teſtatoris, quæ eſt de iure naturali, ac de qua uenientes ab inteſtato certi ſunt non attenta ſolennitate legali iuxt. late trad. ſupra nume. 79. cum multis ſequentibus uſq; 104. incluſiue. Et hinc patet clara reſponſio ad ſimile de præſcriptione ſupra in contrarium adductum nume. 134. quia in eo caſu, ubi præſcriptio legalis completa eſt cum bona fide, & ſic ſemel licite eſt facta translatio, & quæſitum rei præſcriptæ dominium, nõ debet ex ſuperuenienti ſcientia, quod res fuerit aliena irritari, cum iam, ut dicunt doc. ibi allegati, non ſit aliena, ſed propria præſcribentis, & huic præſcriptioni, & translationi dominij ius naturale nunquã reſiſterit, ex quo interuenit bona fides continuata per totũ tempus præſcriptionis, prout multũ bene in propoſito conſiderat Ancha. ſupra allegatus in d. regula peccatum. num. 11. ad med. in uerſi. pone ſtatutum. de regu. iu. lib. 6. at in terminis noſtræ concluſionis ius naturale à principio inuenitur reſiſtere translationi dominij in uenientes ab inteſtato propter liberã uoluntatem teſtatoris in contrarium, quæ ſola ualida eſt de iure naturali, & ſeruari debet in foro conſcientiæ, ex quo cauſa uitandi fraudes, propter quam lex mota fuit ad cohibẽdas has ultimas uoluntates ceſſat in illo caſu, prout in terminis noſtræ concluſionis præſupponitur, & uenientes ab inteſtato, de libera uoluntate certi ſint, & ita in mala fide conſtituti iux. latiſſime trad. ſupra hac par. cap. 1. nume. 47. & 48. cum ſeqq. uſque ad fin. & hoc cap. nu. itidem 47. cum pluribus etiam ſeqq.

Quinimo ſimile hoc de præſcriptione intimius conſiderando in oppoſitum retorquetur, & concluſionem noſtram maxime fulcit; quia ſi à principio præſcriptionis, uel ſaltem ante illam completam innoteſceret præſcribenti, quod res eſſet aliena, & ſic ius naturale repugnaret præſcriptioni ciuili propter malam fidẽ præſcribentis, talis translatio dominij in foro conſcientiæ non eſſet licita, nec admittenda iux. ſupra trad. num. 135. & ſeq. Et è conuerſo ſi in terminis cõcluſionis noſtræ ius naturale non repugnaret, eo quia uenientes ab inteſtato non eſſent certi de uoluntate libera teſtatoris, & quod res ſine ulla fraude proceſſerit, tunc licite poſſent con-

conformare conscientiam suam cum dispositione legis, & licite retinere bona sic eis ab intestato legum dispositione quæsita, & illa à quibuscunq; possessoribus auocare ad late trad. supra nume. 38. & 39. cum seqq. usque nume. 46. quia in hoc casu stante bona fide, seu saltem non mala fide uenientium ab intestato, ius naturale non repugnat eo casu acquisitioni dominij, & ita licite transfertur etiam foro conscientiæ iux. etiam late trad. supra nu. 134. & 137. cum trib. seqq. Ita quod recte cõsiderando nulla est differentia inter casum, & casum data paritate terminorum, sed uis stat solũ in hoc, an ius naturale ante translatũ dominium resistat illius acquisitioni, & tunc translatio impeditur in foro conscientiæ, aut post illud legitime, & bona fide quæsitum, & translatum superuenit scientia talis, quæ à principio de iure naturali impedisset acquisitionem dominij, & tunc dominium semel legitime quæsitum non retractatur, tum per late adducta in his terminis de præscriptione per Balb. de præscri. 2. par. 3. par. prin. q. 9. cum alijs latissime cumulatis per nos su-
142 pra d. nu. 134. Tum quia facilius impeditur ne dominium quæratur, quàm quod iam quæsitum tollatur per regulam l. patre furioso. cum concordan. ibi per glo. allegatis. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iu. c. quemadmodũ. in fi. prin. ibi, quamuis interdum contractum non dirimat quod impedit contrahendum. de iureiu. c. fin. §. his ita respondetur. 15. q. 1. cum late trad. per nos infra nume. 262. ad med. ibi, licet facer ordo. quod in hoc foro conscientiæ multum in proposito trad. Couar. in relect. regulæ peccatum. par. 2. §. 8. sub nume. 6. ibi, quod de lege penali dicitur. de regu. iu. lib. 6. nã
143 & differentia maxima est inter ius quærendum & ius quæsitum, cum illi facilius, quàm isti præiudicetur, iux. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credi. l. fi. C. de acqui. possess. l. si sponsus. §. si maritus. el secondo. ff. de dona. inter ui. & uxo. l. 1. §. utrum autem. ff. si quid in frau. patro. cum sim. alleg. per glos. in d. l. qui autem. glo. & doc. in l. seruus. ubi late Dec. sub nume. 8. in uersi. tertio regula procedit. & nume. 9. cum seqq. C. de pac. & late probat Fed. de Sen. in consil. 9. per totum. n. Roma. in consi. 184. uisis quæ narrantur. etiam per totum. cum latissime adductis per Ias. in l. legatum. num. 15. & 16. cum cæteris seqq. & in l. filiusfam. §. diui. lect. 1. num. 80. & pluribus præcedd. ff. de leg. 1. Dec. consi. 269. sub nu. 8. uersi. & hoc præsertim. & num. 9. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. col. 16. in uersi. primus est. cum seqq. nume. 49. & 50. de constitu. Aym. in consi. 114. nume. 13. 14. & 15. cum latissime cumulatis per Tiraquel. in l. si unquam. uer. donatione largitus. nu. 180. 181. & seqq. unde & facilius illi præscribitur iux. latissime trad. infra num. 173. & facilius tollitur, & aufertur iux. supra quoque adducta par. 1. cap. 19. nume. 64. cum seqq. Tum & postremo quia dispositio postquam est perfecta nõ retractatur, licet res deueniat ad eum casum à quo non poterat inchoari. l. pluribus. §. & si placeat. ubi not. Bart. & cæteri. ff. de uerbo. oblig. per regulam factum legitime. de reg. iu. lib. 6. & l. in ambiguis. §. 1. & ubique gl. quæ allegat concordan. ff. eo.

144 Nec refragatur huic resolutioni, quod si quis bona fide ignorans uerũ rei ualorem illam emat minori pretio, quàm ualeat, & sic à principio acquisitionis fuit in bona fide, nihilominus si post illam emptam, & sic post quæsitum dominium innotescat sibi rem pluris ualere, non potest licite in foro

foro conscientiæ illam retinere iuxt. opi.Abb.in c.quia plerique.num.30. de immu.eccles.& communem Scoti, & aliorum Theologorum in 4. distinct.15.q.2.& S.Ant.in 2.par. Summæ tit.1.c.16 §.3.Conrad.& aliorum quos referunt, & sequuntur Couar. uaria.resolu.lib.2.c.4. sub nume. 11. in uersi. quin & communis opin. Io. Bap.Lupo de usu.commen.3.§.5.nume.111.ad fin.uersi.unde communis hæc Theologorum sententia. Nauar. in suo Manua.c.23. ante num.88.uersi.qui uero.& latius in relect.cap.nouit.notabili 6.nu.66.&67.cum seqq. & sentiunt plures ex alijs supra citatis. nume. 102. Tum quia contrariam opi.in his terminis late firmarũt Aret. in c.cum causa.el secondo. num.9.& cæteris seqq.de testibus.Cagno.in l.2. nume.27.& 28.C.de rescind.uend.& Anto.Burg.in c.cum dilecti.de empt. & uend.nume. 22. adducti hac simili resolutione,quam in materia præscriptionis supra constituimus. nu. 134.

145 Tum etiam, quia diuersa est ratio inter præscriptionem, & emptionem minus iusto pretio factam, prout declarat huic motiuo respondens Domi.Soto de iust.& iu.lib.6.& q.3.ar.1. col.4.in fin.uerbis.uersi. sed aiunt isti. & aliter respondens Nauar. proxime allegatus num.68.& 69.probans præscriptionem approbatam esse à iure tanquàm actum uirtuosum,prout nõ est emptio læsiua, quæ non approbatur,sed tantum toleratur, ut impunita,reprehendens Aret. & Burgen. ad hoc non animaduertisse, ut ibi latius per eum,quib. suffragantur trad. per Felin. in c.ecclesia Sanctæ Mariæ. nume. 42. de constitu. & post alios per eum relatos. Couar. in ep to.de sponsa.par.2.c.7.§.7.& nu.13.& in alio simili proposito per nos supra par. 1. c.3. nu.54.

Postremo contra nostram communem cõclusionem plura exempla adduci possunt, in quibus apparet iuris ciuilis dispositionem contra liberam & apertam uoluntatem disponentis tam in ultima uolũtate,quàm in actibus inter uiuos ualidam, & seruandã esse etiam in foro conscientiæ; nam ut incipiamus ab actu ultimarum uoluntatum,de quib. principalis est no-

146 ster hic sermo,hoc uidemus in detractione falcidiæ,& trebellianicæ, quæ licet detrahi dicantur contra uoluntatem testatoris.l.titia.in fin.ubi glo. & doc.ff.ad l.falcid.etiam hodie, ut per Alexan.ibi.num.5. & est tex.in c.Raynaldus.in fin.ubi similiter glo.& doc. præsertim Abb.num.16. & post alios Couar.sub num.6.de testa.Bart. post Albertum per eum relatum in l. nemo potest. nume.7.ff.de lega.1.Paul. de Cast.in l.qui totam,per illum text. ubi etiam Alexan. nume.6. ff.ad trebel. Paul.de Cast.in l.1.in princ.C.ad l.falcid.Ias.in l.1.num.57.ff. de leg.1. & Ias.in l. filium quem habentem.nume.23.C. famil.her.Alexan.in l.cogi. §.si pater.sub nume.4.ff.ad trebel.Ripa in l.centurio. sub nume.110. ff.de uulg.& pup.Cur.iun.consi.54.nu.15. Ruy.consi.77.nu.5.uolu.2. consi.86. sub nume.19 & consi.146.nume.13. uolu.3.Cepha.in consi.153.num.74. uolu.2.& Hier.Gabri. consi.137.nume.42.& nouissime Franci.Mantica, qui relatis hinc inde authoritatib.hãc opinionem uti communem, & uériorem sequitur de coniect.ult.uolunta. lib.7.titu.11.sub nume. 8.& libro 9. titu.13.nume.15.& ex uoluntate eiusdem testatoris, qui censetur uelle legata integraliter ad legatarios perue

147 nire dicitur naturaliter debita eadem quarta portio ipsis legatariis iux.opti. tex.in l.1.ubi hoc no. Bar.contra opi. Vltramon.& Pau.de Cast. ibid. col.1.

&

& cæteri.C.ad l.falc.& opt.tex.illi si-
milem. in l. si sponsus. §. si quis roga-
tus.ff.de don.inter ui. & uxo. & in d.
l.qui totam.ubi id etiam not.Paul. de
Cast.ff.ad trebel.& communem opi.
citramon.in l.1.ubi glo. quam sequun
tur Guil.Iac.Butr.Bart.qui omnes re-
fert ibi nume.3. & seq. Alexan. nu.4.
cum seqq. & Ias. nume. 19. & cæteri
communiter.ff.de cond.ind.& in l.cũ
quis.ubi etiam late Bar. nume.2.& 3.
cum seqq.& num.12.Saly. & Ias. post
alios num.5.& 6. cum seqq.C. de iu.
& fac.igno.Bar.in l.si patronus.in fin.
ff.de dona.Bart.in l.1.in uersi.sequenti
capite.ubi Paul.de Castr.Alex.& late
post alios Soz.nu.61.cũ omnib.seqq.
usque ad fin.ff.ad l.falci.glos.& cano.
148 communiter in c.fin. de solu. nihilo-
minus hæres potest illam detrahere
etiam in foro cõscientiæ,cum sit per-
missa etiam de iure canonico, & ap-
149 probata in d. c. Raynaldus. quod ta-
men nihil approbat cum peccato, &
contra cõscientiam, ut supra nu.128.
& par.1.cap.3.nume.32.prout in ter-
minis arguit,& firmat Bal.in d.l. cum
quis.sub nume.2. in uersi.sexto.& nu
me.3.C.de iu.& fac.igno.& determi-
nat Bar.in extra.ad reprim. in uer.de-
nunciationem.num.10.quem refert,
& sequitur Ancha.in d.regula posses-
sor.col.6.in uersi.in primo scilicet de
hærede.de reg.iu.lib.6. Sozi.in l.mo-
ribus.sub num.21.ff.de uulg. & pup.
late Cur.iun.in l.precibus. nume.14.
& 15.C.de impub. optime Franch.in
c.1.nu.109.de testa.lib.6. dicens,quod
licet istæ quartæ detrahantur contra
uoluntatem testatoris, tamẽ quis eas
detrahendo non peccat, quia hoc fa-
